Rodler
in
Galeni

I

THOMÆ RODERICI A VEIGA, EBORENSIS, DOCTORIS MEDICI, ET GRAVISSIMI PHILOSOPHI.

Opera omnia in Galeni libros edita, & commentarijs in partes nouem distinctis, expressa, quibus nodi difficultatum in Medicina frequentes, soluuntur, classicorúmque medicorum controuersiæ, veritatis lima expenduntur.

Præ superioribus editionibus elimatâ, & exactâ qua potuit fieri correctione, typis exarata.

Annectus est insuper Rerum & Verborum sese occurrentium, INDEX vberrimus, quo quiuis legentium in eorum indagatione, ad Alphabeticos gradus recurrens, potest subleuari.

Elenchum librorum, medium sequentis pagina suggerit.



LVGDVNI,
APVD PETRVM LANDRY.
M. D. X C I I I I.

LIBRORVM SINGVLORVM GALENI MATERIA, TOTO HOC OPERE CONTENTA.

In libros tres artis Medicæ.

In libros sex de locis affectis.

In libros duos de febrium differentijs.

POTENTISSIMO ET FOELICISSIMO LVSITANORVM REGI SEBASTIANO, HVIVS NOMINIS Primo, Thomas Rodericus à Veiga

S. D.

ANNVS agitur vigeſimusſextus,(Auguſtiſſime Rex Sebaſtiane,)ex quo aui tui imperio,optimi & benigniſſimi omnium, qui vnquam fuere,Principum,medicorum authorũ enarratione adoleſcẽtiam inſtituo, munere illo quidem,honeſto & liberali. Sed neſcio quo vel animi feruore,vel literarum amore, ſordebat mihi profeſſio :concipiebam maiora, quæ & diuturna ſtudia mea decerent,& florentiſſimam Conimbricæ Academiã. Audebam opus efficere,ſtudioſis vtile,maieſtati verò tuæ gratum:creuit cum ætate & literis deſiderium.Occurrebant humano more cupienti, innumerabilia argumenta,præclarum eſſe,& à me ſemper omnibus votis expetitum, de hominibus bene mereri, vbique obuios eſſe multos, qui valetudinis incommodo laborantibus aſſiſterent: non deeſſe qui auditoribus authores interpretentur.Qui tamen nodos difficultatum ſoluat,controuerſias claſſicorum medicorum dirimat,errores interpretum detegat,docta barbarorum dicta luce orationis ornet,longas ambages vitet,neceſſaria tradat, aut rarum eſſe, aut nullum: plurima Arabum iacere vtiliſſimè inuenta, non pauca ſuperiore æuo ingenioſè diſputata incultu dictionis horrere, nec legi, vnum Galenum magnificari:hunc tamen in Latinam conuerſum linguam innumeris mendis ſcatere,ſæpe longum,obſcurum immemorem, à multis oppugnatum, ſine enarratore, poſtulantem adiutricem manum. Me verò ſcribendo plus aliquanto poſſe, quàm alio viuendi genere facturúmque ex re & mea & aliorum, ſi poſtremum hoc vitæ ſtadium in hoc labore conſummarem. Hæc ſæpè meditatus:tandem cõmentarios in Galeni opera edere, in animum induxi, in partes diſtinctos nouem: quarum prima nũc auſpicijs tuis in publicum exit(inuictiſſime Rex).Quo enim nomine prodirent fortunatiores? aut quid libentiùs meum inſu-

dabit ingenium? cui suauiùs meæ merebunt vigiliæ? Quo verò alio titulo insignientur gloriosiùs? fortiùs in improbos armabuntur? recipientur à probis gratiùs? Nam, vt omittam regale diadema, & excelsi capitis honores, cuius non rapient animum, atque ad se conuertent, tam insignia animi & corporis, miracula dicam an fastigia, in vnum, quasi consilio, cōspirantia? Videas tantorum populorum caput, vnam regni spem, solum magnanimæ aui æ solacium, in ipsis adolescentiæ rudimnties & incunabulis, tanta humilitate, modestia, pietate, quantam in media plebe hoc facilè reperias. Grandes natu reueretur, consilijs paret, dictis audit: humanus, facilis, quietus, mitis, non hæc sine numine Dei Opt. Max. eueniunt. Debemus illa tibi, & quantum possumus, gratificamur benignissime IESV. Debemus & præceptorum, qui Celsitudini tuæ assistunt, sedulitati, amori, religioni. Deus bone, quæ vultus dignitas, quantus lepor! quàm magna in pusilla ætate grauitas! quàm integrum iudiciū! quàm præcox (suprà quàm dici potest) ingenium! Decennium non excesserat, & tam aptè, cōgruentérque ad grauissimum argumentum, de quo agebatur, nuper dixit, primùm Latinè, deinde Hispanicè: vt magna illa nomina, Auia, & Patruus maior (ijs enim præsentibus cum spectatissima amita maiore oratio habita est) se continere non potuerint, quin obortis lachrymis, gestientis animi indicibus, ora rigarent. Quòd si de venatione sermo incidit, si de re militari, si de administranda Republ. nil audias puerile, nil vulgare, quale ab ea ętate vel prude ntissima expectari possit, sed ingentia omnia & admiranda, excelsas spes, virilem animum, vitiorum odia, virtutum æmulationem. demum, si opera consideres, nil addi posse putes: si ætatem, nil non speres. Ergo viue felicissime puer, viue Deo, viue tuis, viue & nobis, literarúmque studia, & hos clientis tui labores benignissimo isto vultu suscipe & foue.

COMMENTARII IN ARTEM MEDICAM Galeni.

AD BENIGNVM LECTOREM PRÆFATIO.

EX LIBRIS, quos hactenus de re Medica scriptos nostra probauit ætas, nullus est, quem vniuersi, qui huic disciplinæ nomina dederunt, aut crebriùs, aut maiore cum vtilitate manibus versent, quàm Galeni monumenta. Nec id immeritò: nam in illis summus author ferè totam artem compleuit, paucissimáque desiderari possent, si omnia illius opera extarent: neque id perfunctoriè, sed firmissimi demonstrationibus, lucidissima oratione, admirabili à principijs ordine rem describit vniuersam, vir omnium, qui fuerunt, sensu exactissimo ingenio raro & præcellenti, disciplinarum omnium eruditione insignis, rerum vsu & experientia exercitissimus, & quod non facilè in scriptore reperias, minimè ambitiosus. Multa tamen sunt, quæ quantumuis auidum lectorem in eius lectione remorentur.

Primùm quòd de multis Galeni nomine euulgatis operibus dubitetur, sintne germana Galeni, necne: quod dijudicare non cuiuis homini peruium est. Deinde, Latina versio multis locis aut nō explicat, aut nō satis explicat authoris sensum. Operum Galeni difficultas prima. *Huc accedit, quod libri nō sunt ab eo in capita distributi id quod scripta multò reddi difficiliora.* Secunda. *Posteriores quidē diuiserūt, sed tam præpostero sæpe iudicio, vt magis lectioni suis diuisionibus tenebras offuderint, quàm lucem attulerint vllā.* Tertia. *Ea verò vel maximè causa hūc præcipuè* Quarta. *authorem difficilem fecit. Occupatissimus vir in facienda Romæ medicina, non potuit vsquam argumentum semel assumptum ad exitum perducere, & omnibus suis numeris absoluere: sed plerumque separat, quæ coniuncta meliùs cohærent. Et cogitur lector ex alijs locis aliorum interpretationem mutuari, & quæ alibi minus elaboratè scribit, ex alio eiusdem elaboratiore loco supplere, vt conueniat secum Galenus, & singularum rerum* Quinta. *doctrina, quæ per diuersos locos dispersa mutila erat, in vnum locum congesta, perfecta sit & absoluta. Postremo multos habuit vir summus inter omnes nationes admiratores, sed non paucos scriptorum suorum censores: nam inter Græcos, Alexander, Trallianus non rarò incusat, quem semper extollit: inter Arabes, Auerrous Cordubensis: inter nostros, præstantissi-*

† 3 im

mi viri, Turrisanus Florentinus, Andreas Vesalius, Ioannes Fernelius, Baptista Montanus, Ioannes Argenterius, Hieremias Triuerius: & multi alij celebres nostro æuo medici multa illius damnarunt, non pauca cum laude addiderunt: id quod idem Galenus in Aristotelis scriptis antea fecerat: in quibus locis ieiuna est Galeni lectio, nisi singulorum inuenta in medium afferantur, agitentur, pensentur. His de causis visum mihi est prouinciam aggredi longam, & difficilem: quam tamen ad vmbilicũ perducere, superni erit, & arbitrij, & auxilij: vt singula Galeni scripta scholijs & interpretationibus illustrem, quæ paulò antè dictas difficultates, vel tollant, vel minuant. Elapsis iam annis publicæ professionis m ca 25. ætatis verò 50. in vtilitatem primùm meam, deinde, si Deo Opt. Max. visum fuerit, aliorum: quorum idem fuerit iudicium. In quo opere lectorem admonitum esse volo, ne exigat ordinem in interpretandis libris: vt enim sese obtulit occasio, ita hunc priùs, illum posteriùs interpretatus sum: quæ omnia interpretata liberum cuique est pro suo arbitrio in vsum suum commutare. Deinde, ne exigat, quod Galenus aliquando facit, æqualitatem interpretationis in omnibus libris. Nam cùm non omnes æquè publicis enarrationibus accommoda In proœmio 7. Aphor. lib. *ti sint, & præstet difficiles locos tractare in libris, qui ex instituto Academiarum publicè enarrantur, meritò interpretationes alibi explicatiores, alibi breuiores traduntur: ita tamen vt quoad eius fieri possit, nec breuitas obscu*Interpretũ munera. *ra, nec copia nimia sit. Cùm autem sint interpretis partes duæ, mentem authoris aperire, & nunc ea vera sit decernere: cúmq; illa necessariò, hæc ex cõsuetudine interpreti præstanda sit, ea mihi in interpretando Galeno raro vtilissima visa est, vt perpetuo sensus authoris breui aperiatur. In multis autem & locis, & operibus, vbi disputatio longior necessaria est, & authoris sententia controuersa, subijciantur interpretationi earum rerum, quæ ambiguæ atque ancipites sunt, disceptationes. In quibus vero libris Galeni vel ordo, vel doctrina nimis exacta sunt, quam vt medicis vsui esse possint, post breuem libri enarrationem addatur separata nouo opere & ordine eiusdem argumenti tractatio. Postremo, quia iuxta aliquam ex varijs editionibus capita citanda erant, visum est sequi vulgatiorem Gallicam magis, quàm Venetam infrequentem. Hæc te admonitum esse oportuit. Vale.*

I. GORO-

I. GOROPIVS BECANVS.
De operis Præstantia ad Lectorem.

COMMENTATORES Ars nomine parua Galeni,
Maxima re, lassos reddere docta suos,
Nunquam visa fuit satis illustrata magistris:
Nam rapiunt scholijs lampada quisque nouis.
Nec noua sufficiunt pueris Chironis, auaro
Qui poscunt voto quidquid in arte latet.
Ardua res, artem tantam concludere paucis,
Paucis, quæ tenebris nox nigra nulla tegat.
VEIGA tamen studijs, longæuo fretus & vsu,
Et mentis cana dexteritate suæ:
Quas animi dotes olim iam nouit Iberus,
Cuique sitim sedat lympha beata Tagi,
Aggreditur, solidóque gradu rationis ab altis
Orsus principijs, sæpe reuoluit onus.
Voluit onus, si fortè queat superare priores:
Et vincit longo cuncta laborare docet.
Vellera bis decies Phryxi lustrauit Apollo;
Ex quo tentatum sæpè relambit opus.
Tempore quo licuit soli tibi clara Coymbra,
Fatibus vt cœptis perfruere viri,
Nunc bene formatos toti communicat Orbi,
Quos Asclepiadæ, vt numina magna, colant,
Hic nodos omneis, & inextricabile textum
Soluit, & in capitum stamina prima secat.
Nec tantùm euoluit, quæ longa per otia longis
Obscurísque longis implicuere scholæ,
Sed dubias etiam curas medicantibus aufert:
Magnum opus ægrotis, maius opus Medicis.
Illis nam solùm versatur corporis vrna.
His animi, cuius crimina morte luant.
O quoties tua lucra Charon pleuritide crescunt,
Dum certant Medici quæ loca secta iuuent:

Quot

Quot, rogo, ſunt, quibus eſt notum quòd hiantibus oris,
Azygos in ramos perfluat alterius?
Sic etiam raris conſtat, quid Coa ſit Ixis,
Quidque ſuam febris poſtulet antecriſim.
Hæc, eiúſque modi liquidis ſexcenta videbis,
Quæ latuere alios, hunc aperire vijs,
Non Græcis, non eſt Agarenis quæſtio curtis,
Non latio, quam non tangat & expediat.
Quidquid habent ſpiſsis vaga commentaria libris,
Succinctis tabulis perſpicuiq́; docens.
Parua ſit Ars igitur nunc re, non nomine ſolo;
Nec breuitas tenebras, vt ſolet, arcta parit,
Adfer Ariſtotelis tamen huc ab origine fontes,
Ne ritu Cancri ſit remeanda via.
Nec verò incomtæ capiat te nauſea linguæ,
Moroſis ſtomachis quæ ferè damna tulit.
Res, non verba, damus, facimus bona nomina rebus:
Inſani valeant, qui ſibi verba petunt.

GALE-

GALENI ARS MEDICA.

EX MVLTIS, quæ librorum enarratores præfari solẽt, quatuor illa & vtiliter disputãtur, & necessariò expẽduntur quid polliceatur operis titulus, quem in vniuersa arte locũ habeat, qualis scopus, quibus partibus tota tractatio secetur, & constet.

Inscriptionis ratio.

De primo ferè cõueniunt in titulo libri Galeni sequentes, Methodus Therapeutica quatuordecim libris comprehẽsa, Therapeutica ad Glauconem duobus, liber De constitutione artis, liber Definitionum, Ars medica præsens. Distant autem: quoniam in duobus prioribus non tota ars traditur, sed curandi ratio sola exercitato in affectuum & medicæ materiæ cognitione præscribitur; Liber De cõstitutione artis nullam docet ex professo artis partem, tantùm vniuersam in artificiosum redegit ordinem: vt ex illis lineamentis intelligatur, quot numero partibus tota ars constituatur & coalescat. In libro autem Finitionum sine vllo ordine describuntur medica nomina ad lexici instar: nec id semper rectè: quare meritò spuriis annumeratur. Præsens ars medica ordine suo totam artem tradit: ita ex quinque subsimilibus operibus dictis, methodus Therapeutica partem solam artis, vltimámque prosequitur. Therapeutica ad Glauconem compendium ius est, vtrumque opus medicinæ portionem quãdam complectens. Ex his verò, quæ vniuersam artis cognitionem pollicentur, liber De constitutione ordinem habet, nõ doctrinam: liber Definitionum, doctrinam, non ordinem: Præsens, ordinem medicinæ simul & doctrinam: quare meritò à professoribus ad enarrandum præ illis eligitur, commendaturq́;.

Collatio libri huius ad reliquos artis.

Sed quomodò tam breui totam artem continet? an sicut vniuersale potestate complectitur particularia, quomodo liber De physico auditu naturalem philosophiam vniuersam: an magis, sicut compendium, fusè tradita, quod fecit Oribasius in compendio ad Eusthacium, quod Auicena in Canticis, Rasius in Diuisionibus? Illud constat, non sula vniuersalia artis hîc tradi, cum sæpè ad maxima particularia descendatur: nec verò singula etiam particularia complectitur. ita verò continet rerum omniũ medicarum capita, & vniuersalium & particularium: ac si quispiam Epitomen condat totius philosophiæ Aristotelicæ, tam quæ in libris vniuersalibus quàm quæ in particularibus docetur: quare cõmodè aiunt eam esse collationẽ libri huius ad reliquos omnes artis in vnam compositionem redactos, quę pueri ad virum, quę Dialecticæ ad Rethoricam. Verùm qui exactiùs considerauerit orationis filum, & doctrinæ seriem in toto opere obseruatam, inueniet esse magis medicinæ supplemẽtũ, quàm compendium. Nõ enim ex æquo complectitur omnia artis capita: sed ita discurrit singula, vt quæ alibi exactè tradita sunt, hîc vel non tractentur, vel breuissimè tangãtur: quæ verò in fusis libris desiderantur, hîc compleãtur, vt toti arti libellus hic extremam manum instar pictoris imponat. Argumento est, quod infrà ait, in libro De optima constitutione traditã esse vniuersim optimi habitus iudicia: hic verò membratim, particulariúsque agendum esse. De agnitione verò ægrotantium locorũ ait, sibi hîc supersedendum: quia in libris De locis affectis eum locum exactè tractauerat.

Cap. 8. in fin.
Cap. 81.

Cur Medici authores cõpendia composuerint.

Cur autem authores medicinæ (quod reliqui artifices disciplinarum nõ obseruarunt) cõpendia composuerint, causa est, quia reliquæ disciplinæ præstant inquirẽdis libris moras: medicũ verò oportet, quod dicebat in proœmio Auicena) habere in numerato, propter præcipites agendorum occasiones summa, maximáque artis præcepta. Accedit, quod etiam per itinera (quam rationem Paulus sequitur) & nauigationem, librorum copiam non ferentia, medicinæ nonnunquam locus est.

In Proœmio.

Quis libri Author.

Num autem liber hic sit magni Galeni, an magis Galeni alterius Paraphristæ filij Menedoti, non sine causa dubitarunt nonnulli. Multa enim hîc immodicè reperiuntur, & præter compendij scopum: quædam parum exactè docentur. Neutra dispositio alibi semper Galeno reiecta, hîc non solum recipitur, sed ad nauseam vsque multipliciter scinditur: Sed magna sunt argumenta, quòd sit opus Galenicum: Tum quòd Oribasius, Paulus, Ætius, referunt Galeni nomine series eius multas, tum quòd sic breuissimè prosequitur à se alibi integrè tradita: latè autem alibi prętermissa. Opposita verò rationes suis locis diluentur.

Quo loco legendus.

De secundo proposito, quem locum in medicina hoc opus habeat, apertè lib. 4. De differ. puls. dicit Galen. traditiones per finitiones essentiales non cõuenire initiatis, sed doctis, qui iam ante latè demonstrata memoria retinere cupiũt. Quare præsens liber tyronibus non conuenit: tum quia conclusa sunt difficilia, quæ sola hîc traduntur, tum quia liber est verbis parcissimus, & perpetuum est quod Poëta dixit, Obscurum fieri, quicunque breuis esse laborat. Addidit ob-

Cap. 7.

ſcaſttati ſumnlũ, quod profeſſoribus placuit hic aceruare difficultates artis, quę in libris altis, qui enarrari ſolẽt, opportunum explicationis locum non habent.

TERTIO verò loco explicare tentandũ eſt, quid ſit ſcopus, & quale ſubiectum, tá libri huius quàm artis totius. Subiectũ medicinæ homo eſt: nam ſubiectum artis, id eſt, circa quod artifex operatur, ſicut ſubiectum ſciẽtiæ id, de quo probantur paſſiones. Operatur autẽ medicus in corpus humanum: eſt igitur homo ſubiectum. Præterea ſubiectum eſt, quod idem manẽs ſubit varias paſſiones, tale eſt corpus ipſum. Item apertè Ammonius in introductorio Porph. ſubiectum medicinæ hominem ſtatuit, ſcopum verò ſanitatem. Quò minus audiendi ſunt quidã ex recentibus, ſtatuentes pro ſubiecto medicinæ ſanitatẽ: alij verò ſanitatem & morbum. Mouentur eò, ꝙ ſcribitur initio libri. De ſectis medicinæ, *Scopus ſanitas eſt, finis poſſeßio.* Vbi per ſcopum interpretantur ſubiectum, eò ꝙ ſubdit finem eſſe poſſeſſionem ſanitatis. Quare per ſcopum finem intelligere nõ poſſunt. Addũt ex lib. De part.art.med. ſicut phyſici materia eſt generatio & corruptio, corpus autem materia ſecunda & quaſi per accidens: ita medici non corpus humanum, ſed ſanitas materia propria eſt: quæ duo tamẽ haud difficulter diluuntur. Quod enim attinet ad id quod primo loco opponunt, conſtat apud Galenũ ſcopum ſignificare finem intentum artifici, non materiam: cùm perpetuò ſeparet materiam à ſcopo, id eſt, à fine artificis, & ab vtilitate, hoc eſt, ab vltimo fine facti iam operis: quę ſignificatio etiam apud reliquos Græcos obſeruatur. Sicut ergo fabri materia lignũ eſt, ſcopus, ſcamnum, finis, ſeſſio in ſcamno: ita medicinæ ſubiectũ homo eſt, ſcopus, ſanitas, finis, ſanitatis poſſeſſio, vel operũ incolumitas. Quare ſanitas nomen ſubiecti recipere non poteſt, niſi fortè per abuſum, quod appellant, ſubiectum cuius gratia. Ad alterum verò locum ex lib. De part.art.medic. dicẽdum eſt, de ratione quam vocãt formalem, ſermonem in eo loco à Galeno haberi. Ea eſt affectio ſubiecti, cuius nomine de ſubiecto agitur. Nã ratio formalis ſubiecti immediatiùs conſideratur ab artifice, quàm ſubiectũ ipſum, quia propter quod vnum quodque tale, & illud quod magis tale eſt: Medicus autem non conſiderat corpus quatenus corpus eſt, ſed quà intendit inducere ſanitatẽ, quam citra corpus humanum inducere nequit. Atque hoc ſolùm ſignificauit eò loci Galenus. Sed quomodò eſt ratio medicinæ, ſanabile, ſi docet etiá de affectibus, qui ſanitatem non admittunt prædicere, producere, lenire? Sanè cùm contrariorũ ſit vna doctrina, ratio ſanabilis includit etiá inſanabile. Vel quod dixit libr.9. Therap. Galenus, ratio formalis eſt, poſſe in ſanitate conſeruari, & à morbo leuari. In quibus tamen includũtur rationes aliæ priores, quando non datur has poſteriores aſſequi. Sunt autem priores rationes, conſeruare non iam ſanitatem, ſed vitam, & ſoluere non ex toto morbum, ſed morbi partem aliquã: quomodò Maraſmo laborãtes balneamus in frigida, non ad ſanitatem, ſed ad vitæ durationẽ & morbi leuamen. Subiectum itaq; medicinæ homo eſt, ſcopus ſanitas. Huius verò operis ſubiectũ idẽ ipſe homo eſt: agitur enim hic de agnoſcendis, conſeruandis, curandiſq; illius affectibus omnibus; Scopus de hominis affectibus tradere integram definitiuo ordine diſciplinàm.

Medicinæ ſubiectum.

Scopus.

Cap. 8.

Lib. De diſ. ſymp.1.

1.poſt.2. Ratio medicinæ quæ. Cap. 8.

DE quarto propoſito, cõmodè ſecatur in particulares libros tres, è quibus prior finitiones tradit humanorum omnium affectuum, poſterior ſigna, tertius prouidentiam, quæ cognitis debetur ſiue tuendi, ſiue reducendi, ſiue auferendi.

Libri Scopus. Diuiſio.

Primus liber quatuor ſectionib⁹ diſtribuitur.
Prima procœmium eſt, explicãs ordinis in ſcribendo rationem.
Secunda tradit finitionem & partes medicinæ, cap.2.
Tertia affert eſſentiales finitiones corporum ſalubrium & inſalubrium, cap.4.
Quarta conſimiles finitiones affert de neutris corporibus, cap.6.

SECTIO PRIMA.

CAP. PRIMVM.

Tres ſunt omnes doctrinæ, quæ 1 ordini inhærent. Prima quidem à notione finis, quæ per reſolutionem fit. Secunda ex compoſitione conſtat 2 eorum, quæ per reſolutionem ſunt inuenta. Tertia ex definitionis diſſolutione, cui nunc incumbimus. Licet autem huiuſmodi doctrinam appellare non tantùm definitionis diſſolutionẽ, ſed & explicationem, vt nonnulli vocarunt, vel reſolutionem, 3 vel diuiſionem, vel, vt nonnulli alij, explanationem, vel expoſitionem, vt alij. Conati ſunt, & Herophiliorum quidam talem facere doctrinam, quemadmodum Heraclides Erythriæus. Conati ſunt, & eam quæ per compoſitionem, ipſi Herophilij, & quidam Eraſiſtrati ſectatores, & Athenæus Attaleus. Neminem tamen ante nos eam, quæ oritur ex notione finis, ſcripſiſſe comperitur doctrinã, 4 ex qua omnes artes 5 via quadam ac ordine conſtituuntur. 6 Sed illam quidem alio pertractabimus loco: hic autem definitiuam faciemus doctrinam.

INfrequẽs eſt Galeno præmittere operibus ſuis procœmia. Verùm quia hic ordine nouo priſcis inſueto artem tradere aggreditur, poſt eius copioſam in amplis & multis voluminibus explicationẽ, præfatur propoſiti ſui rationem. Primùm docens poſſe tradi vnam eandemq; diſciplinam artificio & ordine triplici: quare nihil impedit traditio aliorum librorum, quominus hic cũ vtilitate ordine alio tradatur. Secundo. §. Quæ quãtum ab ea, confert hunc ordinem ordini in aliis libris obſeruato, vt intelligatur quid peculiariter ex quouis eorum ſperandum ſit. Hic ergo primò docet diſciplinam de quauis propoſita materia triplici ordine tradi poſſe: compoſitiuè, reſolutoriè, definitiuè. Secundò numerat quoſdã ex priſcis, qui medicinam ordine compoſitiuo ſcripſerunt: inter quos numerat Heraclidem: alios tentaſſe, licèt non perfecerint, definitiuam: numerat Eraſiſtratios & Athenæum. Tertiò ait reſolutoriã neminem ante ſe ſcripſiſſe, vbi à fine artis incipitur, & per finis reſolutionem vſque ad prima peruenitur initia.

1. *Ordini inhærent.*] τάξιν ἐχόμεναι, ordinatim cõſtitutæ, vel ordinem ſeruantes: nec additũ eſt, quod quidam aiunt, ad maiorem tãtùm explicationem, ſed ad ſẽtẽtiæ veritatem: nam plurima traduntur in diſciplinis citra vllum ordinem, vt in medicina aphoriſmi, epidemiæ, præſagia.

2. *Eorum*

2. *Eorum quæ per resolutionem.*] Significat resolutoriam præcedere, vt posteà sequatur doctrinæ traditio ordine compositiuo.

3. *Vel diuisionem.*] Definitiuam doctrinam concedit appellari diuisionem definitionis: quia licèt scientia docens rei essentiam in definitionibus essentialibus claudatur, quibus constat definitiua doctrina: quia tamen per diuisionem partium definitionis, constituuntur subiecta plurima in eo doctrinæ ordine agnoscenda, citra quam vnius tantùm finiti cognitio haberetur: meritò compellat nō solùm definitiuum hunc ordinem, sed etiā explanatiuum, vel diuisiuum finitionum.

4. *Ex qua omnes.*] Ea qua notione finis, non (quod alij contendunt) ex qua doctrina resolutiua: nam ex doctrina resolutiua, quam Galenus scripsit, hoc est ea scientia ipsa sic tradita nō constituūtur artes. Imo ipsa traditio talis, ars est, quæ ea modo resolutiuo, vel ex resolutione, vel ex notione finis (idem enim sunt hæc omnia) constituitur, sicuti & reliquę omnes artes apud Platonem, & Galenum.

5. *Via quadam atque ordine.*] Methodo, quod verbum Cicero & Quintilianus interpretantur viam, vel ordinem docendi.

6. *Sed illam quidem alio pertractabimus loco.*] *διῆλθομεν, percurrimus*, latiùs quàm *pertractauimus*: significat autem librum De constitutione artis. Quod hinc apertè datur intelligi: in postremo cap. huius operis dum percurrit Galenus vniuersa volumina à se scripta, incidens in mentionem libri De constitutione refert, se anteà in hoc ipso opere de eo libro meminisse, qui tamen nullibi, si hunc locum excipias, eius libri meminit. Verbo autem, *percurrimus*, insinuat se libro De constitutio. non tradidisse singularum partium artis doctrinam: sed ex proposito fine indagasse tantùm earum numerum, & in ordinem digessisse.

Trium ordinum explicatio. Cap. 8.

Qvod autem attinet ad hos ordines, illud expendendum est, non esse hic sermonem (quod antiqui interpretabantur) de demonstratione à priore, vel posteriore: sed de inuenienda, constituenda, & tradenda tota arte quauis, ordine aliquo, quo partes eius omnes colligātur. Apertè colligitur hęc interpretatio lib. 9. Therap. & De art. const. Nam & hîc de ordine tradēdi totam artem agit, nō de demōstranda vna aliqua propositione.

Dubitatio prima.

Secunda. Cap. Citato.

Tertia.

Sed dubitant, quomodò non sunt plures tribus ordinibus, cùm plurimi libri in variis scientiis ordinem obseruantes tradendi, nulli trium doctrinarum sint addicti?

Ad primum.

Accedit, quod diuisiua doctrina ex eodem nono Therap. vtilissima est ad doctrinarum constitutionem, quæ tamen in tribus non numeratur. Quid, quòd resolutiuo ordine doctrina rerū tradi nō potest: nam de composito ante simplicium & componentium cognitionem præpostero ordine & obscurè traderetur. Quibus ita satisfaciēdum est. Ad primum: cùm hic tradatur doctrinarum ordinem obseruantium numerus, non eius quæ in quouis opere seruatur, sed iuxta quam vniuersa ars quæuis traditur: necesse est, si ordine tota ars tradenda est, vt sumpto vno principio, ordine reliqua ad finem vsque consecutione quadam ducantur, ita vt nulla pars artis remaneat nō discussa. Talia autem principia non sunt plura tribus, duobus extremis principio artis, & fine, & tertio finitione artis. Cùm enim finitio dicatur etiam terminus, quia claudit finiti essentiam, cōtinet potestate omnes & singulas artis partes, quare etiam explicatio illius, ordinata est totius artis explicatio: sicut si initium doctrinæ sumatur ab alterutro extremorum. Vnde conficitur, vt triplici tantùm ordine vniuersa ars quæuis doceri queat, & processus ille disciplinarum, de quibus meminimus, varius in Dialectica, Physica, Geometria, non tollit quominus ordo illarum vniuersus sit compositiuus, licet ad compēdium & memoriam nonnunquam interserantur finitiones. Ad alterum: diuisio instrumentum est accommodatissimum ad constituendas artes, non tamen diuisio est traditio totius artis ordinata: sed ea traditio est, vel resolutio, vel compositio, vel definitio. Sed cur si præsens doctrina constat finitionibus & diuisionibus, nō habet similiter nomen diuisiuę, sicut definitiuæ? quia diuisio conducit hic, vt instrumentum: non est ipsa doctrina. Nā essentiales finitiones cōtinentes causas demonstratione inuentas, sunt ipsissima definitiua scientia. Ad id verò quod postremo loco obiectum est, licet fateamur duplicem ordinem, resolutiuum incipientem à fine terminatum ad initium, vt in ædificando si incipitur à tecto, & terminetur in fundamento: aut in medicina à morbi ablatione requirente contrarium vsq; ad prima hominis elementa: & secundùm ordinem compositiuum incipientem à fundamento domus, vel in medicina ab elementis corporis humani: non propterea significamus artem quamuis vtroque ordine dicto doceri posse, sicut nec res peragi. Quēadmodum enim domus fabricatio à tecto initi non potest: ita nec medicus à curatione affectus, vel ignoti, vel compositi, doctrinam agreditur vnquam. Sed necesse est quod perinde atq; in operibus voluntatis finis est vltimum ad quod operando acceditur: ita in operibus intellectus, id est, artibus, finis intellectus sit vltimum ad quod docendo peruenitur. Quare opera artium ordine tantùm compositiuo fiunt, neque alio artes ipsæ docentur. Verùm id quod diiudicat perfectionem aut defectum in doctrina compositiua, resolutiua est, idque est, quod vitio vertit Galenus antiquis medicis, quòd licet tradiderint compositiuam, prætermiserint tamen verum bene docēdi exactúmque iudiciū ea resolutione profectum. Eo etiam factum est, vt in calce huius operis libros vniuersos, quos de re medica Galenus edidit, ordine tātùm compositiuo digerat, licèt sic concedat illorum librorum doctrinam reduci posse ad duo illa ordinū genera. Nam verè potest in illis duplex ordo contineri, sed doceri non possunt nisi compositiuo: iuxtà quem à Galeno recęnsentur, nam quod quidam conantur interpretari ibi tradi ordinem quo scripti sunt, non quo legendi, recipi non potest. Interserit enim libros quos nondum scripserat, & legēdos esse ait quosdam priùs, alios posteriùs. Quid, quòd in libro de libris propriis memorat ordinem, & tēpora, quo singuli scripti sunt, longè alia, quàm quę hic traduntur. Id etiam in causa est, vt hic Galenus definitiuam soli conferat resolutiuæ, quasi non separans resolutiuam re, à compositiua: ita vt dupliciter doceri possint. Significat ergo Galenus cōpositiuum ordinem, quo artes docentur per se insufficientem & incertum esse, nisi ex resolutione finis colligatur. In eòque affirmat defecisse priores medicos: se autē

Ad secundū.

Dubitatio.

Ad tertium.

integrè tradidisse partes omneis artis via resolutiua inuentas, post quarum inuentionem ordine docendæ sunt compositiuo: ita vt à libro de elementis, & de natura humana initium sumatur: sequantur libri de temperamentis, & de morbo & symptomate, tandem cooseruatoria methodus, & medendi ratio. Ex tribus ergo ordinibus compositiuum compleuit Galenus, resolutiuum solum pinxit: definitiuum, quia compendij capax, per capita perstrinxit. Ideò suprà citàs librum de constitutione dixit se percurrisse io eo opere, delinaiséque artem, non docuisse.

Quæ quantùm ab ea, quæ ex resolutione consistit, & dignitate, & ipso 1 docendi ordine linquitur, tantum & ad totius compendium, & ad singulorum memoriam præstare inuenietur 2 sufficienter enim & facillime memoriæ commendantur ex definitionis dissolutione vniuersa. Quoniam totius artis capita in se optima definitio complectitur quam quidam substantialem vocant, ex aduerso distinguentes alys, quæ 3 notionales appellantur. Illæ siquidem ab his, quæ accidunt rebus definitis: hæ verò ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata est autem à nobis particulatim, & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinæ contemplatio: quibus vti quis possit ad triplicem doctrinam. Nunc verò definitiuam aggrediemur, hoc vnum præfati quòd solùm capita, & quædam, veluti conclusiones eorum, quæ alibi latiùs sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

CONfert præsentem ordinẽ defioitiuũ compositiuo obseruato in reliquis huius artis voluminibus, vt intelligatur, quid post illa scripta hæc prestent. Primò, compositiuum inquit excellere dignitate & methodo tradendi. Definitiuum verò excellere duabus aliis dotibus compendio, & memoria: quorum vnum ferè ex altero pendet. Secundò, recenset se non accessisse ad hunc ordinem, cùm cedat dignitate priori, nisi post absolutum priorem io plurimis libris: quare ad compẽdij cumulum, non quasi fugiens compositiui ordinis difficultatem ad definitiuum accedit. Tertiò, admonet se modò definitiuè eandem disciplinam, quam in libris illis magnis & multis, traditurum. Ne tamen iteratio tædium pariat, præmonet hic breui, & per capita tantùm agendum esse: vt neminem pœniteat breuis laboris ob vtilitates compendij & memoriæ comparandas.

1. *Docendi ordine.*] Methodo ait Galenus. Nam, quod paulò antè ostensum est, aptissima ad inquirendas omnes cuiusuis artis partes methodus, resolutio est. Compositiua autem doctrina tradit partes omnes, prout per resolutionem inuentę sunt: quod suprà sigoificauit dicens, cõstare compositiuam ex compositiooe eorum, quæ per resolutionem sunt inuenta.

2. *Sufficienter enim & facillimè.*] Prolixitas siquidem compositiui ordinis sufficientiam habet, non facilitatem: compendiaria via facilis est: sed prætermittens multa, sufficientia caret: apposité itaque per sufficienriam & breuitarem extollit defioitiuam. Breuibus enim verbis contenta est, ideò facillimè & rerum essentias causásque demonstratione inuentas verissimè proponit, ideò sufficiens: constat enim definitiua doctrina essentialibus, non accidentalibus finitionibus.

3. *Notionales appellantur.*] Legitur [illegible], notionales in quibusdam libris: in aliis [illegible], nominales: & vtrumque nomen descriptionibus quadrat, notionales, quia aliqua ex parte notam faciunt rem, non substantiam explicant: Nominales, quia indicant quid nomen significet tantum.

Sed expendenda sunt in hoc loco: primùm, quis sit ordo definitiuus: secundum, qualis sit, si reliquis ordinibus conferatur.

De primo, quis sit ordo definitiuus, definitiuè traditur ars, quando initium sumitur ab artis finitione, multis membris constante, rursúmque singulum membrorum in alia secatur, quousque diuidendo ab indiuisibilia accedatur: & de vnoquoque sic collecto sua traditur per finitiones doctrina. Est autem finitio duplex, quemadmodum Galenus docuit, alia nominis vel notionalis, rem explicans ignoranti per accidentia, vel circumscribens per notoria, quandoque per pauciora, quandoque per plura: nec in eo valdè laborandum est, licet inter eas magis laudentur quæ cum breuitate claræ sunt. Quòd si res ipsa cognita est, nil necesse est finitionẽ nominis afferre: nisi quòd cùm illa sit arbitra finitionis essentialis, oportet hoc, aut illo modo illam supponere, ad vestigandum quid est: aliàs, quod sæpe accidit, agitantur quæstiones de nomine, quasi sint de re, dũ inquiritur essentia ignoti significati. Altera est substantialis, quæ Aristoteli, vel est principium demonstrationis, vt punctum est, cuius pars non est: vel conclusio, vt tonitruum est sonus io nube: vel demõstratio positione differens, vt tonitruum est extinctio ignis in nube. Sumitur autem hic finitio substantialis pro essentiali: nam aliàs accidentium finitio non daretur: cùm tamen in toto hoc libro affectiones humanas definiamus, substantiæ autem nomine pro essentia etiam accidẽtis quandoque vel Aristoteles ipse vsus est. Ex hoc discrimioe duplicis finitionis colligit Galenus substãtialem finitionem raro vsu venire in disciplinis, ita vt qui ab illa iocipiunt tractationem, obscuri reddantur: eò quòd talis finitio complectitur causas definiti, quæ per demoostrationes clarè, sed prolixius: finitione breuiùs, sed obscuriùs comprehenduntur. Vnde apparet Auicenæ institutum incipientis quamuis disputationem à definitione essentiali non probari Galeno. Apparet etiã librum hũc vtilem esse post amplam tractationem compositiuam, vt breui mandentur memoriæ ibi latè demonstrata: nõ tamen incipientibus artem conuenit, nisi accedente præceptore, qui viua oratione suppleat alibi fusè explicata.

De secundo proposito, qualis sit pręsens ordo si reliquis conferatur, meritò Galenus hic refert compositiuam excedere dignitate: tum quia constituit artẽ per causam finalem, quæ Galeno semper asseritur maximè diuina & præstãtissima causarum, quam ferè non sumit definiens: tum quia lata demonstratione apertissimè conuincit. Excedit secundò compositiua methodo, hoc est, via & ordine constituendæ artis. Nam ad complectendas omnes partes cuiusque artis, ita vt nulla effugiat, finis nos certiùs & ordinatiùs ducit, sicut vnum extremum ad media & initium: quàm finitio, quæ capita tantùm rei continet. Neque obstat, quod quidam obiiciunt finitionem habere pro obiecto veritatem rei, resolutionẽ autem indagare per diuisionem, ipsum verum: quare ordo defi-

Definitiuus ordo quid.

Lib. 4. de diff. puls. cap. 2.

Lib. 2. poster. cap. 10.

Li. 7. Metaph. ad initium, lo. citato.

Collatio trium ordinum mutua.

Lib. 6. de vsu part. cap. 12.

Obiectio.

definitiuus dignior erit resolutiuo. Nam nõ conferimus hîc in dignitate finitionem diuisioni: sed in tradenda tota arte exactè, vter ordo præstet, sitne qui singulas partes artis definit: an qui per resolutionem de singulis inuentis, sigillatim tradit perspicuas & integras demonstrationes: certum autem est nil æquè conuincere, aut firmius persuadere demonstratione. Econtrario definitiua excellit breuitate, quia finitio angustata est demonstratio: & memoratu facilior est, tum ob compendium, tum quia membra diuisionis ob mutuam pugnantiam facilè memoramur.

Dubitatio prima.

SED dubitant, si excellit ordine compositiua definitiuam: quomodo definitiua est memoratu facilior? Libro enim de memor. & reminisc. quæ ordinem seruant reminiscentiæ beneficio, faciliùs reuocantur.

Dubitatio secunda. Lib. 2. post. cap. 3.

Solutio, ordo exactus in resolutione est, post quam sequitur compositiua. Ipsa autem compositiua non constat tam ordinatis diuisionibus, quàm definitiua.

2. Epid. sect. 2. com. 46.

ALTERA dubitatio, si proprium est definitiuæ nõ demonstrare, ipsius enim quid est, non est demonstratio. Quorsum Galenus in definitiua doctrina præmonet per capita tantùm tradendũ, non demonstrandum? opinor, explicat in definitiua non esse expectandas demonstrationes: vel, quia possunt innotescere finitiones per demonstrationes, præfatur se id non facturum, ne repetat alibi demonstrata: vel excusat nõ inopiã demonstrandi, sed quòd non omnia particulatim persequitur: vel præmunit dicẽda, si forte occurrat aliquid minùs elaboratum; quod enim alibi non semel admonuit, nõ est expectãda exacta doctrinæ elaboratio, vbi res per capita tantùm traduntur.

SECTIO SECVNDA.

CAP. II.

Medicina est scientia salubrium, insalubrium & neutrorum: nil verò differt, & si quis 1 ægrorum dixerit. Nomen autem scientiæ communiùs, non enim propriè accipere oportet. Salubre autem & insalubre & neutrum vnumquodque tripliciter dicitur, hoc quidem vt corpus, hoc autem vt causa, hoc verò vt signum: Etenim corpus, quod sanitatem suscipere natura aptum est, & causam, qua eandem efficere, vel conseruare, & signum, quod potest indicare, hæc omnia salubria medici appellare consueuerunt. Eadem ratione susceptiua morborum corpora, & eosdem efficientes conseruantésve causas, & indicantia signa insalubria vocant: nec aliter corpora neutra, causas signáque dixerunt. & secundùm primam quidem rationem causarum salubrium est medicina scientia: propter eas autem, & aliarum secundo quidem loco insalubrium, & tertio neutrorum: & post has eodem modo corporum. Primo quidem & hic salubrium, secundo loco insalubrium, tertio neutrorum. Iisdem de signis dicendum. In actionibus autem, prima quidem est corporum cognitio: quæ habetur ex signis, post hæc earum, quæ est in ipsis inuentio, causarum.

TRadit finitionem medicinæ, diuisionesque partiũ definitionis, vt in sequentibus sectionibus affectat de singulis mẽbris diuisionis essentiales finitiones: & hîc quidẽ diuidit partes definitionis: in 5. autem. [*Sed quoniam susceptiuum.*] Subdiuidit ea membra. In præsenti, primò definit medicinam per scientiam, addens scientiam hîc latè sumi, aliâs non esse genus ad medicinam: & cùm definiat per salubre insalubre, adiicit posse insalubris loco dici morbidum. Cùm autem proponat definitio tria membra huius artis, secat quoduis illorum in alia tria. Nam salubre dicitur corpus, signum, causa: Insalubre, corpus, signum, causa: neutrum, corpus, signum, causa: quare euadunt subiecta medica nouem. Secundò reducit in ordinem nouem illa medicinæ subiecta: agnoscit enim in illis duplicem ordinem, primũ doctrinæ de illis tradendę: alterum exercendę in opere doctrinæ. In ordine intẽtionis primus locus est causarum salubrium: siquidem id intẽdit medicus, inuenire causas salubres. Secundo loco gratia inueniendarũ causarũ salubriũ inquirit causas insalubres, & tertio causas neutras. Quartus locus debetur corporibus sanis. Quintus corporibus ægris. Sextus corporibus neutris. Septimus signis sanis. Octauus signis ægris. Nonus idemq; postremus signis neutris. In opere verò ordo est oppositus, à signis. n. progredimur ad cognoscendos corporis affect⁹: quib. cognitis succedit indagatio causarũ.

1. *Ægrorum dixit.*] Satiùs verteretur, morbidorum: nam *νοσερὸν* & *νοσώδες*, quibus verbis hîc vtitur Galenus, important aptitudinem natiuam, sicut Latinis insalubre, vel morbidum: cùm ęgrum dicat actum.

Requirit hic locus disputationem sequentium problematum. Primùm, definitio medicinæ tradita sítne præferẽda vulgaribus. Secundùm, num sit scientia. Tertiùm, secetúrne in theoricam & practicam.

Dubitatio prima, de finitione medicinæ.

PRIMVMQVE finitio hęc patitur dubitationes: non videtur Galenus præstare finitionem essentialem iuxta promissa in procœmio: ea enim ex 4. de different. puls. traditur per causas, vel omnes, vel potissimas. Præsens verò per solam nominis explicationem: nam formalis ratio est, quòd sit ars operatrix, instrumentum inueniendæ medicinæ est ratio & experimẽtum, materia affectua corporis humani, finis conseruatio naturalium, ablatio eorum, quæ pręter naturã sunt: quomodò per causas omnes traditur Auerroo definienti, quod sit ars operatrix ratione & experimento inuenta, vt sanitas conseruetur & morbus auferatur. Nec valde distat Auicennæ finitio: Scientia qua humani corporis dispositiones noscuntur ex parte qua sanatur, aut ægrotat: vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur.

6. Collect. c. 1. Initio Canonis.

Arbitror, licèt alij repugnent, intentionem libri esse finitione essentiali docere. Sed ne laboretur in æquiuoco, error est docere essentialem, nisi priùs constet per notionalem de nominis significato. Quapropter solet dicere Galenus notionalem arbitram esse essentialis: ideò & hîc, & toto opere, sicut & lib. de morb. & sympt. & perpetuò alibi à notionali aggreditur. Nam & de singulis corporum, priùs explicat quid significet vnumquodq;, pòst subdit de quouis substantialem finitionem. Et id innuit infrà dicens [*dictum est igitur quot modis vnumquodque corporum dicatur, & quale vnumquodque sit*] nam per [*quot modis*] intelligit notiones corporum in hoc capite explicatas, per [*quale*] autem finitiones essentiales, quæ paulò pòst sequentur. Ideò & de scientia medicinę, & de omni medico obiecto hîc præfatur numerum, & notiones, ante essentiales sequentium capitum finitiones.

Dubitatio secunda.

Dubitatio tertia.

ALTERA dubitatio. Competit hæc finitio etiam mulo medicinę: sed ea eodem soluitur fundamento: nam in infinitione nominis non oportet apponi illa quæ ab omnibus subaudiuntur ex Galeno citato. Subaudiuur autem ab omnibus medicinam esse disciplinam de homine.

OBSTAT & illud, quod datur per æquiuoca, quare praua est: nam referente ipso Galeno: Salubre, insalubre, neutrum, de corpore, signo, causa non secundùm vnam rationem dicuntur. Sed de corpore quatenus susceptiuum, de signo quatenus indicatiuum, de causa quatenus effectiuum. Quò fit vt medicina non sit vna scientia, sed plures: nam scientia tractans de multis sub variis rationibus non est vna. At tn notionali non tollitur quin æquiuocatio ingrediatur finitionem, quæ tamen statim explicetur. Nec conuincitur medicinam esse plures, ob subiectorum multitudinem: nam licèt nomen, salubre, non dicatur de illis tribus secundùm vnam, sed secundùm varias rationes: medicina tamen considerat illa omnia secundùm vnam rationem, quatenus sunt media necessaria ad vnum finem acquirendæ sanitatis.

Dubitatio quarta. *Lib. 5. de Sanit. cap. 6 & lib. 4. cap. 1.*

SED adhuc instant, recedit à se ipso Galenus in hac finitione multipliciter. Nã cùm alibi perpetuò appellet medicinam, artem, hîc vocat sciẽtiam: appellat ridiculosos homines eos, qui introducunt tertiam dispositionem neutram, & tamen hic pro vno neutro inducit triginta sea: alibi perpetuò vtitur nominibus, sanum & ægrum, pro subiectis medicinæ, hîc illis reiectis recipit vocabula, salubre & insalubre. Sed cessat dubitatio: Scientiæ verbo ideò vtitur, quia ars importat operationem, quam non recipiunt illa nomina, corpora, & signa: nam quando tota doctrina vno verbo effertur, à fine denominatur tota ars: vbi verò per partes explicatur, vt hîc, non potest quæuis partium appellari ars, sed scientia latè sumpta pro disciplina. Adde quod in hoc libro non descẽdit ad omninò particularia, in quibus est artis operatio: sed subsistit in vniuersalibus magis sciẽtiam concernentibus. Ideò autem addit hîc tertiam affectuum speciem, quia cùm non interfit magis duas quàm tres constituere, hic sequitur trimembrem: quia diuisio numerosior magis conducit definitiuæ doctrinæ. Ideò etiam vtitur verbis, salubre, & insalubre, non, sanum & ægrum: quia interest medici non solùm agnoscere præsentem dispositionem, sed & originalem & natiuam: verba autem, salubre & insalubre, simpliciter dicta pertinent ad naturalem potentiam vel impotentiam, secundam Qualitatis speciem: salubre verò cum adiecto [*vt nunc*] dicit infra, vocari etiam sanum, & pertinet ad habitum, vel dispositionem, primam Qualitatis speciem. Vt ergo definitio includat vtrasque dispositiones, quas medicina considerat, & natiuas & præsentes: vsus est verbis, salubre & insalubre, non, sanum & ægrum, actum importantibus.

Dubitatio quinta.

SVPEREST & illa quæstiuncula, quomodò inquit salubre & insalubre, priùs dici de causis quam de reliquis duobus: cum vulgò & verè asseratur hęc nomina priùs dici de corpore, & per eius considerationem de causis & signis efferri: & si agnoscit Galenus duplicem ordinem horũ trium, videlicet, intentionis, in quo initium sumitur à fine, & operis, in quo à signis: quomodò omisso vtroq; hoc ordine, aggreditur opus præsens à corporibus? Eam ita diluendã esse reor. Inter hęc tria considerari potest primus ordo significandi: in quo salubre & insalubre priùs de corpore dicuntur, eò ꝙ forma per ea significata, non inest nisi corpori tanquam subiecto: signo nõ inest, nisi indicatio eius formæ, causæ eiuidẽ inductio. Secundus ordo intentionis, in quo causæ præcedunt. Cùm enim medicus omnia cõsideret, vt inueniat causas sanãtes, causę præcedant intẽtione necesse est. Tertius ordo operandi, & orditur à signis ad agnoscẽdas affectiones, quibus postremò medeatur. Quartus ordo docendi est, in quo incipitur ab eo, sine quo reliqua agnosci intelligiq; non possunt: quomodò à corporibus vel dispositionibus orditur in pręsenti. Nam solutio quorundam hic, quòd nõ incipit à causis, quia esset ordo compositiuus, nec à signis, quia esset resolutiuus, cùm hic obseruet tantum definitiuum, nulla est: eò quòd etiã in libris de morb. & sympt. ordine compositiuo procedentibus, à corporibus progreditur ad causas & signa. Quare exclusa eorum interpretatione, explicãdum est verbum [*Secundùm primam intentionem*] pro eo quod est potissimam, quam medicus intendit: cõsiderat enim causas salubres, seu finem omnium considerationum, proxima intentio est ad causas morbosas, vt videlicet auferantur, cen immediatè necessaria ad sanationem: tertia ad neutras causas: nam cùm neutrum non agnoscatur nisi collatione extremorum, meritò possidet inter causas postremũ locum: licèt ordine doctrinæ cõpositiuæ, ob cõmonitatem doctrinæ, quam habet cum malè sanis & cum parùm ægris, habet locum in vtriusque confinio & medio.

Scientia. Medicina

SEQVITVR, Num medicina sit scientia ex Galeno hîc, an magis ars ex Hippoc. lib. de lege. [*Medicina artium omnium nobilissima est.*] & coniecturalis ars ex Platone in Epinomide, [*Medicina certis coniecturis, opinionibusq; procedit.*] & in proœmio acut. coniecturalis ars est. Sanè accipiuntur triplicitet ea nomina, scientia & ars: primò latè, secundò vt distinguuntur à fine, tertiò vt separantur certitudine. Si primo modo sumuntur, & ars est & scientia: nam artis nomen vniuersale est etiã ad contemplatorias lib. de constitut. art. & scientia est subdente Galeno, [*nomen autem scientiæ communiter. & non propriè accipere oportet.*] & lib. 9. ther. [*nullam artis scientiam,*] vt ostendat se data opera confundere hæc nomina. Et 6. Metaph. *omnis scientia. vel est contemplatrix, vel factiua, vel actiua.*] & particulatim Aristoteles ipse medicinam modò numerat inter scientias, modò inter artes. Si verò secundo modo sumantur hęc nomina, vt à fine distinguuntur, quomodò 6. Eth. [*ars est recta ratio rerum, quæ à nobis fiunt: scientia verò habitus demonstratiuus, qui in demonstratione consistit.*] & 2. Metaph. theoriæ finis veritas est, artis verò opus: tota medicina ars est. Omnis enim propositio nõ docens vel præsagire, vel curare in medicina, sophistica est, & à medicina aliena 1. Epid. sæpe: quandoq; vocat sophisticum in medicina, omne quod ad melius sanandum nõ confert. 1. pror. Nec illa duo opponuntur, quia totius artis finis vltimus est sanatio: & ideò etiam præsagitionis, quare prædictio in vltimo fine sanationis includitur. Si verò tertia significatione separentur penes certitudinẽ & incertitudinẽ, quomodò definitur Scientia, habitus intellectus contemplatiui circa necessaria tantùm operãtis: ars autẽ practici

Cap. 1. Cap. 6. Cap. 1. 6. Ethicor. Cap. 10. Cap. 7. Cap. 3. Cap. 1. Com. 33. 6. Ethicor. Cap. 7. Cap. vlt.

circa

circa ea, quæ contingunt aliter se habere: Cùm constet ex lib. de plen. partes aliquot medicinæ scientificè tradi, alias sub artificiosa tantùm coniectura, quę media est scientiæ & ignorantiæ: nónullas simplici tantum coniectura, quæ magis ad ignorantiam, quàm ad scientiam accedit: functiones enim membrorum, causę morborum, methodi & sanitatis tuendæ & morborum curandorum certò agnoscuntur: alia quædam incertiùs: omniū verò partium artis, maximè coniecturalis & incertissima est affectuum agnitio: conficitur, vt in ea significatione etiam philosophia ipsa periclitetur, nec non mereatur suum nomen, multo magis medicina, dixit auctor introductorij. Aphrodisæus verò non valdè à præfata sententia diuersus inquit: In se considerata medicina primariò, certa, firma, & immutabilis est, ideò scientia. Dum autem cum materia habet commercium, ista priuatur dignitate, ars effecta, & sua firmitate spoliata. Sed nō est spectandum quod fit secundariò ex accidenti, sed quod primariò substantiæ ratione: sicut anima est immortalis, licèt annexa corpori illius affectibus consentiat. Ergò medicina in se scientia est in hac significatione, applicita verò ægro ars coniecturalis est, & redacta ad particularem ægrum quādoque infrà artis certitudinem subsistit, coniecturis & suspicionibus contenta. Cum enim æternum sit plethorico febrienti constare virtute mittēdum esse sanguinem. Petro autem ita febrienti conuenire sit cōtingens, nō perpetuū: fit, vt medicina in vniuersali spectata sciētia sit, applicita verò ægro, ars, & quandoque solùm cōiectura: vnde discordię medicorum oriuntur circa particularē ægrum. Quæ solutio etiam Auerroo erogatur 5. Metaph. & sicut dialectici separant Logicam in docentem, quàm concedūt esse scientiam, & vtentem, quam fatemur esse artem: non secus de medicina statui potest. Qualis autem ars sit, num factiua, quę monstrat opus post actionem manens, an actiua, cuius opus non manet, vt ars saltandi: planè lib. de const. vna est ex factiuis non primi generis, sed ex refectiuis: quales sunt secundarij artifices, ædes reparantes, vel vestes resarcientes. Nec ideò vilis ars est: nam cuius operis primarius artifex Deus est, eius refector secundarius, medicus constituitur: qui licèt collatus summo Deo, primum hominem cōdenti, fit secundarius artifex: collatus tamen reliquis artificibus humanæ vitæ, superior est. Quale vocauit medicinam artem architectonicam, id est, imperantē machanicis omnib. lib. ad Trasib. eoq; imperat ædificatorię, culinariæ, sutorię, & cęteris.

Cap. 4. Lib. 2. probl. in proœm.

Cap. 2. Cap. 3.

Cap. 29.

Omnibus enim modum imponit sanitati humanæ accommodum, cum finis omnium inferiorum sit vita, & sanitas humana.

Secetur ne in theoricā & practicā. Conts. com. 4. 2. Metaph. 1

DE TERTIA verò difficultate, num diuidatur in theoricam & practicā iuxta vulgarem sententiam, etiam antiquis dubitatum fuit: & creditum repugnare eam diuisionem Galeno dixit Auerrous. Plurimùm autem controuersa est nostro quo disceptatio: mihi verò pro comperto est, si propriè sumitur cognitio theorica & practica, vt videlicet à fine vario denominātur, quòd theoricæ finis sit cōtemplatio, practicæ opus, & quòd theorica sit habitus intellectus cōtéplatiui, practica verò practici, non esse recipiendam propositam diuisionem. cōstat enim totam medicinam esse habitum rectā factiuum ratione, & totam de factiuo tractare. quæ omnia ad intellectum practicum attinent, eique soli referuntur. Nec obstat quòd eadem propositio & à medico & physico scribitur: quales multæ sunt de elementis & de partibus hominis: quia varijs intentionibus & ad varios vsque terminos ab vtroque artifice traduntur: à philosopho vsque ad cognitionem, à medico, vt ad sanitatem inducendam necessariæ sunt: quod satis est, vt physico fiot theoricæ medico practicæ. Possunt & hæc duo nomina in ea sumi significatione, licèt valdè impropriè, vt importet duas partes medicinæ, quas Galenus vocat doctrinam & exercitationē, non intelligens per exercitationē ipsam operationem erga ęgrum: ita enim non esset pars artis, cùm ea operatio non sit habitus intellectus, quod Auicena rectè dixit: sed in ipso habitu intellectus dirigente ad sanationem, quem medicinam appellamus, est cōsiderare partes duas. Sicut enim inter habitus prudentiæ est pars, quę præcipit & docet de cōtingentibus quid agendum sit, ipsa tamen nō agit, ea est legislatria, & architectonica ciuilis, licet sit habitus intellectus actiui: & comparatio illius ad partē exercentem, est cōparatio scientiæ ad artem, quomodò se habent senatores vrbium ad ædiles, architecti ad ædificatores, naucleri ad nautas: ita in medicina alia pars est in vniuersalibus tantùm consistentes, tam in agnitione affectuū, quàm in prædictione, & curatione, & comparatur ea pars artis ea libris tantū, & demōstratione. est & alia medicinæ pars, quam vocat Galenus particularem exercitationē: ea cōparatur dupliciter: vel per libros, sed qui descendant ad particularia, qualis traditur in libris quatuor posterioribus de locis affectis, & in libris epidemicis: vel conspectu ipso ægrorum. comparatur enim magis sensu, quā demōstratione: & cōstat multa sui parte ex habitu assuefcibili magis, quā docili, vt agnitio quæ per tactum cōparatur, de differētijs pulsuum & caloris ad febriū dignotionem & colorū ad epaticos & spleniticos agnoscendos, saporum ad internoscenda medicamentorum temperamenta. Quare cùm hæc pars artis ea ægrorum conuersatione facilè paretur, non ex libris: malè peccatur Galenus medicis, qui totam artem ex solis libris citra ægrorum visitationem comparare sperāt. nec dissentit Aristoteles, in æthicis experientiam vtiliorem esse dicens ad perfectionem artis comparandam, quàm rationem: eoq; actio in particularibus versatur. in omni autem habitu, qui circa singularia operatur, experientia vtilior est ratione. Nec pugnat etiā superioribus, quod hic vnam tantùm medicinæ parrē appellamus architectonicam, cùm suprà tota asserta sit architectonica: quia collata ad mechanicas tota est imperans. Si verò inter se mutuò conferuntur, pars vna medicinæ architectonica est, reliqua ministra. videlicet in agnitione affectuum doctrina continetur in duobus prioribus libris de locis affectis: exercitatio verò in quatuor posterioribus. prædicēdi doctrina in tribus libris præsagiorum: exercitatio verò in epidimiis. medendi doctrina in libris methodi: exercitatio in his, quas vocant practicas. maior autem exercitatio vsu ipso ægrorum comparatur. Et has duas partes vocat sæpè Galenus duo medici crura: quorū altero deficiente necesse est medicum claudicare: possuntq; ea cōpatatione vocari pars theorica, & practica qua Aristoteles dixit esse inter has partea

Obiectio. Lib. 6. ethic. cap 4

In proœmio.

Lib. 6. ethic. cap 7. & 8.

Li. 4. de locis. In proœm. Lib. 6. ethic. citato. & proœmio metaphysica.

Obiectio.

Lib. 6. ethic cap. citato. Lib. 3 de anima cap. 10.

prudentiæ comparationem, quæ eſt ſcientiæ ad artem. & quia quemadmodum in conſulratoria ratiocinatione vniuerſalis in maiore ſumpta mediatè mouet, particularis verò quæ in minore ſumitur ſine medio, quia magis attingit affectum particularem. vt, omnis philoſophus eſt honorãdus: Socrates eſt philoſophus: ergò Socrates eſt honorandus: ita in medicina particularia illa, ſeu magis attingentia effectum practicæ nomen habere poſſunt: vniuerſalia theoricę, ceu remotiora, ab effectu, licèt ambæ cognitiones ſint habitus intellectus practici ad ſolam operationem tendentes. nam licèr poſſint addiſci ab aliquo intentione ſolius contemplationis: cùm tamen nõ ſint ſcriptæ ab auctoribus, nec redactæ ad diſciplinã, niſi quatenus dirigunt ad opus, tota erit verè practica. Sicut Geometria ſemper eſt ſcientia, licèt addiſcatur, ab architecto gratia ædificandi. Secus eſt de diſciplinis: quarum vna pars verè eſt ſcientia ad ſolam contemplationem tendens: alia verò ars, quæ gratia tantum operis edendi addiſcitur. quomodò Muſica diuiditur in theoricam, & practicam, & Aſtronomia, & Arithmetica.

CAP. III.

Sed quoniam & effectiuum & indicatiuum & ſuſceptiuum dupliciter vnumquodque dicitur, hoc quidem ſimpliciter, hoc verò vt nunc: noſſe oportet amborum eſſe medicinæ ſcientiam: ipſum verò ſimpliciter duobus dicitur modis, & quod ſemper & quod vt plurimum: de quorum vtroque medicina pertractat. Neutra verò, & corpus, & cauſa, & ſignum, & quod ſimpliciter dicitur, & quod vt nunc tripliciter vnumquodque appellatur: hoc quidem, quia neutrius contrariorum eſt particeps: hoc verò, quia vtriuſque: hoc verò, quia aliquando huius, aliquando illius. horum autem ipſorum ſecundum rurſus duobus dicitur modis: aut quia vtriuſque contrariorum ex æquo participat, aut quia aliquando plus alterum. eſt verò & in tota definitione, ſi verba animaduerterimus, ambiguitas quædam: quam & ipſam diſſoluere oportet. Cùm enim dicitur medicinam eſſe ſcientiam & ſalubrium & inſalubrium & neutrorum, ſignificatur quòd & omnium particularium, & quod quorundam, & 1 qualium. Sed omnium quidem infinitum quoddam eſt atque impoßibile: quorundam diminutum atque artificio carens. qualium verò artificioſum pariter & ſufficiens ad omnia artis particularia. quod etiam dicimus in medicinæ definitione comprehendi. Primùm igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam ſint ſalubria & inſalubria & neutra: poſt hæc de ſignis & cauſis diſſeremus,

SVbdiuidit nouem ſubiecta medica dicta. ita enim in toto opere ſingulorum tractatuum diuiſiones omnes præponit definitionibus. Subdiuiſionum prima eſt, vnumquodque nouem ſubiectorum quæ dicta ſunt, intelligitur vel ſimpliciter tale, quod nomen vltra actum ſanitatis, verbi gratia, in corpore ſalubri ſimplciter, importat aptitudinem & naturalem potentiam ad conſeruandam ſanitatem, vel vt nunc tale, quod merum actum notat, imò minuit innuens ita eſſe ſanum, verbi gratia ſalubre vt nunc, quod non habet facultatem, qua diu in ea diſpoſitione duret. Secunda ſubdiuiſio. Simpliciter tale, intelligitur vel ſemper, quod per totam vitam aptum eſt ita durare, exempli cauſa, ſalubre ſimpliciter ſemper corpus, conſeruare natiuam ſanitatem, vel ſimpliciter vt multùm quod per bonam vitæ partem. Tertia ſubdiuiſio comprehendens ſola neutra tam corpora, quàm cauſas, & ſigna, quoduis ex neutris tripliciter dicitur, vel per abnegationem extremorum. nempè corpus neutrum, quod nec ſanum eſt, nec ægrum; vel participationem extremorũ, quomodò eſt corpus neutrũ, quod in vna natura valet, in reliqua ægrotat, aut quibuſdam membris valet, aliis ægrotat: vel tertiò per ſucceſſionem temporum. quo ſenſu dicitur corpus neutrum, quod cùm hyeme valeat, æſtate ægrotat, aut è conuerſo: quales ſunt naturæ illæ, de quibus pronunciauit Hippocrates, naturarum hæ quidem ad æſtatem, hæ verò ad hyemem bene maléve comparatæ ſunt. *Lib. 3. Apoc. 2.* Quarta ſubdiuiſio ſolum comprehendens neutrum ſecundi ſignificati, vel participatio eſt æqualis, quando corpus neutrum per participationem extremorum paria habet membra bene valentia, & ægrotantia: vel participatio eſt inæqualis, quando vnum extremorum in compoſitione ſuperat reliquum: vt ſi corpus neutrum per participationem habet vnum membrum ægrum, reliqua ſana, vel è conuerſo. Si ergò tria neutra corpus, cauſa, ſignum diſtribuuntur per quatuor ſignificata, dicta videlicet per abnegationem, participationem æqualem, participationem inęqualem, ſucceſſionem temporum: euadunt neutra duodecim, & cùm quoduis ex duodecim ſecetur tripliciter in ſimpliciter ſemper tale, ſimpliciter vt multùm tale, vt nunc tale: euadunt omnia neutra medica triginta ſex, quibus ſi addis ſalubria nouem videlicet corpora, cauſas, ſigna: quorum quodque eſt ſimpliciter ſemper tale, vel ſimpliciter vt multum, vel vt nunc ſalubre: & totidem inſalubria nouem. ſcilicet euadunt omnia ſubiecta medica numero, quinquaginta quatuor, quod inuenire propoſitum erat. Secundò interſerit difficultatem dialecticam in definitione talem. Cùm proponit definitio medicinam differere de ſalubribus, inſalubribus, & neutris, vel intelligit de ſingulis inſalubribus, & erit infinitum, quare non cadens ſub arte: vel ſignificat de quibuſdam indiuiduis ſalubribus agere & erit diminuta tractatio, cùm plurima indiuidua non attingat: vel ſignificat agere medicinam de omnibus ſalubribus non ſub ratione indiuidua, ſed quatenus omnia conueniunt in vna qualitate, vel ſpecifica ratione ſalubrium. Reſpondet autem dubitationi, admittens hoc poſtremum, reiiciens duo priora. *In prædic. ca. de ſubſtan.*

1. Qualium.] appellat ſpecies qualia, quia vniuerſalia in prædicamento ſubſtantiæ ſignificant quale quid apud Ariſtotelem. Et apertè Galenus dixit nihil referre, ſiue dixeris ſpeciem, ſiue qualitatem, ſiue genus, ſiue differentiam. Quæſtionũ in ſcientiis diſcrimina.

CALEBRIS verò agitatur hoc loco de neutra habitudine difficultas, ſeparandáne ſit à duabus illis extremis, ſanitate & morbo. *Lib. de Medicatr. initio.* Sed commodè in hoc loco ſemel Galeni mens conſideranda eſt, dum ab huiuſmodi quæſtionibus medicos deterret. Sunt enim, quæ in ſcientiis rerum difficultates proponũtur, triplici genere cõtentæ. quędam rerum ſimiliũ inter ſe differentias inquirunt, in quo vno ferè rerũ omniũ cognitio ſita eſt:

aliæ

aliæ modum quærunt, quò de illis rebus doctrina facilior, breuiórque tradatur: postremum genus est, quo de nominibus, quibus res illæ significantur, indagatur in significando proprietas: primum genus difficultatum si expediatur, doctum facit; secundum docentem: tertium ornatum, & quod ad rerum cognitionẽ attinet sophisticum. Primum genus nec omitti vnquam potest, nec varietatem citra errorem patitur vllam, non magis quàm rerum ipsarum, quæ proponuntur, naturæ. Secundum docenti necessarium: nam certo ordine, verbísque pronuncianda aliis, vel scribenda rerum concepta cognitio est: sed non similiter priori inuariabilis: pro vario enim scopo vel libri, vel docentis, numerari possunt sanorum classes, vna, tres, septem, cùm continuum omne quamuis partitionem admittat. Postremũ verò, quo de verborum propriis agitur significatis, siue probatorum auctorum in controuerso verbo vsus obseruetur, quod grãmaticorum est, siue ornatus, quod rhetorum, siue naturæ, & genera significati secundum conuenientiam differentiáuve in decem primis rerum omnium generibus, quod est dialectici proprium: constat ad scientiam, quæ de rebus agit, non attinere. Cupit autem Galenus ita tractari genera hæc, vt in primo & secundo genere ad vnguem explorentur omnia. In hoc postremo si non est controuersia in significato, vtamur in scientiis certis, propriisque rerum vocabulis: turpe est enim propriam vocẽ ignorare: & quod Cicero dixit, mandare quenquam literis suas cogitationes, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. Si verò discordia de nominis proprietate suboritur, vel ea facilè componatur, si fieri potest, sumptis scilicet in eo vsu vocabulis, quem dederit is, cum quo initur disputatio: vel certè citra ea controuersa nomina per alia, vel nomina, vel circumloquia, res ipsæ agitentur & expediantur: ita enim futurum arbitratur, vt de rebus sciẽtia breui tradatur, alioqui in immensum propter difficultates de nomine intercidentes: excursura, quod cùm nunquam non commendet, nunquam potuisse se suis persuadere idem ipse testis est: nos verò persuasos esse præstat. Illud in primis duobus problematum differentiis præstatuendum meditandúmque est: fieri nonnunquam vt aliud requirat doctrinæ ratio & scopus, aliud exacta & minuta rerum perscrutatio: & oportere philosophum, cui a sola rei indagatio spectatur, posterius hoc sequi: medicum, qui curationis solam rationem habet, prius, quod institutum seruat Galenus in multis partibus artis docens perpetuò, non quod physica cõsideratio scrupulosè inueniat: sed quod aptiùs est medicationi, vtiliusque operi intento: eò quod cõsiderat omnia quatenus operi medico substant: qui, cùm non operetur, nisi in cognitam dispositionem signis & sensu, non considerat, nisi manifestè sensilia, hoc prudens Galeni consilium non rectè expendens Auerrois audet in multis reprehendere Galenum, ipse multo magis reprehendendus, in quibus Galenum calumniatur. Ex hoc enim suo scopo concedit & tradit Galenus moderatam temperaturam cum latitudine, licèt calor & frigus medij expertia sint. Inter ætates vigentem durantẽ aliquot annis, licet homo semper aut augeatur aut minuatur præter quàm in puncto. Sic inter tempora morbi addit antiquis statum amplum, cùm tamen verè non sit, nisi momentaneus. optimum temperamentum, optimam sanitatem. Salubritatẽ simpliciter semper, licèt omnia sint instantanea, & concedit cum latitudine. Sicut multos pulsus & vrinas moderatissimas, æquale ad pondus durãs, purum cibum, puram medicinam, excrementa sincera, humorem morbi purum, intemperaturam simplicem durantem, neutram dispositionem cum latitudine. Neque obstat quod videtur in his supponere falsum, cùm tamẽ scientia & ars sint habitus veri: nam non supponit in dictis dari verè medium durans: sed extrema parua quæ sensus nõ diiudicat qualia sito. Quare vocat contraria medium habentia, non calorem & frigus: sed calorem sensilem, & frigus sensile: inter quæ intercedunt calor & frigus, quæ sub sensum non cadunt, quę medicus vocat moderatam temperaturam ob causam dictam, licet etiam ita explicare difficultatem, quòd licèt scientia & ars ambo sint habitus veri, variè intelligitur in illis veritas: nam scientiæ veritas est adæquatio intellectus ad rem: artis verò veritas est adæquatio intellectus ad opus: quia cùm ars non consideret quomodò res se habeat, sed tantùm inquirat doctrinas vt les operi: nil impedit doctrinam non exactè veram, vel aliqua ex parte falsam, esse vtilem operi, quare cõstituet artis vtilem & suo modo veram propositionem: quemadmodò architectus ad inueniendam latitudinem ianuæ in cella vinaria, metitur dolij circulum, & supponit circulum continere duos diametros & tertiam, licet verè diameter sit incommẽsurabilis circulo. Hęc præfati in genere, intelligemus de nominis proprietate agere eos, qui multis hinc inde rationibus cõgestis disceptãt de infirma sanitate, qualis quæ senum est, vel è morbo resurgentium, nuncupandáne sanitas sit, an morbus, an verò neutra quædam habitudo corporis. Ideò sæpe eam compellat sophisticam: & ridiculos eos, qui in huiusmodi libros medicos insumunt. Sophisticum enim in medicina est, quicquid non mutat, vel curationem, vel prædictionem. Talis est, quæ modò mouetur, dubitatio: cùm eius infirmæ sanitatis agnitio prouidentiáque per quoduis ex illis tribus nominibus, vel per nouum aliquod pari vtilitate doceatur. Si vero placeat eas logicas quæstiones (sunt enim duę, etiamsi vna tantum proposita sit) hic expedire, quod seorsum, & per otium magis decebat: ita probabilius dicendum est, sanitatem, & morbum denotare corporis status, quibus nullus intercedat tertius. nam eum tertium Aristoteles negat in pòst prædicamentis: quin & Galenus ipse definit illa duo per contradictoria: si sanitas est moderantia, morbus erit immoderantia: & si sanitas est naturalis constitutio, morbus erit innaturalis. Item ex regula Topica, si genera sunt immediata, & species, genera sanitatis & morbi sunt æquale, & inæquale, quæ seu contradictoriè opposita non habent medium: ergò nec sanitas & morbus. Altera Logica item disquisitio: sitne moderantia per sanitatem significata momentanea, an ampla. In qua si modò cum vulgo loquendum est, quemadmodum loqui præstat, fatẽdum est amplitudinem habere etiã insignem, ne perpetuò homines ægrotare fateamur innouatia frustrà vocũ significatis. Cur verò Galenus alibi

semper

Infrà 88.

Tusculan. Lib. 1.

Lib. de diffe. sympt. 1.

1. Epid sect. 3. com. 5.

Differentiorum Auerroi à Galenu causa.

4. de Sanit. 5. 5. de Sanit. 6.

Corporis status quot.

Cap. de oppos. 4.

Topic 5.

De diffe. mor. cap. 1.

Infrà cap. 8. c. 4 semper bimembrem diuisionem sequitur, hic trimembrem, suprà dictum est, vtrobique autem *Dubitatio.* concedit facilè contradicenti. Non pugnat verò cum his, quòd medicus sola ea, quæ sensu diiudicari possunt, cõsiderat. Cùm ergò neuter affectus sensum effugiat, non erit medicæ considerationis: quia sensus in neutris nõ iudicat speciem certam sanitatis, vel morbi, cùm ob paruitatem sensum effugiat: sed priuatiuè iudicat non discerni speciem qualia sit. Quare agnoscit neutrum medicus per priuationem sensilis cognitionis extremorum: non itaque qua ratione sanum est, vel ægrum, quæ sensum effugiunt, sed quatenus neutrum, quod sub sensum cadit. Agnoscitur itẽ per *4. de Sanit. 8. & infra 8.* *Dubitatio.* symptomata propria neutrorum, quæ vocãt morbosa symptomata, vt imbecillitas operis, vel spõtanea lassitudo. Num autem neutrum præsens, in diuisione bimẽbri affectuum humanorum, quam Galenus ferè sequitur, includatur in membro sanitatis, vel potiùs morbi? Quidam contendunt *4. de Sanit. 1. & lib. 5. 6. Cap.. 2 de temp. 9. & 7. therap. c. 11.* includi in latitudine morbi, siquidem libro primo de locis ostẽditur eiusdem generis esse incipientem & perfectum morbum, sicut & res omnes similares. Illud verius dixeris, perpetuò separat ægrum à reliquis per sensilem læsionẽ, & omnem affectum sensilis læsionis expertem sanitatem vocat. Libro autem de locis inquit, morbi essentiam pro materiali significato, nempè calorem, vel frigus eiusdem esse generis incipientia, & aucta, sicut & reliqua similaria. Quare neuter affectus pro materiali, morbus est: pro formali, vt dicit insensilem læsionem, sanitas: in diuisione bimembri.

SECTIO TERTIA.

Cap. Qvartvm.

Salubre simpliciter corpus est, quod ab ipso natura ortu bonam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis, atque in his, quæ ex ipsis componuntur instrumentis, est commensuratum. Salubre verò nunc est corpus, quod in præsenti est sanum. Est verò & hoc eo tempore quo sanum existit, bonam habens temperaturam, & commensurationem non tamen optimam, ac sibi propriam. Ipsius verò salubris simpliciter corporis; tale quidem est semper id quod est optima temperatura præditum, ac maximè est commensuratum: vt multum autem quod à constitutione optima non valde admodùm deficit.

PRæsenti sectione tradit definitiuam doctrinam corporum salubrium, vt insalubrium §. sequẽti [*insalubre verò*] hìc primò explicat assentiam salubritatis simpliciter, ea est ab ortu cõtracta: affirmans eam consistere in probo temperamento partium similarium, & exacta organorum commoderatione. Secùdò explicat reliquam differentiam salubrium vt nunc, asserens eam modò quidem habere commodum temperamentum & compositionem diu, cætetùm nõ esse exacta, co enim distat à simpliciter salubri, cùm vtrumque omnem præsentem notet sanitatem: quod simpliciter tale est optimum ab ortu, vt nunc nec importat ortum, nec dicit perfectionem: imò abnegat. Tertiò de mẽbris simpliciter salubris pronunciat, simpliciter semper salubre, esse ab ortu optimè & temperatum, & commensuratum, vt multum verò ab ortu quidem probè constitutum, non tamen optimè.

Nvnc soluendæ sunt de proposita finitione dubitationes. Prima. Quomodò, cùm constituatur sanitas ex tribus naturis, & morbus ex vitio cuiusuis ex illis, hìc nõ numerat nisi duas, temperaturam & compositionem, omissa vnitate. Sanè ob breuitatem omisit: refert autem infrà, maximè cùm ab ortu vitium solutionis sit rarissimum. *Dubitatio.* *Cap. 6.* Secunda. Plurimas sanitates non complectuntur finitiones Galeni, qualis est eius, qui ab ortu habuit optimam sanitatem, & nunc eam habet vel languidam, vel corruptam, talis est qui ex saluberrimo habitu, cõtracto morbo gallico euasit morbissimus. Item non complectitur eius sanitatem, qui, cùm ab ortu non habuerit optimam, nunc habet optimam siue ex casu, siue ex actu reducente. Iam quicunque morbosum habitum ab ortu contraxerunt, non sunt ægri vt nunc, cùm sint ab ortu tales, nec simpliciter insalubres, cùm simpliciter insalubris sit actu sanus: ægri autem à natura, non sunt actu sani. Quid, quòd sanitas *Infrà. 8.* mediæ adolescentiæ optima est etiam in salubri habitu, & tamen non est sanitas vt nunc, quia est optima, nec simpliciter ex suppositione. Dubij explicatio hinc petenda est. Galenus sanorum actu multas differentias constituit, non sic actu neutrorum vel ægrorum: videlicet in latitudine sanorum.

Salubre simpliciter semper,
Salubre simpliciter vt multùm,
Neutrum simpliciter vt multùm,
Neutrum simpliciter semper,
Neutrum aliud simpliciter vt multùm,
Insalubre simpliciter vt multùm,
Insalubre simpliciter semper,

Salvare verò, vt nunc complectitur species omnes sanitatis dempto salubri simpliciter. *Ratio classium sanitatis* Causa varietatis, quòd relinquat indiuisa, actu neutra & ægra, actu verò sana per septem classes diuidat, hæc est: neutralitas & morbus actu ferè non contrahuntur ab ortu, quare in illis solas præsentes dispositiones considerat, inndeò indiuisa relinquit: sanitatem verò non solùm inquirit, qualis sit actu præsens, sed & qualis ab ortu contracta: cùm iuxta varietatem contractæ ab ortu, victus tam per sanitatem, quàm morbum varius debeatur, sicut & medicamenta. Ideò separat per signa actu sanos in classes iuxta diuersitatem natiuæ sanitatis. In latitudine ergò sanorum vocat optimam sanitatem [*simpliciter talem*] sicut pessimam sanitatem in eadem sanorum latitudine [*insalubritatem simpliciter.*] Ratio appellationis est: quia verbum [*simpliciter*] important optimum, & inculpatum in quouis genere, secundo de sanitate dicente Galeno: [*quod simplex inculpatumque est, ceteris omnibus praponit postulat: simplex autem inculpataque sanitas est in corporibus optimi habitum.*] *Cap. 1.* Vocat item parum recedens ab optimo, etiam simpliciter tale: sicut indiuisibile etiam Aristoteli dicitur, vix diuisibile, & ingustabile, vix gustabile. *Lib. 2 de anima.* Sed cur alibi simpliciter tale definit per optimum, hìc per contractum ab ortu? scilicet etiam infrà omisit verbum [*ab ortu*] meritò tamen hìc apposuit, quia de quouis homine inquirenda est aptitudo ab ortu contracta, & talis est maxima vel salubritas vel insalubritas, eò quòd cùm ea dispositio corporis sequatur ad certam

2. de natur. fa cult. 3.

tam mixtionem elementorum, quæ solius Dei & Naturę opus est, nulla arte vel casu exquisitè post ortum talis acquiri potest, quæ dispositionem æquè fixam cũ natiua habeat. Nunc ergo ad obiecta corpora, quæ videtur Galenus omisisse: qui post ortũ, optimum temperamẽtum reductionis beneficio comparauit, est ille quidẽ optimè tẽperatus, non aspirabit tamen ob eam, quæ dicta est, causam, ad dignitatem, nomenque salubritatis simpliciter talis. nã sanitas mediæ adolescentiæ vt sit in quouis homine suarũ ætatũ optima, non sequitur, vt aliis hominibus collata optima sanitas cẽsenda sit. qui verò natura est simpliciter salubris, sed ex gallica lue multò post ortũ infectionem deprauationémque cõtraxit, non accedit ad infœlicitatem eius, quem ex more dicimus insalubrem simpliciter, quia in salubritate vincitur ab eo, qui ortu cõtraxit eam insalubritatem: qualis qui natus ex parente sic laborante hæreditariò eam possidet. Potest tamen vocari is qui tempore deflexit ad morbosum [*ex tempore insalubris,*] is verò qui tempore & arte euasit optimè tẽperatus [*ex tempore salubris.*] licèt Galenus his appellationibus nõ vtatur. qui verò ortus est cum morbo, æger est vt nunc: nam definitio ægri vt nunc non excludit originalẽ morbũ: eò quòd in actu neutro, vel ægro cùm non separet originale ab eo quod actu tale est, per nunc talia vtrũque intelligit, eum qui ab ortu, & qui modò talis est. Docet autem Galenus in Epidemiis explicãs illud Hippocratis, [*erat autem natiua quædã tabes*] Hippocratem addidisse, natiuam, propter sophistas negantes morbum aliquẽ esse natiuum: cùm natiuus morbus possit esse dupliciter. Primus, in quo minor dubitatio est, quando quis cum morbo actu oritur, vel cũ aptitudine ad crebrò ægrotandum. Secundus, quando oritur cum aptitudine ad certum morbum, vt quod filijs tabidorum euadant tabidi, nephiriticorum nephritici. Est & illa dubitatio aduersus finitionem salubrium. æquiuocationem committit in aduerbio [*nunc*] quod in salubri minuit, & in insalubri minimè: sed solam importat temporis differentiam. non committitur tamen, si rectè expenditur, æquiuocatio, sed vtrobique [*nunc*] mutat aptitudinem in actum: & quia aptitudo nunquam ægrotandi est melior dispositio, quàm actu non ægrotare, ideò salubre simpliciter præfertur salubri vt nunc: quia verò aptitudo ad ægrotandum non est deterior, quàm actu ægrotare, ideò insalubre simpliciter præfertur insalubri vt nunc.

Lib. 6. Epid. Sect. 2. com. 5.

Postrema. quomodò statuit aliquid salubre semper, cùm nõ videatur perpetua sanitas cõseruabilis, saltem enim deficiet in emissione dentium, & partubus. Sanè licèt plurimi intorqueãt verbum [*semper*] ad aliam significationem, vt importet optimam sanitatem, nõ perpetuam durationem: non videtur Galeni eloquentia pati eas violentias sermonis, maximè cùm hîc [*Salubre nunc*] interpretetur ipse [*in tempore præsenti*] paulò pòst interpretetur [*semper. per omnes ætates.*] quòd si semper salubre definit per optimam temperaturam, & compositionem: rectè facit iuxta propositum tradens essentialem finitionem salubris semper per causam. Nam & de neutro nunc in tertio significato, dicet non dari, quia in præsenti non potest vnum corpus varias habere constitutiones, pro variis temporibus. Vnde apparet [*nunc & semper*] Galeno significare differentias temporis. Ergo intelligitur in sano simpliciter, semper, optima sanitas per omnes ætates collatione ad coæuos. ita vt sit aptus semper durare sanus, nisi intercedat violenta causa cogens ad dolorem, vel morbum: vt constitutio praua aëris, ortus dentium, partus.

Cap. 6.

CAP. QVINTVM.

Insalubre verò simpliciter est corpus, quod ab ipso ortu natura. vel in consimilibus partibus malã habet temperaturam, vel in instrumentarijs incommoderationẽ, vel vtrumque vitium. Insalubre verò nunc est corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat. nec obscurum est, quod & hoc ipsum eo quo dicitur tempore, ægrotans, vel in consimilibus malam habet temperaturam, vel in instrumentarijs incommodè rationem, vel vtrumque. Est verò & semper insalubre, quod ex ipso naturæ ortu, vel pessimam habet temperaturam in simplicibus & primis particulis 1 omnibus, vel aliquibus, vel his quæ obtinent principatum: vel in instrumentarijs incommoderatum existit. Similiter autem in his vel omnibus, vel aliquibus, vel his quæ obtinent principatum. Vt multùm verò insalubre est corpus, quod ab huius quidem vitio recedit, non tamen 2 mediocritatem attingit.

INsalubrium corporum finitiones ex oppositis salubrium ferè patent. Primò separat in simpliciter insalubre, quod ab ortu habet vitiũ magnum, intra sanitatis tamen latitudinem, siue id vitium sit simplex, siue duplex: & vt nunc insalubre, quod in præsenti habet vitium, intra eãdem latitudinem tamen non habet, sed actu est æger. nec in eo meretur accusationẽ Galenus: quia simpliciter talia omnia cõstituit species sanorũ: quo fit, vt in salubre vt nunc, ne coincidat eum classibus sanorum, importet vitium sensile constituẽs morbum: quòd si insalubre simpliciter cõstitueret extremum, & pessimum corporis affectum, oppositum salubri simpliciter, doctrina euaderet apertior, neque minùs præsenti vtilis. Secundò subdiuidit insalubre simpliciter in semper tale, quod summũ vitiũ habet inter sanos, & vt multùm tale, cuius vitium ab extremo deficit.

1. *In omnibus. vel aliquibus, vel principalibus*] Dubitant quomodò in doctrina compendiaria multiplicat frustrà verba. Verùm nec idiota id frustrà faceret, quod quidam hîc in Galeno concedunt. nec explicãdum est cum barbaris, vel principalibus, id est, & principalibus. dura enim mutatio est disiunctiuæ in copulatiuã. Sed per [*aliquibus*] intelligit multas pessimè constitutas: & per [*principalibus*] vnam tãtùm, vel duas, quæ etiã si sint paucæ collatione corporis totius, propter influxum tamen in totum, sufficiunt reddere corpus insalubre simpliciter semper. satius autẽ scriberetur pro aliquibus, pluribus. Sicut Aristoteli definitur propositio probabilis, quæ videtur vel omnibus, vel pluribus, vel sapientibus.

2. *Nondum ad mediocritatem*] Quomodo in definitione insalubris vt multum asserit, quòd recedit à maximo vitio insalubris semper, sed nondũ mediocritatem attingit: nam mediocritas & moderantia est summum temperamentum, à quo maximà abest insalubre vt multũ. Responsio est, Galenus habet [*medium*] quo verbo non intelligit medium hominum, quod est salubre simpliciter

Obiectio.

citer

citer ſemper, ſed medium latitudinis ſanorũ, de quibus modò agebat, tale autem mediũ eſt neutrum ſimpliciter, à quo parum recedit inſalubre vt multum. Sed opportunè facimus ſi ad exactã ſcriptorum perſcrutationem quærimus. Primò, num ſanitas & morbus ſint contraria. Secundò, num ſit ſanitas bona temperatura & cõpoſitio, an præter illa aliud. Tertiò, num corpora ſimpliciter ſemper talia amplam habeant, an inſtantaneam diſpoſitionem. Quartò, quomodò numerus hic diſpoſitionum humanarum conueniat cũ traditio lib. ad Thraſyb. Quintò, num diſpoſitio omnis naturalis præſtet diſpoſitioni præter naturam. Sextò, num omne ſimpliciter ſemper tale, vehementius ſit tali vt multum. Septimò, num optima ſanitas etiam ſit diuturniſſimæ vitæ. Octauò, num poſſit naturalis ab ortu aptitudo eſſe vt multum, non ſemper talis.

Sanitas & morbus an contraria. *Cap de oppoſitis.*

De primò, Num ſanitas & morbus ſint contraria: ſiquidem definiuntur in pòſt prædica. [*quæ ſub eodem genere maximè diſtant, & eidem ſubiecto viciſſim inſunt, à quo ſe mutuò expellunt.*] Videntur autem maximè diſtare calidum & frigidum intemperamẽrum: ſiquidem in genere qualitatis opponuntur extrema magis, quàm temperantia febri. Ad hunc modum ſatisfaciendum eſt, morbus calidus & frigidus poſſunt conſideratione materiæ; quatenus ſunt in ſpecie qualitatis tertia, paſſionis, vel paſſibilis qualitatis: & ſic magis opponuntur, quàm febriens & ſanus: quomodò etiam auaritia magis opponitur prodigalitati, quàm liberalitati: quia multum dare magis opponitur pauco, quàm moderato. Si verò conſiderantur ratione formalis qua ratione reponuntur in prima ſpecie qualitatis, habitus vel diſpoſitionis, magis opponitur febriens ſano, quàm refrigerato: quia diſpoſitio ſani magis diſtat à diſpoſitione febriẽtis, quàm vnius ægrotantis diſpoſitio ab ægrotante alio: ſicut auaritia in ratione virtutis magis opponitur liberalitati, quàm profuſioni, & in vniuerſum vitium virtuti: ea ratione hîc ſanitas & morbus veniunt in conſiderationem: quare contraria ſunt.

Sanitas an temperies.

De ſecundò, Num ſanitas ſit bonum temperamentum & compoſitio, morbus verò mala, an aliquid vltra illa. arbitror dicendum non eſſe illa. Oſtendo: Omnis ſanitas eſt habitus, vel diſpoſitio ex prima ſpecie qualitatis: numerus autem & quantitas, quæ ſunt compoſitio, non continẽtur in prædicamento qualitatis. Addo, idem temperamentum eſt ſanitas Indo, morbus Sclauo: & ſanitas puero, morbus ſeni: ergo aliud dicit morbus ab intemperamẽto. præterea ſanitas & morbus ſunt affectus viui tantùm: complexio, compoſitio, vnitas etiam inanitatis inſunt: ergo aliquid ſuperaddit ſanitas illis naturis. cuius gratia dixit Ariſtoteles ad ſanitatem non eſſe motum, ſed mutationem, licèt ad materiale ſanitatis ſit motus. & Auicena tria eſſe dixit morborum genera ſequentia intemperiem, compoſitionem, ſolutionem: nõ ipſa intemperies, praua compoſitio, ſolutio. Cum ergo ſanitas non ſit illa tria, non eſt item proportio illorum trium, & morbus improportio (quod alij introducunt) nam ita ſanitas eſſet ad aliquid: cùm tamen verè ſanitas ſit habitus, vel diſpoſitio ex prædicamento

2 part. cap. 2.

qualitatis cum Ariſtote. ſed ſanitas eſt diſpoſitio corporis potẽs ad ſolitas functiones, cõſiſtẽs in ſimilaribus debita proportione mixtis, & in organis cõuenienti moderamine cõpoſitis. Itaque cùm in homine ſano ſint materialia, vel realia, elementa bene mixta, & organa rectè compoſita: formalia verò proportio componẽtium commoda, & præterea potentia ad functiones: cùm illa duo formalia nõ habeant eſſe conſeruandũ, vel remouendum præter materialia dicta: medicus autem ſola ea ſeparat, quæ requirunt ſeparatam intentionem medici in opere: Galenus perpetuò difficultates dialecticas non variantes curationem relegans ab opere medico, nec admittens in medicina, promiſcuè definit ſanitatem & morbum per tria dicta, ſignificans medicum nõ debere ea diſtinguere, quatenus medicus eſt. Quare ſæpè vocat morbum, illa materialia, quomodò definit morbum per cauſam immediatam læſæ functionis: cùm tamen nec illa proportio, nec illa diſpoſitio denominans ſubiectum ægrũ, ſint cauſa immediata læſæ actionis: ſed ipſa intẽperies materialis. Sic definit febrem per calorẽ præter naturam: febris autem eſt morbus. Sæpe item definit morbum per affectũ, vel diſpoſitionem, quandoque per proportionem, quomodò lib. de differentiis morb. per moderãtiam, vel æqualitatem componentiũ: & infrà concedit eandem diſpoſitionem per variam relationem ad opus modò neutram, modò ægrã appellari poſſe. Ex qua varietate definiendi conſtat Galenum data opera nõ ſeparare in re medica tria illa dicta, quare non eſt cur in eo à nonnullis accuſetur.

Lib. 1. de diffe. febr. 1. 2. ther. c. 4. & de dif. ſympt. cap. 1. Lib. de differ. morb cap. 1. Cap. 82.

De tertio, Num corpora ſalubria ſimpliciter ſemper, & inſalubria ſimpliciter ſemper durent. Satisfacit author paulò infrà dicens, latitudinem autem magnam habet quæuis harum differẽtiarum: ergo datur durans. Significata autem ſaniſſimi, vel temperatiſſimi multa ſunt pro varia latitudine in eo conſiderata. nam de ampla latitudine dixit libro quinto de ſanitate, multos ſubinde reperiri. de anguſtiore dixit lib. de optima cõſtitutione, vnum aliquem naſci temperatiſſimũ per temporum interualla. de exactiſſimo autem temperamento, libro primo de ſanitate. ſi vnquã fuit, non durauit, niſi ictu oculi; vnde apparet quamuis differentiã ſanorum ex ſeptem hîc memoratis diuiſibilem eſſe, & quòd ſingulæ differentiæ ſenſibiliter vincũr: alioquin à medico nõ diſtinguerentur: cuius eſt ſenſilia tantùm diſcrimina agnoſcere. Cùm autem latitudo omnis ſit diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, ſequitur dari innumera corpora ſimpliciter ſemper ſana, quę tamen ſe excedunt inſenſibiliter, aliàs eſſent, ſi ſe excederent ſenſibiliter, ſalubria vt multum.

Simpliciter ſemper an duret.

Cap. vlt. Cap 3. Cap. 8.

De quartò, Quomodò diſtent membra diuiſionis diſpoſitionum humanarum hîc tradita à traditis libro ad Thraſib. ſingula ad hũc ferè modum diſponenda ſunt. Illic agit de diſpoſitionibus, tantùm actu citra aſſertionẽ neutrius diſpoſitionis ſeparatæ: hîc autem etiam de talibus natiuis & naturalibus potẽtiis, cum aſſertione neutrius diſpoſitionis. reducuntur autem illæ claſſes ad præſentes ſic.

Numerus humanorũ affectuum. *Cap. 4. & de dif. morb. c. 2.*

Salubre ſimpliciter ſemper,
Salubre ſimpliciter vt multum,
Neutrum ſimpliciter vt multum,
Neutrum ſimpliciter ſemper,
Neutrum ſimpliciter vt multum,
Inſalubre ſimpliciter vt multum.

Inſalubre

Insalubre simpliciter semper,
Neutrum vt nunc,
Ægrum vt nunc,
Optimus habitus.
Bonus habitus.
Sanitas in habitu.
Sanitas in affectu.
Sanitas in affectu.
Sanitas in affectu.
Sanitas in affectu.
Sanitas in affectu.
Ægrum.

Nũ affectus præter naturam melior naturali.

De quinto, Num dispositio aliqua præter naturam sit melior naturali, videntur enim vrgere sequentes rationes. desiderabilior est diaria in salubri simpliciter sẽper, licèt sit innaturalis, quàm insalubritas simpliciter semper, licèt naturalis. Ad hæc moriens morte naturali non habet affectum præter naturam: & tamen deteriùs dispositus est, & magis læsas functiones habet, quàm tertianarius. Est & illud non leue argumentum, ægrotans in visu, qui acutissimè cernebat, meliorem visum habet alio, qui citra morbũ obtusissimè videat. Soluuntur autem. Nam dispositio salubris simpliciter eo die, quo diariã patitur, est deterior quouis die insalubris simpliciter: verùm anni vitæ insalubris, deteriores sunt annis vitæ salubris simpliciter hominis, moriẽs verò ex naturali morte cùm habeat læsionem sensilem functionum, habet morbum & dispositionem præter naturam: vocatur tamen ea mors naturalis, quia sequitur actionem naturæ libro de Maras. Iam omnis dispositio in vniuersum præter naturam deterior est dispositione vniuersim naturali: verùm nil obstat dispositionem, quæ Petro acutissimè videnti est præter naturam, & ideò morbus, esse magis optandam visione Pauli, qui ex natura sua obtusissimè videat.

Cap. 2.

Lib. 1. de sanit. cap. 6.

Nũ simpliciter semper excedat vt multum.

De sexto, Num omne simpliciter semper tale, magis tale sit, quàm vt multum tale, valde cõtrouersi sunt in soluẽda dubitatione, quam ita proponunt: ostendentes salubre aliquod vt multum esse sanius salubri simpliciter semper. Statuunt vnum in temperatura & compositione semper salubrem, in extremo versus sanum vt multũ: & alterum itẽ in compositione parem, sed in temperatura multo meliorem. Cùm ergo ambo dicti sint semper salubres, fingunt in hoc instanti melius temperatũ labi in compositione, & argunnt, Immediatè post hoc iam erit vt multum salubre, saltem non erit semper salubre, vtpote exiens latitudinem salubritatis semper: & tamen est magis sanus, quàm alter manens semper talis. Probatio minoris: Aliqua proportione est sanior in præsenti is, qui habet temperaturam meliorẽ: sed ea non potest amitti in instanti: igitur. Nec satisfacit dicere sermonem medici esse de sensibilibus dispositionibus. Quare immediatè post hoc instans, habebit corpus dictum idem nomẽ salubris simpliciter semper, quod modò habet: quia cùm salubre vt multum aliquo termino separetur à salubri semper, nẽpe sensili defectu: sequitur dandum esse instans separationis, post quod immediatè fit sensilis defectus. Quare ita certiùs solueris: Ex duobus propositis tẽperatior est sanior in temperatura, sed absolutè non est sanior altero: quia sanior est, qui magis recedit à morbo, vel magis accedit ad summã salubritatẽ, sed vterque dictorum insensibiliter recedit, & per insensibilẽ lapsum vterque constituitur, vt multum salubris: igitur. Sicut si bonitatem cõstituat certa latitudo iustitiæ & temperantiæ: & alter sit in extremo vtriusque imperfectissimo: alter in vno, tantùm extremo imperfectissimò: planè hic secundus nõ est melior præcedẽte aliquo excessu, licèt sit in vna virtute excellentior: nam æquè habet rationem morbi morbus simplex compositionis, sicut compositus ex intemperie & praua compositione. Licet & ita dicere: Sanum multũ separatur à sano semper per lapsum certæ latitudinis, siue ea latitudo sit in vna sola natura, siue in multis sanitatem integrantibus: quò fit, vt falsò supponat casus: moderatissimum in temperatura, in compositione autem lapsum intra latitudinem salubris semper, æquè accedere ad salubre vt multum, cum eo, qui simul in temperatura & compositione valde lapsus est: nam prior multò magis recedit à salubri vt multum.

Nũ optimè sanus fit lõgæuissimus. Cap. 1.

De septimò, Num salubris simpliciter semper sit longæuus necessariò: insalubris verò breuis vitæ. Aristoteles lib. de longit. vitæ mouet, non soluit. Primò autem Rhetor. [*est etiam sine robore ac sanitate vis quædam alia longæuitatis.*] inquit. de quo ita statuendum esse videtur. Longæuitatis causam esse constat copiam principiorum vitæ cum proportione eorum cõmoda: ita vt nec humidum præ copia suffocet calidum, nec præ inopia exiccetur à calido: cũ quo stat creber lãguor tripliciter. Primò, propter virium compositionis, quod cum dicta proportione potest coire. Secundò, propter intemperamentum vnius, vel plurium membrorum, quæ nõ sint principia vitæ. Tertiò, propter prauitatem victus: nam sic multi natura salubres degunt valetudinarij. & propter contrarias causas potest aliquis breuis vitæ degere semper sanus. ferè tamen concurrũt longæuitas & salubritas: vel eo nomine, quòd rarò saluberrimi ægrotent.

Lib. 6. de sani. cap. 6.

Detúrne vt multũ tale.

De octauò, Num possit esse corpus aliquod salubre vt multum, vel insalubre vt multũ. Cùm enim salubre simpliciter, & insalubre simpliciter, dicant naturales aptitudines. quæ perpetuò durant in subiecto, omne simpliciter tale, semper erit tale. Sed dubitationẽ facit multiplicitas dictionis [*semper*] nam omne insalubre simpliciter, semper est insalubre simpliciter, non tamen est insalubre simpliciter semper. Committitur enim æquiuocatio in verbo [*semper*] quod in priore propositione significat durationem aptitudinis naturalis. In posteriore importat aptitudinem adesse semper sanum.

SECTIO QVARTA.

Cap. Sextum.

Quoniam verò & neutrum corpus tripliciter dicebatur, vnum quidem quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps: aliud autem, quoniam vtriusque: aliud, quoniam aliquando huius, aliquando illius. iuxta primum significatum neutrum erit corpus, quod exquisitè medium & saluberrimi & insaluberrimi corporis. & huius, hoc quidem simpliciter quod ab ipso orta natura ita est constitutum, hoc verò vt nunc quod in præsenti tempore medium exquisitè existit saluberrimi & insaluberrimi corporis. Ipsum autem simpliciter, semper

quidem tale est, quod in omnibus ætatibus tale perdurat: vt multum autem, quod nonnullas recipit mutationes, veluti per ætates diuersas. Iuxta verò secundum significatum, neutrum erit corpus, quod ab ipso ortu naturæ contrariarum simul est particeps dispositionum aut in vna parte, aut in duabus differentibus: vt in vna quid, si secundum alteram oppositionum effectiuarum qualitatum bonam habeat temperaturam, vel etiam secundum vtranque, sed in formatione, & magnitudine, & numero partium, vel situ delinquat, vel contra in his quidem rectè se habeat, vel omnibus; vel quibusdam, peccet autem in temperatura. In differentibus verò partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quidquam esse particeps contrariorum. Et semper quidem tale, quod per omnes ætates in eodem habitu perseuerat: vt multum verò, quod aliqua ex parte euariat. ita verò & nunc neutrum est corpus iuxta secundum significatum: quia vel parte in vna hæc quidem ipsi salubria existunt: illa verò insalubria: vel in differentibus ita afficitur partibus. iuxta verò tertium significatum neutrum erit corpus, quod aliquando quidem insalubre, aliquando verò insalubre existit: vt nonnullis accidit, qui in pueritia salubritate corporis vigent: cùm verò ad iuuentutem peruenerint, insalubres euadunt. In vno verò tempore, quod ita est neutrum consistere nequit. Latiùs autem si accipiatur, contingit. Nouimus enim quòd nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur, & insalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale vnumquodque sit sufficienter explicauimus. Sed de signis deinceps dicendum.

CApite postremo huius libri exequitur similiter superioribus diuisiones neutrorum corporum. Primò, diuisionem æquiuoci in æquiuocata, & est diuisio peculiaris neutris, quâ non recipiūt salubria, & insalubria: ideò hîc peculiariter eam interserit. Videlicet neutra dispositio vel importat abnegationem extremorum: vel secundò participationem eorū, & hanc vel æqualē vel inæqualē: vel tertiò successionem extremorum in variis aut tēporibus, aut ætatibus. Secundò definit neutrum primi significati, & subdiuidit. In qua definitione intelligēda sunt verba illa [*medium saluberrimi, & insaluberrimi*] cum eadem æquiuocatione, qua & definitū: cùm enim neutrum primi significati aliud sit simpliciter tale, aliud vt nunc: neutrum simpliter est medium saluberrimi, id est, salubris simpliciter semper, & insaluberrimi, id est, insalubris simpliciter semper: neutrum verò vt nūc mediū est saluberrimi, id est, actu optimam sanitatem habentis, & insaluberrimi, id est, actu pessimè ægræ. Subdiuisio est, neutrū primi significati aliud simpliciter tale, quod ab ortu habet mediocritatē dictā: aliud vt nunc, quod in præsenti habet. Rursum neutrū primi significati simpliciter, aliud semper tale, quod per totam vitam aptum est eam mediocritatem seruare: aliud simpliciter vt multum, quod non per totam vitam, sed in aliqua ætate labi aptum est, siue ad sanitatem, siue ad morbum.

Dubitatio. C v r autem in definitione salubris, & insalubris vt multum, nō est vsus ea distinctione ætatum, qua hîc vtitur: sed illic definiuit vt multum, quòd aliquid deficit ab extremo summæ salubritatis, vel insalubritatis: hîc quod non per omnes ætates seruat eam mediocritatem? Causa est vt ea varietate definiendi magis exprimat omnia definita: nam & illa vt multum, poterat definire vt neutrum vt multum hic, & neutrum vt multū similiter illis. Adde quod hîc erat difficilius intellectu, recedere ab eo medio modicè repugnandi morbis, quàm illic: vbi facilè intelligebatur, quid erat recedere à summo temperamento vel intēperamento: oportet autem finitiones esse manifestas. Tertiò, neutrum secundi significati secat, in simpliciter tale, quod ab ortu participat sanitate, simul & morbo. Subaudiendū enim est cùm ait, [*neutrum erit corpus quod ab ipso ortu*] verbum *simpliciter*. & ea compositio extremorum vel in duabus naturis erit vnius partis, vel in variis partibus siue secundùm eandem, siue secundùm varias naturas: & id vel simpliciter semper, vel simpliciter vt multum, vel vt nunc. Quartò similiter diuidit neutrum tertij significati, per simpliciter, quod ab ortu comparatum est esse sanum in pueritia, ægrum verò in adulta ætate, aut è contrario: vel esse sanum hyeme, ægrum verò æstate, neutrum verò vt nunc tertij significati rursum duplicem intellectum habet, iuxta variam significationem aduerbij (*nunc*) vel enim importat instans operis, vel præsens tempus, verbi gratia annum, vel ætatem, & in prima significatione, non potest intelligi neutrum nunc tertij significati: nam in vno instanti non potest esse pro variis temporibus sanum & ægrum, cùm instans non habeat varia tempora: & in secunda verò significatione aduerbij (*nūc*) dicta, potest dari neutrum nunc tertij significati, si (*nunc*) dicit totum annum: erit enim tale quod in medietate anni est sanum, in reliqua medietate ægrum. Quintò tandem claudit librum referēs se tradidisse de subiectis corporibus medicinæ tam notiones cum diuisionibus, quàm quale vnumquodque sit, hoc est, definitiones essentiales de quouis dictorum membrorum. Duo in serie hac corporum disputari postulāt. Primum, an neutrum secundi significati separetur à reliquis dispositionibus dictis. Secundum, an plures sint corporis dispositiones, quàm hîc ab authore referantur.

D e p r i m o, Num neutralitas secundi significati separetur ab aliis dispositionibus. Videtur enim ex finitione sequi omne tale esse insalubre vt nunc: siquidem ad denominationē ægri, sufficit læsio sensilis in vna parte: quia morbus dicit defectum, vel imperfectionem: ad denominationem verò sani requiritur omniū integritas, quia dicit perfectionē. Non sequitur tamen: nam neutrum secundi significati est ægrum in vna parte: ad denominationem verò totius corporis ægri non sufficit læsio sensibilis cuiusuis operis, sed consueti, id est, secundum quod conuersamur & exequimur munia nostra. nam furunculus brachij lædit sensibiliter nutritionem carnis brachij, & tamen non denominat iuxta consuetum vsum totum corpus ægrum. Si autem tales neutros secundi significati mihi opponas, quorū intēperatura partis totum hominem ægrū constituat, nil contra tradita: nam non sunt mēbra diuidentia vnius diuisionis, sanum actu, ægrum actu, & neutrum nunc secundi significati: sed sanum actu, neutrū nunc primi significati, ægrum vt nunc.

Num neutrum secūdi significati separetur ab aliis dispositionibus.

Lib. 7 therap. 12.

S e d a d h v c videtur coincidere membra vnius diuisionis. Nam neutrum simpliciter secūdi & tertij significati videntur coincidere cum

Dubitatio.

insalubri

Insalubri simpliciter: cũ tamen sanũ actu diuidatur in salubre simpliciter, neutrũ simpliciter, insalubre simpliciter. Maior ostẽditur: quis neutrum secundi habet aptitudinem ad ægrotãdum in aliquibus membris, & neutrum tertij ad ægrotandum certo tempore vitæ, & eadem conueniunt insalubri simpliciter. Solutio: Membra diuidentia actu sanum, sunt salubre simpliciter: neutrum simpliciter primi significati, insalubre simpliciter. Nam secundi & tertij significati aliquod simpliciter neutrum est insalubre semper: verbi gratia, habens pessimam temperaturam in principali enm optima compositione: aliquod verò tale est insalubre vt multum, verbi gratia, vbi gratia vnius membri ægri multo tempore vitæ ægrotauerit.

Nam sint plures dispositiones corporis.

De secundo, Plures ne sint dispositiones humani corporis, quàm hic à Galeno numerentur. Vidẽtur enim plures combinationes manere sine nomine. videlicet, ex salubri semper in vna parte, & vt multum in alia: ex insalubri semper in vna, & vt multum in alia, ex salubri vel insalubri, cum neutralitate. verùm licèt citra crimen possent rara illa nec multi vsus omitti, est tamen illa in relato numero includere, ergò primum est salubre vt multum cùm iam labatur ab optimo. Secundum eadem ratione est insalubre vt multũ. Tertium est neutrum simpliciter primi significati. Cùm sit aptum ad non esse ægrum, nec sanum secundùm totum. vel, si magis placet, addamus, supplendum esse in finitione Galeni secundi significati. quod habet aptitudinem ad esse sanũ. vel ægrum in vna parte, & neutrum in alia. & hæc de corporibus satis: magis enim periclitatur oratio hæc auctoris, ne nimia fuerit, quàm ne parca.

LIBRI PRIMI FINIS.

ARTIS MEDICÆ GALENI
LIBER SECVNDVS.

CAP. VII.

Sunt autem ex his salubria quidem quæcunque præsentem indicant sanitatem, & futuram prænuntiant. & præteritam memoria subijciunt. Insalubria verò, quæ & præsentem indicant ægritudinem, & futuram prænuntiant, atque præteritam memoria subijciunt. Eadem autem ratione neutra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, prænuntiant, & memoria subijciunt, & quæ nihil omninò de dispositionibus iudicant, & nihilo magis salubrem, quàm insalubrem dispositionem ostendunt, & partim quidem salubrem, partim verò insalubrem dispositionem indicant. & quæ aliquando quidem salubrem, aliquando verò insalubrem. & hæc quoque secundùm tria tempora, veluti salubria & insalubria appellantur. Vocantur autem nonnunquam à vetustioribus medicis hæc omnia signa prænuntiatiua, quamuis præsentium & præteritorum indicatiua sint. Vsus verò non paruus ex prænuntiatiuis: minor autem ex his, quæ memoriæ subijciunt. Cùm verò sint salubria corpora, hæc quidem simpliciter, hæc verò vt nunc, quæ & bene valentia dicuntur: salubrium simpliciter corporum duplicem diximus esse differentiam. quoniam nonnulla quidem semper, nonnulla verò vt multùm essent talia: & semper quidem, quæ optimam constitutionem sortita sunt, vt multùm verò, quæ non magnopere ab illa recedunt.

Præsenti sectione diuisiones, & vniuersalem doctrinam de signis corporum tradit. Et in hoc quidem §. diuisiones. Sequenti autem §. *Horum autem dignotiones*] generales notæ optimæ sanitatis docentur Tertio §. *Eorum autem quæ ab ipso deficiunt*] similiter generales notæ habentur lapsæ sanitatis. Quarto generalis signa ægri vt nunc, & & neutrius vt nunc §. *Post quæ deinceps sequuntur.*] Quinto §. *Sunt verò earum quatuor.*] cap. 9. diuidit per classes membra corporis, de quibus particularis cognitio sequentibus Sectionibus tradẽda est.

Primò secat signa in indicatiua præsentis affectus. præsagientia futuri euentus, rememorantia præteritorũ. Secundò vnumquodq; ex his membrum secat in salubre, insalubre. neutrum. & quia de salubri & insalubri constat significatio, particulariùs iuxta æquiuocationem neutrius explicat neutra signa iuxta tria significata. Videlicet iuxta primum neutrum per abnegationem signum indicatiuum est, quod indicat neutram dispositionem, vel quod nec sanitatem, nec morbum indicat, vel non magis sanitatem quàm morbum. rectè enim illa omnia adduntur, licèt in quibusdam libris deficiant: nam & infrà cap. huius libri vltimo vniuersa illa vocat signa neutra primi significati. Iuxta secundùm verò significatum neutrum signum est, quod indicat sanitatem simul, & aliarum partium morbum. Iuxta tertium verò quod aliquando sanitatem, aliquando morbum indicat qualia sunt cretica signa, iuxta varium tempus sui euentus in morbis. Tertiò recenset tria illa genera signorum à quibusdã priscis non malè insigniri omnia nomine prognosticorum: sed hìc propriùs distingui, per indicãtia, prognostica, rememorãtia: & cùm vniuersa sint medico vtilia, maiorem tamen vsum ex prognosticis, quàm ex rememorãtibus expectandum esse. Quartò reducit ad memoriam sectiones corporum ex libro priore, vt intelligatur tradenda esse indicia vniuersalis de simpliciter semper salubri, paulò pòst de defecta sanitate sexcuplici. Quæ autem in proposita oratione peculiarem considerationem exigunt, hæc sunt. Primùm quid sit signum. Secundùm quotuplex. Tertiùm quam habent inter se dignitatis proportionem.

De primo, quę sit finitio signorum. Diuisionẽ hanc signorum, quæ finitionem supponit, ideò Signũ quid.

hîc exequitur separatim à libro primo, quia ibi cum esset de corporibus tractatio, solas eas recẽsuit, quæ ita conueniunt signis vel causis, vt etiam corporibus conuenirent: hic eas prosequitur, quę solis signis: sicut infrà parte tertia operis, quæ solis causis. Est autem signum id, quod aliud significat re vel ratione distinctum. sicut ergò effectus, quia significat causam vnde prodit, signum est: sic causa, quia significat effectum qui prodit, obtinere medicis potest nomen signi. quomodò febris tertiana cognita indicat sitim, & capitis dolorem. Quomodò autem signa omnia sunt vel sana, vel ęgra, vel neutra, si est signum aliquod mortis, & aliquod grauidationis? facilis est responsio: signa mortis sunt ægri vt nunc: signa verò grauidæ, neutrius vt nunc. Quomodò vnum signum potest esse neutrum secũdi significati, vt simul significem sanitatem, & morbum? certè si datur dispositio composita in toto, vel in membro: sequitur vt indicium eius dispositionis compositę, siue sit simplex, siue compositum, dicatur neutrum secundi significati. Quomodò autem intelligatur signũ salubre simpliciter semper, vel vt multum? scilicet, induunt appellationem corporum significatorum per ea, ita vt signum corporis salubris simpliciter semper, appelletur signũ salubre simpliciter semper, & aliorum ex proportione.

Signũ quotuplex. Com.2. De secundo, quæ sit diuisio signorum. Rerẽsentur apud Galenum hìc triplicia, iuxta triá tempora significata: quæ omnia priscis dicebantur prognostica, quale est quod legitur, primo prognost. [*Præsentiens enim & prædicens coram ægro præsentia, præterita, & futura.*] ideò autem vocabant prognostica, quia per illa prædicit medicus quæ nondum ab ægro audiuit, quare licèt fuerint præterita vel præsentia, meritò prædictiones dicuntur: quia sunt præsagia ad ægrum audientem quæ ipsæ non recitauit. Verùm propriùs insigniuntur singula suis nominibus, vt præsentia indicent, quæ vocant indicatiua signa. rememoratiua autem non sunt (quod quidam hic interpretantur) ea, quæ oportet medicum habere perspecta de ægro: sed sunt signa significantia statim ægri antequàm in morbum incideret, vel ante statum morbi pręsentem. Sicut propriè pręsagia iodicãt, quid futurum sit. Non oportet autem vt membra huius diuisionis semper re distẽt, satis est quòd ratione: nam coctio vrinę indicat præsentem dispositionem materię, simul & futurã victoriã naturę.

Siguorum collatio. De tertio, quæ sit collatio signorum horum in dignitate. Meritò Galenus hic ait, maiorem esse vsum præsagientium, quàm rememoratiuorum, insinuans videlicèt omnium vilissima esse rememoratiua: non quasi rememoratoria non valdè faciant ad cognitionem morbi: imò indicatio curatoria haberi non potest, nisi agnito temperamento præcedente natiuo, vel corporis, vel membri ægri: & externa etiam maximè conducunt: nam licèt à causa externa præcedente non sumatur indicatio ad curationem lib. quarto Meth. intelligit Galenus non sumi immediatè ad curationem: non negat sumi ad agnitionem. Idcircò ergò ea hìc viliora facit, quoniam præterita agnosci possunt relatione ægri, licèt medicus per signa non agnoscat, verbi gratia, quòd facies Hippocratica habeat ortum à vigilia prægressa, vel famæ: Ita quod timari ex signis præterita, ferè soli gloriæ medici bene facit: futura partim vtilitati ægri, sed magis gloriæ medici: præsentium verò agnitio (si quid aliud) ægro curando conducit.

Li.7.Therap. vit.

Cap.4.

Lib.1.præsag. Com.11.

Cap. viii.

Horum autem dignotiones secundæ sunt ab his, quæ secundùm essentiæ rationem ipsis insunt. Et ab his quæ ex necessitate consequuntur operationibus, casibúsque, 1 qui propriè accidentia vocantur. Ab essentia quidem ipsa eorum, quæ optimam habent constitutionem, commensuratione consimilium quidem in caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Instrumentorum verò in quantitate, ac numero eorum ex quibus componuntur, ac præterea formatione & situ partium singularum, ac totius instrumenti. Ex his verò quæ ex necessitate consequuntur consimilia, quantum pertinet ad tactum à mediocritate quæ in mollicie ac duricie consistit: quantum verò ad aspectum à calore optimo, & lenitatis, & hispiditatis mediocritate. In operationibus à perfectione, quam & ipsarum virtutem appellamus. Ab his verò quæ instrumentarias partes consequuntur, à commoderatione & pulchritudine omnium totius corporis instrumentorum, ac propterea ab earum quæ ipsis insunt virtute operationum. Optimæ igitur compositionis corpora signa indicatiua sunt hæc:

PRimò signa optimæ sanitatis numerat essentialia quędã, alia quę necessariò ad essentialia consequuntur: consequentia autem partitur in casus & operationes. Secundò explicat essentialia in optima sanitate, in similaribus temperatam qualitatem quatuor: in organis autem optimam quantitatem, numerum, formationẽ situm. Tertiò numerat consequentia ad optimum habitum similarium, quorum quædam tactu diiudicantur (gaudet enim Galenus in hoc opere diuisionum frequentia) vt moderantia inter molle & durum, alia visu, qualia caloris pręstantia, & moderantia inter glabrum & hispidum, postremò perfectionem operis similaris cuiusque. Quartò numerat consequentia optimum habitum organorum. ea sunt commoderatio organorum mutua, & pulchritudo: postremò perfectio operis organi: licèt enim operatio organi pẽdeat tanquàm ab agente ab vno similarium componentium, verùm cùm reliqua componentia præstent vsum parti agenti, ex perfectione operis tributi organo, meritò colligimus organi sanitatem.

Cap.viii. 1. *Qui propriè accidentia vocantur.*] Significat verbum symptoma, quo hîc vsus est, quod & tradidit primo therap. propriè dici de consequente morbum, accidens autem vel συμβεβηκὸς de consequente sanitatem vel morbum. Habent autem dubitationes tum signa optimæ sanitatis ab auctore tradita, tum quæ adiungit consequentia organorum commoderationem.

Dubitatio prima. De primo, Num cõstet signa Galeni optimæ salubritatis. Fortè enim videbitur negligentiæ accusandus in omissione signi præstantissimi, repugnantiæ ad causas morbificas. Et certè poterat sine errore addere id signum: non eo vel maximè ducimur in agnitionem optimè sani, quia plurimis annis vitæ quis non ęgrotauerit. Verùm quia tria dicta à Galeno citra interrogationem rem notam faciunt, quod maximè cupit Galenus, & sufficientem tradũt cognitionem saluberrimi, ideò hìc omisit: paulò pòst ad dignotionem lapsarum sanitatum admittit.

Li.1.præsag. com.11.

Secunda. Cap. 2. ALTERA dubitatio libro de differẽtiis Sympto. sola tria agnoscit, sed varia signa, qualitatem mutatam exiens mutatum, actionem læsam. Sanè libro de differentiis Sympt. diuidit symptomata: id est consequentia ad morbum: quare non potuit addere essentialia morbi? quia non cõsequuntur ad morbum, sed sunt ipse morbus.

Tertia. Cap. 10. SED & illud non conuenit quod infrà numerat signa sanitatis cerebri quinque, inter quæ numerantur pili, capitis figura, hic prætermissa: at in notis particularium membrorum tradit particularia accidentia, quæ hic vniuersali nomine casuum intellexit.

Quarta. Cap. 1. POTEST & illud mouere, quod omittit inter consequentia optimum temperamentum, accidentia multa relata secundo de temper. quale est habitudo corporis media gracilis & pinguis, mitis & iracundi, quòd sit humanus, amicorũ amãs, nisi quod in exemplo tantùm hic docet: nam intuoigrans mediocritates animi & corporis numerare poteras.

Quinta. AVGET dubitationem quod essentialia illa, temperies, compositio, vnitas, constituunt finitionem sanitatis; ergò sunt ipsa sanitas, nõ signa eius. Sed sanitas totius colligitur tanquam ex signo ex temperamento, & compositione cuiusque partis, ita vt quoduis illorũ dicatur signum totius temperamenti. Vel externę temperies & compositiones sunt signum internarum. Vel quia signũ à significatio non necessariò re separatur, sed aliquãdo sola ratione, sicut partes definitionis apertum faciunt definitum: sic temperatura, & compositio partium sanitatem totius.

Sexta. PRÆTEREA dubitant, Quomodò asseruntur certissima signa essentialia, cùm tẽperies sensata sæpè decipiat: nam si tangens est calidum in secundo, iudicabit corpus tactũ quòd sit calidum in primo, quasi sit frigidum: si verò supponatur tactus temperatus, docetur ignotum per ignotum: inquirimus enim indicia ad cognoscendum temperatum. Diluitur, quia per alia signa habetur coniectura de temperie tangentis: maximè quia cutis propter coalternationem mẽbrorum non solet valdè recedere à temperamento. Sicut enim iudicium de medicamento, ab experimẽto est certissimum tertio sympt. & tamen cauendum est ab errore accidentario; non secus in iudicãdo per temperiem sensatam.

Septima. SEPTIMA, Quomodò non numerat operationes inter essentialia, siquidem operationes ingrediuntur finitionem sanitatis & morbi: verùm tales finitiones dantur per posteriora: ideò non constituunt essentiam.

Num pulchritudo sanitatem indicet. Cap. 4. DE secundo, Num pulchritudo indicet salubritatem. Numerat Galenus duo: commoderationem & pulchritudinem; ex quibus commoderatio, vel commensuratio quandoque importat non casum, sed essentiam similarium: qua significatione initio capitis octaui dixit essentiam similarium esse commensurationem calidi, frigidi, humidi, sicci, quandoque importat essentiam organorum, quomodò supra definiuit salubre simpliciter, temperatum in similaribus, cõmoderatum verò in organicis, hic verò commensuratio non est essentia aut similarium, aut organorũ; sed est casus sequens ad salubritatem organorum: videlicet proportio mutua omnium instrumentorum inter se pulchritudo verò nõ est intelligenda illa fucata, qua fœminæ excedunt mares, cùm tamen non excedant in optima sanitate: sed intelligitur compositio partium omnium cum proportione operibus accommodatissima, qua mares superant fœminas: quę est verum corporis bonum, sequens scilicet ad sanitatẽ & robur vera corporis bona. Vnde intelligitur masculinam pulchritudinem, & in suo genere etiam fœmininam, attestari corporis salubritati, & robori ceu affectus eorum. Lib. ad Trasyb. cap. 6. & 9. & 1. de vsu part. 6.

Eorum autem quæ ab ipsa deficiunt, & adhuc tamen salubria existunt, nonnulla quidem in consimilium temperatura vitium aliquod paruum habent, nonnulla verò in instrumentariorum commoderatione, & hoc quoque per exiguum. Accidit autem hoc vel in omnibus, vel in aliquibus, aut in vtrisque. Vitiorum verò genera eadem sunt his quæ virtutem perficiunt, temperatura quidem in consimilibus numerus autem, & formatio, & magnitudo, & situs in instrumentariis. vtrisque autem communis vnitas, quam & ipsorum continuitatem appellamus. In his autem ipsis generibus sunt corporum insalubrium vitia secundum vtrunque insalubritatis modum. Terminus autem, qui vtrunque distinguit, est operationum læsio sensibilis. Quæ vero ab optima corporis constitutione breue aliquid deficiunt, reuera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa, non tamen id sensu comprehenditur. distinguuntur verò ex eo, quod magis minúsve in operationibus exilit, ac quia causis, quæ ægritudinem pariunt, non æquè resistunt. Quæ autem simpliciter insalubria sunt corpora distinguuntur ob id quòd facile à causis, quæ morbos committendi vim habent, superantur. Et quoniam in vigore operationum plurimum deficiunt. In medio autem amborum collocantur, ea quæ neutra simpliciter appellantur, & cum latitudine quadam. Quo fit, vt tota sanitatis latitudo in tres partes, quarum singulæ latitudinem habent non paruam, diuidatur. erit autem prima quidem salubrium corporum, secunda neutrorum, tertia insalubrium.

DOCET agnoscendæ lapsæ sanitatis vniuersalis notas. Et primò salubrium vt multum, de quibus loquitur habere ea exiguum aliquod vitium aut in temperatura, aut in compositione, Et particulatim explicans exigui vitij modũ subdit, reperiri id vitium vel in quibusdam membris, vel in omnibus, vel in vtrisque. Videtur autẽ Galenus his verbis significare vitium occupare, vel aliqua organa, vel omnia, vel vtraque membra, id est, simul organa & aliqua similaria. Vel (quod magis puto) ita explicetur, possidere exiguum id vitium quandoque aliqua membra non omnia, quãdoque omnia verbi gratia, vbi recedunt omnia per calorem vt vnum: aut in vtrisque, id est, & omnibus & aliquib. verbi gratia, vbi omnia mẽbra, recedunt per calorem vt vnum, vltra quod commune vitium, particulatim obsidet hepar calor, vt tria, addit explicare particularius modum temperaturæ & malæ compositionis, asserens tot esse materias suscipientes bonam temperaturam & compositionem, quot suscipiunt malam. Videlicet, bona temperatura cõsideratur in calore, frigore, humiditate, siccitate, non secus mala. bona compositio in numero componentium consistit, quantitate, formatione, situ: sic & mala. nec secus de tertia natura vnitatis statuendum est. Non ergò distant in materiis corporum dispositiones, sed in qualitatibus earũ: nam insalubria in dictis

naturis habent vitium momentaneum, & siquidem accerit ad sensilem læsionem, est insalubre nunc: si verò eò non accedit, insalubre est simpliciter, aut neutrū simpliciter, aut salubre multùm: mutuò autem hæc inter se secernuntur per varios gradus defectus in opere, & repugnandi morbis, aut magis, aut minùs. Salubria ergo vt multum distinguuntur à semper salubri aliquanta imperfectione operum, & quia non æquè est incolume à morbis & ab offensis occurrentiū. Secundò agnoscit insalubria simpliciter, id est, pessimam sanitatem, videlicet, quia ordiendum est semper exercitium à facilioribus: est autem facilior dignotio eorum, quæ maiori interuallo dissident: qualia salubre simpliciter, & insalubre simpliciter. Insalubre ergò simpliciter dignoscitur, quia & imperfectio operum insignis est, & facilè læditur à quouis offendante. Tertiò agnoscit neutra simpliciter per mediam quādam dispositionem duorum signorum, videlicet imperfectionis operum, & offensæ externæ. concludit latitudinem actu sanorum tripartitam esse, ita vt quæuis pars prædita sit insigni latitudine.

1. *Terminus antè qui vtrunque distinguit.*] scilicet vtrumque insalubritatis modum. Insalubre simpliciter ab insalubri nunc apertè enim errant, qui secus interpretantur. Galenus quidem sic. nostræ verò partes sunt deenetrat is per ambiguas rationes disceptare. Primùm inquirentes, num species sanitatum pares sint morbi speciebus. Secundò, quomodò agnoscantur species corporum per varietatem. Tertiò, num saluberrimi operationes omnes præstent in temperatis. Quartò, num idem saluberrimus excedat intemperatos omnes in repugnando morbis.

Num sanitatis species æquent morbos. Cap. 3.

De primo. Num species sanitatum sint numero æquales speciebus morborum. Illud dici solet, quod hìc scribit Galenus. [*virtutum genera eadem esse his quæ virtutem complent.*] non significat pares esse numero species sanitatis & morbi: nam cùm sanitas dicat medium, morbus extremum, non sunt æquales species vtriusque nominatæ libro quarto Topic. Vel satius quādo duorum generum vnum est medium, reliquum extremum, non oportet species vnius, respondere speciebus alterius: vt æquale non diuiditur in species, cùm inæquale secetur in maius & minus, & intemperamentorum secatur in calidum & frigidum, non temperamentum. & morbus nō sanitas: quia cùm sanitas dicat copulatum ex tribus naturis, non patitur sectionem: nam species copulati ex tribus nulla est, non solùm nomine carens, sed & cogitatione incomprehēsibilis. non ergò significat Galenus differentias specificas sanitatum esse partes differentiis morborum: sed quòd genera sunt eadem, quæ per varias differentias additas euadunt, modò sanitates, modò morbi, vt in genere temperamenti, eucrasia sanitas, discrasia morbus est.

Agnitio affectuum per operationes.

De secundo. Quomodò agnoscantur species corporum per operum varietates. Admodum diligenter agnoscit Galenus varietatem. videlicet in salubri simpliciter semper summam perfectionem. In salubri vt multùm sensilē defectum perfectionis, momētaneum defectum in neutro simpliciter, magnum in insalubri simpliciter. In neutro autem nunc agnoscit imbecillitatem functionem sensilem: sicut in ægro læsionem, vel vitium operis sensile. Vnde apparet medico meritò considerari distinguique dicta omnia corpora: partim enim distinguuntur per varietatem manifestam operationum iuxta explicatas earum differentias: partim per manifestam distantiam in repugnando causis morbificis, aut magis, aut minùs: partim etiam per potentias valdè manifestò distantes: nam simpliciter semper salubre potentiam habet ad sanitatem tota vita, vt multum autem ad sanitatem bona parte vitæ, neutrum simpliciter non magis ad ægrotandum, quàm ad esse sanum. Insalubre simpliciter potentiam habet ad ægrotandum, vel tota vita; vel bona eius parte. Sicut neutrum nunc per morbosa symptomata: morbus verò per vitium cogens desistere à consuetis muneribus. quare omnia dicta corpora distinguuntur sensu, licèt plurimorum læsio sit insensibilis.

Perfectio operis qui agnoscatur.

De tertio. Num temperatus habet omnes & singulas operationes perfectissimas, ac primùm inquirendum est, in quo consistat perfectio operis, quàm medicus considerat, & cui opponit læsionem: pòst satisfiet proposito. De primo. Perfectio operis intelligitur vehementia, vel intensio operis in quauis facultate, citra læsionem tamen aliarum.

Ratio prima.

Ostenditur: Quia significatio vulgaris verbi, meliùs currere vel perfectiùs currere, est quòd citiùs pertranseat maius spacium, & cum minore fatigatione: & meliùs, vel acutiùs videre, quòd diiudicet minima, & è longinquo. Idem de perfectione memoriæ & intellectus sentit vulgus. Nam & Aristoteles li. de gener. animal. definit acutè videre per minima & procul discernere. Idem scribitur de perfectione omnis sensus libro primo de caus. sympt. & lib. primo de sanita. malè videmus omnes cū lynce collati, malè currimus cum Iphyclo collati.

Secunda. *Lib. 5. cap. 1. Li. 1. de caus. sympt. 2. & 1. de loc. vlt.*

Præterea, perfectio operis dicit defectum omnis læsionis, sicut sanitas defectum omnis morbi.

Tertia.

Cùm ergò læsio actionis sit tantùm oblatio, diminutio, corruptio. Sequitur perfectionem operis intelligendam esse, præsentiam operis cum vehementia & Integritate opposita corruptioni & diminutioni. quia tamen inter species corruptionū numeratur intensio lędens alias functiones, ideò perfectio nō definitur per intensionem absolutè, sed per intensionem determinatam, quandiu non sequitur læsio aliarum: nam si plurimùm excedit appetitus, sequitur lęsio in coquendo: si plurimùm intenditur expultrix concoctio, non finitur perfici: quia anticipat tempus expulsio. Sic visio immodica inducit imagines suffusarum, & auditus immodicus, tinnitus aurium.

Cap. 9.

Quarta.

Ad hæc nisi ad sensum dictum intelligeretur perfectio operis, vel indicaretur ex subordinatione ad præstantiorem formam (quod quidā dicunt,) vel ex mutua proportione & æqualitate operum omnium, (quod aliis placet.) sed vtrumque horum reprobum est. Primùm, quia sequeretur singulas operationes hominis esse præstātiores, quā cuiusuis bruti, contra sententiam Galeni citatam, & Aristotelis libr. secundo de anima, asserentis imperfectionem odoratus in hominibus. Et præterea non daretur vnam functionem hominis esse meliorem alia, cùm omnes subordinentur vni intellectiuæ: quare nemo ingenio magis, quàm memoria valeret: nec coctione magis, quā appetitu: quod abhorret ab vsu loquendi. Secundum item recipiendū nō est, quia qui optimè

appet

appetebat, & modò minus appetit, licèt magis accedat ad mutuam proportionem & æqualitatem functionum naturalium, eſt medico neuter, aut æger: & tanquàm læſus poſtulat ſubſidium. Perfectio ergo operis determinans omne ſanum actu, non dicit mutuam æqualitatem functionem: ſed vehementiam citra læſionem aliarum cum incolumitate dicta.

Num temperatus ſingulis functionibus excedat.

IAM VERO de propoſita difficultate, Num temperatus ſingulas operationes perfectiſſimas habeat, planè iuxta ſenſum dictum perfectionis operum negandum eſt. Oſtenditur 1 nam ſanguineus optimè alitur lib. 6. de tuenda valet. [*Corporales functiones pueri optimas habent: eas quæ animi ſunt, quæ ad remiſsionem vſque ſuccedit ætas.*] Sed talis eſt comparatio optimæ ætatis, id eſt, adoleſcentiæ, ad reliquas, qualis temperati ad intemperatum. Præterea, quis non videt robur animalium functionum maximum in vigente, ſapientiam in ſene, augmentum in puero. Item, ſenex temperatus optimè degit, cùm calefit & humectatur, quinto de ſanitate: ergo ſanguineus quid habet à natura, ſanius degit tēperato coæuo. Accedit, quod 2. de part. animal. animalia ſanguine tenui prædita magis valent ingenio, craſſi ſanguinis & fibroſi magis viribus, modicè vtrunque habent qui temperatum ſanguinem obtinent. Eſt & illud non leue argumētum, quòd infrà in cerebro temperato functiones omnes principes moderatæ ſint, non dixit, ſummæ. Intorta eſt enim interpretatio, cùm mox de quibuſdam intemperatis extollat actiones, de temperatis autem aſſerat eſſe moderatas, interpretari per moderatas, perfectiſſimas. Confirmat dictum, quòd forma non mutat perfectionem operis, niſi ob præſentiam temperamenti accommodati operi: ſed apud omnes variæ operationes requiruntur, ceu familiaria varia tēperamenta: ergo aliquæ, non omnes optimè fient cum vno. Rurſum non minùs eſt inſtrumentum formæ compoſitio, quàm temperies: ſed conſtat compoſitionem mediam rari & denſi non magis ſingulis morbis reſiſtere, nec ſingulas operationes optimè exercere: ſed raram magis repugnare internis affectibus & promouere expulſionem denſam magis repugnare externis, & promouere retentionem: ergo nec temperamentum medium excedet in ſingulis. Quin etiam infrà Galenus ingenium non tribuit modicæ ſubſtantiæ cerebri, ſed tenui, & Auerrois inter ſigna temperati cerebri, intellectus eius eſt, inquit, inter velocem & tardum. Quid, quòd cùm Galenus his duabus notis ſeparet temperatum ab intemperatis, meritò idem ſenſus erit vtriuſque notæ: & ſicut in repugnando morbis, non ſingulis, ſed omnibus ſimul vincit alios: ita & in perfectione operum. Sicut itaque fatemur perfectiores & meliores eſſe aliquas operationes intemperati quàm temperati, ita nonnullas brutorum magis quàm hominum, iuxta illud vulgare:

Cap. 2 · Ratio prima. · Secunda · Tertia. · Quarta. · Cap. 2. · Quinta. · Cap. 13. · Libr. 3. de cauſ. ſymp. Cap. 3. · Sexta. · Septima. · Octaua. · 4 Collect. 8.

Nos aper auditu, linx viſu, ſimia guſtu,
Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.

Si modò intelligatur de tenuitate tactus, non de certitudine iudicij in primis qualitatibus, in quo homo excedit. Non tamen fatemur totum aggregatum functionum eſſe deterius intemperato: quia ſiccum cerebrum magis eſt offenſum in aliis functionibus propter ſiccitatem, quàm promotum in memoria propter eandem. Num autem ſaltem operatio potiſſima in quauis ſpecie perfectior viſatur in temperato, vt ſapiētia in homine, fortitudo in leone? Videtur enim Galenus id aſſeuerare. Exiſtimo oportere ita dici, ſapientia in homine partim ſequitur modum ſubſtantiæ cerebri, & iungitur ſubſtantiæ tenui & claræ, tam cerebri, quàm ſpirituum, infrà: partim naturam humorum in corpore, & iungitur modicæ permixtioni bilis melancholiæ, cauſa eſt, quia cùm ſapientiam perficiant duo, velocitas diſcurſum, & iudicium graue de inuentis: author velocitatis eſt bilis, grauitatis & iudicij melancholia libro primo de natu. hum. adde, quod vtrique humori iuncta eſt ſiccitas, quæ duplici nomine facit ad ſapientiam, tum quia ſiccitas tollit excrementa impedientia diſcurſum ſpirituum & claritatem, tum quia facit ad quietem: anima autem quieſcendo fit ſapiens. Conuenitque hæc ſententia cum eo quod ſcribitur libro, quòd animi mores, ſplendor ſiccus, mens prudentiſſima: ideò ſenes ait eſſe prudentiſſimos: niſi quod in decrepitis ob exceſſum frigiditatis minuitur intelligentia: Et cum Ariſtotele 30. probl. affirmante aptiſſimos ad ſapientiam eſſe melancholicos, quòd ergo ſcripſit Ariſtoteles, ſecundo de partib. animal. valere ingenio animalia quorum ſanguis tenuis & ſubfrigidus eſt: intelligatur in variis ſpeciebus animalium, nam intra humanam ſpeciem melancholia modicè permixta non reddet ſanguinem tenuem, nec frigidum permixta bili. Quod item ſcripſit Galenus primo de temper. agnoſcit temperamentum ad iuſtitiam in quauis ſpecie ex perfectione operis, quod vnicuique ſecundùm naturam ineſt: non intelligatur ſignificaſſe operationem perfectiſſimam ſpeciei: ſed omnes operationes ſpeciei conuenientes. Et quod ſubdit, vt ex ſapientia homo, ex fortitudine leo, ex manſuetudine ouis, in exemplo dicta ſunt: proinde non ſatis elaboratè. Nam fortitudo vero ſimiliter maior eſt in bilioſo leone, manſuetudo in pituitoſa oue, ſapientia in melancholico homine.

Temperatus an ſapiēr. 3. de 32. · Cap. 12 · Com. 40. Cap. 3. · Probl. 1. Cap. 2. · Cap. cit.

Num temperatus ſingulis morbis plurimū renitatur.

SEQVITVR vt quartum propoſitum agitetur, Num temperatus ſingulis morbis plus intemperatis repugnet: ſatisfiatque per propoſitiones. Prima, non ſingulis, ſed omnibus ſimul apertè: libro de optima conſtitutione, & 5. probl. Sic etiam ætas temperata collata ad intemperatas: Sic in compoſitione medium rari & denſi, mediū mollis & duri, 6. de ſanitate: & intemperatis explicans ordinem paratorum ad febres lib. 8. Therap. & apud Auicenam prima tertij velocior eſt canities in temperato quàm in quibuſdam intemperatis: canities autem putredo eſt.

Ad finem, & probl. 22. · Cap 6. · Cap penul. · cap. de ſig. cerebri.

NEC VALET quod quidam aiunt Galenum 8. Therap. tantùm ſpectaſſe indicationem à varietate temperamenti, non à robore virium temperati: & quòd indicatio à robore eſt potentior indicatione à temperamento: nam cùm Galenus ſimpliciter in eo loco inquirat, quale corpus citiùs occupetur febribus in opere, & vno nomine minùs reſiſtat temperatus alio & præſtantiore magis: oportebat abſolutè affirmare temperatum magis reſiſtere: ſi modò tradit doctrinam vtilem. Idem lib. 9. Therap. argumentatur, aqua frigida non lædit ſanum temperatum, ergo minùs ægrum ipſum iam febrientem: modò ſani ad febrientē intolerātia multæ frigidæ eadē eſt proportio, & adhuc maior ex parte roboris viriū, quæ tēperamēti

Propoſitio prima. · Cap. 16.

ad intemperatum, vtrisque nimirum sanis: & 9. Therap. inquit, pletorici primùm euadunt robustiores temperatis, & tamen tales sunt intemperati.

Ap. 5. ap. 21.

Sed missis locis authorum, rationibus confirmabitur propositio: conficiaturque in hunc modum prima. licèt quædam opera caloris innati fiant ab eo magis in ratione innati, quàm in ratione caloris: vt resolutio flatuum in moderata coctione, & versio alimenti in succum, & alere hominem, vel repugnare morbis in vniuersum; verùm repugnare magis huic morbo quàm illi, non pendet ex forma, cùm formæ vtrunq; extremum ex æquo aduersetur: sed nascitur ea temperamenti contrarietate ad certum morbum.

Secunda.

Confirmatur, si tẽperatus plus intemperatis repugnat; ergo vicinior temperato magis quàm remotus? sed calidus in primo est vicinior tẽperato, quàm calidus in 2. magis igitur resistet frigidis calidus in primo, quàm calidus in 2. contra experiẽtiam.

Tertia. Aph. 18.

Quid, quòd 3. apho. iuuenes melius degunt hyeme quàm adolescentes temperati: ergo minùs læduntur: magis ergo resistent calidi quàm temperati,

Quarta. Quinta.

rursum temperatus à frigido læditur, quia cùm indigeat conseruatione alteratur, & recedit ab optimo temperamẽto: calidus autem iuuatur, (iuuantur enim à contrariis moderato vsu.) Præterea reducuntur, quare iuuantur; ego minùs resistit temperatus noxæ frigidorum quàm calidus, tandem à calido in primo temperatus calefit, calidus in 2. non calefit; calefieri est lædi: magis igitur læditur temperatus. Nec valet responsio quorundam, quòd requiritur ad calefactionem temperati propter vim resistentem potentia maior, licèt sufficiat calor remissior, quàm ad calefaciendum calidum in 2. quia apparet experimẽto eundem aërem calidum, scilicet in primo cum eadem quantitate, temperatum calefacere; non calefacere calidum in 2. imò magis refrigerare, iuxta id quod legitur libro 2. Symp. rosaceum infrigidatos excalefacit, calefactos refrigerat.

Cap. vlt. Ad primam.

Nunc aduersantium argumenta excutienda sunt: aiunt enim, supposito quod si a. est minus b. est minus quouis æquali b. resistentia temperati ad calidum est maior quàm biliosi; & tanta est resistentia temperati ad frigidum: ergo ex suppositione magis resistet temperatus frigido quàm biliosus. Se ipsos decipiunt, siquidem construunt argumentationem in quatuor terminis: nam in antecedente plus resistit, quàm biliosus scilicet resistat calido: In consequente autem infertur: plus quàm biliosus resistat frigido: quod si inferatur plus resistere frigido temperatum, quàm biliosus calido, verum concluditur.

Ad secundam.

Adiiciunt & illud, tanto plus resistit biliosus frigido quàm temperatus, quanto temperatus resistit magis calido quàm idem biliosus: ergo resistentia ad vtrunque collectiuè ad calidum & frigidum par est in temperato & in bilioso. Planè resistere probè omnibus collectiuè est resistere sufficienter huic, & sufficienter illi: quod solus temperatus habet, de resistentia verò composita vtrique intemperamento, verè concluditur esse parem vtrobique.

Propositio secunda.

PROPOSITIO secunda; robur virtutis multum facit ad repugnandum, sicut & ad actionem: nam sicut vis ventriculi chylificat propter calorem, sed propter vim chylificantem multò magis sic experimento, nerui puerorum licèt humidi facilius corripiuntur conuulsione sicca ob debilitatem neruorum: & pueri ipsi, licèt abundent innato calido, faciliùs corripiuntur frigido affectu ob eandem debilitatem: & conualescens, licèt calidus, crebriùs læditur à quouis frigore quam sanus robustus: imò & biliosus crebrius quàm temperatus aliquando: & in hyeme rariùs ægrotant homines etiam à frigida causa ob robur naturæ: & homo temperatus raro ægrotat, nec nisi à valida causa, quare apparet quòd ob dotes temperamenti, videlicet quòd est mundus ab excrementis: & quòd instrumentum illud est magis accommodatum formæ operãtis; paruis ideò causis morbificis cuiuscunque sæpius magis resistit temperatus intemperatis contrariis.

2. de præsa. puls. 4. Lib. de optima corp. nostri constit.

PROPOSITIO tertia: temperatus magis resistit singulis causis, quàm plurimùm intemperati contrario intemperamento: dicebat Auicena, quia in valde debili proportionale & improportionale nocet, & Galenus lib. 2. aph. qualitas valde aucta deiicit etiam propriam facultatem: quia licèt sit familiare certum temperamentum certæ facultati. subaudiendum est intra certam latitudinem, extra quam cùm iam non conueniat formæ primario agenti, nulli facultati formæ bene facit, siue in agendo, siue in resistendo. Quare temperatus repugnabit frigido morbo, plusquam frigidus homo: & plusquã remississimè & intẽtissimè calidius: minus tamẽ quàm modicè calidus.

Propositio tertia. Secũda 1. doct. 2. cap. 4. Aph. 20.

PROPOSITIO quarta. Vniuersim temperati rariùs ægrotãt intemperatis. Primò, quia valde recedunt ab extremis morbificis: extrema autem raro accidunt. Intemperati autem, verbi gratia frigidi non valde recedunt à frigido morboso, ideò sæpius ægrotant, Secundò, quia robur virtutis illorum causa est, vt maiorem causam expectẽt ad ægrotandum.

Propositio quarta. Aristotelis mens. 1. probl. 20.

Quod si Aristot. in proble. videtur dixisse oppositum: commensurata, temperatáque corpora crebriùs ęgrotare, citiùs autem sanari: conciliant multi, quòd à causa externa sæpius ęgrotant temperata, non ab interna. sed cùm hic vniuersim asseratur temperatos rariùs ægrotare: illic vniuersim crebriùs: constat solutionem non esse recipiendam.

Cap. 4. Cap. 12.

Item ratio Aristotelis non magis habet locum in morbis internis, quàm in externis, quòd citò communicatur affectio partis cuiusuis toti. Nec verum est si de optimè sanis interpretemur quod subdit, temperatos vbi ægrotant citiùs sanari, imò tardiùs ex 2. de præsag. puls. Alij explicant Aristotelem de intemperamento æquali, quòd talia corpora frequentius ægrotent: exempli gratia, vbi caput frigidum, ventriculus calidus est, aut è conuerso. Sed esset falsa sententia contra experientiam, & Galenum 6. de sanitate, planè enim æqualia intemperamenta rariùs, inæqualia frequentiùs ægrotant. Est ergo sensus corpora mollia, rara delicata, qualia nobilium & ciuium sunt, si conferantur ad rusticos & mechanicos crebrò ægrotare eò quòd ob carnium & compositionis molliciem, etiam leuissimi partium affectus, dolores, & vulnera, toti corpori communicant, quare & crebrò ægrotant, & citò propter morbidi affectus sparsionem sanantur. Contrà rustici & villici raro, sed validis morbis corripiuntur. Itaque magis agit de moderantia in compositione quàm in temperie. Nam quod attinet ad temperamentum, meritò credit

Galę

Cap. vij. Galenus. lib. 5. de sanit. temperatiora esse rusticorum quàm ciuium corpora.

Post quæ deinceps sequuntur quæ iam ægrotant corpora, quæ sensibilibus operationum læsionibus distinguuntur. Quæ igitur dolore infectantur, & quorum motus sunt vitiosi, aut omninò interierunt, manifestam habent determinationem. Quæ verò imbecilles edunt operationes, in magnis quidem distantijs facile discernuntur: in paruis verò ambigua sunt, atque ideircò in eo genere noxæ collocantur, quæ neutrius contrariorum participat dispositio, quam & ipsam neutram diximus appellari: ita tamen, vt horum omnium sensus sit index, non ipsa natura rerum inspiciatur: ne periculum sit in dogma perpetuæ passibilitatis incidere: & quidem signa sanorum corporum, sed quæ insalubria, salubriaque & neutra existunt, quantitate distantiæ different: duobus vnucem contrarijs terminis à nobis statutis, optima videlicet constitutione corporis, & nuper facta ægritudine, ac deinde considerantibus, vtri eorum viciniora sunt ea, quæ ad examen veniunt corpora. Quæ enim proximiora sunt optimæ constitutioni, salubria: quæ verò ab hac longiùs distant, atque ad ea quæ iam ægrotant magis accedunt, insalubria: quæ autem intermedia atque æqualiter ab vtrisque distare videtur, neutra. Optimæ igitur constitutionis corporis indicia explicauimus. Eorum verò quæ ab ipsa deficiunt, totidem sunt numero genera, quæ in magis & minus secari possunt. Cùm autem in tres latitudines diuisa sint, corporis salubris simpliciter indicia tradimus. Ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescent, generaliter igitur priùs à nobis in eo, quidem de optima constitutione, sermonem habuimus: specialiter autem nunc dicetur, si priùs partes diuiserimus.

SEQVVNTVR generales notæ neutrorum & ægrorum vt nunc: priùs autem ægrorum propter causam dictam. Primò igitur tradit notas ægrorum nomine vno generali læsione, scilicet, sensibili functionum: deinde quod solet magis particulari: videlicet, per dolorem, corruptam, ablatam functionem, vel valde imbecillem. Secundò agnoscit neutrum nunc per imbecillitatem operis non insignem: ita tamen, vt sensus percipiat imbecillitatem illam: aliâs si ratione sola duceremur, non solùm in neutris nunc, sed & in salubribus vt multum fatenda est aliqua imbecillitas: quare nemo esset absolutè sanus: sed vel neutri, vel ægri omnes, quod maximè recedit à vulgari loquendi vsu. Tertiò in epilogo comprehendit dicta, & magis explicat de notis & harum, & superiorum dispositionum: nam quia classes lapsarum sanitatum in aceruo tantùm ibi agnoscebantur, per magis & minùs in operationibus: & magis & minùs repugnare morbificis causis: hìc explicatiùs addi, cùm duo extrema habeant aptas notas, videlicet salubre simpliciter semper, & ægrum vt nunc: de speciebus lapsarum sanitatum pronunciandum esse per vicinitatem, vel remotionem à dictis duobus extremis, quæ enim viciniora sunt salubri semper, sunt salubria vt multum: quæ verò vicinissima sunt ægris, insalubria simpliciter sunt: quæ modicè ab vtroque extremo recedunt, neutra sunt simpliciter. Quartò proponit ordinem seruandum in tradendis deinceps particularibus signis. Nam cùm in prima huius 2. libri parte de signis actu sanorum disputetur: Sanorum autem ordines septem numerati sunt sola quantitate differentes: non sunt expectanda particularia signa de quouis ordine, cùm specie non differant: sed tradentur signa, sicut paulò antè de vno extremo optimæ sanitatis: ita deinceps particulatim de quouis membro & de toto signa pessimæ sanitatis, id est contrarij extremi. Nam cùm sola quantitate distent signa lapsarum sanitatum: & exercitatio agnoscendorum debeat incipere ab eo quod facillimum est, & euidentiores notas habet: meritò de insalubri simpliciter tradentur signa: verbi gratia, de summè calido cerebro, quæ tamen si remissiora considerentur, indicabunt reliquas duas sanorum latitudines neutrorum simpliciter, & salubrium vt multum. Illæ enim tres latitudines sunt, quas intelligit dicens, [*quæ ab ea deficiunt optima constitutione, totidem sunt numero genera,*] videlicet, quòd ante relata sunt, tria scilicet ea sunt salubre vt multum, neutrum simpliciter, insalubre simpliciter, & quia deinceps non solùm tradentur particularia signa insalubris simpliciter: sed etiam particularia optimæ constitutionis: admonet optimæ constitutionis signa generalia totum corpus concernentia, dicta esse libro de optima corporis constitutione: hìc autem signa optimæ constitutionis etiam de singulis membris scribentur, verbi gratia, temperati cerebri signa, temperati cordis, & singulorum.

Dubitatio. IN TRADITIS signis breuia quædam perscrutationem requirunt: fortè enim videretur hìc dolorem numerare separatim à tribus symptomatis, & in eo dissentire à se ipso: etenim memorat ægri signa, corruptam operationem, & deficientem, & magnam imbecillitatem: quæ non dissentiunt à relatis libro de differentiis sympt. tãtùm hìc addit dolorem: sed id symptoma etiam ibi concessit posse seorsum scribi, tanquàm quartum signum separatim à tribus illis: vel etiam accipi pro specie corruptæ actionis. Itaque in eo non est controuersia amborum locorum.

Dubitatio. SED CVR ex tribus generibus læsæ actionis, applicat neutro solam diminutionem operis, quã vocat imbecillitatem, non corruptionem, ablationem, dolorem: cùm & illa etiam, vbi leuia sunt, nec valde impresserunt, à neutro non excludant: causa est, quia læsio actionis determinans morbum, diuisa in ablatam, corruptam, diminutam, non comprehendit has tres species secundùm totum suum ambitum, sed solùm vbi inereuerunt: aliás imbecillitas praua constitueret hominem ægrum contra Galenum hìc. Neutrum ergo determinat quæuis læsio actionis non prohibens consuetas actiones, siue ablata sit, siue corrupta, siue diminuta: ablata, vt infantibus progressus: corrupta, vt cruditas ventriculi, vel dolor capitis exiguus: vel diminuta, vt imbecillitas membrorum: verùm quia rarissima est in neutro ablatio, vel corruptio actionis: frequentissima imbecillitas eius, ideò Galenus hìc applicat pro nota neutrius nunc, imbecillitatem actionis non magnam.

Dubitatio. Cap. 13. SED ADHVC videtur pugnare cum hoc loco quod scribitur libro 7. Therap. Imbecillium alios esse sanos, alios ægros, & distingui alterutrum per hoc, quod propter noxæ magnitudinem à consuetis actionibus obeundis vel desistatur, vel non desistatur. Nam hìc imbecillitatem paruam non censet sanitatem, sed naturalitatem: &

præ-

mox ab adhibito calore liquati. prætereà, quomodo ab ebulliente cordis calnte non dissipatur exiguus ille adeps cordis, si non inest illi vis qua nutritione perpetua durat? qui fit vt in quibusdá animalibus certa & sede & figura perpetuò visatur, in aliis varia sede & crassitie & figura proueniat, & ad certum vsque terminum in membris augeatur? si non præesset illis vis aliqua, vnde albedo membranæ similis, si non agit in ea transmutatiune membrana coquens, sed solùm frigus congelans? quod autem fingunt alere membra per famé, probare non possunt: sed tantùm, quod scripsit Galenus à calefaciéte causa citiùs carne liquari: quod illi ob maiorem substantiæ laxitatem euenire conspicuum est. adde & illud quod frequens est, in medio lardo adenes reperiri, qui nisi ibi vis adesset informatrix, gigni nó possent. licèt autem omnia dicta trahant sanguinem in hepate genitum, cùm non recipiant per canales, sed sula vi innata tractice illo fruantur, meritò de talibus pronunciat regi sola innata facultate. carnem item numerat non omnem, sed simplicem: est enim triplex libro secundo de temper. vna propriè caro, quę semper pars est musculi ex genere quarto membrorum. Secunda vocata

Cap 8.

priscis parenchyma, id est, affusio, quia nullum eius vsum veteres esse credebant, prætetquam vt affunderetur vasis perficiétibus viscus, ne cohęrerent. Verùm Galenus putat esse eius carnis vsum alium diuiniorem ad perficiendum opus visceris: táquam partem principem visceris, & hæc item caro vt prior abundat canalibus tribus. Postruma caro est simplex ad opplenda, vel munienda tantùm membra quædam, vt in gengiuis, cule, vtraque vesica, vtero, ventriculo: de qua pronunciat annumerádam esse tertio generi, cùm vacet dictis canalibus. In quarto autem genere membrorum à Galeno numeratorum, quod vtrisque regitur facultatibus subaudiendum est: modò nó sit principale, nec ortũ à principali: nam cerebrũ regitur etiá vltra innatam vim, vitali & naturali aduétitiis: nec secus cor, hepar, nerui, vasa: quare in diuisiune subaudiéda est dicta determinatio.

Num pili & vngues animata.

De secvndo proposito pilis inquam & vnguibus: In his quæ à Galeno de illis traduntur nunnulla sunt, in quibus ab eo quis cum ratione dissentiat. Primùm, quoniam opinatur eiusmodi

Ratio prima.

partes vita prędita non esse, ideò nec regi naturalibus faculiatibus: cùm mulra & magna argumenta oppositum suadeant. Nam eiusmodi partes, quæ vel armorum vice, vel indumenti animantium corpori circum dedit natura, sunt vt cutis in quibusdam animalibus, quam & verè ali certum est, & per temporũ interualla subnascente alia exuui, vt in serpentibus: frondes in arboribus fructuum tegendorum gratia, quæ vt facultatibus gubernantur quádiu viuunt: ita suis temporibus decidũt & substituuntur aliæ. In auibus pennæ: in quibus nutritio per se tota apparet, nó modu ad radicem, qua per calamum etiam vena membranosa permeat: sed per extimas fibras & pennas apparet vniforme incrementum: nam in pauonibus extremarum pennarum color in rotæ modum rotundus, & cum pulchritudine varius, æquè cum corpore paui increscit in orbem: idem æquale incrementum non minus manifestè apparet in conchyliis, buccinis, ostreis, locustis, testaceis omnibus & ostracodermis, in quibus crustæ, apices, circuli, forcipes, vngulæ, vngues, non minus quàm reliquæ partes corporis æquali incremento prouehuntur: nec secus squammæ, & cornua. nam in ceruis extra per ramos certa quadam lege cornua grandioribus & adultis diuiduntur: id quod ab informatrice in capite cerui residente longissimè distante fieri non potest. Sic vitulus sine cornibus nascitur, sed cùm corpore reliquo pariter adolescunt cornua certa quadam dimensione, figura, colore, intus in cuspide variè camerata, cameris ipsis proportione seruata intrò augescentibus. idem in velleribus & plumis dictum puta, quæ omnia certissima argumenta sunt, eiusmodi per se tota obtinere informatricem: à qua peculiarem formam habent proportionale incrementum, quare & naturales, quibus reguntur, facultates. Adde, quòd hæc omnia, sicut & pili, & vngues, in huminibus ad certum vsque terminum augmenti prugrediuntur: quem vbi assecuta sunt, licèt

Secunda.

nunquam destituantur excrementicio ad radicem alimento, nil amplius crescunt: quòd si secantur, statim denuò crescunt, manifestè scilicet vi animæ, quæ in illis est, expetente iustam augmentum, nec vltra suam mensuram admittente incrementum. Quid, quòd authores ipsi vel inscij in hanc descendunt sententiam: nam Auerrous apertè opinatur ope naturæ circundare corpus pilos, vt segetem triticeam lupinos: ita enim exhaurientes corporis fuligine relinquunt dulciorem sanguinis alimoniam: Galenus verò dixit eos ebibere materiam fuliginosam: Rasius & Auicena, edocti experientia testantur conferre visui tósuram capitis: conferunt enim (inquit Auicena) magis attonsi quam rasi, in quantum exiccant attrahendo humiditates ad nutrimentum eorum: experimento enim & pili, & vngues, & magis crescunt, & crassescũt, quò crebriùs resecantur: tanquàm eorum natura festinante ad deficientis generationem, sicut in resecta carne. Accedit illa ratio vel validissima, quòd in vnguibus apparét fibræ deferentes alimentum, quales in arborum frondibus: & ꝙ pili per totum canescant: & repentè migrét in varius colores pro alimenti suscepti intra poros varietate, non ad radicem appositi, & quod non segniter reficiat vires perfusio pilorũ ex odoratis. Rationes verò aduersantiũ haud difficulter dissolnũtur. Quod enim mirátur in omni ætate crescere, nó magis meretur admirationem: quàm ꝙ déres, quos Galenus animatos & sentiétes esse fatetur, crescant perpetuò. Nam si commodum alimentum membrorum per partes perpetuò disseminaretur, partes perpetuò alerentur: quia verò excrementitia fuligo harum omnium partium, eo magis crescit quo alimentum minùs rectè conficitur, meritò fit, vt etiam per senectam non cessent augeri. Imò & in quibusnam defunctorum, quod scripsit Aristoteles, siue quia aliquandiu durat residua vis alens in illis partibus, sicut in ramis arborum abscissis: siue quia id incrementum improperium est per solam fuliginis ad radicem in defunctis suppeditationé. Siue, ꝙ scribit Aphrodiscus, apparent augeri cùm verè non augeantur: deinde, quod addũt cicatricem in radice vnguis citò apparere in cuspide, nec in omnem dimensionem, quod est viuorum proprium, sed in solam crescere longitudinem: non animaduertunt;

Tertia.

Lib. 2. Collect. Cap. 8.

Lib. 11. de vsu part. c. 14.

Rasius 2. cót.

Aui. cap. de ophtalmia.

Quarta.

3. de hist. animal. cap. 11. 1. proble. 145. 1. de gen. cap. 5.

non

non omnia membra æqualiter augeri, nec per ætates omnes, nec per demensiones, sicut nec orirì: sed pro varietate vsus cuiusque. Nam certo tempore prodeunt & crescunt folia, flores, fructus, dentes, non in alio: sic vbera fœminis, humeri maribus, pudenda vtrisque eo tempore augentur & crescunt, quo necessaria esse incipiunt, id est in pubertate: quod annotauit Aristoteles. nimirum igitur si in enumeratis partibus anget, quantum oportebat crassitiem, & latitudinem aliquáto magis longitudinem, quoniam & id vsus requirebat: eam mensuram quam primùm excesserunt, non amplius augentur: sed melius aliquid inueniente natura reddit ea procidua in plurimis animalium: satagens exhaurire noua substitutione corporis excrementa: sicut in iubis & caudis equorum non cessat ad multam longitudinem extendere: in reliquo corpora magis facit deciduos: quoniam ita vtrorumque vsus exigebat, demetiente ipsa pilorum natura singula pro suis vsibus. Alterum de quo iocusari possit Galenus est: quod inquit vngues ex arteria, sicut reliqua mêbra, vitam suscipere: ex neruis sensum, ex venis alimentum: in quibus videtur excedere, dum vnguibus non solùm vegetatiuum tribuit, quod hic negauit: sed & sensitiuum. quòd si interpretemur dictum esse de illis, tanquam de mediis, non tanquàm de instrumentis sensus: non quadrant verba illa [*sicut & reliqua membra corporis*] nec congruit quòd vnguis suscipiat à vena alimentum tanquam medium, nô tanquam aditum. Tertiò minus elaboratè scripsit ad radicem vnguis accedere neruũ, venam, arteriam, præstantia dictos vsus: nam non accedunt huiusmodi canales ad radicem vnguis, sed vngui substernuntur: quanta vnguis est. quod enim Aristoteles scribit, vnguis cutis est substratæ carnis: vnde colorem reliquæ cutis imitatur, vt in Æthiopib. nigra sit, in fusco homine fusca: & nulla cutis media intercedit carnem & vnguem: quare sicut subter reliquam cutem rami canalium expanduntur non secus subter vnguem: non quod ille scripsit, cessant ad radicem vnguium. Quartò, non satis videtur expendisse quantum vngui cum dentibus conueniat: nam cùm proposuisset natura ex omni parte corpus hominis reddere tactile: ideò enim depile creauit, & citra assueta brutorum nutrimêta: qua parte obtinuit osseas dentium & vnguium substantia, ea mixtione elementorũ, horum vtrumque donauit, qua facilè communicarent externam quamuis intemperiem neruo: vel substrato, vt in vngue, vel ad radicem & meditullium accedenti, vt in dentibus: quemadmodum enim metalla licèt solidoria figulinis sint vasis, multo tamen promptius transmittunt calorem, quemcunque aliqua sui parte exceperint: sic dentes & vngues ex simili materia constantia celeriùs deferunt quàm cutis reliqua, quam meritò figulino vasi compares, conceptum vel frigus, vel calorem. Vnde ex immoderantiis potissimùm dolemus dêtes & vngues. Quo constructionis inuento sapientissimè natura resarcit in illis partibus, imò & auget sensum: qui ob earum partium soliditatẽ periclitabatur amitti. quòd autẽ neutrum horum in se sẽtiat, illud est vel manifestissimum argumentum: quòd cùm inter causas doloris violentissima sit & potentissima solutio, nulla sectione siue vngues siue dentes, nos vel leuissimè afficiunt. Quare poterat Galenus iungere pilis & vnguibus dentes, nec tribuere dentibus id peculiare quòd sentiant, & soli inter dictas partes anima sentiente præditi: sint cùm magis constet ex dictis frui hæc omnia vegetatiuo principio, non sensitiuo oportétque in his, vt in multis aliis artis partibus, & medicorũ antistitem suscipere, & meminisse non raró hominem fuisse. Num autem vngues gignátur ex osse & cute, addunt alij & ex carne? apertè derisit Galenus: gignuntur enim ex peculiari materia, sicut rostra, vngulæ, cornua. Quod ergò dixit Auicena gigni ex ossibus leuibus, intelligatur, ex materia simili ossi leui.

7. de hist. animal. cap. 10.

Vngues aũ sentiant.

2. de anat. ad monst. c. vlti.

3. de hist. animal. 9.

2. de anat. ad tato.

Prima. 1. doct. 3. c. 24.

SECTIO SEGVNDA.

Cap. Decimvm.

Indicia autem singularum temperatura sumpto à cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt verò quinque insita genera quæ ipsius naturam ostendunt. primum quidem totius capitis dispositio. Secundum verò sensibilium operationum virtus & vitium: & tertiũ actionarum: quartum earum quæ tenent principatum: & quintum naturalium. Aliud verò genus præter hæc omnia, ea quæ extrinsecus adueniunt alteratio. Et quidem totius capitis dispositio ex magnitudine & figura sumitur atque capillis.

PRosequitur propositum, particulatim tradendi signa sanitatis singulorum membrorum. Orditur autem à capite, siue seruans ordinem situs, quem medici etiam in tractatione morborum obseruant: siue dignitatis. nam licèt cor sit dignius ad vitam, cùm bene viuere, quod nobis per cerebrum inest, præter simplici vitæ, quam cor tuetur: præstabit operatio cerebri operationi cordis. In tradendis autem cerebri signis duplici ordine progreditur: videlicet à signis ad significata, & rursum à significatis ad signa: quemadmodum enim quando inquirit agnitionem membri ægri, in primis duobus libris de locis affectis, docet quot sint species signorum indicantium corporis affectus, explicans quales affectus singulæ signorum differentiæ ostendant: pòst in posterioribus quatuor tradit de quauis seorsum affectione, coniungens in quauis omnes species signorum eam indicantium: vt ita integra comparetur agnitio partis difficillimę medicinę, quę in cognitione affectuum versatur: & sicut in ludo literario, initiatis pueris præscribitur ad discendum alphabetum recto ordine, & rursum conuerso, & permutato, vt initium sumatur ab y, cesset in a: ita hìc in agnitione sanitatis cerebri per classes suas distributæ, proponitur ea duplex exercitatio: primùm, per tractationem specierum indicantium: deinde per classes temperamentorum singulorum cerebri. nec ideò tamẽ bis vniuersa repetuntur, quia in vtroque ordine omittuntur nonnulla, & relegantur ad alterum. Primò ergo hic ex more præmittit diuisiones ad definitiones signorum afferendas. Secundò, capite vndecimo docet primum genus signorũ. Tertiò, per sensus ibi locatos, docet reliqua signa. Quartò, ordine iam conuerso cap. 13. iungit vniuersa signa temperati cerebri. Quintò, cap. 14. signa

gna calidi. Sextò, capit. 15. signa frigidi. Septimò, capit.16. signa sicci. Octauò, capit. 17. signa humidi. Nonò, cap. 18. de compositarum iam intemperaturarum signis: calido & sicco. Decimò, cap.19. signa docet calidi humidi. Vndecimò, capit. 20. signa frigidi sicci. Duodecimò, capit.21. signa frigidi humidi. Hic ergo proponit diuisiones necessarias huic sectioni quatuor. Prima, signa sanitatis cerebri alia indicant temperaturam ipsius, de quibus in prima parte huius secundi libri agendum est, alia compositionem & vnitatem, de quibus in calce huius libri. Secunda diuisio, indicantia signa temperaturam cerebri, alia sunt interna, alia externa. Tertia interna sunt quinque videlicet: dispositio capitis, opera sensus, opera motus, operationes principes, operationes naturales. Externum verò signum est externa alteratio. Quarta, primum genus, quod appellabamus dispositionem capitis, secatur in tres species: in signum à magnitudine capitis, signum à figura capitis, signũ, à capillis. Quæ autem in scripta oratione peculiarem & longiorem considerationem exigunt, hæc sunt quot numero sint capitis signa. Secundum, quis sit capitis in animalibus vsus. Tertium, quæ cerebri functio. Quartum, quale cerebri, de quo inquiritur, naturale sit temperamentũ. hæc enim licet paulò à litera remotiora ob euidentem doctrinæ vtilitatem cum difficultate coniunctam, opportunum locum disputationis hic habere videntur: nam & vsus ita obtinuit: & non valdè in eo laborandum est. quo loco de quauis quæstione, sed quàm rectè agatur.

Signa capitalia quot.

De primò, quot sint Differentiæ signorũ attestantium capitis temperamenta: signa vniuersa salubritatis paulò antè reduxit ad genera tria, hic ad sex: videlicet hæc sex ad illa tria referri possunt, licèt non oporteat referri: nam ibi texebat catalogum signorum optimæ sanitatis. Pòst signorum sanitatum lapsarum: sicut lib. de different. sympto. signorum morbidorum: hic autem numerat vniuersas species signorum attestantium cuicunque sanitati capitis, siue bonæ, siue nequam. & sicut suprà post numerata tria signa optimæ sanitatis, essentialia quædam, nonnulla à casibus, ab operibus alia: superaddidit externum à repugnantia ad morbos: ita hic capitalia numerat signa, quibus pòst superaddit signum ab alteratione externa: coincidens cum eo quod à repugnantia ad causas morbificas prius sumebat. quod autem pòst numerat signum à somno & vigilia, recensendum est inter actionum principum signa, iuxta tradita tertio de locis. Vocat autem ex his priora quinque innata, quia ex corporis ipsius notis sumuntur: postremum externum, quia ex his, quæ extrinsecus succedunt cerebro, omnium primum genus vocat dispositionem capitis, non significans dispositionis vocabulo dialecticorum more primam qualitatis speciem, sed id omne quod in capite sensu percipitur, ea sunt capitis quantitas, figura, pili.

Quis capitis vsus.

De secundò, quis sit capitis in animalibus vsus. Quidam asserebant necessarium esse caput propter cerebrum, nam sine capite verum cerebrum esse negabant: ducebantur enim ex appellatione cerebri Græca ἐγκέφαλος, id est, in capite: quare, si quando cerebrum extra caput continetur, non ausi vocare encephalon, vocant encephalo proportionale: non secus quàm in quibus animalibus vitæ principium & origo non obtinet figuram & situm cordis, compellabant id principium cordi proportionale, non cor, estque phrasis Aristoteli consueta. Sed meritò reprobata Galeno: nam nomina horum membrorum conueniunt illis secundùm suam substantiam, vbicunque sint modò habeant eandem facultatem: quare sicut oculus, licèt in facie sit, si non habet facultatem videndi, non est oculus nisi æquiuocè: ita si pars habens facultatem videndi, alibi quàm in facie locetur, adhuc dicitur oculus, non proportionale oculo. sic & cerebrum, vel encephalos, non proportionale encephalo, diceretur pars illa frigida alba mollis, facultate sua prædita vbicunque sita sit. Vsus ergo capitis non est continere encephalum: cum substantia, & facultas, vsúsque encephali etiam sine capite conseruetur, vt in mollibus & testaceis piscibus experimento comprobatum est. factúmque est caput, si Galeno credimus, propter oculos: nam oportebat oculos locari in sublimi corporis sede, & vndique osseo integi munimento: argumento sunt speculæ, quas ideò excelsas constituunt: & cancri capitis expertes, quibus in prælongis ceruibus in conspiciendo attollẽdis oculis, idcircò natura inseruit: vt perpetuò animalia ex excelso loco prospicerent. Quia autẽ visus, vt potè sensus minutissimorum tenuiũmque idolorum, requirit neruum mollissimum: talis non poterat esse nisi cerebro proximus, atque adeò coniunctus (per distantiam siquidem & recessu à cerebro, densatur neruus omnis, durescitque) ne longo itinere gracile membrum simul & molle periclitaretur: oportuit cerebrum, neruorum originem, iuxta oculos locari. Quoniam igitur oculi eminentem locum necessariò obtinuerunt, & oculorum gratia cerebrum: cerebri gratia, oportuit reliquos sensus suprà locari: ne nerui sensorij longiore interuallo concrescentes parum idonei sensationibus redderentur: oculos autem cum cerebro, & reliquis sensoriis iunctim caput vocamus. Verùm (dicendum est enim licèt à Galeno nonnihil alienum sit) non solùm oculis, sed & reliquis sensibus bene facit situs sublimis: nam vox meliùs auditur ab excelso loco prolata, quàm ab imo: nec enim multi obices intercedunt, & aditum excludunt: & olfactus ascendentem vaporem commodius recipit quàm descendentem: sic gustus alimenta parte superiore ingerenda, aptius siquidem inferna deiicienda erant. sed, quod maioris momenti est, non videtur ea causa præcipua creandi capitis, quàm Galenus docet, vt oculi in sublimi locentur. Cùm enim caput plurimis brutorum insit, & tamen non procerius reliquo corpore: causa creandi capitis aliũde petenda est, nam si in pectoris frontispicio truncato capite, brutis omnibus, quæ innumera sunt, locarentur oculi: non minus quàm modò prospicerent. Causa ergo creandi capitis (si quid sentio) est maior cõmoditas & perfectio separandæ animalis facultatis à vitali: sicut vitalis à naturali distinguendæ causa, thorax animalibus datus est. Sicut enim in imperfectis, vt plantis & quibusquam animalium, per totum permiscentur facultates, vt & ossa cum carnibus in vnam

8. de vsu part. 1.

8. de vsu part. 5.

2. de part. animal. 8.

c medio

mediocritatem:eò quòd non habeant exactā aut partium varietatem, aut facultatum integritatē, ita in perfectissimis præstat ob varietatem trium principalium,quibus animans gubernatur,& tēperamenti diuersi singulis accommodi: simul & ad opportunam cuiusq; facultatis in corpus per proprios canales distributionem:vt situ distarēt mutuò.

Causa situs principaliū.

Cvr autem eo ordine tres ventres dispositi sunt: vt supremum obtineat animalis facultas, medium spiritalis, postremum naturalis? Sanè decuit multis de causis: primùm oportebat plurimum separari,vim cogitantem ab alimenti officinis: crebri enim alimenti halitus interturbāt intelligentiam:eò fit,vt venter crassus nō gignat tenuem mentem, & pueri ob immodicū alimēti motum sapientiæ inepti sint. Accedit & illa causa altera:calor multus spiritalium necessarius ad opera vtriusque facultatis animalis,& naturalis, ita cōmodè communicatur vtrique, si in medio locetur amborum. Postremò,quia sensus omnes, & maximè visus,in prora corporis exactiùs iudicant:maximè autem accedente collo reddi possunt sublimia:è contrario excrementa alimenti, tanquàm grauia commodiùs in imo residēt qua & excernuntur: media igitur pars spiritalibus membris conueniet.

7 physic.c.3.

Quis cerebri vsus. 2. de part. animal.7.

Seqvitvr vt indagetur cerebri ipsius munus & operatio, si quæ est. Aristoteles opinatur formatum esse cerebrum gratia moderandi caloris animalium sanguineorum:nam cùm altio & motus propria animalium munera non perficiātur commodè alia qualitate quàm calore; calor autem non quiuis est appositus ad peragēdas eas functiones, sed cum temperamento: creauit in subsidium moderandi caloris cordis, frigidissimum cerebrū. Argumenta Aristotelis sunt,quòd sit cerebrum pars corporis,maximè exanguis. Et quòd natura (cùm soleat contraria inuicem iungere)ne immodicè excederet frigiditas cerebri, adiunxit illi dorsalem medullam:quæ communi medullarum ratione calet. Et quod in homine creauit cerebrum omnium maximum, quia & cor calidissimum. Sed meritò reprobatur à Galeno:non enim agnouit Aristoteles, vt qui nō exactè perspectam haberet hominis fabricam,cerebri vsum,sicut nec structuram.

8. de vsu part.3.

Ratio prima.

Nam quid impediebat quo minus cor eā caloris moderantia crearetur, qua non egeret refrigerationis cerebri subsidio: nam & reliqua membra iam inde ab ortu temperiem habent, suis functionibus accommodam, quam tota vita suis facultatibus citra externa adiutoria cōseruant, quòd si igneus cordis calor ob eximiam vim ne durat, requirit alienum refrigerium:

Secunda.

promptissimum erat ex externo aëre parare sufficiens: poterat enim natura creare asperam, latiorem,ita vt esset aëris capacior:nō mutuari frigiditatem à membro longissimè distante, & interuallo medio ossibus vallato, & præsenti suo tēperamento,(quod solùm ad cor accedit)multo remissiùs frigēte quàm aër etiam æstiuus. Præterea, si solam ex genito cerebro refrigerationē aucupatur natura:quorsum mira cerebri structura,ventriculorum,neruorum,camerati corporis, infundibuli, plexus: si est instar glaciei cuiusdam in solum vsum refrigerandi creatū? Est ergo vera sententia creatum esse cerebrum, vt in se ederet actiones internorum sensuum: In reliquis verò membris sensuum & motionum arbitrariū opera. Non est tamen negandum ei qui semel agnouit dignitatem & munus cerebri, frigiditatem illius conferre maximè refrigerādo spiritui vitali:ita vt ex vtroque principio pararetur aptissimum motus & sensus instrumentum: nisi enim validus calor sanguinem attenuaret, spiritus generatio nulla foret: si cerebri frigiditas non artemperaret genitum spiritum,ebullitio illius temerarios motus & sensationes induceret: ex vtroque verò principio, facto in spiritu moderamine vsus animalibus comparatur: decuitque vt in mutua hac opera cor infrà, cerebrum suprà locaretur:vt spiritus à corde ebulliens natura sua sursum facilè feratur: in cerebro verò & refrigeratus & densatus deorsum in corpus somni & quietis inducendæ causa detruderetur. Cōiecturæ verò illæ Aristotelis inualidæ sunt, nec prorsum veræ: dorsalis enim frigus apertissimis conuincitur testimoniis: quare frustra fingit ad moderantiam cerebro adiunctam fuisse. Quòd verò cerebrum homini amplissimum cōcessum est,factum esse verò similius est, propter multiplices cogitationes & operationes principes, quibus multis numeris vincit bruta.

Quale cerebri tēperamentum.

Postremò agendum est de temperamēto cerebri:difficile est autem indicare quomodò per tactum membrorum temperatura medicis agnoscatur:nam in mortuo non apparet temperies ex corde influens: in viuo sentitur non sola à corde influens cum innata, sed etiam tertia ex coalternatione vicinorum membrorum, humorum, vaporum, spirituum. Cùm ergo vniuersa sint, quæ de quouis membro cōsiderari possunt, temperamenta tria,id inquiritur,cùm de quouis membro inquiritur absolutè temperamentum, quod conseruandum est. Est autem conseruandum id quo cum membra operantur: operantur membra non cum solo innato, ex elementis componentibus conflato: non absolutè cum influente, & tertio per coalternationem: sed cum eo quod in quouis membro factum est: fixum, & in naturam versum: tale est innatum, aliqua tamen ex parte mutatum per reliqua duo, nam influens, & ex coalternatione ferè est fiens in membro. Rem ita se habere ex eo colligas licet: quòd Galenus indagans membrorum singulorum temperaturas, quandoque cauet ne vlla extranea temperies misceatur innatæ: quandoque è contrario considerat quid ex vicinorum commercio pars patiatur: idcirco ad ferendum iudicium de membri tacti temperamento, expectat exhalationem vaporum immutantium, aut saltem quòd cogitatione fingatur mensura caloris ascititij, & fientis, separentúrque ab innata: quam solam rimari videtur, cùm non admittat eam solam, sed quicquid etiam ex commercio aliarum duarum factum est: quomodò in pituita tangenda expectat, quod cesset in ea calor ex vaporum commercio impressus. In cute, quòd tangantur in continēte temperato, ne imponat impressa qualitas à continente. In cerebro aperto exhalatio vaporum, & tamen quandoq; videtur admittere talia temperamēta aliūde cōtracta: cùm non admittat nisi partem eius factam, quanta iam abiit in innatam: ita vt cùm innata vnum constituat actionis principium, vt quando

1. de tempe ult.

8. de vsu part. 2.

2. de tempe. Cap. 1.

quando de vasis ait: quomodò erunt frigida cum tam perpetua sanguinis vicinitate: & de cerebro, quomodò erit frigidum, conuersans cum tanta copia calidorum vaporum & ex omni parte choroide cinctum valdè calere.

8. de vsu par. 2.

Recipit ergò in temperamento membri indicando innatum cum ea portione influentis à corde, & per coalternationem reliquorum omnium membrorum, humorum, spirituum, vaporum, continentis, quæ iam transiit in factum: exempli causa, vbi ex diutina in certa patria mora contractum membris est aëris temperamentum, versumque in habitudinem: tale iam cum innato instrumentum est operum omnium naturæ, & id iunctim conseruandum est: à quo si labatur, ægrotat.

2. de temp. vlti. & lib. 2. Cap. 1.

In hanc ergò formam si indagetur cerebri temperamentum, Galenus putat esse humidissimum, ita vt in humiditate soli adipi concedat: In actiuis verò tanto esse frigidiùs cute, quanto est magis exangue: cùm ergò in eo non plurimum vincatur à cute, non valdè recedit per frigus.

Prima 1. doct. 3. Cap. 1.

Vnde apparet catalogum Auicenæ frigidorum vt cerebrum, humidorum vt hepar, non esse elaboratum: cùm cerebrum sit humidiùs hepate, & humidius quàm frigidius. minus recipiendum est quod Isacius scribit,

Vniuersal. dict. cap. 16.

esse naturaliter calidum, humidum, vtpotè medullam: frigidum verò ex accidenti gratia vaporum in caluaria concrescentium: nam nec cerebrum, nec dorsalis sunt ex medullarum genere, nisi æquiuocè: quod rectè contra Aristotelem pronunciauit Auerrous. Peripateticæ Scholæ sectator eximius: partim, quia ad ignem non liquantur instar medullarum, sed assantur; partim, quia teguntur duabus membranis, à quo longissimè absunt medullæ pinguissimæ, & citra interpositam membranam nutrientes ossa.

2. collect. cap. 3. & 12.

Nec pugnat cum hac sententia, quod scribitur ab eodem Galeno cerebrum ad aërem etiam æstiuum nudatum lædi, quia refrigeratur: vnde videtur colligi esse cute calidius.

8. de vsu cap. 2. 3.

Si enim aër æstiuus calidior est cute, aër autem æstiuus refrigetat cerebrum, videtur cerebrum cute calidiùs. non pugnat, inquam, cum dicta sententia, eò quòd accidit refrigerari & lædi cerebrum ab eo aëre triplici de causa. Primò ob copiam vaporum calefacientium cerebrum, & ita solùm colligitur temperamentum cerebri fiens ex coalternatione, esse calidius aëre æstiuo, & proinde cute, quod non negamus: sicut ex tactu eius colligitur. Deinde læditur ob dissuetudinem, nam & dorsum nudatum ad aërem æstiuum frigescit, licet non sit calidius dorsum eo aëre. tandem cùm in nudato capite sit copia cerebri, membranarum, neruorum, quæ omnia natura sua valde frigida sunt: nil mirum, si, sicut dentes & reliqua intensi frigoris, à simili etiam remissiore intendatur in frigore. cerebrum ergò suo temperamento, quod medici considerant facto, magis humidum, minus frigidum est: præsenti autem conflato ex triplici temperamenti genere (quod tactus iudicat) calidum. nec ideò sequitur non inducere somnum per refrigerationem, nec refrigerare vitalem spiritum, dum illum in animalem commutat: siquidem ea operatur facto temperamento, quo spiritum coquit, quod ostensum est ad frigidum inclinare.

Cap. xi.

Paruum igitur caput vitiosæ constitutionis cerebri proprium est indicium. magnum verò necessariò indicat bonam 1 cerebri composituram. Sed siquidem ob insita virtutis robur: quæ multam atque optimam materiam afformauerit, eueniat: optimum est signum. at si ob materiæ tantùm multitudinem, haud quaquam bonum. distinguenda verò sunt hæc & ex figura ipsa, & his quæ ab eo habent ortum: a figura quidem ipsa, si concinna. Semper enim hoc bonum est signum. Ex his autem quæ ab eo ortum habent, si valida est ceruix. 2 Et si alijs ossibus optime constet: atque omni præterea neruosa substantia boni sit habitus, & robur habeat intentum. Propria autem capitis figura est, veluti si excogitares sphæram exquisite rotundam, ex cera constructam, paulatim vtrinque depressam. In hac enim necesse est, vt 3 posteriores prioresque partes plus gibbæ fiant, quàm sphæræ conueniat: quæ verò vtrinque consistunt, magis rectæ. Quòd si ea quæ secundum occiput eminentia minuatur: simul intueri oportet neruos, atque ceruicem, vna cum ossibus alijs. nam si secundùm naturam constiterint, materiæ defectu, non virtutis imbecillitate contingit. Illis verò non rectè se habentibus, principium est debile. Sed magna ex parte defectus qui occipitis eueniunt, consequitur eorum quæ ante diximus, imbecillitas. rarissiméque aliter euenire consueuit. Caput etiam, quod secundùm occiput in acutiem tendit animaduertere oportet, ijsdem adhibitis distinguendi rationibus, quibus antea in capite grandiore facto vtebamur. vt plurimùm verò, & hic 4 optimum est signum figura concinna eius partis quæ cerebro adhæret, quam nonnulli medici posterius cerebrum appellare consueuerunt. quemadmodum & posterius exitus ea sutura, quæ Græcæ literæ Λ formam habet præsignatam. Est verò huiusmodi pars spinalis medullæ principium: & eius ratione neruorum omnium, qui actionibus obseruiunt. Ipsa autem pars posterior per seipsam, paucos admodum sensitiuos obtinet neruos, plurimos verò actiuos. Quare vbi benè fuerit affecta vtraque pars, robustas habebunt eas quæ ab ipsis deriuationes. Eadem quoque distinctiones adhibendæ sunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes, quæ etiam ad posteriores earundemque & paruitatem, & magnitudinem inspicere oportet, atque eiusdem figuram.

1 In

PRIMUM gennus signorum cerebri, quod modò prosequitur à capitis dispositione, ex magnitudine sumebatur, figura, capillis, hoc genus exequitur: nisi quod de pilis sermonem prætermittit ob prolixitatem ad capita sequentia, vbi seorsum signa singulorum temperamentorum recensentur. Primò ergò ex magnitudine ita iudicat, minùs moderato semper paruum: maius aliquando bonum, sæpiùs malum. diiudicatur ex figura bona & orta robusta arguunt amplitudinem capitis non esse reprobam: contraria confirmant prauitatem. Secundò explicat naturalem capitis figuram; sphæram ceream (nam ea facilè comprimitur) à lateribus vtrinque modicè compressam. Tertiò iudicat de paruitate partium capitis: nam quia figuram explicauerat, non accedens iam ad secundam speciem dispositionum capitis, sed quasi necessariò ad primam speciem, quæ ex magnitudine sumitur: ideò procedit ad explicandum paruitatem partium capitis, in qua occipitis eminentia deficit, de qua pronuntiat ferè esse reprobam: quando tamen iungitur probatis figuræ & ortis, minùs culpa meretur. Quartò transit ad amplã occipitis eminentiam, de qua

eiſdem diſtinctionibus, vt in magno toto capite iudicat, explicans orta ab occipite, non eſſe omnes æquè neruos: ſed dorſalem cum motoriis neruis, pauciſſimis autem ſentientibus. Quintò de eminentia anteriore tantundem pronunciat, ſiue paruitate accedat, ſiue magnitudine: explicans orta à ſincipite, faciem, & ſenſus in facie ſitos, viſum olfactum, auditum, guſtum.

1. *Cerebri compoſituram.*] Legendum eſt [*conſtitutionem*] nam eodem verbo *κατασκευῆς* vtitur hîc & paulò antè: compoſitura autē magis importat organicam naturam, de qua modò ſermo non eſt.

2. *Et ſi alijs oſſibus optimè conſtet*] Quidā fruſtrà emendāt [*Si cum alijs oſſibus bene cōpoſita ſit ceruix:*] ſenſus tamen auctoris in ſcriptis verbis eſt, colligendum eſſe robur cerebri ea robore non ſolùm ceruicis & neruoſum, ſed & reliquorum oſſium corporis, propter mutuum oſſiū reſponſum.

3. *Poſteriores prioréſque partes*] Rectè habet: non quod alij codices ſub diſiunctione [*prioréſve partes*] habent.

4. *Optimum eſt ſignum figura. &c.*] Lege [*bonum ſignum eſt cerebelli concinna figura, quod quidam medicorum poſterius cerebrum vocant: ſiquidem retro eſt, ſeparatum lambdoide ſutura.*]

Sequitur vt explicata ſeries, ſi quid habet controuerſum, introſpiciamus, habet enim multa. Primum, num meritò in vniuerſum culpanda ſit capitis paruitas. Secundum, quot ſint capitis figuræ. Tertium, num rectè numerentur ab auctore orta à capite. Quartum, num orta, quod ſcribit, atteſtentur ſuis principiis.

Parnum caput an ſemper malum.

De primo, Num perpetuò reprobum ſit paruum caput: multa poſſunt nos ab aſſentiendo remorari, niſi explicentur ſigillatim poteſt enim ex pauca materia, ſed temperata, formari caput: oportet ergò exploratam habere huius ſententiæ cauſam. ideò enim in omni membro habente ſua natura ciuitatem reprobatur paruitas, laudatur amplitudo: quia amplum ſufficienter recipit materias, vel membra continenda, & citra periculum vel obſtructionis, vel motus neceſſarij: quare non ſolùm parua eſt paruitas, quæ in omni trina dimenſione intelligitur, ſed & longitudo ob defectum duarum dimenſionum, vt in capite, ventriculo, ceruice, pectore. Ad quem ſenſum explicāt multi Galenum hîc, quaſi in paruo capite incuſet prauam compoſitionem. Verùm cùm hîc fuerit pollicitus tradere notas ſolius temperamenti, ſeruans notas compoſitionis ad libri finem, neceſſe eſt intelligere ex magnitudine, quo ſigno hîc vtitur ad temperiem agnoſcendam, ſumi etiam ad temperiem coniecturam: licèt propter materiæ affinitatem poſſit ſimul de compoſitione inquirere. Agnoſcitur ergò ad hunc modum ex magnitudine proba temperies, ex paruitate mala: nam cùm minus moderato caput prodierit, vel cauſa eſt in formatrice eius debili, quæ ſufficientem materiæ quantitatem ad formationem allicere non potuit, vel materiæ trahendę pertinacia, quæ trahenti facultati obſecuta non fuit: quorum vtrunque neceſſariò arguit partis intemperiem. ſiquidem imbecillitas facultatis ex intemperie partis eſt, in qua facultas conſiſtit: pertinacia autem materiæ vel craſſities eſt, vel inconcoctio. ex oppoſitis autem cauſis magnitudo concinnæ figuræ iuncta, temperamento atteſtatur.

6. epid. Com. 2.

Sed inſtant, oculus paruus præfertur magno: cur ergò non & caput? Sed in oculo ratio eſt peculiaris, cur paruitas ſuprà magnitudinem commendatur, non ſupra mediocritatem, videlicet, paruus confert viſui, non ſpargens ſpiritum. quæ ratio in cerebro deficit: nam & exactè inſpecturi oculis conniuemus ad anguſtandam pupillam. præterea paruitas oculi non commendatur ſimpliciter ad omnes functiones, ſed ad ſolùm viſum. Adde, quòd oculus non eſt membrum habens ciuitatem vt caput. Addunt ex Ariſtotele, frons anguſta indicat prudentem hominem: magna verò ſegnem. cùm tamen Ariſtoteles facilè mobiles eſſe dixerit anguſtæ frontis homines, non prudentes. Amplitudo autem frontis non eſt mirum ſi damnatur: ſiquidem & hîc magnitudo ſæpè reprobatur ſupra mediocritatem. Prætereà citant ex tertio probl. qui minores ſunt capite, prudentiores ſunt: vulgò explicant caput paruum per inopiam carnis & craſſitiei caluariæ, quia minùs grauat efficere prudentiam in hominibus, ſi ad bruta conferantur. quin & intra ſpeciem humanam in homine parui capitis collato ad hominem magni: paruitas tamen capitis propter paruitatem caluariæ, de qua hîc ſermo eſt, magis lædit quàm augeat prudentiam. Si tamen res grauiter expendatur, in ſpecie humana paruitas & magnitudo capitis non pendent ex aucta carne, cùm in eo minima ſit inter homines varietas: ſed ex caluariæ amplitudine. Quare ſatiùs concedetur paruum caput ferè excellere prudentia, eò quòd tales ſunt cogitabundi, & in diſcurſibus celeres, propter anguſtiam loci, in quo ſpiritus mouetur: non tamen ideò abſolutè eſt meliùs id caput omnibus operationibus, quod hîc conſiderat Galenus: imò nec etiam ad principales functiones, cùm virtus illarum non ſit celeritas diſcurſus, ſed firmitas & mediocritas cogitationum. Auget dubitationem, quòd in equis præfertur caput paruum: in illis tamen non quæritur imaginatio valida, ſed validus motus, qui ex robuſta ceruice (quæ in equis laudatur) originem habet. Sed ſupereſt & illud excutiendum, cur de toto paruo capite ſimpliciter pronunciet malum: de paruitate ſincipitis & occipitis addit conſideranda eſſe figuram & orta. Opinor: paruitas totius capitis indicat paruitatem omnium ventrium, ideò ſemper reprobatur: vnius autem partis paruitas licèt ferè ſit reproba, non ita neceſſariam arguit malitiam, quia alter venter amplus ſupplere poteſt. Neque nos moueat quod in 6. epid. de toto paruo capite addit, etiam poſt agnitam paruitatem conſideranda eſſe orta. Non enim caret vitio locus, & legendum eſt, *ἐκπεφυκότας*, ea abundanti conſideranda eſſe orta in paruo capite, ſignificans ex illis colligendam eſſe quantitatem malitiæ: nam malitia in genere ex ſola paruitate ſufficienter agnoſcitur. Nec magis vrget, quod ſuprà abſolutè ſcripſit concinnam figuram bonum eſſe ſignum: hîc verò non ſemper, ſed vt plurimum: ſiquidem de quouis medico indicio bono pronunciari poteſt, ſemper eſſe bonum, quaſi ſignificet perpetuò bonum aliquod, vt coctio vrinæ ſemper eſt bonum in hoc ſenſu: In alio verò, vt bonum dicit certitudinem boni euentus, de nullo poteſt pronunciari, niſi, vt plurimum bonum: vt coctio vrinæ, vt plurimum bonum, nimirum, quia ferè terminatur ad ſanitatem: eò quòd

Secunda. 1. de hiſt. animal. 8.

Tertia. Probl. 4.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Com. citat.

Septima.

Lib. de plen. vlt. cap. Octaua.

quòd signa ngaoscendi, nisi multa iungantur, quod Galenus docuit, nunquam efficiunt certam scientiam. Quod si pergant interrogare quale intemperamentum colligitur ex paruitate? quidam aiunt, si paruum, siccum est: si etiam turpe, frigidum: si pulchrum, calidum. Magnum verò caput, humidum est: si simul turpe, frigidum: si pulchrum, temperatum. Alij negant, quia potest paucum esse, humidissimum tamen, vt gutta aquæ. Illud certiùs definiri potest: paruum caput necessariò siccum est, prout siccitas molem importat per humidæ substātiæ inopiam, sicut & oculi parui. humida enim membra, quò maiora, eò humidiora sunt: ita fit, vt in humano genere caput sit humidissimum, quia grande est brutis collatum. Sic inter homines ipsos grande caput collatum reliquis hominibus est humidum quantitate, licèt qualitatis intentione non oporteat. Quoad actiuas autem paruum indicat debilem informatricem: fit autem debilis à quouis intemperamento, atque ita de temperamento natiuo colligendum esse videtur. nam quod consequitur ad paruitatem temperamentum, fere calidum est propter perpetem & celerem in angusto loco motum. turpitudo autem nascitur à quouis intemperamento seminis: sed frequentius à defectu qualitatis maximè facientis ad formationem, cúmq; ea calor sit, sæpe frigori iūgetur deformitas.

Quot sint capitis figuræ. *9. de vsu cap. 17.* *2. Collect. cap. 11.*

De secvndo, quot sint capitis figuræ: naturalis figura sphærica est, cum compressione laterum vergente ad anticam partem: quod postremum Galenus non recensuit. causa rotunditatis, quia oportuit esse magnum, vt sufficeret tam multis actionibus, non ponderosum tamen: ideò figuram habuit capacissimam. Addit Auerr. etiam ob robur: ita enim rotundæ turres ad robur faciunt. adde etiam ad faciliorem capitis circumuersionem. Compressionis autem laterum, vel, quod idem est, oblongæ figuræ causa est; quia protuberat cerebrum retro in dorsalem, antè in opticos & caruncul as mammillares. videlicet, quia sensus oportebat eò vergere, quò & motum prosequēdorum, quod est ad anteriora: dorsalem verò retro, quia sciebat egere dorsalem osseo munimento, quo & egebat pars postica ad securitatem, vtpotè visu destituta. Cur autem laterales compressiones antrorsum vergant, vna causa est, quòd prorsus dorsalis est multo crassior, quàm neruorum faciei: altera, quia in ea figura constituitur sinus quidam, in quem aër ex anteriore parte accedens impingit: vt ita per moram cogatur maiore impetu aures ingredi: ideò enim auriculæ multo magis prominent parte posteriore quàm antica, vt eum sinum ampliorem constituant. Est & tertia causa quare ad antica vergit compressio, quia ita non sunt ossa temporum impedimento oculis maiore circulo conspecturis. Innaturalis autem figuræ species quatuor numerantur: prima, in qua deest anterior gibbus. Secunda, in qua posterior. Tertia, in qua vterque, ita vt maneat rotundum. Quarta, innaturalissima, in qua extuberat ad latera. quam, ceu summè recedentem à natura, putat Galenus non dari cum vita: sed vidit Conciliator, & Vgo hic, & Vesalius. Sed quomodò non meminit in ea enumeratione de excessu vnius, vel ambarum eminentiarum: & de capite, quod sursum in acutiem vergit, de qua videtur locutus Hippocrates 6. Epid. quod propriè videtur acuminatum, Græcè φοξόν. Illud dicendum est, acutum caput, vel acuminatum appellamus quod aspectu ipso vergit vel ad vnā eminentiam, vel ad vtrāq;: id quod accidit vel ex defectu, vel ex abundantia: quandoq;, quia increscit eminentia, quandoque quia deest opposita: nam deficiente vna, altera pars, licèt naturalis, videtur increuisse. Ideò 6. Epid. acutum semper est innaturale, sed non semper prauum. Sed siquidem acuties ex defectu orta est, mala est: si ex excessu, non semper mala, sed ex dictis distinguenda. Addit, excessum occipitij magis toleratur propter magnitudinem dorsalis inde orientis, quàm sincipitis. Ergò ad obiectum vniuersim secantur figuræ capitis in naturalem, rotundam, acutam: rursum acuta in abundantem, & deficientem: hic similiter meminit tam de deficientibus, quàm de auctis eminentiis: non tamen meminit de acuto in altum vergente, cuius palatum concauum est, & dentes conuersi. 6. Epid. 9. autem de vsu part. quia sola diuidebat acuta per defectum, solas quatuor figuras initio dictas memorauit. Sed videtur durum, quòd ex figura iudicat de temperamento contra secundum de tempo. vbi refellitur ea indagatio: allata ratione, quòd figura sequitur principium diuinius: quare ex ea non licet colligere temperaturam. Solutio, mores sequuntur temperamentum, compositio mores: ideò à primo ad vltimum ex compositione licet significare supra temperaturam: quod physiognomici quandoque faciunt, ex compositione coniectantes mores & temperaturam: licèt non certò ex vno indicio. quare potuit similiter Galenus hic numerare inter alia signa temperaturæ etiam figuram, licèt sequatur principium diuinius, id est, doctrinam informatricis: non simpliciter temperaturam agentem. Sed certior solutio est, quòd ex figura non arguit simpliciter & vniuersum supra temperaturam: sed ex concinna figura supra robur informatricis, & è conuerso. quia autem robusta informatrix semper iungitur bono temperamento, ideò colligit per accidens ex figuræ concinnitate bonam partis temperaturam.

9. de vsu citato. *Concil. differ. 70.* *Vesal. lib. 1. Cap. 5.* *Com. 3.* *6. epid. citato. Cap. citat.* *Cap. citato* Obiectio. *Cap. 14.* *2. de tempe. Cap. 2.*

Otta à capite qualia. *2. de temp. 8.*

Seqvitvr ordine tertium, num rectè numerentur orta à capite, dorsalis, nerui, ceruix, & reliqua ossa: hæc enim numerat Galenus. inter quę dorsalis est paulo frigidior & siccior cerebro, sicut nerui dorsali: partim quia destituuntur magnis ventribus plenis multo animali spiritu: partim, quia non habent exhalationem à toto ascendentem calidam humidam: partim, quia ob amplitudinem & situm cerebri supra hos basilare, potuit creare ipsum longè mollius reliquis duobus. de neruis autem opinatur Galenus, ferè motorios oriri à cerebello, sensorios à cerebro: formatúmque esse cerebellum multo durius cerebro, vt esset origo motricum, quos tanquam actiuos oportebat esse icciores. addit creatum esse cerebellum, indiuisum ventribus, quia ab eo erat processura dorsalis indiuisa. Iungitur etiam superioribus, idcircò ad viscera vniuersa & intestina mandari neruos, non & proxima dorsali, sed à longinquo cerebro: quia oportebat viscera frui neruis, non ad motum deferendi corporis, sed ad sensationem noxij molestantis. Quæ omnia ex rerum euidētiis manifestam patiuntur contradictionem: nam cerebri partes & cerebelli mollicie non distant, sed quædam cerebri partes ad callo-

15. de vsu cap. 3. 5.

sum corpus magis densatur, reliquæ omnes pari constant ad tactum mollicie. nec verum est oriri neruos motorios à cerebello simul & dorsalem, sensorios verò à sincipite: imò tam septem neruorum paria, quàm spinalis à cerebro ipso oriuntur, prope quartum ventrem, vbi spiritus mãdandus continebatur elaboratissimus: cerebellum autem duobus tantùm quasi punctis dextro & sinistro hæret cerebro quare & quod addidit, ideò cerebellum vnũ factum, vt dorsalis vna prodeat: non secus reprobum est. facilè est autem separare cerebelli substãtiam spiris obuolatam & fuscam, à cerebro anfractuoso & plurima parte albissimo. quod autem neruos ad viscera à cerebro deduxerit, non à dorsali, non est causa quam refert, vt haberent sensum exactiorem: nam cùm à dorsali mandet neruos ad cutem multo exactiùs sensuram occurrentia, potuit maiore vsu, scilicet a dorsali explanare ad viscera. Sed prouidit firmitudini neruorum, quorum processus multò quam vasorum magis in via periclitatur, ob eximiam molliciem & tenuitatem contentæ medullę: quare sicut dorsali, id est, trunco neruorum peculiare tegumentum osseum construxit, & à dorsali implexos neruos non diuidendos in ramos deduxit: ita ad viscera (quæ omnia pendebant: & firmiter cohærebant cum gula & aspera arteria, & per illa media cum palato & cerebro) tutissimè mandauit deorsum à cerebro neruos, quos à dorsali parùm toto mandasset: nam cum viscera non cohæreant costis, nec vertebris, nec musculis: quæ membra recipiunt à dorsali ramos, non potuit sine anfracturæ periculo à dorsali expandi neruua ad viscera. De ossibus autem scribitur 6. Epid. a capite ossium naturam æstimato: non quasi oriantur ossa à capite, sed quia ossa κώλων, id est, artuũ, brachiorum scilicet & crurum respondent proportione ossibus, quibus articulantur: videlicet ossa brachiorum humero, ossa crurum sacro, ossa autem humeri, & sacrum, vertebris respondent, quibus & cohærent, vertebræ dorsali, dorsalis cerebro, cerebrum caluariæ. quare vniuersa corporis ossa magnitudine respondent capitis magnitudini. cùm ergò ossa omnia specie eadem sint, & quantitate mutua conueniant, meritò coniectamus ex robore ossium corporis, robur caluariæ, ex imbecillitate imbecillitatem. licèt enim infra fateatur musculos corporis non omnes necessariò eodem insigniti temperamento. In ossibus ferè non eueniet, quia & ossa omnia inuicem articulantur, & magnitudinis æqua proportione constant.

Sect. 6. Com. 24.

Nam orta principiis respondeãt.

QVOD verò quarto loco scriptum est, orta attestari principiis, & è conuerso, habet dubitationem, cùm nonnulli præclaro ingenio prædití oriantur, vel cæci, vel surdi, & neruus natura siccus ab humido cerebro oriatur. Diluitur: cùm orta similia sint in substantia suis principiis, vnde oriũtur, & vix informatrix statim à formato principio conuertatur ad ortorũ formationem: fere accidet, vt non dissteor inuicem, sed sibi mutuò attestentur & respondeant, potissimùm autem id obseruabitur, vt si orta valida sunt, multo validior credatur fons & origo: quo pacto enim vis erga canales diligens, negligenter formauerit principale? Ergò ingeniosus non necessariò capite valet, imò è diuerso plures prudentissimi capite sunt imbecilli: Deinde etiam fieri potest vt cerebrum nobile formetur, orta autem oculi, vel aures deficiant. Tertiò, fit etiam, vt qui non obtinet ab ortu valdè integram intelligendi vim, ob sensuum defectum, ex accidenti reddatur perspicacior, vniuersa animi vi intrò se conferente. Ad alterum, sicut cerebrum constat ex membranosa substantia circundante sicca & interna medullari humida, ita & neruus. Adde responsum ortorum ad principia non esse intelligendum absolutum, sed ita, vt si in suo genere principium, verbi gratia, cerebrum labitur à temperato cerebro per calidũ, coniectemus neruos ex eo cerebro oriundos à temperatis neruis per calorem desciscere.

Et sensus ibi locatos, visum, gustum, atque odoratũ: hæc enim se inuicem indicant atque attestantur, & quæ à principijs oriuntur, principij virtutem, vel vitium, & principium eorum quæ ab ipso nascuntur. Earum autem operationum, quæ obtinent principatum, virtus ac vitium, sunt ipsius principij, 1 seorsum tantummodò indicia. Voco autem operationes principatum obtinentes, quæ à solo principio proueniunt. 2 Ingenium quidem igitur subtilem cerebri substantiam indicat, tarditas verò intellectus crassam: discendi verò facilitas formarum facile susceptricem, memoria verò stabilem ac firmam. sicuti & discendi difficultas formarum non facilè susceptricem, obliuio verò fluidam. Mobilitas quoque in opinionibus calidam, stabilitas autem frigidam. adhuc autem duo indiciorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturum pollicitus. quorum alterum ad operationes attinet naturales, alterum verò ad ea quæ extrinsecus occursant. Erit autem 3 in vtrisque sermo communis.

TRADIT doctrinam de reliquis signis cerebri, præter primum à dispositione capitis sumptum: primò referens actiones sensificas, ex quarum robore, aut imbecillitate agnoscit cerebri dispositionem. prætermittit autem actiones motus, eò quòd prosequitur hic signa sincipitia deficientis per orta à sincipite, id est, per neruos sensificos, sicut paulò antè de motoriis agebat, ceu ortis à cerebello. Secundò exequitur genus quartum actionum principalium, quibus plurimùm fidit, tanquàm propriis solius cerebri, non etiam organorum, memoratque operationes aliquot iudicantes: videlicet, ingenium indicat tenuem cerebri substantiam: discendi facilitas substantiam formarum susceptricem: mobilitas opinionum calorem: memoria stabilem cerebri substantiam: horum verò contrariæ operationes oppositum statum demonstrãt. Tertiò excusat quod de postremis duobus generibus signorũ ab actionibus naturalibus, & ab externis alterantibus non agit, seruans ad ordinem, qui sequitur de singulorum temperamentorum indiciis.

1. *Seorsum tantummodò.*] Legendum est [*solius ipsius principij tantummodò.*]

2. *Ingenium*] Verti potest, *prudentia, sagacitas, ἀγχίνοια.*

3. *In vtrisque*] *de vtrisque* satiùs legetur.

Ingenium vnde pendeat.

& 2. præsag. Lib. de plac. com. 6.

SED paulò latiùs spatiandum est, & de signo ab ingenio petito, & de altero ex reliquis principalibus actionibus. Ergò principalia mẽbra quasdam functiones in se exercent, vt cerebrum cogitare, memorari: alias in reliquo corpore, vt sentire & mouere per sensoria, & musculos, cor in se irã exercet, in reliquo corpore pulsationẽ. hepar

in se

in se concupiscentiam, in corpore alitionem per sanguinis suppeditationem. Sunt autem multo certiora indicia flatus principiorum, functiones primi generis quam secundi: eò quòd operationes primæ à solo principio pendent: ideò illi soli & certo attestantur, reliquæ verò significant membra, vnde pendent, videlicet dispositionem principij & membri, in quo exercetur operatio. Sunt autem operationes principes omnes tribus generibus cõtentæ: imaginatrix, ratiocinatrix, recordatrix: licèt enim diuidant has philosophi in magis particulares: verùm ad tria illa genera reducuntur, & varietas triplicium operationum sufficienter indicat cerebri statum. Inter eas ergo orditur à prudentia, vel ingenio, functione mentis, vel intellectus, vel cogitationis, (non enim separat hæc nomina Galenus) tanquam à præstantiore inter principes operationes. Quod tamen ab eo colligit tenuitatem cerebri, habet dubitationes.

Lib. de differ. symp. 4.

Dubitatio prima. PRIMA: Cùm proposuerit tradere notas solius temperamenti in cerebro, colligit alia à temperamento: videlicet, hic tenuitatem, modum scilicet substantiæ cerebri, & paulò pòst aptitudinem ad formas suscipiendas. Sanè constat ex hoc loco, quod alibi ostensum est, per temperaturam intelligere Galenum, non solam mixtionem primarum qualitatum: sed & ea quæ necessariò sequuntur ad eam proportionem qualitatum. Nam ea consequentia sunt etiam causa probatum, aut malatum operationum, quare erunt sanitas vel morbus: vt perspicuitas in cornea ad visum, & tenuitas cerebri ad discursuum velocitatem.

Secunda. ALTERA dubitatio: Hic ingenium tenui cerebro facit familiare, infrà autem capite de hepate tenuitatem sanguinis refert in humiditaté hepatis: vnde videtur tenuitatem cerebri pariter in humiditatem eius referendam esse: humiditas autem cerebri stoliditatis, nõ ingenij origo est. Sed (licèt quidam putent concludere) varia causa est tenuitatis substantiæ in liquido & in solido corpore: nam in liquido, vt sanguine, tenuitatis causa est mixtio aquæ plurima: ea ideò attestatur humiditati hepatis, quia in humido hepate ob inopiam resolutionis manet serum. In solido autem corpore, quale est cerebrum, tenuitas substantiæ magis sequitur portionem multam ignis & aëris cum defectu terræ ingrassantis: ideò tenuitas substantiæ cerebri non indicat humiditatem cerebri, sicut tenuitas sanguinis humiditatem capitis.

Tertia. Cap. 5. TERTIA: Septimo de plac. scribitur ex Erasistrato causam prudentiæ in homine supra bruta esse, varietatem maiorem compositionis cerebri humani: sicut reliqua membra, in quibus natura intendit perfectionem in quouis animali, exactius elaborat. Eam tamen sententiam 8. de vsu refellit, asserẽs melius esse existimare intellectum sequi, non varietatem compositionis, sed temperiem animalis spiritus, hic verò ab vtroque loco dissentit, referens ad motum substantiæ cerebri tenuem. Arbitror in quauis animalium specie, vsui præstantiori à natura in ea specie intento, præstari compositionem exactiorem: quandoq; magnitudinem præcellentem, vt dentes apro armorum vice: neruos odoratorios cani ad venandum: cerebrum homini triplo, quàm bouillum maius ad cogitationes, quandoque compositionis varietate & numero, vt musculi eruru leporí, & ceruo, ad fugiendum, quandoque temperie pronidet operi magis accommoda, vt visum feli noctu venaturo, & homini cutem temperatissimam ad tactum, & cerebrum tenuissimum ad intellectum. Ergo causa intelligentię humanę supra bruta potissima est intellectiua anima, qua bruta superat. Instrumentalis autem nõ est varietas maior constructionis cerebri: nam (quod Galenus arguit) oportebat cerebrum asini, vel arietis non formari cum illis anfractibus & mæandris: quos tamen similiter humano cerebro habet: sed erit instrumentaria causa amplitudo cerebri, & ventriculorum eius gignentium copiosum spiritum, tam multis sufficientem internis sensationibus: & prætereà temperamentum spiritus, id manat à tenuitate cum certo, aptóque temperamento cerebri, tenuitas autem facit ad intellectum: tum quia spiritus tenuis per se totum suscipit phantasmata, quare exactius suscipit: tum quia promptè permeat totum cerebrum, vbi idola contemplanda continentur: tum etiam, quia tenue instar tenuis aquæ, vel lucidi speculi manifestas repræsentat rerum imagines, temperamentum autem faciens ad sapientiam in cerebro, ostensum est suprà esse siccum cum moderantia calidi & frigidi: valde enim calidũ mobiles reddit, valde frigidũ tardos.

Facultates aliæ principes vnde. DE reliquis verò operationibus principibus, imaginatricis opus est facilè percipere: id quod indicat Galeno cerebrum esse bene susceptiuum formarum, cui autẽ temperamento attestetur bona susceptio formarum, variãt interpretes, varùm eum nõ possit ascribi, nisi vel calori, vel tenuitati, vel humiditati: de calore autem pronunciat solam mobilitatẽ, de tenuitate ingenium: Superest, vt de humiditate intelligenda sit susceptio facilis formarum, videlicet naturali, nam de excrementicia & innaturali dixit 3. de loc. inducere stoliditatem. Operationem autẽ cogitatricis memorat vltra ingenium, de quo dictum est, mobilitatem opinionum, caloris cerebri argumentum, quod signum intelligẽdum est supposita prudentiæ paritate: nam imprudentia sæpe inconstantiæ causa est, vt in pueris, mulieribus, & viris parum sapientibus: videlicet latent illos, neque occurrunt, quæ dubitare faciant aduersæ rationes, quare & citò pronunciant, & facilè à pronunciato recedunt: vbi verò prudentia constat, mobilitas calorem cerebri significat, qui in causa est vt citò migret spiritus ad contraria simulachra, & rationes. Postremò memoria stabilis sicci cerebri indicium est ob manifestam causam permanentiæ Idolorum. *Cap. 4.*

CAP. XIII.

Siquidem cerebrum fortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quæ diximus habebit moderata, & excrementa, quæ vel per palatum, vel nares, vel aures, vel oculos expurgantur, hæc quoque modicè se habebunt. Atque ab his quæ extrinsecus occurrunt, minimè læditur, quæ scilicet vel calefaciunt, vel frigefaciunt, vel humectant, vel exiccant. Talibus igitur capilli capitis, cùm adhuc sunt infantes subrufi, cùm verò pueri subflaui, cùm iam adoleuerunt flaui fiunt, mediique sunt inter eos, qui omnino sunt crispi & simplices, non tamen facile caluitium patiuntur. Quæ verò dicuntur, ac posterius dicenda indicta sunt, accipere oportet, vt in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent, non ad locorum tantum, sed ad humorum

quoque temperaturam, quæ cerebri temperatura proportione respondet, sunt referenda. Si verò calidius sit quàm oporteat, in altera verò oppositiane banam habeat temperaturam, siquidem in caliditate excesserit, omnia quæ dicentur validiora erunt indicia: sed si paruus fuerit excessus, imbecillia. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, quarum in temperatura vniuersis indicia sunt traditari.

ALtero & secundo ordine texit doctrinam de signis temperaturarum cerebri: in quo auspicatur, à certo cerebri temperamento, iungẽs vniuersa eius indicia, potissimùm explicãs omissa paulò antè proposito ordine: pilos, actiones naturales, & externum ab occursantibus indicium. Inter temperamenta autem incipit à temperati signis. Primò agnoscit temperiem ex moderantia dictorum omnium nuper signorum, vnde intelligitur, quod suprà citatum est, nõ esse tẽperati singulas functiones optimas: nam nec ingenium est summum, nec intellectus tarditas, sed ambo extrema moderata, sic addiscendi facilitatem & difficultatem habebit moderata: excrementa verò per meatus omnes expurgatorios, excunt modicè, vnde etiam intelligitur non esse tribuendum laudi, quòd nil vnquam per nares, vel palatum excernatur, sed quòd moderatè: item ab occursantibus minimùm lędetur. Numerat autem agentia à quatuor qualitatibus, subintelligens etiam flatus crapulam, satietatem, famem, cesalalgica, odores, hominum conuentus: quæ omnia debile caput solent offendere, non validum. Secundò prosequitur à pilis indicium, numerans omnes qualitates, quę in pilis considerantur: vtpotè colorem, quod infantibus subrufi, pueris subflaui sint, adultis flauescant figuram, quòd medij sint inter crispos & lenes: copiam, quòd non citò caluescant. Tertiò addit determinationes duas: vnam ad omnia signa & dicta & dicenda, quòd vera sunt, & locum habent tantùm in regionibus temperatis vtpotè de colore corporis temperati, habitudine totius. Altera determinatio concernens solos pilos: oportet supponere humores respondere temperamento cerebri, nam ob varietatem humorum à cerebri temperamento, pili non semper indicant capitis temperamentum. Quartò transit ad intemperati notas, ac primùm calidi: proponens determinationem necessariam in omnibus signis intemperamentorum: quòd signa hic tradita, si intensa sunt, indicant intemperiem validam, si verò remissa inualidam.

Quoniam verò capitis sententia amplè patet, per partes interpretanda, disputandáque est primùm de indicio à naturalibus desumpto functionibus, proximè de natura pilorum. Tertiò de calore eorum. Quartò, de crispitudine. Quintò, de caluitie. Sextò, de canis. Septimò, de duabus Galeni determinationibus. De signo ab actionibus naturalibus illud intelligendũ est, cùm signa oporteat esse sensui nota: actiones autem naturales effugiãt sensum nostrum, nõ potest ab illis peti cognitio, nisi, quatenus per exeuntia excremẽta sensui manifestata cõiectamus, peruenimúsque in agnitionem naturalium, internarúmque actionum. Cùm autem sint numero quatuor, dispositio attractricis, & expultricis, ex quãtitate intelligitur exeuntium: nam si vel plus modico attractum est, vel plus modico viget expultrix, increscat quantitas exeuntium excrementorum necesse est. Si verò vel tractrix defecit, vel expultrix, minor modo est excrementi apparentis quantitas. Ex qualitate verò eius agnoscitur dispositio reliquarum duarum coctricis & retentricis: nam si temperatũ est qualitate excrementum & substantia, bona præcessit coctio: sin secus: mala. Doctè itaq; Galenus ex quantitate simul & qualitate exeuntium per meatus cerebri purgamẽtorũ, agnoscit statũ omniũ quatuor naturaliũ, vel actionũ vel facultatum.

DE NATVRA verò pilorum ita sentiendum est: pilorum materia vapor est humorum siccus: est enim, sicut in magno mundo duplex, alter humidus pluuiæ & roris materia, alter siccus ignitarum impressionum fomes: sic in homine humidus somnum inducit, & vbi excedit, catarrum: siccus verò abit, modò in pilos, modò in vngues, vngulas, cornua, pro partium diuersitate, agens verò apud multos est frigus externum coagulans. Sed cum sint nata, & adhuc magis viuentia, citra calorem innatum prodire non possunt, quare certius est ab innato calore per coctionem fieri, nec ad id oportet calorem dominari frigori, sed prodit coctio perpetuò à calore determinato per frigus commixtum, quandoq; quidem excedens sæpiùs excessum vt in lacte, imò & in viuentibus, musca, & ape: verùm tanquàm postremum sigillans omnia coagulánsque, iungitur frigus externum: quod etiam de vnguibus & de adipe concessit Hippocrates. Causa autem, quam vocant sine qua non, est amplitudo pororum moderata: siue enim deficiant, non nascuntur, vt in infantibus, siue excedant, decidunt, vt in multis senum. Pilorum natura. 4 metheo. 2. 2. de temp. Lib. de ossib.

EX CAVSIS verò colorum in pilis, prima sumitur ex materię varietate, quę, quò magis adusta est magis nigricat. Secunda, ex agente, quanto calor eleuans validior est. Tertia, ex continentis tempetie, vnde variant secũdùm climata, Æthyopibus nigri, Germanis flaui. Quarta, ex varietate partis, vnde exeunt: videlicet in brutis iuxta colorem cutis, ob crassitiem eius: In homine autẽ ob tenuitatem cutis magis sequuntur temperamentum membri substrati cuti, nempe capitis pili, cerebri temperamentum, sic thoracis pili cordis indicãt temperiem colore suo, præcordiorum verò pili hepatis. Verùm etiam in homine nonnihil sequuntur varietatem cutis, & alimenti eius: ideò enim quorundam pili etiam adolescẽtum albent, propter pituitæ cutaneæ albedinem: non enim abundant in toto pituita. Sic in alopecia pili sequuntur cutis colorem, sic in senibus pili crassescunt ob cutis crassitiem. Omne enim membranosum, quale est cutis, tenium attenuatur, laxum verò per senectã crassescit. Potest & illa esse causa crassitiei pilorum per senectam, quæ scripta est. 6. Epid. quòd rarescunt meatus cutanei per ætatem. Nec obstat, quod senibus caput caluescit, quare magis quàm adolescentes tolerant nudare caput: quia illa astrictio pororum sincipitis, ea qua caluescunt nonnulli, habet peculiarem causam ex maxima siccitate cutis sincipitis ex carnis cum caluaria substrata.

Colorum in pilis causæ. Prima Secunda. Tertia. Quarta. 3. de gener. anima. 4. Sect. 5 com.

Quinta causa, ex aterna permiatione: quomodò opacæ fuligines occupantes meatus, pilos inficiunt nigredine in his, qui ferunt operta capita. Si autem loco fuliginum attractum ingreditur externus aër, albent, quomodò mulieres lotos pilos soli exponunt nudato capite, vel etiam nidore Quinta.

sulphu

sulphureo suffiunt, vel aqua forti imbuunt, vt ita dissipatarum fuliginum locum subingrediens aër occnpet: aut vbi in senecta auctæ pituitæ vapor per pilũ diffunditur. Sed obiiciũt dupliciter contra causas dictas: primò, si sol extrà dealbat pilum temperatum, cur calor biliosi intrò non dealbat fuliginem? Soluitur, non agit in fuliginem separatam, sed permixtam humido: quare ea eleuato vapore humido vsto nigricat pilus, extrà autem calor solaris agit in solum pilum siccum. Vel aliter, postquàm partes pili frigore concreuerũt & densatæ sunt, sol opacos vapores meatuum resoluēs, propter ingredientem aërem per accidens dealbat: quæ causa deficit calori biliosi, cùm nondum constet pilus concretus. Altera obiectio, pilus est siccior quouis humore: cùm ergo bilis porracea ob siccitatem, agente calore transeat in æruginosam albiorem, ergo & materia pili agente calore biliosi albescet. Arbitror illã Auicenæ sentẽtiam non consentire Galeno, nec rationi, nec experimento: & timidè ab Auicena prolatã esse dicẽte, & hoc quidem indiciũ est æstimatiuum. Galenus enim perpetuò docet de bilis speciebus, quò quęque ex illis est crassior & nigrior, eò esse calidiorem: quò tennior & albior, minùs calidam, nec refragatur ratio, nam cùm finis vstionis in bile sit atra, & bilis flauæ species omnes, media sint ad eum finem: sequitur ante atræ generationem bilem albescere nõ posse: sicut nec cineres ante carbones fieri. Item color à calore inducitur varius iuxta varietatem passiuarum qualitatum actu vincentium, non vi: aliàs omnis bilis calescens albesceret, omnis enim bilis virtute sicca est, sicut actu bilis porracea humida est: ergo agente calore nigrescet quid, quod experimento constat, si ad ignem apponatur porracea, indies reddi nigriorem: ergo & intra corpus. Videtur autem dedisse causam errori, quò aliqua porracea est multo incolumior quàm æruginosa: videlicet porracea, quæ in ventriculo citra morbum gignitur, de qua frequẽs est Galeno sermo: vnde fit vt aliqua bilis albior sit deterrior aliqua nigriore, non tamen sunt tales eiusdem speciei & generationis.

Obiectio prima. — Secunda — Prima. 1. doct. 4. cap. 1. 10. simpl. 13.

DE CAVSIS verò crispitudinis refert Aristoteles ad alteram duarum causarũm: prima portio ignis abundans in pilo, vnde exhalatio ascendit: & cùm terreum vstum commixtum descendat, fit motus pili contrarius: quo cum (pilus enim ob sui imbecillitatem facilè flectitur) crispatur. Secunda, terreum vstum abundans: nam pauca humiditas permixta cùm facilè siccetur à cõtinente, conuellitur pilus, quòd crispitudo est. Galenus autem parum ab eo recedit: refert enim ad siccitatem pili promiscuè boc verbo ostendens abundãtiam in eo ignis, vel terræ, vera autem sit potior causa, color ignis, an siccitas terræ? Videtur calor ignis: quia cùm immediata causa conuulsionis buius sit exiccatio pili: Id quod potentius siccat humidum internum, erit potentior causa: ostensum est autem calorem potẽtius exsiccare humidum, quàm siccitatem. Addit aliã causam Galenus: obliquitatem meatus, cuius refert priores causas duas: debilitatem exhalationis, quare non potens rectà meare & rumpere ob debilitatem intorquet meatum: vel duritiem cutis, ita vt etiam à robusta exhalatione findi, nisi per moram, non possit.

2. de tem. 13. & de atra bile. 2. — Crispitudinis causæ. — Prima. 5. de gener. animal. 5. — Secunda. 2. de tem. 10. — 3. simpl. 4.

Obiectio. Quidam obiiciunt aduersus banc Galeni causam: si pilus exiẽs vel ob debilitatem, vel ob duritiẽ cutis, fit crispus: crispus pilus causat pori obliquitatem, non è conuerso obliquitas meatus crispitudinem. Sed nõ aduertunt vaporem penetrantem nondum obtinere nomen pili: quare crispi pili causa erit obliquitas meatus, quæ originem habuit ab exhalatione morãte. Meritò ergo temperatum cerebrum cum simili temperamẽto humorum gignit & pilos medios crispi & lenis: cùm nec portione ignea, nec terrea plurimùm abundẽt: nec item exhalatio debilis, nec cutis dura sit, sicut nec ad oppositum valde labitur. Videtur autem vltra dictas duas causas addenda tertia ea informatrice assimilante parentibus: qua de causa filij Æthyopum, etiam si in temperata regione nascantur, pilos habent crispos, nigros, breues.

IAM verò de caluitio varij varia prodiderunt. Hippocrates li. de nat. pueri. quia vidit eunuchos nunquam caluescere, & ex aliis quosdam tantum, opinatur causam caluitiei esse certum temperamentum simul cum effluxu seminis. In accessu ergo, quibus dominatur flegma calescens, accedit & vrit radices pilorum, quare defluunt: qui ergo eo humore vacant, vel à Venere abstinent, non caluescunt. Verùm quia experimento constat humidos non caluescere, sed siccos, & quia pituitæ nõ est vrere, fortè flegmatis nomine vsu quorundam veterum intellexit biliosum, & acrem humorem à φλέγεσθαι, inflammari dictum: de qua significatione meminit aliquando Galenus. Aristoteles verò paulò vlterius procedens, de caluitie ita pronunciat: primò asserit caluitiem humanam respondere defrondationi arborum, depennationi volucrum, desquamationi piscium, exuuiæ serpentum: quorum omnium causa est defectus humidi pinguis alentis & sustinentis partes dictas vinorum excremẽticias, id quod ostendit hoc argumento, quòd ex plantis resinosæ, pinus, picea, cypressus: & oleosæ oliuæ, laurus, malus medica non defrondescunt. Nec obstat quod tales partes videntur constare non pingui & vtili humiditate, sed aquea excrementicia: quia licèt illarum partium humidum, si conferatur ad membrorum humidum, sit excrementicium, est tamen pingue, ceu innati caloris pabulum, cùm eo alantur, & facilè inflammentur pili, cornua, vngulæ. Si autem dubitetur, cur absumitur humidum earum partium quotannis, non interorum membrorum: causa referenda est partim ad paucitatem, tenuitatem, & impuritatem eius, simul cum situ externo earum partium: partim ad vim regentem, quæ ea industria destituit partes illas à regimine & alitione, cùm enim conducat excrescere illas in immensum, & puritati alimenti bene faciat, vt perpetuò excrementa in eas partes absumantur, iubas, pilos, cornua, squamas, folia: vtilissimè colligit se natura ad viscera & principes partes, postquàm per æstatem extimæ illæ partes & munimenta integram mensuram assecuta sunt vt ita priora decidua cedant aduenienti excremento in ea reparatione absumendo.

Caluitij causa. — Aristotelis prima sententia. 8. de placitis cap. 12. 2. natur. facult. vlt.

SECVNDO, quærit Aristoteles, cur homo nõ patitur similiter dictis viuentibus annalem caluitiem, & cur non repilescit caluus, sicut refrondescunt & repennescunt illa: respondet, ob pinguis copiam homo non priuatur vniuersis pili, sicut arbores oleosę, licèt habeant folia aliqua decidua non tamen quotannis in totum priuantur frondibus: abundantiam autem eius humidi in homi-

Secunda.

ne in

neiodicat longæuitas, ſanguinis copia, & innati caloris, ideò autem non repileſcit homo (inquit) quia ætates non redeuot, ſicut tempora: id eſt, cùm illa ſuperiora areſcant & deficiant ab æſtatis calore, meritò ſuccedeote contrario temporis ſtatu, hyberno materiam ſuppeditante, & verno roborante informatricis actionem, fit innouatio decideotium. Io homioe verò, cum ſola ætatiua areſactio abſumat humidum dictum, ampliùs redire nequeunt: oeqoe enim à ſenecta eſt vllus ad iuueotam reditus.

[T]ertia.

TERTIO, quęrit Ariſtoteles, cur homioes ſolo capite caluescant, & magia ſincipite: mulieres verò, & eunuchi nunquam caluescant. Reſpondet, caluescere ſolum caput, quia licèt caput ſit pars humidiſſima, parum tamen habet humidi calidi pinguis: oſtenditur ex abſentia in totum adipis in cerebro, & membranis eius, & quia inter aſſandum nil remittit pingue cerebrum, quale ex carne defluit: & quia, cùm concurrant perpetuò, & reſpondeant copia calidi innati cum pingui humido: cerebrum abundans frigore, calore innato deſtitutum, pariter etiam pingui humido carebit. Caluescunt ergo homines ea corporis parte, quæ ob pioguis inopiam citiùs areſcit: & cùm inter partes capitis ſiociput ob ioſignem cerebri coutenti copiam maximè frigeat: ad portionem defecti caloris, deficit pingui i ideò ioter partes capitis potiſſimùm caluescit ſinciput. & quia per acceſſum, plurimum ſeminis calidi humidi à cerebro deſcendit, vnde pars, alioquin pinguedinis expers, multò magis arida redditur: fit, vt in non fundentibus ſemeo, quales ſunt mulieres, & euouchi, nunqnam appareat caluitium. Sed propoſitæ tertio loco difficultati multò manifeſtiùs ſatisfacit Galenus: cùm (inquit) cutis hominis ſit molliſſima, quo ſiccior eſt, hirſutior, euadit: quare cutis capitis, quia hæret oſſi oudo & in ſe dura eſt geſtandis oneribus creata, priùs reliquis corporis partibus veſtitur pilis: & adhuc citiùs ſinciput, quoniam ea pars capitis & ſicciſſima eſt, & magis nudo oſſi hærens, Areſcente ergo cute per ſenectam reliqua cutis noo accedit ad ſiccitatem ineptam continendis pilis, ſed ſola ſincipitis cutis: nec id in omnibus, ſed in ſiccis tantùm naturis. Nõ ergo in pueris fiet caluitium, non in eunuchis, nõ in mulieribus, nec in viris pituitoſis, ſed ſolis oatura ſiccis: quæ ratio ex tactu confirmationem habet, cùm in caluis ſinciput ſentiatur tactu denſiſſimum, durum & oecaleſcens, inſtar cicatricum, quæ ex eadem denſitatis cauſa perpetuò glabra parſeneraot.

2. de temp. 11.

Canorum cauſa.

SED IAM ad canitiẽ accedamus. Idem Hippocrates citatus, quia vidit in alba vitiligine naſci canos, videlicet non ſufficiente vi nutritoria cutis aſſimilare ſibi vnitum iam alimentum, quare manens album tranſit in canos: credidit, ſiue ab ortu prodeant, ſiue per ſenectam ſemper obtinere hanc cauſam alibi alimenti curi hærentis, quæ tamen ſententia Ariſtoteli reprobatur: eò quòd in vitiligine alba cutis craſſeſcit, inſtar cutis brutorum, in quibus color pilorum ſequitur cutem: ideò ex eo non licet ioſerre, io ſanitate canitiem ſequi alimentum cutis album. Alij aſſerebant effici ex ariditate, inſtar herbarum per Aotumnum areſcẽtium. Reprobat Ariſtoteles, quia ab ortu quandoque oriuotur cani, nil autem naſcitur aridum. Iam operti pili experimento citiùs caneſcunt, operti autem minùs ſiccantur: non ergo prodit ab ariditate canities. Itẽ à cuſpide priùs caneſcunt, quàm à radice: non itaque ex ſiccitate alimenti caneſcunt: nam alimentum radici apponitur. Suaſioni autem eorum, qua ita perſuadere cooãtur, vnctio hydrelæi prohibet caluitiem, hydrelæum humectat: humectatio igitur prohibet canitiem. Reſpoodet, non propter humectationem, ſed propter refrigerationem aquæ, prohibetur putredo ab extraneo calore: oleum autẽ additor, vt ea pmiatione immoretur aqua refrigerãs.

Prima ſententia.
5. de gener. animal.
Cap. 5.
Reprobatio prima.
Secunda.
Tertia.

Sunt, qui opinentur cauſam eſſe pituitam per ſenium auctam, cuius vapor inficit pilos: à qua ſententia oon longè ab eſt Galenus, referens ad putreſcentem pituitam. Sed obſtant multæ ea dictis rationibus: & quia quidam per morbum cani facti ſunt, quibus conualeſcentibus redit priſtinus color, cum tamen par morbum non increuerit momentaneè pituita. Affirmat ergo Ariſtoteles cauſam eſſe putredinem pili, ob defectum innati in eo caloris: cúmque calor prius deficiat in pilis, quàm in membris, vt iam humidum pili coquere non poſſit, & in pilum conuertere, tenuatur, & albeſcit pilus: quod canitiem vocamos, tenuatur autam ob atrophiam, albet, quia tracta humiditas poſſeſſa ab extrinſeco calore ob innati defectum in flatum vertitur: Is flatos inter terreum contentus albet, vt io cinere, ſpuma, & carie parietum, cui maximè reſpondet caoities.

Sententia altera
2. de temp. 11.
Ariſtotelis ſententia.

SED SOLVANDÆ ſunt dubitationes: Prima, cur ergo defunctorum pili non caneſcunt: ſimiliter enim & magis corrũpiuntur ab extraneo colore. cauſa eſt, coocteſcit humiditas alimentoſa, & pili denſati ſuot, & amplios oolla attrahitur noua: quare durat priſtinus color, quicunque fuerit. Secunda, cur in genere homano maniſeſtiſſima apparet canities, & magis in capite: & maximè in temporibus ita, vt ex ea cauſa tempora vocentur, quaſi certæ notæ tranſactæ ætatis. Reſpondet Ariſtoteles, quia canities putredo eſt, putredini maximè paret humiditas: humidiſſimum aotem animalium homo eſt: magis autem caput, quia cerebro longè magis excedit parte corporis humidiſſims, & calore deſecta. De temporibos verò comminiſcitur rationem magis ingenioſam, quàm veram: occiput, inquit, cùm paucum cerebelli contineat, non abundat humiditate valde putredini obnoxia: contrà, ſinciput ob contenti cerebri copiam putredini renititur omne eoim nimium magis renititur, duràtque, vt vini dolium magis quàm cyathus, & mare magis flumine, flumen palude: cùm ergo tempora, ideſt, partes capitis laterales cerebrum habeant amplius occipite, ita vt putredini pareant, & minus ſincipite, ita vt præ copia non valde repugnenti ſit, vt inter capitis partes omnium primæ caneſcant. Sed monſtrat experimentum, non caneſcere priùs latera tota capitis, ſed ſolam anguſtiſſimã frontis partem lateribus adiacentem. Manifeſtiùs & veriùs ſoluit Galenos: homo potiſſimùm caneſcit, quia, cùm non ſubeat annuas pilorum viciſſitudines, meritò per longam ætatem infirmatur pilis (quod canities eſt) magis capite ob immodicam humiditatem à ſubſtrato cerebro ſuppeditatam. Inter capitis partes primo loco tempora, quia humidiſſimæ parti ſubſtat cerebrum, ſimul & muſculi tẽporales, nam in reliquo capite humiditas cerebri à ſupra poſita caluaria remit-

Dubitatio prima
Secunda.
4 metho. 7.
Loco citat.

remittitur:in solis temporibus musculi cerebro suprà feruntur:quò fit, vt maximè is locus obnoxius sit putredini:nam in reliquo corpore innascuntur pili musculis mollibus, sed non irrigantur à substrato cerebro: in occipite innascuntur caluariæ siccæ cum contento modico cerebello: ideò occiput plus reliquo corpore, sed minùs & tardiùs reliquo capite canescit: magis canescit sinciput ob cōtentam cerebri copiam à caluaria refractam:maximè & ocyssimè tempora propter concursum duorum humectantium:nec licet inferre (quod hic quidam faciunt) ex eo,quòd occiput capillatus est,magis abundare humiditate: nam hirsuties ferè siccitati attestatur. Attexunt

Tertia. dubitationem, cur quidam ex tristi nuntio repentè incanuerunt, alij ex diuturno morbo,quibus tamen deficiente causa rediit pristinus color: videtur per timorem validum vniuersum calorem confertim redire ad viscera vnde cutis riget, & meatus, qui ad latera laxabantur,concreta per frigiditatem cute diriguntur, & pili eriguntur experimento:multò ergo magis destituitur pilus suo calore,sicut&in diuturno morbo marcescit: quare, cùm habeat pilus dispositionem senilem, nimirum,si corripiatur ab extraneo calore similiter senili: reparato autē calore in illis per probam alimoniam restituitur color.

Addunt,cor cùm caput & mentum canescant,

Quarta. mediæ palpebræ non canescunt. Placentinus ait, quia abundant palpebræ probo alimento ex o-

7. medicina. culorum pinguedine. Cur mentum ferè habeat

Quinta. remissiorem,capite colorem,vnde & sæpè citiùs canescit,licèt non habeat proximum cerebrum. Idem putat imbecilliorem locum esse mentum ad pilos alendos, augendo, conseruandos. vnde & colore pilorum est remissiore:ferè enim, quibus mentum nigricat, magis nigricat caput,non è conuerso. Quæ temperatura citiùs, quæ serius

Sexta. canescit? Sanè pro aptitudine ad putrescendum: caput ergo,quod humido abundat, calido destituitur, promptissimè corripietur: tardissimè, quod cum siccitate iunctum haber sufficientem calorem: moderatè habet, quod temperatum est.

Cur mulieres, eunuchi, pueri, steriles viri

Septima. imberbes sunt? Arbitror, vbi testes præditi sunt sufficiente calore ad semen fœcundum & prolificum, excalfacit & rarefacit vniuersum corporis habitum: hoc est, musculos cum cute, sicut & cor, vnde vis masculina nascitur: rarefacta cute prodit pilus per omnes partes, quas natura voluit ad eum vsum formari rariores: ex sunt mentum, pectus, præcordia, tibiæ, brachia: cùm ergo numeratæ naturæ destituantur sufficiente testium calore, qui & alteratione sola & seminis communicato vapore cutem rarefaciat: fit, vt pili per paucas partes latissimorum tantùm meatuum prodeant, quales sunt caput & pecten.

De reliquis verò pilorum coloribus in hunc modum sentiendum est: æquè distant hi colores quatuor,pallidum, ὠχρὸν, rufum, πυῤῥὸν,

Causæ colorum in pilis 2.Cris.12. Cap.8. 2.de differ. vrin.8. 2 Simpl.1.

flauum, ξανθὸν,rubicundum,ἐρυθρὸν: ex quibus priores tres Galenus tribuit bili,posteriores duos sanguini, arteriali quidem flauum, venali autem rubrum: videlicet secutus species bilis confessas omnibus: nam libro de atra bile agnoscit inter species bilis rubram,sicut & porraceam,& cæruleam. & quia sensificii habitus non verbo, vt intellectuales, sed multa sensuum exercitatione comparantur:oportet exercere visum erga pallidi agnitionem in citro maturo, sed palea apud Actuar.erga rufum autem in auro non sincero, quale est vulgare. & in homine, quem *rufum* vocamus: est enim color albior, & minùs flauo splendens, imò non splendens: erga flauum proposuit manifestā exercitij materiā Galenus, ardentem, carbonem:rubei exemplum, manifestum est vulgaris sanguis. Neque obstat sentētiæ allatæ,de æquè distantia horum colorum: quod scribitur secundo de temp. rufum esse inmedio albi & flaui:intelligit enim ibi per medium,non exactam æquè distantiam, sed totum intermedium spatium. Sed & illud memorandum est,ex primo Cris.colorem inferiorem sæpe venire nomine superioris,addita præpositione (sub) quomodò pallidus color subrufus appellatur. quare illic commendat in vrina subrufum, ceu notā moderatissimæ vrinæ: & tamen a præsa. mediæ vrinæ colorem ait esse pallidum:non enim oportet cum multis opinari nostras vrinas sanas,quas intuemur palearum colore, non fuisse antiquis moderatas, sed ob ingluuiem sequuta cruditate conspici pallidas, quæ priscis erant subrufæ, vel subflauæ. cùm enim subrufum & pallidum non distent, intelligitur etiam antiquorum moderatissimas vrinas fuisse pallidas, sicut & nostras.nō tamen omne subflauum est rufum,vel subrufum omne pallidū: nam flammæ color est subflauus, & tamē nō erit propriè is color rufus, quia splēdet. Præterea,sicut colores bi cùm subtrahuntur ad remissiorem colorem:ita cùm (valde) ad superiorem,& intensiorē. vnde colligitur intellectus loci 2.præsag. vbi,cùm laudasset in deiectione colorem pallidum,subdit reprobā esse,si valdè pallida sit:videlicet, quia significat per valdè pallidam,rufam & flauam:qui colores in deiectione indicant bilis excessum:Et apertè paulò pòst fatetur valdè pallidū esse flauum: quare frustra ibi contendunt interpretes quidam,per valdè pallidum, significari multam seri cum bile permixtionem. In præsentia ergo meritò,cùm in natura temperata calor infantis non adurat fuliginē,apparet color pilorum subrufus,vel pallidus(quod idem est) perfecta autem ætate euadunt flaui: ita enim habet Galenus τελειωθεὶς, iam adultus,nō quod quidā legunt [*in adolescentia*] nam post perfectam ætatē non ampliùs mutatur pilorū color.

Cap.10. Cap.12. Com.16. Com.20. Com.47.

Sed veniēdum est ad determinationes duas, quas Galenus inducit. Prima generalis ad omnia signa:habet locum in solis temperatis,aut saltem non valdè intemperatis locis:causa est,quia cùm hic inquirantur signa optimæ sanitatis in toto,& in quouis membro: & intemperatorum per recessum & collationem ad optimam sanitatem: temperata autem corpora in sola regione temperata visuntur:fit, vt signa præsentia non habeant locum in extremis locis. nam tēperatissimus Indus,vel Germanus, non est simpliciter temperatus homo. Altera determinatio particulariter cōcernens pilos:quòd humores corporis non dissideant temperamento à cerebri temperie: nam, quòd pili ex regione mutent dispositionē, apparet ex Æthiopibus,quibus,cùm tēperatura innati calidi frigida sit,pili tamen crispi & nigri sunt: contrà, Germanis innato calore abundantibus pili

Determinationum Galeni ratio. 2. de valetud. tuenda 13.

pili lenes & flaui sunt. quòd autẽ ab humoribus mutentur, apparet: nam si ex humorum fuligine, tanquàm ex materia, prodeũt, ex cerebri autem complexione, tanquàm ex agente: par est, vt varient pro varietate ambarũ causarum. quod memorandum est, ne temerè cum multis pronunciemus de temperatura membri ex vno tantùm signo: & quod peius est, ex eo citra adiũctas determinationes. vt si ex pilis nigris, crispis perpetuò pronuncietur calor cerebri: quæ tamen pronuncianda non est, nisi, vbi hepar & cor humores gignentia recesserint per calorem, & vbi aliæ notæ subscribunt.

Dubitatio. DVBITANT, cur suprà, cum indagaret temperamentum per operationes principes, non adiecit similem determinationem, videlicet modò spiritus vitalis à corde delatus non variet à cerebri temperamento: similiter enim fieri potest, vt operationes respondeant calori spiritus vitalis, licèt cerebrum frigidũ sit. Sed varia ratio est: partim, quia operationes principes fiunt à cerebri temperamento magis quàm spiritus: cerebrũ autem in suo temperamento nòn mutatur à vitali spiritu: partim, quia vitalis spiritus transiens per coctionem in animalem mutatur à suo temperamento, quod in materia pilorum nõ accidit, cum non transeat per coctionem in pilum, similiter spiritui vitali.

CAP. XIIII.

Deinceps igitur signa cerebri caliditatis præter ea, quæ nuper diximus, sunt: quòd ea, quæ circa caput, omnia rubicunda & calida magis, & quæ in oculis venæ magis sensui patent. Capilli quoque in his, statim in lucem editis, habent in capite ortum, & cùm plurimum in caliditate à mediocri temperatura recesserint, nigri & robusti & crispi fiunt: cùm verò nõ multum substant quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiuntur, atque eò magis, qui plus modico sunt calidiores. Excrementa verò, quæ per palatum, & nares & oculos, & aures, pauca & concocta ipsis existunt, cùm integram habuerint sanitatem: cum verò eis caput repletur, (continuò enim, ac tum præsertim, cùm nullam victus seruauerint rationem, tale quid eis accidit) plura quidem in ipsis excrementa atque inconcocta generantur. Implentur quoque ac aggrauantur eorum capita calidis cibis, & potibus, odoribus, ac hisce omnibus, quæ extrinsecus occursant: in quorum numero est, & qui nobis circunfunditur aër. Sed præterea magis, si non solùm natura calida sed etiã humida, talia corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperatura contenta sunt, neque admodũ profundis.

SIgna calidi cerebri quatuor refert: Primum, à tactu calido, à visu rubicunda facie: Secundum, pilis magis nigricantibus, quàm in natura temperata, & citiùs, quàm in temperato caluescentibus. Tertium, ab excrementis, quæ per sanitatem pauca sunt, sed accedente causa quauis calida, plurima: quia caput à talibus immodicè repletur. Quartum, à somno breui nõ profundo.

Intemperãtia simplex an detur. CVM temperamẽta cerebri numerentur nouem, calidi autem signa quatuor, occurrit de numero temperamentorum, disceptatio, deinde de signis traditis: Quæ igitur quæruntur de numero, temperamentorum, quæ hic numerat nouem sunt: Num sint intemperantiæ aliquæ simplices. Secundò, Num durent, Tertiò, Num sint vniuersæ numero nonẽ. De primo Galenus hic fatetur, & primo de temp. cõtra priscos & 7. Therap. innixus rationi: datur calor cum humiditate in sanguine, & cum siccitate in bile, ergo dabitur cuio temperamento passiuarum: magis enim distat extremum ab extremo, quàm à medio. Itẽ in transitu sanguinei ad pituitosum, necessariò fit transitus per medium actiuarum manente lapsu in humiditate. Contra tamen instat Auerrous, ostendens accidere non posse mutationem in vna harum contrarietatum, altera contrarietate manente immota. Sic, quantitas innati calidi in mixto necessariò respondet radicalis humidi quantitati, siue ea duo sint separata, vt flamma cum oleo, siue iũcta in vnum coëant mixtũ, vt in homine. ideò enim sequitur senectus & mors naturalis ad humidi in viuẽtibus inopiam. Si ergo mensura caloris variatur, ceu formæ humidi: mẽsura etiam humidi ceu propriæ materiæ non manebit. Addit Auerrous, quòd licèt hæc ratio illi concludat, verùm non proinde accusandus est Galenus, quòd morbos intẽperaturæ simplicis quatuor recensuerit: nam & ipse Auer. eusdem agnoscit, fateturq;: causa est, quia, licèt necessariò variato calore mutetur humiditas, non tamen quantum augetur, vt in exemplo dicatur, calor supra moderatum, tantundem augebitur humiditas supra moderatum. Satis est, quòd aliquid etiam mutetur humiditas mutato calore. Quò fit, vt accidat augmentum calidi supra temperamentum esse morbosum, & tamen auctam humiditatem nõdum morbosum euasisse. Non conuincit tamen Galenũ: nam ratio Auerroi procedit de humido halente calorem, quod est pingue substantificum: præter quod est aliud aquosum excrementitium, iuxta quod dicuntur pituitosi recedere per humidum, & cùm temperies non minùs sequatur quantitatem huius humidi nõ respondentis proportione calido, quàm radicalis humidi: sequitur, vt ad mutationem calidi non sequatur vniuersim similis humidi alteratio. Ad hæc calidius vnum altero dicitur, siue quantitate increscat, siue qualitate intendatur: quare fieri potest vt manente quantitate eadem humidi, & eadem calidi inexistentis quantitate qualitas tamen caloris vel augeatur, vel minuatur, vnde euadit mixtum magis aut minus calidũ non variatis licèt passiuis.

1. de temp. 25. 7. Thera. 5. 2. Collect. 1. 3. Collect. 2. 1. Aph. 15.

Intemperãtia simplex an duret. 3. de sanit. c. vlt. NVM VERÒ durent simplices illæ temperaturæ paulò obscurius est. quem locum ita definit Galenus: Si calor est summus, nõ potest coire cum temperamento passiuarum, id est, citissimè reddit corpus, quod in passiuis est temperatũ, siccum: quare durare simplius non potest, ne breui quidem, quam medicus consideret: mora summus autem calor cum humiditate potest, non tamen diu durare: eò quòd humiditatem summus calor intra aliquantum tempus depascitur summus calor cum siccitate diutius perstat, videlicet quousque absumpto humido caloris subiecto, pariter calor minui incipiat. summus ergo calor ita habet, quod ad durationẽ attinet. plurimum verò frigus cum temperamento passiuarum parum durat, nam per cruditatem pituitam auget, & excrementa humida. plurima humiditas citò conciliat per suffocationem frigiditatem. plurima sic

Tertia t. Doctr. 3. 1.

ma ficcitas calorem, aliquando auget, aliquando minuit. auget scilicet, dum acuit: minuit, dum ab sumit calidi alimentū, ait Auicena. Itaque excellentes intemperantiæ simplices paruo tempore durant, moderatæ tamen diu: ita vt etiam per totam vitā, citra quam quòd concilient intemperamentum in reliqua contrarietate.

Obiectio 1.

Nec obstat, quòd inest per se calori omni, exiccare, quare cū non possit absolui ab exiccando, non potest durare temperies passiuarum: quia temperies mediea (quod suprà libro 1. ostensum est) intelligitur cum latitudine, intra quam recipitur parua exiccatio.

Secunda.

Nec nos moueat, quòd per ætates necessariò mutentur temperamenta, quare non poterit tota vita durare simplex intemperies, licèt moderata sit: quia intelligitur intemperies illa simplex in ordine ad temperiem ætatis, quæ consideratur: verbi gratia, qui ab ortu intemperiem habet simplicis frigiditatis modicæ, in pueritia collatione temperamenti pueri est frigidus tantùm, & in iuuentute similiter, & in senecta. De tertio verò proposito, Nam calor & frigidus coëant in vnum intemperamentū, aut humiditas cum siccitate: & cum media temperatura sit aliquando reproba: primò de diff. feb. disputatū est.

Cap. 1. Signa calidi cerebri.

SED accedamus ad signorum explicationem in calido cerebro: primum, numerat calorem cū rubore partium ad faciem attinentium, & venarum in oculis amplitudine. vbi considerandum est orta non solùm mutari iuxta principij varietatē, sed & iuxta naturā loci, quā transeunt: nam rubor & amplitudo vasorum ab hepatis calore oriuntur: sed à capitis natura, vnde facies oritur, nō leuē mutationē suscipiunt. calor enim capitis eos effectus operatur, & quia plus trahit sanguinis, & quia mandatum sanguinē fundēdo auget: plurimi enim morbi plethorici sunt, quibus fusio dedit occasionē. consentit huic signo experimentū: viri enim tota fronte & facie rubicūdiores sunt fœminis, licèt fœminæ & pueri genis magis rubeant: fœminæ, quia domi in opaco & vmbra resident: pueri, quia supra laxā & mollem carnē, pellucida cutis substratū sanguinē manifestiùs exprimit.

1. Aph 15.

Alterum indicium, pili citò oriūtur crassi & crispi nigrescentes, cur citò oriantur, manifestū est: nā cū duplices halitus, sicut in magno orbe, in homine appareant, prior humidus, somni author, posterior siccus, pilorū materia. in pueris prior abundat, nō posterior, cū nōdū calor impresserit: quò fit, vt valdè somnolēti sed glabri sint. è cōtrariò in senibus deest humidus & mulcebris vapor, abūdat adustus: quò fit, vt senes valdè vigilent, sed hirsuti sint. Caput ergò calidum, cùm citò imprimat vstionem halitui, citò reddit caput infantis capillatum: & ex eadem causa pili sunt nigri beneque nutriti, caluescunt item ob siccitatē sincipitis ex calore cōtractam. oportet enim meminisse hic tradi signa calidi in passiuis temperati: nam calidum cū humiditate tardiùs caluescet, quàm siccū in actiuis temperatum. Adiungit indicium ex excremētis, excrementa pauca & ea cocta, quia calor siccando minuit, & calfaciēdo residuū coquit in meatibus expurgatoriis cerebri, quæ recenset quatuor, palatum, nares, oculos, aures.

Obiectio 1. Cap. 6.

Sed si 8. de vsu part. in sano cerebro expurgatio per solum palatum sufficit purgationi cerebri; & in calido cerebro minus est excremēti quàm in temperato, quomodò hic agnoscit in cerebro calido excrementa etiam in naribus, & auribus, & oculis? Solutio: momentanea excrementa in capite temperato, & adhuc magis in calido solo palato purgantur, per reliquos meatus parum, & vix sensile in sano corpore.

Secunda. Aphor. 15.

Sed & illud soluendum est, si primo Aphor. calor innatus magis resoluit excrementum, & coquit vtile in ratione naturalis quàm in ratione caloris, quamobrem in hyeme & per somnū melius quàm in æstate, & vigilia: quomodò temperatum caput nō magis absumit excrementa & coquit quàm calidum? At vtriusque varia ratio est: nam æstas & vigilia ita intēdunt calorem innatum, vt minuant dissipando eius quantitatem, cùm cerebrum à natura calidū habeat calorem membri frigidi quantitate non modò non defectum, sed etiam auctum. Addit commodè Galenus, talia capita, vt per sanitatem plus temperatis sunt expertia excrementorum: ita ab occursantibus calidis cibis, potibus, odoribus, ventis repleri parata sunt, quare oportet, vt obseruent victus rationem: alioquin sanitate capitis admodum inæquali viuunt, modò per sanitatem sicco capite leues, modò per aduersam valetudinem repleto capite graues.

Quæstio. 5. Aphe. 28.

CVR CALIDA capita à calidis repleātur, causa partim in occursantibus sita est, nam calida sua natura per immodicam exhalationē apta sunt caput replere, suffitus aromatum, inquit Hippocrates, ad multa vtilis esset: nisi capitis grauitatem, id est, plenitudinem inducerent, partim situm est in capitis calore: nam & calor communi nomine caloris trahit, & meatus in calido patentes facilè excipiunt ascendentem flatum: quapropter præcipit Celsus, in obnoxiis destillationi, vt sæpè abluatur os frigida ad occlusionem patentium meatuum.

Lib. 1. cap. 5. Obiectio.

Cap. de cephalea.

Sed obiiciunt, cùm plurima in corpore membra sint calidiora calido capite, quomodò non illa à capite, sed magis caput trahit ab illis caloris nomine: ita vt apud Trallianum instar cucurbitulæ calidum caput à toto trahat.

3. de locis c. 5.

Ratio est, quare repletur maxima, situs capitis, nam & sursum conscendunt habitus totius, & vasa ad caput terminantur, & cùm reliquum corpus vel sit solis membranis tectū, vt brachia, crura, venter, vel per interualla costarū ossea, vt pectus, solum caput vna ossea caluaria opertum, corporis vapores congelando ad plenitudinem incrēdam retinet. Vltimum indiciū, somni breues & leues: nam cùm in vigilia inducendum primum locum habeat siccitas, secundum calor, tales propter calorē breues habebūt somnos, propter defectum crassæ humiditatis, non profundos, sed est in pluribus horum signorum aduertendum, ne fortè habeat originem signum ex temperatura totius, non capitis, nā excrementorum copia sæpè ex totius humiditate oritur, etiam cū capitis calore, non minùs quàm somnolentia: & rubor faciei ex hepatis calore: quare citra determinationē dictam incerta sunt & fallacia. Est & quod in illis faciat dubitationē: non enim videtur, quomodò rubor & calor faciei, aut somnus & vigilia, reducantur ad sex genera signorum capitalium dicta, oportet ergo fateri non reduci ad illa sex omnia signa, sed potissima tantū: nisi magis placeat reducere dispositiones illas faciei ad primum genus dispositionum capitis, somnum autem & vigiliā ad facultates principes, cum sint operationes facultatis vniuersum corpus regentis.

Cap. xv.

Frigidioris verò quàm oporeat cerebri indicia sunt, plura in propriis meatibus excrementa: & capilli recti & rufi, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascuntur, tenues, atque ab initio male nutriti, & facilè à causis frigidis offenduntur, atque hoc ipso offensionis tempore destillationibus & grauedinibus capiuntur, nec, si tetigeris partes ad caput attinentes, admodum calidæ sentiuntur, nec, si inspexeris, rubicundæ apparent, & oculorum venæ omnino visum effugiunt, & somnolenti quodammodo sunt.

INdicia quatuor numerat, superioribus opposita, frigidi cerebri seorsum interpretãda: primũ, excrementorum copia perpetua, non cùm replétur capita, vt in calido, eò quòd perpetua est causa abundantiæ frigiditas impotẽs coquere & resoluere. Secundum, pili rufi stabiles: & qui longo post natiuitatem tempore oriuntur, tenues. Sed quomodò rufi si intẽperato subrufi apparẽt: certè quando explicat mutationes colorum per singulas ætates, quod fecit intemperatis, incepit à subrufis infantium: hîc autem & pòst, solum colorem perfectæ ætatis memorat, eò quòd eũ reliqua vita tota conseruat: ergo pro flauis temperati, frigidæ naturæ habent rufos, vbi perfectæ ætatis sunt. Quomodò itẽ stabiles, si tenues sunt? quia stabile opponitur citæ caluitiei calidorum: nam frigiditas per inopiam resolutionis conseruat humiditatem ad pilorum durationem: quòd autem tardè oriãtur, causa est inopia caloris tardè cutem fistulantis. Sed quomodò tenues, si oriuntur à crassioribus humoribus? frigidi enim humores quàm calidi crassiores sint. Quidam ita persuasi legunt: [*pili tardè oriuntur tenues*] vt sit sensus, tũc tenues esse, quãdo oriuntur, nõ quòd posteà sint tenuiores moderato. sed cũ tenuitas in primo ortu pilorum sit perpetua, pilis omnibus non potui particulatim in hoc capite à Galeno notari. Ergo præstat dicere falsò assumi, frigidos humores esse crassiores calidis: nã crassus humor oritur, vel à plurimo frigore congelãte, vel à plurimo calore resoluente: sæpiùs tamen crassi humores reperiuntur frigidi quàm calidi: quia potissimùm fiunt crassi humores in corpore per moram dissipata parte tenui, residua autem pars à tenui ferè frigida est, sicut tenuis calida: causa ergo, quòd tenues sint frigidi capitis pili, est debilis fuligo à tenui calore producta, quãtumnis humores concederentur crassi. Tertium indicium, offenduntur ab occursantibus frigidis non secus quàm calida capita ab occursantibus calidis: verùm in frigido offensa ferè catarrum inducit frequẽtiùs multò quàm repletio in calido capite: id enim significat Galenus dicens, [*atque hoc ipso offensionis tempore*] videlicet, quia licèt causa remotior, vt somni, ita & catarri si quandoque calida, quãdoque frigida: verùm proxima semper concurrit frigiditas cerebri congelans ascẽdentẽ vaporem: cùm ergo frigida capita habeant causam hanc perpetuam & continentem catarri, magis, vbi offenduntur, in catarros incidant, quàm calida. Quartum, quodãmodo somnolenti sunt non simpliciter, quia somni naturalis humiditas potior causa est quàm frigiditas.

a praesag. 38.

Lib. de somno. cap 8.

Cap. xvi.

Sicciorìs autem cerebri indicia sunt, pauca superfluitates effluentes, & sensuum perspicacitas. Sunt autem ad vigiliam prompti, & capillos habẽt robustos, & celerrime in genitis innascuntur: crispi autem potiùs quàm recti, & citò calui fiunt.

Cap. xvii.

Humidioris autem cerebri indicia: capilli plani, & nequaquam calui fiunt, sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, somni multi atque profundi, & hæ quidem simplices sunt intemperaturæ.

EX signis cerebri sicci: primũ habet *ἀπέριττον ἐν ταῖς ἐκροαῖς*, id est, expers excrementorum in meatibus, ita enim legendum est. Sed cùm supra de calido dixerit, excrementa pauca, hic alia phrasi vsus sit, putant quidam causam esse, quia in calido minus est excrementi quàm in sicco videlicet, quia potẽtiùs siccat calor, quàm siccitas. Vt ergo significaret Galenus plus aliquanto excrementorum esse in sicco quàm in calido capite, hìc dixit, [*excrementis non supereffluens.*] Sed fefellit illos praua interpretatio. Nam cùm suprà pauca excremẽta dixerit, hîc nulla esse ait: quod maiorem excremẽtorum inopiam significat, nec ratio adducta vrget: nam aceruatam & præexistentem humiditatem potentiùs absumit calor, quàm siccitas, verùm siccitas membri magis prohibet, ne succrescat humiditas, seu illi è regione contraria, quàm calor. Argumentum manifestum est: quia calor compatitur secum humiditatem etiam copiosam, siccitas verò minimè. Cùm autem in calido capite addidisset paucis excrementis [*cocta*] hìc prætermisit: quia coctio caloris munus est, non siccitatis.

ALTERVM indiciũ, perspicacitas sensuum, de quo dubitant, cùm sentire sit simul suscipere idolum externum, & dignoscere susceptum: ad susceptionem autem facit humiditas, sicut ad iudicium suscepti siccitas cerebri propter spiritus iudicantis tenuitatem, pariter & claritatem: cui sicci cerebri sensario magis promouebitur ex spiritus claritate, quàm deficiet ex humidi defectu? Sed & illud non constat, num sensus etiam internos intellexerit Galenus: Auicena enim ita explicat. Quin etiam videtur siccum cerebrum in functionibus omnibus excedere temperatum: nam in actionibus sensus Galenus docet: in motiuis apertior est ratio, quia indiget motus siccitate & robore magis quàm sensus: De principalibus actionibus apparet ex prudentia, si verũ est, quod dicebat Heraclitus, splendorem siccum esse mentem prudentissimam: De naturalibus sufficiens testimonium est excrementorum inopia: Quæ obiecta ita diluenda esse reor: Siccitas cerebri facit ad sensuum perspicuitatem, quia necessariò gignit tenues & claros spiritus, non tamen necessariò iungit sibi organorum siccitatẽ nil enim impedit coire cum sicco cerebro mollem linguam & facilè laxam, aut oculos. Quod addunt de internis sensibus, Galenus vocat interiores sensus facultates principes, nõ sensus, aut hic aut alibi, quare nõ cõuenit ea interpretatio. Siccum verò cerebrum excedere in sentiendo ex Galeno hic concedendũ est, & magis in motu arbitrario: sed facultas princeps, quam vocauit facilitatem addiscendi, magis annectit sibi mollitiem cerebri, à qua longè abest siccum cerebrũ.

Dubitatio prima.

Secunda.

Tertia 1. de signis cerebri.

Tertia.

Lib quod animi mores 5.

Inter

Inter naturales item functiones potissima coctrix humido promouetur, siccitate languet minuiturque: quare non omnes actiones excessum in sicco cerebro, si temperato conferatur. Postremum iudicium, robur pilorum, facit dubitationem multis, cùm pili Æthiopum continentis, scilicet, sicci admodum fragiles sint, non robusti: quare coguntur facere differentiam inter siccitatem temperaturæ efficientem robustos, & siccitatem continenti reddentes fragiles: cùm tamen apertè 2. de temper. conueniant omninò in effectu pilorum, temperatura natiua, ex ætate parta, continentis. Illud multo certius est, subsimiles esse, nō easdem dispositiones pilorum, plurimum incrementum, robur, crassitiem: ex quibus duo priora præstantissima sunt in moderata natura: nam & frigus immodicum per exhalationis paucitatem pilos efficit, & pauci incrementi, & inualidos, & calor immodicus per attenuationem plurimam dissipat fuligines, ita vt etiam parui incrementi & inualidi sint: non secus quàm in magno mundo pluuiæ copiam tollit immodicus calor æstatis, & cōstitutio gelida hyemis, auget autem modica aëris temperies. sic in corpore humano moderatus capitis calor, & sufficit eleuandis fuliginibus, & non sufficit dissoluendis. quare in ea natura pili prodeunt capitis plurimi incrementi, & robustissimi. in crassitie autem moderati, *ουμμετρου* habet Galenus: videtur causa, quia in actiuis temperati, sed sicci, de quibus in hoc capite agitur, cum habeant humores, & ideò fuligines crassiores, meritò crassissimos pilos edent: nam calidiores moderato propter attenuationem, & resolutionem tenues prodeunt. ergò pili robustissimi hîc meritò intelligntur crassi valdè, quòd talibus naturis ostensum est inesse. potest & intelligi robur in propria significatione pro renisu ad fracturam, nam & id inest huic intemperaturæ: modò siccitas non valdè excedat. Quod addit, *crispi* potiùs quàm *lenes*: dubitationem habet, cùm crispitudo habeat pro causa siccitatem, non calorem, cur suprà de calido cerebro absolutè pronūciauit crispitudinem, hîc de sicco non absolutè: at suprà non de omni calido pronunciauit crispitudinem, sed de valdè calido: hîc autem de omni sicco, inquit, magis esse crispos quàm lenes, quia nascitur quandoque crispitudo ab obliquitate meatuum, & lenitas à rectitudine, etiam cum temperamento sicco.

Cap. 11.

Galen. loco citato.

2. de temp. 16.

MANIFESTA verò sunt humidi indicia: nam somnus multus perpetuò sequitur humiditatem: profundus verò fit, vbi acciderit eam esse tenacē. Sed cur non meminit, sicut in superioribus de tactu capitis, & oculorum venis? Scilicet non mutantur ex passiuis. cur non meminit de facilitate plenitudinis in humido cerebro? quia paruissima est, nam calidum caput citissimè repletur: humiditas autem cerebri iuuat etiam, sed citra calorem insigniter non facit ad plenitudinem: quare prætermittit ad caput de calido humido cerebro,

CAP. XVIII.

Composita autem. primùm, calida, & sicca, secundùm. quam eadem & superfluitatibus carent. & sensibus vigent, & plurimùm vigilant, & citò calui fiunt, & prima quidem capillorum generatio celerrima est, & plurimo abundans alimento, capillos autem habent nigros & crispos, & tangentibus caput calidi sentiuntur & rubicundi vsque ad vigoris ætatem.

CAP. XIX.

Si verò humiditas adiungatur caliditati, parìm vtrisque qualitatibus superantibus mediocritatem color bonus, & quæ circa oculos calidiora, vena magna, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti & subflaui, & non facilè calui fiunt. Implentur verò, atque aggrauantur eorum capita, à caliditate. at si humectentur, protinus multò magis excrementorum habent multitudinem. Et si plurimùm humiditas & caliditas creauerit, hic caput est ægritudinibus obnoxiū, atque excrementis abundans, & quod facilè à calefacientibus & humectantibus offendatur. Auster his semper aduersatur, atque optime in Aquilone sese habent. non tamen diu vigilare possunt, & cùm se ad somnum conuertunt, simul graui somno tentantur, & vigilant, & somnia habent imaginationibus plena. Visus his turbulenti, neque satis sensibus vigent. Quòd si plurimùm in caliditate cerebrum a mediocritate recesserit, paululum autem humidius extiterit: calida intemperatura indicia præ se feret, cum quibus leuia quædam humiditatis signa coniungentur: veluti, si longè quidem humidius, paululùm verò calidius, vehementia quidem erunt & manifesta humiditatis iudicia, debilia autem caliditatis. Communis autem hæc ratio in omnibus compositis temperaturis existit.

INITIO compositorum intemperamētorum illud proponendum, inquirendumque est: cur contra compēdij institutū Galenus tam multus sit in notis compositorum iungendis, post simpliciū iudicia, maximè cùm ex solemni veterum doctrina posset esse contentus solis traditionibus simplicium intemperaturarum, tam in agnitione hîc, quàm in curatione 7. Therap. Verùm vtrobique post doctrinam simplicium adiūgit particularim de compositis: vel vt ostendat contra priscos dari simplices intemperaturas (quod illi negabant) non solùm ratione, sed & experimento signorum & curationum separatarum: vel vt exerceat lectorem in variis signis compositorum intemperamentorum, quæ non colliguntur facilè à tractatione simplicium, quale est, si coëunt qualitates contrariorum effectuum, quid sperandum sit: vt si iunguntur calor faciens ad vigiliam cum humiditate faciente ad somnū qualis sequitur ad somnum habitudo: aut si iūgitur pauca caliditas, cum multa humiditate, vel è conuerso? Proponit ergò signa calidi simul & sicci, [*excrementis carent*] quia vtraque intemperies illis vacat. ex eisdem causis sensibus vigent, plurimùm vigilant, citò caluescunt. [*rubicundi autem sunt vsque ad vigorem*] secus quàm sanguinei, de quibus 6. de sanitate, scribitur etiam per inclinantem ætatem tueri natiuū caloris humidi temperamentum: calidum verò siccum cerebrum, licèt gratia caloris ruborem inducat faciei, non sufficit ob siccitatem arefaciētem conseruare tota vita. Ideò etiam non meminit de plenitudine capitis, quia licèt calor plenitudinem pariat siccitas prohibet.

3. Therap. 6.

Ratio doctrinæ compositorum.

Cap. 4.

DVBITANT inter intemperaturas cerebri, quæ sit deterior: plures sentiunt deterrimam esse præsentem calidam siccam, eò quòd est improportionabilis cerebro iuxta aphor. 28. lib. 2. Sed non concludit ratio, quia aphorismus agit de lapsu talis, vel talis denominationis in ordine ad tēperatum hominem, vel ad tēperatam cutem inter membra. Itaq; morbus, qui absolutè, vel in

Quæ intemperatura deterior.

ordine ad cutem sit calidus, si in cerebro locetur, multò periculosior est, quā morbus absolutè frigidus in eodem cerebro; eò quòd calidus morbus in cerebro nascitur per maiorem lapsum à temperamento suo. vbi verò consecuntur inter se lapsus cerebri (quod supponatur frigidum esse in secundo, quarto temperatum est) per vnum gradum auctum frigoris, lapsui per vnū gradum deficientis sui frigoris, quod hic vocamus, lapsum per calorem, asserendum est deteriorem esse cerebri lapsum per frigidum humidum quàm per parem calorem cum siccitate: quia in ordine ad cerebrū temperatum par recessus est vtrobique: in ordine autem ad corporis salubritatem præstat omnia membra esse temperata cum temperamento, aut illi vicissim sua. Nam ab occurrentibus frigidis lęditur corpus propter valde frigida membra, iuxta aphor. 18. lib. 5. frigidum inimicum ossibus, dentibus, cerebro, spinali medullæ: sic ab occurrentibus calidis propter valde calida membra offenditur. quò fit, vt gratia salubritatis corporis tutandi præstet, si labēdum est, vt labatur cerebrum ad calorem, cor verò ad frigiditatē, non tamen oportet lapsus, quos affirmamus meliores, edere digniores operationes: nam cor frigidū, cùm sit melius calido, habet tamen metum peculiarem, qui deterior est, quàm audacia calidi cordis, & frigidum cerebrum prudentius est calido.

INDICIA verò calidi humidi tripartitur: primùm, proponens notans, vbi ambæ qualitates remissę sunt. Secundò, vbi ambę intentæ. Tertiò, vbi inæquales sunt intenso, scilicet, calore, sed humiditate remissa, vel è conuerso intensa humiditate, sed remisso calore. In quibus, quòd hanc secuerint membra, non aliàs, causa videtur sumenda ex primo de temper. quia in hac combinatione maxima accidit varietas: nam paruus recessus per calidum humidum simillimus est temperato, ita vt prisci illum habuerint pro temperato & præstantissimo: multus autem recessus est maximè obnoxius putredini & morbis: quot illic vniuersaliter docuit, hic particulatim in exemplo cerebri ostendit. Adde, quòd oportuit in vno capite exempli loco tradere inæqualitates duarum qualitatum coëuntium: quod hic facit subdens, idem iudicandum esse de reliquorum intemperamentorum combinationibus: nam & supra inter simplicia intemperamenta cap. 13. distinxit varios gradus coloris, subdens idem in reliquis simplicibus intelligendum esse: quare frustra colligit Haly. hic lapsum calidum humidum maiore intensione tolerari in sano homine, quam quemuis alium. Quod attinet ad particulares notas [*color bonus est*] quia humidum facilè tinguitur, sanguis autem tractus & fusus facilè tingit: ideò & partes ad caput attinentes calidæ sunt: sicut & venę oculorum apparentes ob eandem causam. Locus ergò ita legatur, [*color bonus, & caliditas, venæ autem oculorum magnæ,*] excrementa plura ob humiditatem: modicè cocta ob calorem.

Cap. 6.

Dubitatio. SED CVR, si est æqua proportio caloris ad humidum hic, & intemperamento, non fit æqua dissolutio humidi, ita vt par maneat vtrobique? non sequitur tamen. nam Geometricè, vel secundùm proportionem æqua fit resolutio: & ita proportionabiliter æquè manet de excrementis, sed non æquè Arithmeticè, imò ex maiore copia excrementorum plus relinquitur excrementi. De intensis autem qualitatibus apponit signum, [*fere verò diu vigilare possunt*] ita enim legēdum est explicans exactè habitudinem eius temperamenti erga somnum: habent enim per sanitatem affectum similem comati non somniculoso: grauantur capite, nec loquuntur, nec patiuntur excitari ob copiam humiditatum: & tamen ob calorem excitantem non dormiunt, sed obscurè percipiūt externa sensilia. qui affectus accidit multis eorū, quorum capita calida humiditate per sanitatem replentur. Ex eadem causa somnia multa & turbulenta patiuntur, quia calor mouet typos sine ordine & tumultuariè.

DVBITANT, cur abundet hæc temperatura excrementis suprà calidam siccam antecedētem: nam si perficitur coctio calido humido, & vbi melior coctio, minus superest excrementi, quomodò scribitur abundare excrementis? Sanè si materia coquēda esset par in vtroque capite, melius coquerentur, minusque superesset excremēticium in calido humido: quia tamen copiosior est coquenda humiditas in sanguineo quàm in bilioso capite, meritò plus excrementi relinquitur in sanguineo. Adde, quòd in meliore coctione exactior est nutritio, & vbi nutrimentum purius, plus relinquitur excrementi. Accedit, quòd in bilioso adest causa absumens partem excrementi, siccitas scilicet, quæ causa sanguineo deest. Dubitatio.

CAP. XX.

Frigida verò & sicca cerebri intemperatura, frigidum & minime coloratum ratione sui caput reddunt. Semper enim memoria repetenda, quæ à nobis est initio distinctio posita, vt præterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipsum existunt. Protinus autem huiusmodi temperatura venis carentes habent oculos: & à causis frigidis facile læduntur, quare inæquali sanitate fruuntur: quoniam nonnunquam leuissima habent capita, & excrementorum moderatos effluxus. & sine excrementis, nonnunquam verò destillationibus & grauedinibus minima ex causa capiuntur. Sensus autem eorum in iuuentute quidem omnes vigent, atque omni vitio carent. sed progrediente ætate citò marcescunt, & (vt summatim dicam) omnes celerrimam circa caput senectutem ostendunt, quare & citò cani fiunt, capilli verò ipsis quidem genitu vix exeunt, & male nutriuntur, & rufi sunt. In processu autem ætatis, superante magis frigiditate caliditatem quàm siccitate humiditatem, multum non calnescunt. e contrario verò si contigerit siccitatem quidem plurimùm dominari humiditati, frigiditatem verò caliditati parum, calui fiunt hi.

CAP. XXI.

Humida verò & frigida cerebri temperatura faciunt homines graui somno tentari, & ad somnum facilè conuerti, sensibus quoque minimè vigentes, atque excrementis redundantes, & qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac destillationibus & grauedinibus facilè tentantur. Neque verò hi calui fiunt. hæc igitur indicia sunt cerebri temperaturæ, à quibus si digrediaris ad vnumquodque sensorium digressiones transferre licebit.

INDICIA frigidi sicci apponit: Primum, vbi ambæ qualitates æquantur. Secundò, in fine capitis, vbi ex duabus vna vehementer superat alterā, subdens frigidæ hæc aperta ex dictis indicia.

Ergò

Ergò in frigido ſicco apparet: primum, caput frigidum & decolor, capitis ratione: nam cùm caput gratia ſui temperamenti alteret faciem, ſimul & facies, quatenus pars eſt totius, ſubeat totius naturã: meritò ex diſpoſitione faciei non licet ſeorſum colligere de temperamento capitis: ſed ſub diſiunctione vel capitis, vel totius. Sed, quod ait eam determinationem ſuprà à ſe traditam, tanquàm concernentem plurimas notas dictas, condonandum eſt illi: nam ſuprà (ſi modò non intercidit iniuria tẽporum locus.) de ſolis capillis ab eo tradita eſt, tanquã illis ſolis propria. Secundũ, venæ oculorum ob paruitatem deliteſcunt: cùm ſiccitas anguſtet & frigiditas nõ dilatet. Tertium in ſalubritate & incolumitate rheumatum, meritò aſcribit huic intẽperiei inæqualem ſanitatem: nam ex vtraque qualitate repugnat hæc temperatura repletioni, quare quandiu abeſt externa læſio, ſaluberrimè in capitè degunt: ſed cùm à frigidis facilè offendantur, quando offenduntur, prolixis rheumatibus occupãtur: quia neq; coquunt, neque reſoluunt deficiente vtraque qualitate coctrice. Quartum, ſenſus in tenera ætate (ita enim legendum eſt, non, quod quidam interpretantur, *per pueritiam*, alij *per iuuentutem*,) perſpicaces ſunt, propter turbãtiam vaporum inopiam: nam & ſiccitas prohibet, & frigus [illegible]orum copiam & delationem ſurſum. ſed cùm exiguus calor natiuus capitis citò deficiat proceſſu ætatis, & quia priùs deficit in membro frigido, quale caput à toto genere eſt, & quia præſens caput ſupponitur recedere per frigidum: fit vt ob defectum caloris citò deficiat in capite calor ad ſenſationes neceſſarias, quare ſenecta feſtinat in capite cum canitie: & videtur tale temperamẽtum reperiri in quibuſdam pueris præcocis ingenij, quibus progrediẽte ætate non reſpõdet ſperata ſapientia. tale etiam temperamentum in iis eſt, quibus intempeſtiui cani in capite oriantur, licèt reliquo corpore adhuc vegeto ſint. Quintum, pili tardè exeunt, nec bene nutriti propter frigus: quod attinet ad caluitiem, gratia frigiditatis tardè calui fiunt, gratia caloris citò: quare ſequitur effectus excedentem qualitatem, quod Galenus docet. Vbi autem legitur [*excrementorum moderatos effluxum & ſine excrementis*] legendum eſt [*expertes excrementorum in meatibus ſuat* ἀπέριττοι ἐν τοῖς πόροις,] nam moderatos effluxus excrementorum habent temperati, non frigidi ſicci. Vbi autem legunt quidam [*parum calui fiunt hi*] legendum eſt in hunc ſenſum: [*Si contigerit ſiccitatem plurimùm excedere humiditatem, frigiditatem verò parum excedere calorem, tales calui euadunt.*

Sect. 6. Com. 24.

Illvd in calce & huius & ſequentium ſectionum memorandum eſt: quòd cùm docente Galeno 9. Therap. per plures ac cognitu difficiles notas, cuiuſque membri temperamẽtum coniectura potiùs quàm ſcientia inueniatur; conandum eſt ei qui ex dictis fructum percepturus eſt, priùs in ſe, deinde in aliis, diu exerceri, & ſæpe ad habitum difficilem comparandum: licèt vulgò temerè medici pronuncient de ſingulorum hominum temperaturis, tam totius, quàm partium.

SECTIO TERTIA.

Cap. XXIII.

Sed ſufficit de oculis facere mentionem. Quicunque quidem tangentibus; manifeſtè calidi exiſtunt, & facilè ac crebro motu cientur, & venas latas habeat, calidi omnes ſunt, frigidi verò contrarij: & humidi quidem molles ſimul, & multa humiditate pleni: ſicci verò duri ſimul & aridi. A ſimilibus autem ſua temperaturæ cauſis facile offenduntur: iuuantur autem à modico contrariarum vſu, ſed hoc quidem commune in omnes omniſque partis tẽperatura dignotione oportet meminiſſe.

Ob ſignorum affinitatem, qua indicia ſenſoriorum conueniunt cũ cerebralibus, annectit tractatui cerebri notas oculorum: vt ita ex vnius ſenſorij exemplo & eius nobiliſſimi, lector exerceatur ad expendendas conſimiles aliorum ſenſuum notas. Separatur autem hęc ſectio in partes treis: In prima docet quatuor tẽperaturarum ſimpliciũ ſigna proportionalia explicatis ſectione præcedenti, ex quibus & compoſitorum intemperamentorum ſimul & temperatorum oculorum notę eluceſcent: quæque facili negotio ad alios ſenſus quatuor transferas. Secundo cap. 24. peculiarem notã apponit ex quãtitate ſumptam: licèt enim in capite etiam magnitudo præberet indicium, non tamen in ſpecie indicabat certum cerebri temperamentum, ſed tantùm probam, aut reprobam eius conſtitutionem: in oculis verò varia quãtitas certam notat temperaturam. Tertiò cap. 26. pronunciat ex alio peculiari ſigno coloris. Cùm enim oculi inſigniantur ſoli variis coloribus, albo, nigro, viridi, cæruleo, meritò obtinent eam notam ſibi propriam. Hic ergò primò calidi ſigna numerat proportionalia ſuperioribus, calorem ſenſatum tangenti, crebrum oculorum motum, vaſa lata. Secundò frigidi ſigna inquit eſſe contraria. Tertiò de paſſiuis humiditatem agnoſcit ex mollicie in ſubſtantia oculorũ, & ex lippa multa, aut lachrymis ex parte humorum. Quartò notas ſicci inquit eſſe contrarias: addens commune omnis intemperaturę ſignum ab externa alteratione: quòd vnumquodque intemperamentum ſiue occupet totum, ſiue quamuis partem, bene habet contrariis moderato vſu: læditur vero à ſimilibus ſuæ temperaturæ.

Antequam oculi indicia excutiamus, vniuerſalia quædam de oculis ex more agitanda ſunt, quare ſit oculi temperati temperamentum, ſi ad cutem (quod ſemper facimus) referatur. Deinde, num humores tres oculum componentes membra ſint. Tertiò, ſi frigidi ſunt, cur non rigent, inſtar aliorum membrorum, & cur nobiliſſimi ſunt. Quartò, ſi aquei ſunt, cur luceant. Quintò, cur ſiccis frigidis: qualia ſunt metallica elota, cõſeruantur, cùm ſint natura frigidi humidi: oportebat enim, vt vel hæc planè ſimilibus, vel ex toto contrariis fouerentur, quorum vt non facilis, ita neque impoſſibilis ſolutio eſt: licèt de inſtrumẽto viſus ſit controuerſia, Empedocle, Thymæo, Galeno, aſſerentibus eſſe igneum, & Ariſtotele ipſo ex aliorum ſententia: Ariſtotele verò ex propria ſententia ſtatuente aqueum: verùm conſtat dominari in eo aqueum, frigidũ, humidum. Nam cùm coaleſcat ſolis mẽbranis, adipe, humoribus, quæ omnia frigida ſunt: adeps verò & humores multò membranis compoſiora, humida, meritò conſtituitur temperamento frigido, humido: dicuntur tamen illis prioribus ignei iuxta tertium ignis ſignificatum, non pro flamma, non pro pruna, ſed pro ſplendore. Eſt ergo ſenſus illorum, inſtrumentum videndi, id eſt, partem ſimilarem paſſam à viſili (ea eſt glacialis) eſſe igneam, id eſt,

Oculi temperies.
7. de placitis 13.
31. probl. vlt. de ſenſu. 2.
7. de placitis 13.

ſplendido illuſtratam ſpiritu, citra quem nō eſſet viſorium. quod non tollit cum Ariſtotele & medicis eſſe aqueō, id eſt, dominari in eo, ſicut & in toto oculo aqueum elementum ſuper reliqua.

Humores oculi an membra.

MAIOR eſt in ſequēte problemate varietas. Quidam oſtendūt omnes humores eſſe membra, & partes oculi animatas ſic: Citra humores oculus non eſſet viſorius, ergò non eſſet oculus: nam ſupra oſtēſum eſt nomina membris ab opere imponi. ſi cōſtituunt eſſentiam oculi, ergò ſunt partes eius. Verùm non conuincit, quia etiam ſine ſpiritu oculus non videt, ſine ſaliua lingua nō guſtat, ſine ſanguine membra non aluntur, & tamen illa omnia non ſunt animata, nec partes corporis. Galenus ergò de vitreo dixit, iungi glaciali ſine medio. quare credit, cùm nihil interponatur membranoſum, & immergatur illi glacialis, habeatque vitreus mediam ſubſtantiam & puritatē inter ſanguinem & glacialem, creatū eſſe vitreum, vt eſſet alimentum glacialis. Solet enim natura ea quę valde diſtant, inter ſe medio quodam interſtitio ſeparata coniungere. Et quemadmodum in oſſibus, valde à ſanguine recedentibus albedine & duritie, mediam ſubſtantiam medullę creat, cuius intermedio alantur: ita hîc vitreum glacialis gratia, niſi quòd oſſa, quia ob ſoliditatem tolerabāt, excauauit media ad medullæ alituræ intrò ſuſceptionem, eam excauationem, quia non tolerabat glacialis, inuerſo ordine excauauit vitreum inſetens glacialem, vt eo artificio per pororū ſuctionem aleretur glacialis. Auicena inter Arabes paulo obſcurius, tamen & ipſe ſcripſit: vitreum mittere alimentum ad glacialem, ſimul & Zoar. ſed aſſumunt omnes falſum: nam diuiditur glacialis à ſubſtrato vitreo membrana araneoſa, non ſecus quàm antica parte ab albugineo: quod vltra conſpectum & ratio indicat. cùm enim Rhagoides per membranam cilio ſimiles amplectatur glacialem vndiq; pro arbitrio verſandam, oportuit glacialem vndiq; operiri tunica illa tenuiſſima, cui hæret cilio ſimilis, vt ea cōnexione muſculi Rhagoidi hærentes verſarēt glacialem. De albugineo dixit etiam Auicena eſſe excrementorum glacialis, quod in oppoſitam partem, id eſt, anteriorem mandatur.

20. de vſu par. 2.

Tertia 3. trac. cap. 1 lib. 1. tract. 8. cap. 14.

Cap. citato.

SED obſtat intercedens aranea omnibus cognita: non ſolet autem natura ſeiungere membranis, vel vaſis alimentum à membro quod alitur: quod in teſtibus, cerebro, hepate, oſſibus, apparet. Eſt ergò ſatius credere animatos eſſe tres humores: nam de glaciali conſtat, cùm ſeruet perpetuò figuram, puritatem, & quātitatem viſui neceſſariam. reliqui etiam humores ſeruant eaſdem dotes, figuræ, puritatis, & quantitatis: quæ vt ſunt animati propria, ita longè abſunt ab alimenti & excrementi inconſtantia. aluntur autem tres humores per vaſa, quę membrana cilio ſimilis nigra & araneoſa defert ad mediā glacialem, vnde alimentum omnibus ſuppeditatur. Quis ergò eſt vſus duorum humorum circūdantium glacialem, ſi non eſt altio? Scilicet tuentur, ne offendantur planiſſima & leuiſſima glacialis aſperitate & duritie circundantium membranarum. Prętereà vt irrigent perpetuò, ne glacialis, aut circundans aranea prę motu & aëre continente ſiccetur, aut corrugetur, & pereat viſio. Sed & pręſtant aptū commeatum ad ea quæ coire oportet in glaciali: vitreus continet, ceu ſtagnum, viſorium ſpiritum in copioſam glacialis illuſtrationem: albugineus autem inſtar ocularium defert ſpecies viſibilium amplificatas ad eandem glacialem. Ideò vnus ex his antrorſum eſt, qua ſpecierum aditus patebat, alter retrorſum, qua ſpiritus dimanabat ad glacialem: tantoque euaſit albugineus tenuior vitreo, quanto viſibilium ſpecies per albugineum deferendæ tenuiores ſunt ſpiritu viſorio. Neq; obſtat, quòd effuſus albugineus in puero tempore reparatus fuit: imò magis confirmat dictam ſententiam: quia ſatagit natura membra abſciſſa citiſſimè reparare: quod in carne vulnerum intuemur, velociſſimè creſcente propter defectum, cùm reliqua non increſcat.

Humorum oculi vſus.

1. de cauſ. ſympt. 2.

CVR verò non rigeant oculi, dixit Ariſtoteles; quòd ob copioſum adnatæ mēbranæ adipem nemo vnquam perſenſit in oculo frigus. quę ſolutio recipienda eſt: licèt enim in genere membrorum adeps non caleat vt medicamentum, verùm calet vt indumentum augens reflexione ſua calorem, & lentore prohibens aëris percutientis ingreſſum. poteſt addi pro cauſa, copia ſpiritus delati ad oculos, licèt Ariſtoteles non recipiat. Cur autem mobiliſſimi ſint oculi, licèt temperamēto ad frigidum inclinent? referunt ad copiam ſpiritus ad eos delati. Verùm illa eſt facilior cauſa, quòd reliqua mobilia ſunt oſſa, aut membra grauia nō multis muſculis mota: hic verò mobile eſt oculus leuiſſimum membrum. mouēt autem plures, & ij validi muſculi. Cur luceant, dixit Ariſtoteles, & ab eo Peripatetici, quòd non eſt lux interna oculi ipſius: quia ſi ea eſſet, ſemper ſentiretur, cùm ibi ſit ſenſile & ſenſus aptus ſentire. Secundò affirmant oculorum humorum, qui in medio continetur, aliquid fulgoris emittere poſſe in tenebris, quia aqua cùm ſit perſpicua plenaque, vbi oculo inſpiſſatur, aliquid habet lucis, eſt enim lux actus perſpicui: quia lumen receptum à continente non ſtatim euaneſcit ab oculo, ſicut nec viſibilium ſpecies, ſed aliquid illius in oculo, ſeruatur. Tertiò addunt, quādo velociter oculus compreſſus mouetur repręſentari fuliginem oculo ob hāc neceſſitatem. Sicut ſi ante aquam in vaſe obſcuro contentam locetur candela, apparet fulgor & imago lucis in aqua quieſcente, ſi verò aqua agitetur, ſpecies flammæ in aquæ ſuperficie turbatur, ita vt vna parte aquæ eleuata ſupra alteram & reflexa ad alteram, ſi aqua eſſet videns, vna ſui parte conſpiceret ſpeciē lucis in alia: ſic cùm humidum oculi ob cauſas duas dictas aliquid emittat fulgoris, celeriter moto oculo, ab vna parte oculi reflectitur fulgor ad aliam, ita vt iudicet pars oculi fulgorem ab oculo exeuntem. Galenus verò affirmat in oculis eſſe copioſum lumen ex ſpiritu animali plurimo, qui & ex perforatione opticorum agnoſcitur, & ex eo quòd clauſo altero oculorum altera pupilla dilatatur: nec ideò ſequitur, debere à quieſcente oculo perpetuò videri eā lucem. nam cùm recipiatur in glaciali, vbi ſit externorū viſio interna non percipit, cùm nec vueę circundantis colores percipiat, quæ tamen diſtat à glaciali magis quā fulgor glacialis ipſius. Secundò addit, cū oculus cōprimitur ita vt cogatur confertim exire ſplēdidus ſpiritus, vel etiā caput violenter percutitur, vel quiſpiam à ſomno expergiſcitur poſt aceruatā per ſomnum ſpiritū, vel vbi imminente obſtructione optici & cæcitate ab humòre decūbente extruditur, quod

Lib. de ſenſu 2. & 13 probl. 32.

Cur non rigent oculi.

Cur oculi mobiliſſimi.

Lib. de ſenſu citato.

Cur luceant.

7. de placi. 8.

Cit. cap. Galenus memorat accidisse homini cuidam permultas noctes ante cæcitatis infœlicitatem, fit vt exiens spiritus & splendor in aëre sentiatur ab oculo, quemadmodum accidit in phrenitide & validis capitis doloribus, vt vapor per oculos exiens sentiatur in aëre repræsentans figuram & colorem vaporis. Et est sententia manifestis consona experimentis.

Postremò, cùm oculus sit frigidus humidus, cur conseruatur frigidis siccis, nec planè similibus, nec ea toto contrariis. Causa est, quia extra opposita occurrunt mēbranis frigidis siccis: ideò ceu similibus conseruantur. (Cur bene habet frigido sicco.) Adde, quòd talia retinent spiritum, ne exhalet, in quo potissimùm consistit visus conseruatio. Postremò absumunt talia excrementitiam humiditatem, quæ in debili oculo perpetuò increscit.

SED excutiamus tradita à Galeno indicia: frustrà hic contendunt interpretes, reperiantúrne in sensoriis signa celebralia suprà numerata? constat enim facultatum principum genus non habere locum in sensoriis, sicut nec motum in multis. Inter notas ergo calidi intemperamenti numerat mobilitatem oculorum: ea est vel in palpebris, quas quidam à natura perpetuò habent irrequietas: & vocatur ea affectio à Græcis [Greek], nobis equus: vel in oculis, quos etiam ab ortu quidam perpetuò agitant, & vocantur peti, iudicantúrque vulgò incōstantes, aut temerarij propter calorem significatum oculorum, cui frequenter iungitur calor cerebri faciēs ad opinionum mobilitatem. Verùm de vtraq; dicta mobilitate memorandum est, quod docuit Galenus (1 præsag. 21.) nasci eum motum & tremorem quandoq; nō à calore membri, (quod hîc colligit) sed ex imbecillitate natiua musculi mouentis: sicut enim quidam oriuntur debili inter membra capite, alij ventriculo, aut articulis, ita musculosam partem alius alio habet ab ortu debiliorem, aut firmiorem, vnde fit, vt qui infirmos habent palpebrarum neruos, assiduò nictēt: qui oculorum assiduò oculos moueant: qui mandibularum, per somnum dentibus frendeant: qui reuersiuos, somniantes loquuntur: qui infirma habent labra, facilè illis tremunt, alij manibus: quidam sphinctere & peditus retinere non possunt: quare ex mobilitate oculorum non perpetuum, sed frequens sumitur caloris eorum indicium. Signum autem humiditatis affert molles oculos, id est, facilè illachrymantes: argumentum est, quòd humidæ naturę leuissimè plorant: pueri, mulieres, ebrij, & homines magnis oculis præditi. Postremum signum ab externa alteratione, iuuari à modico contrariorum vsu, habet dubitationem: quomodò gaudet, aut iuuatur intemperies contrario corrumpente, si naturalissimus est cuiusque appetitus conseruatio: verùm ipsa intemperies, siquidem repugnat alteranti, nunquàm gaudet, nec iuuatur contrario, sed corrumpitur: natura tamen ipsa, id est, forma iuuatur, quia in meliorem habitum ducitur à deteriore intemperamento.

Cap. xxv.

Paruitas verò oculorum, adiuncta quidem concinnitate ac virtutum operatiuae, paucam quidem substantiam, sed bene temperatam ostendit, ex qua sunt conformati: si verò secum habuerit inconcinnitatem quandam, atque operatiuarum vitium, tum paucam simul & vitiosam materiam ostendunt.

SEcundum genus indiciorum à quantitate sumitur: aliter enim iudicat in oculis ex magnitudine, quàm in capite: videlicet, cùm in capite paruitatē damnarit omninò, in oculis nō semper: sed ea quātitate solā colligit materię quātitatem, ea qua formati sunt: temperaturā verò aut bonam, aut malā, ex pulchritudine & operū perfectione, bonam: ex turpitudine & operum vitio, malam.

SED audienda sunt, quæ de pręsenti signo dubitant. Primum, cur non pronunciat perpetuò paruos oculos prauos, quod de capite fecit, causa est, varietas vsus & formationis vtriusq; membri: visus quidem, quia cerebrum gignit spiritus in vsum, nō tantum facultatum principum, quæ in cerebro eduntur, sed & in opera sensus & motus arbitrarij, quæ per vniuersum corpus perficiuntur: oculi verò solius visus gratia, formatione item distant, quoniam cerebrum membrum cauum est, in quo semper paruitas reprobatur, non oculi. (Dubitatio prima.) Adiiciunt, si orta attestantur principiis, vbi oculi parui caput paruum: paruum autem caput semper reprobum est: Ergo & oculi parui reprobi. (6. Epid. 5. Secunda.) Soluitur, ferè temperamento & quātitate respondent orta principiis, quare frequenter coibit paruitas capitis cum oculorum paruitate. Ex quo nō colligitur paruos oculos in se esse prauos, quod hîc considerat Galenus: sed quod iungetur paruitati oculorum frequenter aliquid prauum. Adde quòd 6. Epid. similis fit distinctio de paruitate capitis. vt hîc de oculis. (Citato. Tertia. Cap. vlt.) Addubitēt in oculis & quouis membro & toto corpore, vter recessus deterior sit per magnitudinem, an per paruitatem? Illud videtur ex lib. de opti. corporis cōstitutione, ea quantitate non sumitur cognitio certa temperamenti: sed ex magnitudine siue totius, siue partis, certò colligitur duorum alterum, vel copia materiæ vel humiditas eius: sicut ex paruitate alterum duorum oppositorum, cùm enim membra parua sint, vel quia ex pauco sanguine genita, vel quia ex moderato, sed sicco, siccum autem repugnat multæ extensioni, fit, vt paruitas sub disiunctione vnum dictorum duorum significet, sicut magnitudo alterum oppositorum, quare dari potest corpus, similiter & membrum quoduis temperatum, & tamen vel quantitate moderatum, vel magnum, vel paruum. (Vter recessus præstet paruitas, an magnitudo.) Licèt autem ita verè à Galeno dictum sit, sæpiùs tamen magnitudo extollitur supra paruitatem, tam in toto quàm in quauis parte. Vna causa est, quia magnitudo sæpe nascitur ab humida materia, quæ patitur multam extensionem, licèt quantitate non excedat: & à calore aliquo seminis trahente ab vtero copiosam materiam, vel ab altero horum: sed inter intemperatas calida & humida, nisi valde intensæ sint, præferuntur reliquis, ergo magnitudo vt plurimùm paruitati præferenda est. Altera causa habet locum in toto & in quouis membro habente cauitatem, vt vasa, pectus, ventriculus, cerebrum: talia enim angusta nec gignūt, nec recipiūt sufficientem materiam, non facilè distribuunt,

Cap. xxvi.

Magnitudo oculorum quidem, vbi concinnitas & operatiuarum virtus, multitudinem bene temperatæ substantiæ ostendit, ex qua sunt conformati. Quæ si desint, multam quidem substantiam, non tamen bene temperatam ostendunt.

obſtructioni obnoxia ſunt, quare talia parua, ſemper mala ſunt, magna verò bona. Tertia cauſa habet locum, vbi magnitudo habet comitem pulchritudinem: ſi enim iungitur magnitudo pulchritudini, multo melior eſt paruitate ſimiliter pulchra: nam magnitudo pulchra indicat robur informatricis, quæ & multam materiam potuit trahere, & eam concinnè efformauit, paruitas verò cum eadem concinnitate, non æquè indicat robuſtam informatricam: potuit enim pulchrè effingere tractum, multum tamen alligere nequiuit. Colligitur ex dictis, cur, licèt ex quantitate non deſumatur certa agnitio temperamenti, plurimùm tamen præferenda eſt paruitati magnitudo, duo tamen dictis addenda ſunt: Primùm, licèt (quod Galenus hîc facit) magnitudo vel paruitas compatiantur quoduis temperamentum, ideò
1.apho.15. non indicant certum. Verùm cùm calidum, frigidum, humidum ſiccum dicantur, & de quantitate aucta & de intenſione, propter auctam quantitatem oculus non dicetur humidior, vel frigidior moderato intenſione, & vehementia, dicetur tamen frigidior & humidior moderato quantitate, & mole: quia habet plus moderato de oculorum corpulentia, quæ frigida humida eſt, non ſecus quàm cerebrum magnum, quantitate frigidum eſt & humidum, ob auctam ſubſtantiam frigidam humidam: de quo tamen modo intemperamenti hîc non conſidatamus notas, ſed de ſolo eo, qui erga vehementiam, aut languiditatem intelligitur. Alterum eſt, licèt magnitudo ferè excedat paruitatem, quoad omnes ſimul operationes, non tamen quoad quamuis earum, ſicut ſuprà de temperatorum functionibus dictum eſt, ſi ad temperatum conferantur: quoad particularem enim vnam operationem poteſt paruitas præſtare magnitudini & mediocritati, ſicut nõnunquam magnitudo præſtat: quomodò ad exactam viſionem præſtant paruitas & ſubmiſſio oculi magnitudini & elationi, & caput paruum ad ſolicitudinem,
Cor magnū an audacius. & cor magnum ad audaciam, præſtat etiam mediocritati intra eandem ſcilicet ſpeciem: homo enim ampli pectoris ideò magni cordis audacior eſt homine moderati pectoris, ſimiliter & lepus ampli pectoris: quia cor auctum quantitate ſupra moderatum in quauis ſpecie neceſſariò auget corporis calorem. In variis autem ſpeciebus ſi conferantur mutuò, animalia & audaciſſima & timidiſſima magnitudine cordis excedunt, variis licèt de cauſis. Nam calidiſſimum cor, quia plurimo aëre eget ad refrigerium, ventroſum, ideò magnum creatum eſt, vt leo, vt vrſus: lepus verò & ceruus magnus corde formati videntur propter curſum perpetuum, quem ſolum armorum vice illorum vitæ tutandæ natura conceſſit: cùm enim iugem curſum, quo fugientes feſtinant, non debeant interpellare reſpiratione, neceſſe habuerunt tantum aëris intra cordis ſinum ſemel recipere, quantum pluribus pulſationibus ſufficiat toto curſus ſpatio: frigiditati autē temperamenti eorum ſatisfacit natura remiſſione, flacciditateque caloris, in corde licèt amplo.

Sed cui temperamento atteſtatur magnitudo membri? Certè ſi quoad quantitatem quæritur temperamentum, magnitudo atteſtatur temperamentò proportionali: verbi gratia, cor magnum eſt calidum ſiccum quantitate, ſi ad moderatum conferantur, cerebrum magnum frigidum quantitate & humidum. De temperamento autem, quod in qualitate verſatur, conſtat ex citato lib. de opt. corp. conſtitutione non colligi certò aliquod temperamentum, frequenter tamen iungi calori trahenti copioſam materiam, & humiditati materiæ facilè, & multùm dilatabili.

Cap. XXVI.

Quæ verò ad colores attinent, ita diſtinguere oportet: glauci quidem oculi, qui pura humiditate & non multa refulgent, tales quidem ſunt ob ſplendidi luminis abundantiam: è contrario verò nigri, & qui intermediā naturā ſeruant, cauſas quoque intermedias ſeruāt.

Cap. XXVII.

Glaucus igitur oculus fit vel propter magnitudinem, vel propter ſplendorem humoris, qui à Græcis cryſtalloides nominatur, vel propter ſitum prominentem, aut propter tenuis & aquei humoris, qui in pupilla exiſtit, paucitatem & puritatem, atque omnibus quidem in vnum conuenientibus, fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi aliqua adſint, aliqua verò non tunc maior, aut minor glaucedo contrahitur. Niger verò oculus fit, vel ob paruitatem cryſtalloidis, vel propter profundum ſitum, vel quoniam ſplendidus, aut fulgidus exquiſite non eſt: vel quoniam tenuis humor vel ſuperabundat, vel purus non exiſtit, vel propter vnam aliquam ex his, quas antè diximus, cauſis, aut propter omnes fieri conſueuit. In his autem magis & minùs (vt antè diximus) reperitur. Tenuis itaque humor, quo magis ad aquæ naturam accedit & ſuperabundat, humidiorem oculum oſtendit: quemadmodum ſi craſſior ac minor fiat, ſicciorem. Cryſtalloides ſi quidem durior exiſtat ſicciorem efficit oculum, ſi verò mollior, humidiorem. Sic etiam ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit, ſicciorem: ſi autem defecerit, contrarium.

De coloribus ita agit, vt primùm expoſitis duobus extremis coloribus glauco & nigro doceat cauſam coniunctam vtriuſque, videlicet glauci multum oculi ſplendorem: nigri verò ſplendoris inopiam. Secundò, particulatim cauſas remotiores coniunctarum tradit: ſplendoris ergo multi inducentis oculis glaucedinem, cauſas numerat ex parte cryſtalloidis magnitudinem eius, & puritatem ſplendentem, & ſitum eminentem: cùm enim inſit natura ſplendor glaciali quanto plus horum trium particeps fuerit, eo magis fulgebit: ex parte autem albuginei, quanto fuerit & minor & tenuior. quemadmodum enim aër nebuloſus, quò minus habet nubium & earum tenuium & peruiarum, offendit ſolem: ita & aqueus paucus, puruſque fulgorem glacialis minùs offendit. Tertiò, nigredinis oculi, id eſt, deficientis ſplendoris, particulares & remotiores cauſas tradit oppoſitas ſuperioribus: Ex parte glacialis paruitatem, impuritatem, profunditatem: ex parte autem albuginei copiam cum craſſitie. Quartò, cùm hactenus ex colore collexiſſet habitudinem duorum humorum, qui ſe ſpectandos præbent glacialis & albuginei, iam nunc ex coniectata habitudine, humorum elicit principale propoſitum inueniendi temperamenti oculorum ita: Glacialis ſi mollis eſt, aut pauca, humidum oculum oſtendit, ſi dura, aut multa, ſiccum: albugineus verò ſi tenuis, aut multus, humidum oculum reddit, ſi craſſus, aut paucus, ſiccum: quare

quare solas passiuas colligit per medium apparentis coloris: eo quòd inter humores oculi glacialis siccissimus est, albugineus humidissimus.

POSTVLAT hic locus longiorem disputationem de coloribus oculorum, deinde de agnoscendo

Colorum oculi causæ.

ex illa temperamento, demum de visionum varietate. Igitur de coloribus oculorum & eorum causis: asseruntur Galeno extremi, niger, vel caninus, & glaucus, nec in eo dissentit (quod multi iudicant) ab Aristotele, aut à veritate: agnoscit

3. de gener. anim. 1.

enim Aristoteles in mari, vel flumine colores, vbi vsq; ad imum visu & luce perfunditur, & aqua ipsa pauca est, colorem glaucum, id est, album pellucentem. Si verò ad imum visu agnoscitur, sed aqua amplior est, color illi dicitur aqueus: quod si gurges impedit, quominùs aquæ imum videatur, vel præaltus est & nigricat, vel non est præaltus & apparet cæruleus. Vnde intelligitur apud eum, non secus quàm apud Galenum, extremos locos occupare colores, glaucum, & nigrum: glaucus autem color à Græco γλαὺξ deducitur, quæ nobis noctua est, vulgò ciruia: cuius oculi cum albedine fulgent, a quibus non longè absunt felini, vel catini, & vniuersim omnium noctu venantium, vnde etiam nobis dicuntur oculi felini. Latini multi vertũt pro glauco, cæsium, verbo à cœlo deriuato: est enim similis color splendenti cœlo: & à nomine, cęsius, meritò creditur deductum esse Lusitanum verbum *garzios*. Alij putant Latinum, cæsius, à cæde deriuari, argumento, quòd cæsium de solis oculis dicitur, qui cædem minantur, videlicet, fuluis & igneis, quales sunt iratorum hominum oculi, & quod Græci vocant, χαροπὸν, vertunt, cæsium. De causis autem recędit ab Aristotele Galenus, licèt iuxta vias suas vterque satisfaciant experimentis. Cùm ergo oculi nigrum, quod humore plenum est, vario colore appareat: putat Aristoteles causam eandem esse, ob quam fluminis aqua variè colorata conspicitur. Si ergo humor oculi paucissimus est, glaucus redditur oculus: si plurimus, niger: si moderatus, medium aliquem colorem habet. Iuxta quam causam soluit problemata de visu: cur glauci oculi interdiu cæcutiunt, noctu vident, quod in omnibus noctu venantibus apparet, & in hominibus etiam glaucis, si ad nigros referantur. Cùm enim pauco humore polleant oculi glauci, à multo lumine diurno non secus offenduntur, quàm nostri oculi frequenter à conspecto sole cæcutiunt: In nocte verò à paruo lumine iuxta pauci humidi mensuram sufficienter immutantur ad visum. Alterum problema, cur infantes & senes magis glaucis sint oculis, mediæ ætates magis nigricẽt. De infantibus affert causam, quia ob oculi paruitatem, sicut & reliquorum membrorum, humidũ contentum paucum est, ideò opacum esse nõ potest. Senum verò membra cùm arescant omnia, multò magis arescent humores: quare deficiente humido, glauci euadunt. Galenus verò opinatur glacialem natura sua splendere ad eum visum, vt ea interni mixtione cũ externo lumine instrumẽtum fiat moderatũ, visioniq; aptum: quia propter glaucũ fieri ex multo splendore opinatur, nigrum verò ex pauco. Iuxta quã sententiam & ipse cõmodè soluit proposita problemata. Quod enim animalia glauca noctu rectè, interdiu malè videant, causa est, quia cùm abundent interno lumine ab externo diei multo offendũtur; tantum enim illis noctu venantibus interni luminis datum est, quantum sufficeret illuminando per noctem aëri: sicut animalibus per diem pascentibus, aut venantibus, quantum cum solari lumine iunctum sufficeret, ideò per noctem minùs vident. Alterum verò ita: Infantes pauco & tenui albugineo præditi sunt, glaciali verò peruia ob mollitiem spiritúsque copiam vnde splendent. Senibus cum reliqua omnia arescant, tum maximè humor tenuis, qualis est albugineus, multò magis, quam glacialis ob innatam duritiem. Cùm ergo ostensum sit defectum albuginei permanente glaciali causam esse glaucedinis, meritò multi senes glauci constituuntur. Licèt autem vterque iuxta sua placita soluant apparentia, Galeni ratio congruens: magisque suasoria est: quia comparatio humorum oculi ad aquam fluminis non quadrat, nam aqua ex se tota opacat: crystalloides verò in medio humorum splendida est etiam in mortuo animali, multò magis in viuente, quandiu spiritu turget. Apparet enim splendor pupillæ si inspiciatur ea loco inferiore: Et quia imagines cancellatim se intersecantes clausis oculis paulò antè visæ repræsentantur ob internum lumen. Nec obstat, quòd oportet recipiens esse denudatum à formis recipiendis, quia nullam determinatam speciem impedientem reliquas potest habere sensorium ea natura sua: lumen verò sicut & perspicuitas sunt naturæ communes omni speciei visibili, non impedientes, imò adiuuantes perceptionem reliquorum obiectorum visus. Adde in Aristotelem, quòd varietas in copia humorum oculi nunquàm ea est, quæ inter aquam fluminis paucissimam, cuius imum facilè & clarè videtur, & plurimam, ita vt ob profunditatem fundus prospici nequeat: quare ea ratio in humore oculi locum habere non potest.

4. Collect. 3.

Dictæ causæ colorum oculi ex humorum varietate desumptæ, addit alteram Auerrous: calorem oculi per coctionem inducentem nigredinem, & frigiditatem per cruditatem albedinem: vnde glaucos oculus indices frigiditatis & cruditatis cerebri, & oculorum, valde Arabibus ait reprobari. Tertiam addit Iohannitius in Isagogis copiam descendentis spiritus animalis & glacialem illustrantis: quam tamen meritò quis dicet esse intellectam à Galeno sub nomine glacialis splen-

Tertia 3. tract. 3. ca. 34. Lib. 7. 14.

dentis. Inter alia enim ideò splendet, quia multò spiritu repletur. Quartam inuenit Auicena, colorem substratæ vueæ, quam posteà Vesalius amplificauit: vt opinetur eam vnicam causam sufficere ad colorandos oculos: nec immeritò mouetur, nam apparet in cornea perpetuò is color, siue in viuo, siue in mortuo animali, qui in extima & gibbosa vueæ superficie cernitur, ita vt per corneam, perspicuam membranam, substratæ vueæ color aspicientis oculos feriat. Astipulatur huic sententiæ, quòd in oculo ferè apparet color idem, qui in cute externa: Germanorum enim oculi candidi, Æthyopum nigri sunt. Verosimile est autem vueam parte exteriore similiter reliquæ cuti colorari. Num autem vltra hanc causam, quam frequentissimam esse nemo dubitare potest, habeant etiam locum superiores causę, dubi-

3. Epide. Sect. 3. 70.

tationem habet: Et videtur, quia animalia noctu videntia glauca sunt omnia, quare plurimo lumine interno prędita. nã color vueæ albus, quomodò efficiet animalia noctu cernentia? Itẽ sunt glauci

homi

hominespueri, Germani, Scythæ, non tamen omnes frigidi, humidi. Non est autem verosimile colorem vueæ secundùm solam partem anteriorem & exteriorem mutare temperamẽtum. Quare color oculi sæpè prodibit ab vueæ colore, non rarò etiam ab humorũ & spirituum oculum componentium constitutione. Sect. 2. com. 78. Quod autẽ legitur primo Epid. nigros oculos attestari temperamento frigido, & nigros pilos similiter, videtur corrupta lectio, tam in pilis quàm in oculis.

Sequitur, vt ex colore intermedio dictarum causarum, agnoscatur oculi temperamentum: si nascitur ex causa humorum, quæ primo loco relata est, glaucus color indicat augmentum glacialis cum diminutione albuginei, quare siccitatem: si ex secunda causa cruditatis, frigiditatem: si ex tertia copiosi spiritus, significat calorem cum humiditate: si ex quarta albedinis vueæ, magis attestabitur frigiditati, albedo enim frigiditatis soboles est. Cap. 14. Quare nihil mirum est, quod secũdo de temp. dixit nasci glaucedinem apud quosdam à calore, apud alios ab humiditate, hìc autem ex glaucedine significari ait siccitatem. Verùm 3. Epid. citato, pronunciat ex ea frigiditatem, aut humiditatem, aut vtrunque vitium. Et licèt nulla dictarum coniecturarum sit perpetua, verò vniuersalior est postrema, quia ex pluribus dictarũ causarum quatuor nascitur.

Quis oculus visui aptior.

De varietate verò videndi, dubitant primò: Quis oculus sit magis ad videndum appositus. Iudicatur autem ex colore, ex situ, ex spirituum constitutione. Ex colore optimus est caprinus: is apparet in oculis caprarum medius inter glaucum & nigrum: nam vt niger ob luminis interni inopiam noctu non vides, glaucus ob copiam interdiu, ita medius ob luminis mediocritatem vtrobiq; modicè & sufficienter. ex situ autem profundus exactiùs videt longinqua. Argumentum est in stellis, quæ ex puteo etiam per diem apparent, & lunares Eclipses per oblongas pyramides 5. de gen. anim. c. papiraceas contemplantur: verùm profundi oculi, quæcunque à lateribus sunt, minùs circunspiciunt, qua de causa nocturna animalia donantur profundis oculis, vt eo subsidio lumen internum (quod exiguum est, si ad diurnum conferatur) rectiùs prodiens magis illustret medium. Eminens verò locus vt ad lateralia visilia magis extenditur, ita minùs exactè prospicit remota: optimè constitutus est ad visionem moderatus situs, cùm in neutro momentaneè peccet, licèt in singulis vincatur ab extremis constitutionibus: quod suprà de temperatis dictum est, si ad intemperatos 3. de caus. symp. 2. conferantur. Ex constitutione autem spiritus, dixit Galenus, cùm separentur quantitate, & qualitate: quod ad quantitatem attinet, multus sufficit spectare etiam remota, purus, quod ad qualitatem attinet, exactè diiudicat minima. Constituuntur autem combinationes quatuor: multus enim spiritus simul & purus, eminus & exactè intuetur: multus & nubilus, eminus non tamen exactè: paucus simul & purus, cominus & exactè: paucus nubilosus, cominus non exactè: nec sentit ibi Galenus (quod multi interpretantur) multum & purum, meliùs videre remota proximis: non enim de ea collatione ibi agebat videndi remota ad visionem proximorum, sed in vniuersum tradit varietatem videndi ex varietate spiritus visorij. Nec etiam opponitur sententiæ dictæ, Loco citat. quod legitur apud Aristotelem, non coincidere in eundem, longè videre & exactè: quia solùm sentit Aristoteles non coïre necessariò illa duo, non negat aliquando coïre, vt in spiritu multo pariter & puro. Ex constitutione ergo spiritus constat optimam esse visionem in multo simul & puro spiritu.

Cur senes specillis exactiùs videãt.

Altera de visu quæstio est, cur senes specillis meliùs videant, iuuenes magis hebetentur? Sanè armauit natura oculos innatis ocularibus, glaciali, scilicet, splendidissima, & eũ summa perspicuitate densa: intermedio enim glacialis apparẽt omnia multò maiora. Et sicut in reliquis, quæ ad vitam attinẽt, ars imitatur naturã, ita & in hoc specillorum inuento. Excogitauit enim ocularia ex externo crystallo, vt suppleant externi crystalli fulgore & densitate, quod deest interno senum: Iuuenes verò, cùm ex se habeant sufficiens, externo magis hebetantur, ceu immodico, cur angustia pupillæ naturalis benefaciat visui, accidentaria verò ex tempore contracta incommodet? Cur angustia pupillæ visioni commoda. Respondet Galenus, naturalis ex angustia foraminis vueæ nascitur: ea angustia perspicacitatis in vidẽdo causa est, quia vnita vis vehementior redditur: 1. de caus. sym. 2. ideò donatur homo inter animalia angusta pupilla vt diiudicet exactiùs minuta, eò quòd visus inter sensus accommodatissimum est ad disciplinas principium, quibus addiscendis homo natus est, licèt à nonnullis animalibus in distantium iudicio vincatur. Accidentaria verò angustia ex defectu albuginei oritur, vel à subsidente & corrugata cornea, quorum vtrunque visui manifesto incommodat.

Cur lusci obiecta admouent oculis.

Cur cùm lusci & senes ambo imbecillitate videndi laborent, lusci tamen visilia oculis vicinissimè admouent, senes amouent? Respondet Aristoteles, 31. probl. 25. senes habent tantam in visu imbecillitatem, vt videre nequeant, nisi constituant visile in ea distantia, in qua radij ab ambobus oculis egredientes coëant: non coëunt autem, nisi paulo remotior res constituatur: ideò separant videnda ab oculis. Lusci verò, vtpotè minùs imbecilles vident, etiam ante coitum radiorum: vno enim oculo prospectare possunt: verùm discernere minutias visilis, (qualia sunt cauæ, aut gibbæ partes) nisi multo lumine illustrentur, nequeunt, ideò admouent oculis visile, vt adiuti copioso lumine discernant. Sed contra Aristotelem facit, quod oporteret luscum, licèt videat etiam citra locum vnionis radiorum, multò tamen faciliùs iudicare in loco vnionis paulo remotiore: quod tamen experimento non apparet, nam in loco paulo remotiore non vident. Præterea illa approximatio non facit ad multum lumen visilis: planè enim ita admouent tem visili, vt paucissima lux interponatur visili & oculis. Alij soluunt, quod crassus spiritus senum multo lumine accedente à remotis attenuatur: quare melius vident. Sed neque hi satisfaciunt: nam reflexio ad attenuationem spiritus in oculo manentis à remoto accedens est multo imbecillior & minùs potens attenuare: præterea oporteret, vt senex post conspectum remoti facilè perspiceret proxima, attenuato iam & præparato spiritu, quod non euenit. Est ergo certior solutio iuxta ea, quæ ex Galeno tradita sunt, quod senes, vtpotè destituti lumine interno, indigent multo externo: remotior autẽ res magis illuminatur, scilicet

uon

non occlusa via luci: ideò enim senes videnda non solùm modicè ab oculis semouent,sed & in eo situ constituunt, vt in ea incidant luminares radij, quò reflexio magis illustret oculum lumine defectum: Lusciosi autem albis oculis ideò multo lumine interno abundantes, refugiunt copiā externi,ideò iungūt oculis visilia,vt obumbratum visile minùs illustretur. Perpetuò enim moderantia luminis constantis ex interno & externo commodat visui, immoderantia officit. Nec obstat, quod apud Galenum multus spiritus facit ad cōspectum remotorum,nō paucus: quare exiguus senum spiritus ad distantiam non sufficiet: quia paucus spiritus non videt longinqua,quare neque senes absolutè remota vident. Sed inter propinqua ea meliùs vident, quæ in ea distantia constituuntur, vt copiosum lumen intercedens appositè illuminet medium.

1 de caus. sym pto. cas.

Cur lusci minuta scribunt. Probl. 15.

Cvr lusciosi debili visu scribunt minutissimas literas, dicit Aristoteles. In videndo lusci contrahunt palpebras, ita docente ingeniosa natura, in subsidium imbecillis visus, quò iunctim prorumpens vis vegetior euadat: vel (quod Galenus dicit) quia refugit externi luminis copiam: ideò & visile admouendo obūbrat,& contractio ne palpebrarum ingressum eius prohibet:& quia contracta pupilla minima diiudicat (ideò enim ad minimorum iudicium perpetuò palpebras contrahimus (discernunt lusci minima: exarant autem minima,quia minima vident: talia enim scribunt, qualia vident. Sed ea videtur certior causa,quare contrahentes palpebras minuta scribant:quia angustatur pupilla, quæ arctior reddita visilia repræsentat maiora, vnde opinantur scribere se grandes literas, cùm scribant paruissimas. Quod autem angusta pupilla imagines maiores visui reddat,ea causa videtur,quia ex pari distantia quanto basis pyramidis visoriæ minor est,tanto vno obtutu minus est,quod glaciali imprimitur: cùm autem id, quod glaciali simul imprimitur, tota glaciali dilatetur seruata partium serie, fit, vt à basi minore species ingressa maior appareat,à maiore verò minor: est autem basis pyramidis ingredientis pupillam minorem minor. maiora igitur apparebunt ex pari distantia visilia à minore pupilla.

SECTIO QVARTA.

Cap. xxviii.

De cordis autem temperaturis deinceps dicendum est,si priùs hoc in memoriam reuocauerimus,quod vnam quamque partem seipsa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel sicciorem,vel humidiorem dicimus factam, non alicui alteri rei comparantes. Vtrumque enim extiterit cor natura frigidum,multo sanè calidiorem temperaturam posidebit calidissimo cerebro.

De corde tractatio in octo partes secatur pro varietate octo intemperamentorū:videlicet, omitti ceu facilè collectu lectori,ex notis intempetamentorum extremis & intensis rimari notas tempetati cordis medias & remissas,determinationem verò præmitti toti disputationi necessariam: Ea est satisfactio obiectioni promptæ, quomodò de frigido corde tradendæ sunt notæ, cùm nullum sit frigidum cor:satisfactio est,quod uis minus moderato corde calēs frigidū cēsetur.

Iuxta assuetum ordinem, posteaquàm de præsenti sententia diximus,agetur de temperamento cordis,tum de compositione, tandem de vsu. Primùm ergo author hîc interserit generalem licèt determinationem, quia magis eam requirebat tractatio cordis frigidi, in quo videbatur pugnantia adiecti: licèt ea explicatio non minùs habeat locum in reliquis membris quàm in corde. Addit autem in explicatione[*cor quantùmque natura id est ab ortu frigidum,est quouis cerebro etiam calidissimo calidius*] quia hîc de naturalibus tantùm temperamentis sermo est,non de morbosis, de quibus in calce huius secundi agendum est: vel etiam addit verbum[*natura*] quia ex morbo cor proximè mortem apparente,respiratione frigida, videtur frigidius cerebro phrenetici ob assationem conuulso. Quod autem de corde post cerebrum egerit, potuit seruari ordo situs, vt quemadmodum in libris de locis affectis, vbi singulorum membrorum morbosa intemperamenta indagantur à capite ad imos pedes,orditur,ita & hîc in inquirendis natiuis & sanis omnium membrorum temperamentis, potuit & seruari ordo dignitatis: nam inter principalia membra, si definitur principatus penes necessitatem, ad vitam principalius est cor cerebro:si verò principatus definitur dignitate functionum, tanto est cerebrum corde præstantius, quanto sentire & moueri præstat vitæ, id est, bene viuere, quàm simpliciter viuere, vnde & solæ cerebri functiones principes appellantur. Determinatio autem Galeni interpretanda est ea traditis alibi, de æquiuocatione calidi,frigidi,humidi,sicci: dicitur enim cor frigidum quadruplici significato. Primò,quia absolutè sit tale,id est,nihil habent permiatum contrariæ qualitatis frigidę. In quo sensu constat nullum cor esse frigidum. Secundò, quia per exuperantiam sit tale,id est,plus habens in mixtione frigidæ quàm calidæ qualitatis, qua etiam acceptione constat nullum cor esse frigidum. Tertiò, per collationem ad medium generis membrorum,id est,ad cutem humanam,quomodò omne cor est calidum:vel per collationem ad medium speciei membrorum, id est,ad temperatum cor,quomodò aliquod cor est frigidum, aliquod calidum. Quartò per collationem ad quiduis obuium, vt si cor Petri cordi Pauli conferatur,in qua significatione potest esse calidum, potest & esse frigidum. Ea his quatuor acceptionibus monet Galenus lecturos, se traditurum de tertia tantùm,ac de ea non vniuersim,sed de temperatura cordis, collatione ad medium tantùm speciei,id est, ad cor temperatum:docet enim de quouis corde,qualiter temperatum sit,si moderato cordis cōparetur. Licet autem medici etiā negotij sit indagare temperamentum cordis, vt & cuiusuis membri in ordine ad medium generis, idest,ad cutem:verùm nō hoc pollicetur pręsens opus,sed solam collationem ad moderatum cor.

6. de vsu. 7.

Calidi æquiuocatio. 1. simpl. 2.

Cordis temperamentū.

Temperamentvm verò cordis in ordine ad cutē,in actiuis cōstat esse calidissimum: in passiuis variant. Nam Auicena asserit siccum: contrà tamen sentiendum est cum Galeno: non propter rationem Auerroi ob copiam, scilicet, spirituum & sanguinis, quam habet:nā non considerantur temperamento, quod membrum simulcum cōtento conficiunt, tale enim iunctū, non est membrum,nec cor:sed temperamentum solius

Prima 1. de complex. membrorum.

1. de tēp. vlt. 2. collect. 3.

solius membri animati operantis, constans ex innata elementorum mixtione, simul & impressa alteratione influētium & vicinorū: quatum, scilicet, est iam factum & redactum in vnitatem tēperiei cum innata, quod suprà explicatū est.

Cap. de cerebro.

Colligit ergo Galenus humiditatem eius accommodo instrumento tactus, proprij sensorij. Ostendit autem tactus humiditatem eius, proptereà quòd est mollius cute, non quidem cute simul cum musculosa carne substrata, (id enim videtur decepisse contra sentiētes) sed sola cute, quæ lōgè durior est corde, & eatenus est siccior, quatenus durior: quare, cùm non modò viuum cor, sed etiam mortuum, tactus sit mollius cute, nulla ratione conciliari potest & recipi Auicena affirmans, cor esse in ordine ad cutem siccum.

Cap. 8.

Non obstat quòd secūdo de temp. asserit esse durum: quia collatione ad lienem, hepar, & renes, agnoscit in corde duritiem, à quibus mēbris superatur etiam in humiditate.

6. de vsu 17.

Non mouet etiam nutricio cordis à crasso sanguine, quam recenset Galenus allata ratione, quoniam ob duritiem cordis deriuauit illius alimēto portionē venę cauæ ante ingressu in cor, ne coctione cordis attenuaretur, & ineptū euaderet mēbri duri alitioni.

Cordis alimētū quale.

Quia, quod attinet ad assumptū, mens Galeni est coronariā venā alentē cor explātari à caua in ingressu ad sinū cordis dextrum, antè, scilicet, quàm ingressu sāguis in cor percoquatur, & attenuetur: quod illi doctissimus Vesalius vertit vitio, quasi sētiret eā explantationē fieri à caua, antequā ad cor accederet. Verū (quod maioris mométi est) ea explantatio nō videtur alere vniuersum cor, sed solam extimam & eam minorem partem. Cuius sententiæ argumenta sunt:

Ratio prima.

quòd coronaria illa vena tota, minor multò & angustior est, quàm vt sufficiat toti cordi alendo membro calidissimo & perpetuo motu agitato.

Secunda.

Prætereà vasa illa perreptant solam externam superficiem, nullo modo intrò ad sinus penetrantia.

Tertia.

Sed & ea distributio vasorum respondet distributioni vasorum in vesica fellea, nam & ea ima parte, qua incubat hepati nulla vena donatur, quia per suctionem à substrato hepate nutritur, parte verò superiore vasa habet ad alendam eam partem necessaria: non secus cordis extima pars longè ab interno sanguine sinuum posita vasa pauca obtinuit, nam interior & crassior sola suctione sanguine sinuum alitur.

Quarta.

Postremò, par est credere eundem esse arteriarum circundantiū cor & venarū scopum: cùm erga interna cordis, respiratione ventilentur, externa verò à sinibus remota adminiculo externarum arteriarum, non secus & aluntur. Quod ergo attinet ad assumptū allatæ instātiæ, cor nō alitur vniuersim crasso sanguine: deinde, licèt ex eo aleretur, non proinde colligitur siccitas mēbri nutriti: nam lien & hepar humida, licèt crasso sanguine, aluntur.

4. de vsu. 15.

Quod si pergant quærere, cur pulmonem & cor dicauerit natura respirationi: ita vt plena aëre per interualla turgeant. quorum tamen cor est viscerum durissimum, pulmo laxissimum mollissimùmque: causa est, quia pulmo distenditur consecutione vacui, in quo motionis genere, quod leuius est, citiùs mouetur, cor verò à propria vi, fibrarum suarum ope mouetur: quæ si non forent validissimæ, perpetuo motui sufficere non possent. Quærunt, quomodò spiritus à corde geniti fiāt corde ipso calidiores, cùm oporteat semper agens esse præstantius passo?

Primo 1. de complex. membrorum.

Spiritus corde calidior.

Satisfaciunt dupliciter: vel quòd imprimitur calor intensus spiritui non à solo corde, sed à corde simul cum præexistentibus in corde spiritibus, concurrunt enim instrumentariæ priores ad generationem sequentium: vel quòd, etiam si gignatur spiritus à corde non calidior, corde verùm à natura sua, cui cōuenit calor intēsior, id est, à forma sua intēditur post generationē: sicut aqua excalfacta à natura sua redit ad frigiditatem sibi familiarem. Illa tamen est & facilior & vniuersalior solutio, quòd non obstat, vbi agens est dissimilare effectum esse intensiorem toto agente, non erit tamen intensior parte agentis: dissimularis intensissima, à qua prodit effectus: Exempla sunt, gelatur aqua à frigore continentis, cùm tamen in toto aëre non sentiatur frigiditas par aquæ gelatæ, videlicet inducitur intēsa frigiditas in aquā à parte aëris vaporosa frigidissima. Sic cadens pruina ad stirpium germina exurit, vapor enim plantæ acervatus, nec dissolutus præ densitate externa producit calorem intensum vrentem plantam, videlicet parte ignea in vapore contentam intensè calente, vt deuorat. Idem hoc efficit vapor mitis in petnione contentus: idem vapor retentus in aceruo tritici: aut milij putrefaciens, & vrens frumentum non ventilatum: idem efficit calor moderatus membrorum circundans humorem & putrefaciens illum, febrémque inducens: non temperie totius membri circundantis, nec continentis aëris, quem accidit frigere per hyemem: sed parte ignea vaporis occupante & putrefaciente humorem.

Collatio sanguinis arterialis ad venalem.

De collatione autem sanguinis arterialis ad venalem, cùm medici considerent facultates & temperamenta rerum, non qualia in se sint (quod Philosophus facit) sed quid in corpus humanum applicita imprimant: meritò ascribunt aquæ summam humiditatem, non aëri: videlicet quia aqua siue extrà, siue intrò sumpta multo euidentius aëre humectat, siue id faciat crassities maior, & mora in agendo, siue intēsior humiditas aquæ magis quàm aëris.

1. simp. 32.

Prima 1. de complexio.

Quapropter primum humidorem aqua asseritur Galeno: & Auicenæ, pituita humidior sanguine, cum tamen sanguis magis referat aërem, pituita verò aquam: sic sanguis arterialis plus aëris particeps quàm venalis, licèt philosophis asseratur humidior, nobis meritò æstimatur minùs quàm venalis humidus. In actiuis autem cōstat tanto esse calidiorem arterialem venali, quāto cor superat hepar caliditate.

Cordis situs.

1. de histo. animal. 17.

Qvod verò attinet ad situm & figuram cordis, non noui exactè Aristoteles, docens in homine cor paruum esse & inclinare ad læuam, cùm in reliquis omnibus planè in medio locetur. Affert suæ sententiæ causam, quia homo omnium animalium maximè refrigeratam habet partem sinistram, cui moderandæ bene facit inclinatio cordis ad sinistram.

3. de part. 4.

11. tertij 1.

Quem secutus Auicena confirmat sententiam rationibus. quoniam, inquit oportebat cor cedere hepati elatiori, & maiori, quàm lieo sit: Et vt cederet venæ cauæ ex hepate dextro ingredienti cor, & ne iuncta caliditas hepatis & cordis in dextro inflammaret.

6. de vsu 7.

Sed culpa est, rationibus indagare rem facilè sensu explorandum.

1. de histo. 7.

Monstrat autem experimentum cum Galeno exactè in medio esse omnium

aium thoracis differentiarum, scilicet, intelligit nomine thoracis partem corporis à iugulo vsque ad septum: licet thoracem vsque ad inguina extendat Aristoteles, ita vt complectatur corporis truncum. (1. de histo. 7. Solutio primi.) Addit Galenus causam erroris, quia senserunt, inquit, pulsum in sinistra papilla, qui sinistri ventriculi est pariter & aortæ inde emergentis. Rationes autem illorum non vigent: nam Aristotelis ratio ita in aotborem retorqueri potest vel imparitas illa multa sinistri ad dextrũ in homine vtilis est, aut inutilis: si vtilis, quid opus est vtilitatem infringere locato in sinistris corde? si inutilis, quid induxit naturam ad formandam disparitatem, quam pòst esset emendatura? Ergo quod gemina creata sint & animalia, & semina, & viueotia omnia conseruandæ vitæ gratia in libris de vsu partium ostensum est. Quod autem decuit non esse potestate in totum paria dextra sinistris, sed illa calidiora, habitiora, & validiora, læua verò frigidiora, graciliora, infirmiora, ea causa fuit, vt in motu altera pars temperamenti meritò facilè quiesceret, cui motio inniteretur, altera verò calore suo ad motionem excitaretur & turgeret, vt ex imparitate dicta motio facilis & spontanea prodiret: quæ ratio, vt in omni moto viuente locum habet, ita multo euidentius in nomine. Cùm enim sit animal sapientissimum ad arteis omnes exercendas natum, frequentissima eget dextri motione quiescente sinistro, vt intexendo, scribendo, pingendo, suendo: quare à natura habet illud interuallum dextrum ad sinistrum longè manifestissimum, augetúrque exercitio ipso, cùm exercitata per vsum artium dextra euadant magis, quàm ex natura constent firma, robustáque. Reliqua autem animalia, cùm ferè solo motu progressiuo exerceãtur: in quo vicissim quiescunt modò sinistra, modò dextra, non eguerunt tam euidenti imparitate partium. cùm ergò in reliquis cor in medio pectore situm sit, conuincitur decuisse in homine vel ibidem locari, vel magis versus dextrum, vt eius calorem promoueret. Ad aliam ex Auicena: minus est lien hepate, quanto minus est fæcis in corpore, quàm sanguinis: prætereà lien depressius est, cùm ex hepate suscipiat de-
Secundi. fluentem grauem humorem. Ideò locus relictus in sinistro à ventriculo occupatur. cor verò, cùm possideat locum multo excelsiorem in medio pectore, mutare non potuit locũ ex inæqualitate membrorum naturalium. Minùs probat illa, quoniã oportebat cor cedere venæ cauæ ex dextro hepate ad dextrum cordis ventriculũ meanti: cùm ea sit cauæ venæ à iecoris gibbo explantatio, vt debeat ad dextram partem deduci, quò accedat ad cor in medio pectore situm: quare inclinatio cordis ad sinistrũ accessum ca-
Tertij. uæ venæ incõmodaret. Nec magis vrget postrema, quoniam iuncta caliditas in dextro cordis & hepatis inflammaret dextrum. Si enim in brutis non inflammat, quorum dextra oportuit nõ immodicè calere, quomodò inflammabit hominis dextra, quæ oportuit creari insigniter calida? De Aristotelis ergo lapsu non est quod miremur, nondum enim erat anatomica cognitio ex toto explorata, nam & duo alia de corde humano cõminiscitur, quæ ambo ex sensu pariter explodũtur: videlicet cor humanũ esse paruum, cùm cõstet iuxta ac cerebrum cor in homine magnitudine excellere: & quod distinguitur tribus ventriculis, primo paruo, medio moderato, sinistro autem maximo; cùm sint tantùm duo intersepto vno diuisa. (Lib. de respir.) De Auicena verò rectè pronunciauit Theophylus, fuisse medicum ratione magnũ, experientia paruum, nec possunt pati expositionẽ, quasi intellexerint de mucrone qui verè vergit antrorsum & sinistrorsum: nam id commune est omni animali, non soli homini, quod ipsi tradiderunt. (3. simpl. 18.) Nec ideò sequitur epithemata & vnctiones, quæ cordi sanando admouentur malè imponi sinistræ mamillæ, nam cùm operatio externorum remediorum maximè fiat per suctum pulsantium arteriarum ad locum inũctionis pertingentium: pulsatio autẽ maxima & violentissima sub sinistra papilla sit, ibi aptissimè imponentur. (13. Therap. 21.) Addc quod oportet eligere locũ, vbi ossa pateát & peruia sint, quomodò in omnibus affectibus (Cordis figura. Lib. 6. cap. 7.) & cerebri & cerebelli sincipiti iubentur imponi, & in cordis affectibus non medio pectori, vbi os perpetuum est, sed ad læuam, vbi degenerans in costas præbet aditum medicamento. De figura autem eius: parte extima paulò minùs toto tempore, quo distentum est, rotundum, interna verò parte oblongum est in mucronem cessans: (3. de hist. 17.) eius figuræ inquirit causas Galenus libro de vsu partium. Videntur autem afferri posse rationes quatuor. Prima ad continendam amplam materiam cum securitate rotunditas facit, ad tractam autem per longas fibras, quæ tensæ interna cauitate trahunt, præstat longitudo, vtrique ergo prouidit rotunda, sed oblonga figura. Secunda, ad receptionem bene facit rotunditas, ad coctionem magis angulosa figura: quomodò in piscibus triangulare, in homine verò nunus in aliis oblongum est: cessat tamen in omnibus in mucronem, videlicet, quia in angulis humor vndique à carne complexus exactiùs coquitur, viderurque creatum, triangulare in natatilibus, quia cùm vno tantùm ventriculo constet cor, oportuit machinari moram multiplicatione angulorum ad coctionem: In pedestribus enim licet rotundum sit, per moram tamen colaturæ ad sinistrum ventriculum paratur sufficiens coctio accedente mucronis anguloso sinu, simul & internis ventriculorum diuisionibus, quas natura in eundem retinendi & coquẽdi vsum parat. Quoniam autem humanum oportebat esse capacissimum, euasit & rotundius. Tertia, facit oblonga figura, vt per tempus contractionis subsideat tumor cordis, reddaturq; oblongũ: quod multò satius est, quàm si seruata rotunditate vndique contraheretur, & corrugaretur in minorem orbem: nã distentio eius quod vndique æqualiter contractũ & corrugatum est, aut vix, aut nullo modo per fibras fieri potest. Quarta, vt fibræ perpetuò motæ haberent immobile principium, mucronem, scilicet, cui inniterentur inter mouendum, præstitit autem vt quiescens mucro, cui fibræ innituntur, sit imus, quoniam receptio & sanguinis & aëris parte superiore perficitur.

Iam de vsu cordis. (Cordis vsus.) Cùm operatio sensus & motus requirat instrumẽtum calidius, quàm alitio, quæ hepatis calore & sanguine perficitur, condidit natura membrum tãto hepate calidius, quanto spiritus ad animales functiones necessarios excedebat calore sanguinem: quemadmo-

dum enim alitio, cum sit permutatio alimenti in alitum, requirit qualitatem omnium maximè agêtem, id est, calorem, cuius meritò vita definitur participatio calidi in humido: sic sensatio cũ sit agnitio spectrorũ citissima, & arbitria motio, quæ calore promouentur, requirunt actu calorem multo, quàm in vegetabilibus, vehementiorem: & sicut priori operi destinauit in plantis, quod vocaut radicationem, in animalibus verò hepar: Sic posteriori cor, quod eo calore condidit, vt sufficeret per ebullitionem & spumificationem sanguinem in spiritũ vertere. Et quia peculiare spiritus temperamentum moderandum erat, & variis aptandũ actionibus, genuit membra subfrigida, alba, mollia citra vasa, cerebrum, & testes, vt per tota illa cõuersans spiritus à corde delatus recipiat temperamentum, puritatẽ & splendorẽ, ad diuinas functiones, in cerebro quidem ad sensationes & motus, in testibus autẽ ad generationem: hac necessitate creatum est membrum actu calidissimum cor. Ex consequenti autem, quia intensus calor ebulliens citra ventilationem durare non poterat, indidit cordi eam compositionẽ & vim, qua ipsum perpetuò pulsaret, mandarétque eam vim per totum quacũque spiritus deferebatur, egens eadem ob caloris excessum ventilatione. Quia autẽ solet natura his quæ in certum vsum creat, abuti ad alios vsus, similiter cordis calore vtitur vltra scopum præcipuum antè dictum, ad promouendam altionem, & fouendum, roborandũmque hepatis calorem, conficiendàque alimenta.

CAP. XXIX.

Calidioris igitur cordis, vt admodùm qui ei proprius est atque conueniens, indicia quadam sunt inseparabilia & propria, magnitudo respirationis, & pulsus velocitas, & frequentia, & audacia, & ad actiones natura prompta: quod 1 si multum in caliditate excesserit, tũc furibunda quadam iracundia & temeritas adsunt. 2. præsag. 38. *Est autem thorax his hispidus, & præsertim pectus, & quæcunque 2 illis partes proximiores. Magna verò ex parte calidi cordis temperatura vniuersum corpus calidum reddit, nisi hepar vehementiùs obstiterit. Dicemus autẽ paulo inferiùs totius corporis indicia. Est quidem & latitudo thoracis, caliditatis indicium, nisi & hic quoque cerebrum plurimum obstiterit, 3 quoniam ei magna spinalis medulla respondet: tanta verò erunt vertebræ, quanta & spinalis medulla: quare & spina vniuersa. Configitur verò thorax ad eam spinæ partem, quæ metaphrenon, id est dorsum dicitur, tanquam ad carinam nauis: quare necessariò eius longitudo æquabitur dorso, latitudo verò erit pro vertebrarum ratione, quando ad proportionem earum crassitudinis fuerit constitutus. Cùm verò cordis caliditas superans perflauerit, ac dilatauerit in primo sui ortu thoracem, erit eiusdem caliditatis proportione respondens. Quare cùm caput paruum, thorax autem latus extiterit: maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cùm verò magno existente capite paruus fuerit, propriissimũ hoc erit cordis frigidioris signum. Si verò capitis fuerit proportione respondens, tunc aliud signum de corde distingues ex ipsius thoracis amplitudine nil assumens.*

INter notas cordis calidi tantùm, numerat primo loco magnam respirationem in subsidium refrigerandi cordis, & pulsuum celeritatem cum frequentia. Videlicet, quia priùs refert eas, quæ sunt & inseparabiles & propriæ talis cordis, qualia signa dicimus inesse omni & soli. Secundum, audacia & promptitudo adeundi qualuis res etiã difficiles, & in immodico caloris excessu pro audacia, furia adest & temeritas. Verbum, audaciæ, Græcè est εὐτολμία, importans animum aptum ingrediendis discriminibus.

Et vbi legitur [1 *si multum in caliditate excesserit*] habetur Græcè [*plurimum*] ita vt indicetur magnus excessus. Tertium, item proprium & inseparabile signum, hispiditas pectoris & partium proximarum. Quod enim legitur.

2. *Illis proximiores.*] Habetur Græcè [*hypochondrys*] nam illa, vel inania loca magis subitant. Secundò, apponit notam frequentem calorem totius, de quo tamen totius calore pollicetur paulò post separatã tractationẽ, cap. nempe 50. Tertiò, addit & aliud signum non perpetuum, sed frequens tantùm, videlicet pectoris amplitudinem, eam frequentiam ita conuincit: Amplitudo pectoris quandoque sequitur ad cordis calorẽ, quãdoque ad capitis magnitudinem, licèt non eoẽat cordis calor, nam ad cerebri magnitudinem sequitur caluariæ amplitudo, & ad eam vertebrarũ amplitudo, ad vertebras costæ, ad costas pectus latum. Si ergo cum capitis paruitate, vel mediocritate iungitur pectoris amplitudo, necessariò colligitur ex eo signo cordis calor: si cũ capite magno, non colligitur inde temperies cordis, sed inuestiganda est ex aliis signis dictis.

Quod legitur 3. [*Quoniam ei magna, &c.*] legitur Græcè, *Quoniam ei magnitudo spinalis medullæ ferè respondet.*

SED singula ex dictis particulatim suo loco agitanda sunt, & in examẽ vocanda. Primũ enim signũ ex respiratione & pulsu desumptum difficultatem habet: cùm respiratio & pulsus à similibus causis mutentur ad similes differentias, cur in respiratione apposuit magnitudinẽ, non celeritatem & frequentiam: In pulsu è conuerso celeritatem & frequentiam, non magnitudinem, maximè cùm infra inter signa cordis frigidi numeret pulsus minores moderato, quare in opposito, oppositum expectare oportet, in calido maiores. Soluunt vulgò, factum esse ob phrasim assuetam Hippocrati, vt ex vna parte copulatiuæ explicata, subaudiatur oppositũ de opposita, de qua admonuit Galenus in aphorismo, vbi fauces ægrotant, &c. Quare hic magnitudo respirationis ad pulsum, celeritas & frequentia pulsus ad respirationem extenditur. Posset solui facilius vt legatur cõiunctim, [*magnitudo respirationis & pulsus.*] Deinde: [*celeritas & frequentia.*] vt de vtraq; operatione efferãtur tres illæ differẽtiæ caloris. Sed satius huic nodo satisfiet: quod, cùm caloris au- 2. Apho 15. cti familiares differentiæ sint, magnitudo, celeritas, frequentia, ex illis tribus non augetur magnitudo, nisi adsit robur virtutis. Cùm ergo cor ab ortu intemperatum per calorem habeat factũ intemperamentum, & idcircò aliquam in propria operatione pulsus debilitatem, non poterit satisfacere vsui caloris aucti per pulsum vltra moderatum magnum, sed per solas celeritatẽ & velocitatem. Quia verò respirationis operatio non prodit à corde, sed à cerebro, quòd hic non supponitur debile, meritò aucta necessitate subuenit cerebrũ magnitudine respirationis ante velocitatẽ & frequentiã. Sed cur nõ addit in respiratione

eatione vltra magnitudinem, velocitatem, & frequentiam? quia in sanis, de quibus solis hic inquiritur, non est tātus caloris excessus, quin illi satisfaciat sola magnitudo. Quomodò item velocitas pulsus est perpetuū calidi cordis indicium, si fit, vt iungatur quādoq; calido cordi arteriarum frigiditas? quia illud accidit in solis prauissimis morbis, non in classibus sanitatem, quas hic indagamus.

3 de præsag. puls 3.

Cur audaces cordis calidi homines.

IAM de altero signo audaciæ: cur iungatur calido cordi, causæ sunt. Prima, quia cùm calidi spiritus facilè moueantur extrorsum imaginata fœlicitate euentus, petuut exteriora: motus extrorsum spirituum, lætitiam & fiduciā inducit, ex qua audentes reddūtur. Altera, vbi spiritus quantitate & qualitate abundat, maius robur inest: meritò igitur ex maiore robore sperant victoriam. Accedit, quòd calor citò mouens, perturbat, quare non finit quiescere ad integram considerationem futuri periculi. Sicut ergo temperantia cordis parat fortitudinem, ita calor audaciam & temeritati, frigus, timori. Sed opponunt de Æthiopibus, in quibus vicente calore ignauia animi visitur, & de Germanis & Gallis cum frigiditate, licèt temperamenti, audacibus. Soluunt: asserentes viscera in Æthiopia, sicut nobis per hyemem non calere, sed frigere magis, vnde imbelles euadunt, contra quàm accidat in germanis & Gallis. Sed quàm non satisfaciat hæc solutio, appatet ex dubitatione mota à Galeno, non soluta: Ea est, si viscera, & ventres omnes officinæ coquendi alimenti per hyemem magis calent, cur abundat pituitæ generationes in hyeme, cuius origo est inopia coquentis caloris, in æstate verò bilis: ita vt biliosorum morborum æstas ferax sit, sicut hyems pituitosorum. Nam solutiones Galeni ad eam difficultatem (summi semper viri pace) non suadent. Prima, frigus per hyemem non solam cutem tangit, sed in carnes etiam & vasa se inserit: quin & in quibusdam vel per itinera, vel vestium inopia ad ventrem accedit, quem & refrigerat. Sed si paucis tātùm venter refrigeratur, paucis acresceret per hyemem pituita, & tamen effectus auctæ pituitæ in hieme vniuersalis est, non ergò referendus est ad raram tantùm causam fortè recipi posset hæc Galeni solutio, si ita confirmetur. Omnibus per hyemem, sicut extima cutis, ita & os, ventriculi refrigeratur ex accidente frigido aëre, ita vt fiat antiperistasis tam extrà ex circunfuso aëre, quàm intrò ex accedente ad os ventriculi inter inspirandum. Argumenta manifesta sunt, minima sitis per hyemem, plurima per æstatē: & quod in hyeme gaudent ventriculi alimētis actu calidis, æstate verò perfrigerantis, imò & talia præcipiuntur sumi. Gignitur ergò pituita, quia alimenta à continente congelata sumuntur: & prætereà ab internæ superficiei ventriculi frigiditate impeditur eorum integra attritio, ita vt in hepate exactum sanguificationis cultum non assequantur, sed maneat portio sub pituitæ forma. Secunda eiusdem solutio: In hyeme plurimum sumitur alimenti, ob validā appetentiam, ideò confici nequit à robustiore licèt calore, non secus quàm in pueris crudi humores abundant magis quam in viris proptee ingluuiem, licèt concoctrice excedant viros. Sed neque hæc satisfacit: nam appetentia alimenti maior hyemis, vel sequitur auctā resolutionem, vel auctam vim tractricem, non auctam resolutionem. Est enim euidens minorem esse hyemis, quā æstatis resolutionē, ergò roboratā tractricē: sed quantum in hyeme crescit tractrix propter augmentum innati caloris, tantundem augescit concoctrix ob eiusdem caloris augmentum: non itaq; magis peccabit in alimenti cōfectione natura per hyemē, quam per æstatem. licèt ea solutio etiam Aphrodisæo placuerit, possetque fulciri, si asseratur augeri famem in hyeme ex refrigerato ore vētriculi, sicut in æstate ob calorem eiusdem remittitur. Tertia eiusdem solutio: Alimenta per hyemem in vsum venientia magis pituitosa sunt: mullum, suilla, rapa: si tamen circa affectionem æstimentur, multa calidiora in hyeme sumuntur, multo frigidiora per æstatem: per hyemem potus paucus, & hic vini meracioris, per æstatem verò aqua plurima & gelida: per hyemem cibus, aromata, mel, caro. per æstatem, olera, horarij fructus, acetaria, pulli: posset fortè excusari, quia hyemis alimenta, licèt ratione temperamenti calida sint, vinum, suilla, rapa: verum ratione modi substantiæ crassæ difficulter coctilis pituitosa euadunt. Cum tamen dictæ solutiones non plenè satisfaciant, inuestiganda est alia certior, explicato magis theoremate de antiperistasi, cui innititur dubitatio. Cum ergò vnum contrarium contrario opponitur, quale est aër hyemalis homini per hyemem, vel aër Germanus per pectus, contrarium, quod ita oppugnatur, in se colligitur fugiens contrarium, miro naturæ prouidentis instinctu quoniam enim sciebat intra lunarem orbem imminere vnicuique à contrario oppugnante perniciem, indita ea naturali rebus prudentia, vt fugiant vndique contrarium, & in se coëant, fit, vt vnde imminebat interitus non modò non pereant, sed euadant etiam vegetiora & magis potentia vnita virus vi. Sed quia non minùs vtiliter inditum est agenti circundati, vt persequatur passum & sibi assimilet, quàm passo, vt fugiat contrarium: non cessat externum frigus permeare meatus omnes corporis, ita vt externa primùm valdè refrigerentur duplici nomine, videlicet fugientis innati caloris ad viscera, & proinde in carnibus quantitate deficiente, simul & qualitatis frigidæ ab externo, vicinoque continente impressæ: Interna verò quantitate vniti caloris innati calidiora redduntur, sed interim à frigore penetrantis aëris nonnihil refrigerantur in qualitate. Cùm ergò ab Hippocrate pronunciatur, vētres hyeme calidissimos esse natura, non est interpretandum cum Galeno lib. de natur. humo. id est, temperatissimos: sed sicut, quod idem Hippocrates subdit, pueros plurimum habere innati calidi. Quemadmodum enim pueri excedunt viros quantitate innati calidi in toto corpore abundantis magis quàm in viris, qualitate verò, vel intensione exceduntur à iuuenibus: sic viscera per hyemem, si conferantur ad seipsa per æstatem, excedunt quidem quantitate innati caloris, sed excedunt qualitate intensioneque. Id quod his argumentis facilè colligitur. Primùm, bilis in hyeme naturali, minuitur quantitate, & refrigeratur qualitate apud Galenū sepè: ergò massa humoralis reddetur frigidior intēsione per hyemem diminuta, & refrigerata bile, parte, scilicet, eius massæ calidissima. Cur enim probibetur per hyemem purgatio addita ratione? quoniam humores tunc concrescunt in vasis, sicut accedente

3. aphor. 15.

Lib. de nat. hom. 47.

Calor num hyeme calidior.

Tertia 1. doct. 2. 7.

3. probl. 5.

Antiperistasis quid agat.

Com. citat.

Ratio prima.

8. de plac. 4.

Secunda

1. epid sect. 3. 9. & sect. 3. 63.

Tertia.

Lib. de nat. hum. 37. Tertia 1 doct. 6. cap. primo. Quarta Quinta. 1. Apo. 5. 3. Apo. 10. 2. Cris. 03. Sexta. 2. de temp. 12. 3. de cau. pul. 4. 6. Apho. 15.

vere funduntur. Iam verò iuuenes hyeme non valerent contra eapetientiam, & Hippocratem, siquidem in eorum visceribus calor quantitate augeatur, qualitate non remittatur: ita vt absolutè reddantur secundum viscera calidiores, & ideò deterius habeant. Subscribit Galenus quãdoque ita docens, aër assimilat temperamento suo corpora nostra: quandoque ita, per æstatem calor innatus, vt est qualitate auctior, ita quantitate minor. Præterea adsunt signa refrigerati cerebri somnus prolixus, catarrus plurimus, hepatis frigidi vrina subpallida apud omnes, cordis verò frigidi pulsus humilis, tardus, paruus: ventriculi refrigerati fames auctior, sitis minor. Quid, quòd opera quæ per hyemem in corpore fiunt, testantur hunc statum innati calidi. nam quia ventres coctionis organa per hyemem calore innato secundùm quantitatem augentur: naturalia opera chylificatio, sanguificatio, corporis nutritio insigniter promouentur: scilicet naturales functiones quantitate innati caloris perficiuntur. quia verò iidem ventres qualitate caloris refrigerantur, refrigerato ea parte calore, sanguis gignitur multus, sed pituitosus: vere ob summam continentis & interni caloris moderantiam plurimus sanguis, temperatus, contrà æstate ob intensum, licèt paucum quantitate, interoum calorem bilescit alimentum. Quando ergò cõtrarium circunstans accedit corpori, quid in corpore sequatur, si circunstans contrarium nec valde excedit, nec repentè accedit, dictum est. nam si excessus contrarij multus est, magis remittitur innatus calor qualitate, quàm quantitate augeatur: ita vt credatur non sequi Antiperistasin, quare senes & conualescentes hyeme non roborantur. Similiter, si repentè accedit contrarium, sequitur valida repercussio & densitas carnium: ita vt sequatur plurima vnio interna: ad vnionem intensio impedita penetratione continentis frigoris, quomodò repentina frigora ineunte hyeme gignũt causos & perniones, & pruina vrit radices plãtarum, & præcipitur balneandis in frigida, vt repentè se iactent in frigidam, ne internus calor à frigida aqua refrigereretur. Constat ea dictis facilis solutio, ad quæstionem, quam Galenus lib. de natu. humo. maximam iudicauit, & ad propositam hîc de audacia Germanorum, & ignauia Æthiopum. cùm enim audacia sit operatio affectuosæ partis animæ, quæ aucto in quantitate innato calore inualescit, sicut timor magis est torpor & ocium eius partis animę, fit, vt in Germanis crescat audacia, deficiat in Æthiopibus. Iungit Galenus audaciæ promptitudinem ad actiones, quo nomine non intelligit quasuis motiones arbitrarias: nam in talibus quidam valdè perciti sunt ex cerebri calore, parum tamen audaces & frigidi corde: sed in discriminosis adeundis promptitudo peculiaris est cordi calido: nec ea promptitudo operationum est audacia, sed iungitur & sequitur audaciam.

1 Epid. citat. 3. de sanit. 6. Com citat.

Ira cur cordi calido iungitur.

ORDO exigit vt agatur de sequente signo ab ira desumpto: cur incidat in cor calidum dubitat Turisanus. Non enim satisfacit dicere causam esse, quia calidus sanguis cordis citius efferuescit: eò quòd ira, quæ libido vindictæ est, antecedit eã efferuescentiam. afferũt ergò huius appetitus aucti in calido corde causas: prima, quia ab eodem obiecto, quod iniuriam intulit calidum cor, vtpotè faciliùs mobile magis irritatur, quàm frigidum. Secunda, quia anima mouet corpus iuxta corporis variam dispositionem variè. Cùm ergò calidum cor habeat dispositionem ad sumendam de aduersario vindictam propter innatum robur promptionem, meritò ab anima mouetur ad maiorem appetitum vindictę. Sed dictis addi potest tertia, licèt enim antecedat appetentia vindictæ feruorem primum sanguinis, verùm quia ex pari appetitu magis ebulit sanguis in corde calido, quam in frigido, sequitur, vt ebullitio maior in corde calido augeat appetentiam, & rursum appetentia ebulitionem, ita vt mutuis incrementis reciprocè augescant, quod in frigido corde non accidit. Ebullitio autem ideò intẽdit appetitum, quia feruor ille non finit quiescere lacessitum ad irę sedationem. hoc videtur significasse Aristoteles dicens, non minùs animam mouere corpus ad iram, quàm corpus animam. Commodùm addi potest quarta causa, cùm ira, de qua hîc agitur, nõ sit simplex vindictæ appetitus, sed simul cum aggressione, ea ira non incidit in cor frigidum: eò quòd in frigido appetentia habet iunctum timorem retrahentem animum ab aggressione, quam ira includit. in calido verò iungitur audaciæ, quæ non solùm non retrahit, sed stimulat etiam ad aggrediendum. Quòd autem Ira, indicans cordis calorem, non sit simplex maleuolentia, & appetentia vindictæ, apparet ex multis, qui cum melancholico corde diu seruant maleuolentiam, & tandem dolo & astu se vendicant, in quibus persistit appetitus vindictæ, sed citra aggressionem vindictæ: ideò non significans inseparabiliter & propriè cor calidum. Duo tamen superioribus adiicienda sunt: alterum, quod hîc legitur Græcè ὀξυθυμία, non θυμὸς, quo vocabulo hîc abusus est Galenus, vel quicunque auctor fuit libri. Nam, docente Galeno, opposita temperamenta indicant duo illa nomina, quę multi interpretum Latinorum vertunt iracundiam, & iram: ita vt intelligatur ὀξυθυμία, quam vocant iracundiam, animi pusilli & frigidi affectio, quæ ex leuibus occasionibus excandescit, nec sibi imperat, quod faciunt mulieres, pueri, & viri parum fortes. θυμώδεις verò (vocant iratos) intelliguntur magnanimi, paruorum contemptores, & qui rarò, sed vehementer & fortiter irascuntur. Cùm ergò prima illa affectio frigidi cordis sit, posterior calidi, non potuit hîc, nisi per abusum afferri ceu caloris signum oxythymia. Quod verò attinet ad Latina nomina, multis placet, vt ex his duabus affectionibus iracundia importet frigidam, ira verò calidam. Ciceroni verò tanto oratori magis placet, vt iracundia indicet promptitudinem ad vitium licèt actu non insit: vt & anxiosus, amator, ebriosus: verùm iratus, vt anxius, amans, ebrius indicẽt actum ipsum, non aptitudinem. Alterum est quomodò temeritas, & furibunda ira annectũtur cordi calido, si adsunt etiam in calidissimo cerebro, quale est phrenetici? Sanè duo faciunt hominem intrepidum, & periculorum contemptorem, vel sui fiducia, quod cor calidum præstat, vel Inconsideratio tentati discriminis, quod phreneticis inest. Non immeritò igitur excessus caloris & in cerebro & in corde facit temerarios, sed quia in cerebro, non nisi per morbum, de qua dispositione hîc non agitur, potuit verè Galenus numerare signum hoc inter propria & inseparabilia cordis calidi, sani tamen.

1. de anima cap. 1.

6. Epid. sect. 2. 78.

Iracundi, & irati discrimen.

Tuscul. lib. 4.

DE

De postremo verò signo proprio hispidi pectoris, cur ex partibus thoracis pectus maximè hispidum sit, causa est, quia vniuersum pectus homini pilosius est tergo, contra institutum reliquorum animalium.

3. de hist. 1.

Quare vbi cor calidum est, manifestissima erit in pectore hirsuties. Sed cur id peculiariter homini datum est? Fortè quia hirsuties pro armatura præstatur brutis ea parte, qua iniuriis parent: ea est tergus, prona enim incedunt: nam & squamæ & aculei & cutis multo crassiora in tergore gerunt quàm in ventre. In homine verò cùm recti incedant, pars anterior eo magis indiguit pilorum tegumento, quo magis caret vertebrarum & musculorum munimento. Fortè etiam ex materiæ euenit necessitate, nam fuligo in parte calidiore magis abundat, calidior autem est anterior pars posteriore. Sed cur calidior est pars anterior? primùm, quia licèt cor in medio thorace locetur, prohibetur tamen retro operari ob crassitiem interpositorum musculorum & ossium. Altera causa, quia à frigiditate spinalis & vertebrarum impugnatur cordis calor eò accedens & infringitur: & ideò enim rigores per dorsum inuadunt, sicut sudores multo magis vrgent pectore quàm dorso.

9 probl. 18. 3. de part. 4. & lib. de iuuent. vlt.

Accedit, quòd licèt cor plurima parte in medio situm sit: verùm mucro antrorsum vergit. Sed cur mucro cordis inclinat antrorsum? Aristoteles dixit vniuersale esse vt in omnibus animalibus vergat mucro ad partem, in quam fit motus. Cùm enim opinetur neruos motrices terminari ad fibras cordis, ipsas verò fibras in cuspide vniri, ideò ait vergere ad partem motus, vt ad eum situm adducat contractione fibrarum membra mouenda, cúmque constet non esse recipiendam eam rationem motus, terminarique motorios neruos ad cerebrum, non ad cor: superest, vt alia ratio inueniatur, ob quam cuspis illa antrorsum inclinet. Ea afferri potest, vt eo situ calidiorem reddat partem, in quam fit motus.

Cor cur antrorsum.

Nam membra eius partis, in quam mouemur, deferunt vniuersum corpus, reliqua pars posterior portatur magis quàm portat. Id autem quod portat, maiorem calorem requirit, quàm id quod portatur.

6. de vsu. 7.

Aliam rationem comminiscitur Galenus: cùm enim cor cum tegente pericardio in medio thorace pendeat, & periclitetur in validis motibus saltus & tremoris cordis, decidere à aliquam quatuor differentiarum situs in medio: deduxit membranas duas intersepientes à pectore ad dorsum tensas, tanto in medio interuallo, quãtum est pericardij spacium quæ impedirent inclinationem cordis ad latera. Ne autem retrorsum in motibus dictis inclinaret, qua parte dictæ membranæ ad dorsum implantantur, coëunt: vt ita prohiberent etiam ad dorsum inclinationem. Superest pars anterior, in qua membranæ intercipientes tanto magis separantur mutuò, quanto ad posteriorem fastigiantur & coëũt. Quia ergò inclinationem ad pectus non impediebant dictæ membranæ, neque licebat creare alias, quæ duas priores intersecarent, ne prohiberetur ventilatio pulmonis, apposuit cordi apicem antrorsum fastigiatum, qui in violentis cordis motibus incidens pectori prohibet, ne cor finibus suis parte, scilicet, sui nobilissima accedat ad pectus, & offendatur in tactu. Addit Galenus, hispidas reddi partes illis proximiores: ita enim vertit Leonicenus *hypochondria*. Sunt autem hypochõdria partes subcartilagineæ supra loca inania sita, quę regio occupatur ab hepate dextra, ab splene verò sinistra: & indicant hispiditate sua hepatis & lienis calorem, cordis verò tunc solùm, cùm excedit, & vicinis communicat.

Signa verò non iam perpetua, sed frequentia sunt similis temperiei totius, membra enim singula corporis toti imprimunt temperaturam suam, non pari tamen omnia vi. Vilia enim membra, & parua minimam vim habent: vnde reprobantur apud Galenũ, qui ex temperamento vnius partis pronunciant de temperamento totius, verbi gratia, ex adunco naso totius humiditatem, ex glaucis oculis corporis frigiditatem.

2. de temp. ad finem.

Nec idcircò accusandus Hippocrates, qui primo & tertio Epid. ex glaucedine oculorum colligebat naturale totius temperamentum, vel ex aspera voce, vel nigris capillis, quia ex vno tali non licet pronunciare.

5. ca. de oculis.

Iungere verò omnia tam totius signa: quàm partium conspirantium in vnam tẽperiem, & nil negligere coniectantem, summum est medici munus, & valdè commendandum.

6. de plac. 10.

Ergò cùm membra immutent totum, eò quòd à se profectũ instrumentum corpori communicant, definiatur autem principale membrum, quod toti impartitur vel materiam, vel vim, sequitur, vt inter membra principalia potissimum assimilẽt sibi corpus. Nec ea tamen omnia vno ordine, sed inter principalia maximum testes. Hi enim non materiam præstant corpori, non spiritum, sed qualitatem simul cum tenuissima aura, vnde conciliatur carnibus seminalis nidor, & sapor, & insuauitas cum calore & gracilitate, & ad actiones robur & audacia. cerebrum verò iam spiritum communicat sibi attemperatum, quem perpetuò subministrat. potentius est hepar, vt quod etiam alituram materiam mãdat. Cùm ergò hepar assimilet sibi sanguinem, sanguis verò attemperet sibi membra: fit, vt multum possit hepar in alterandis membris omnibus. Omniũ habet cor vires maximas: nam & sanguinem arterialem mandat à materia operantem alentemq́; & vitalem spiritum non minùs imprimentem: deinde excedit summopere in potentissima & violenta qualitate caloris, cui innatum est, omnia peruincere assimilareque sibi.

1. d. tēp. vlt.

Prętereà non solùm cordis calore fruitur reliquum corpus, sed & hepar ipsum in sanguine conficiendo: quare etiam sanguinis venalis consensu trahit in suum temperamentum corpus. Cùm ergo reliqua membra dempto hepate si conferãtur cordi, ferè nullam vim habeant immutandi corporis, meritò addit Galenus pro frequenti, *non perpetuo signo*, quod ex magna parte corpus consequtit cordi: nec in eo opere à reliquis impeditur, dempto hepate: nec verò etiam ab hepate vniuersim impediri, aut obuiari potest, sed tum demum, si valdè repugnauerit, id est, si intemperies contraria hepatis valde excesserit lapsum cordis ad contrarium. Si enim pares lapsus fuerint amborum, ad contraria, cor dignitate & potẽtia vincet, assimilabitque sibi corpus, repugnãte licèt hepate. Sed videtur obstare, quod scribitur lib. de Maras. impossibile esse, vt vniuersum corpus corripiatur aliquo intemperamento, si aliud obtinet cor: & ratio, quia cum membrum conseruans temperaturam totius sit cor, non potest manente eo principio conseruante immutato, acquiri nouum cor

temperamentum. Sed locus ille agit de affectibus intemperamenti morbosi, & post ortum contractis: hic de intemperamentis sanis ab ortu: & quia in prima formatione membra nō acquirunt temperamentum suum à corde, sed cor non secus quàm reliquum corpus à formatrice, potest pro materiæ varietate aliud recipi in corde, aliud in reliquo corpore temperamentum.

NOTA postrema calidi cordis ex amplitudine thoracis colligitur: hanc etiam numerat inter frequentes non perpetuas. Causa, quia calidum cor amplificat thoracem duplici nomine: partim, quia calor vniuersim distēdit: partim, quia informatrix post creationem cordis calidi domicilium parat sufficiēti aëri recipiēdo ò calidi cordis subsidiū. Et cùm ex suprà traditis, ossa vniuersa corporis respondeant ferè capitis magnitudini, imò & vniuersum corpus, nam musculi ossibus, vasa musculis respōdent, fit, vt ex effectu duarum causarum non possit colligi status vnius ex eis, sed sub disiunctione, vel huius, vel illius: Amplius ergò thorax significat, vel calidum cor, vel magnum caput. Quare ita solùm licet colligere: Est amplus thorax, & caput non magnum, ergo cor calidum. Sic paruus thorax vel nascitur ex frigiditate cordis, vel paruitate capitis: ita ergo solùm colligi potest. Angustus est thorax, nec caput paruū: igitur cor frigidum est. Si verò respondet capiti magnitudo thoracis, (ait Galenus) non colligitur temperies cordis ex hoc signo: sed per alia indaganda est. Sed audiēdum est, quomodò incusetur à quibusdam Galenus: nam cùm magnitudo thoracis, inquiunt, cordis calorem & capitis magnitudinem sequatur si respondet proportione capiti, intelligitur cor nec frigore suo cōtraxisse eam magnitudinē, nec calore amplificasse: quare colligitur cor temperatum esse ex ea proportione, quod Galenus hîc negat. Verùm Galenus meritò ablegat à medicis signis, id est, vtilibus ad cognoscendam temperaturam cordis, quæ inuestigatur, magnitudinem thoracis proportionalem magnitudini capitis: nam si caput est magnum, simul & thorax, incertū est, num magnitudo thoracis habeat pro causa calorem cordis, an capitis magnitudinē: cùm ergo agnitio quantitatis in magnitudine dictorū mēbrorum effugiat medici sensum, agnosci non potest ex eo tēperies cordis. Si enim agnosceretur amplitudinem capitis in ordine ad mediocre esse, vt vnum, pariter & thoracem vltra moderatam magnitudinem increuisse, vt vnum, meritò colligeremus cor esse tēperatum: sicut si cùm magnitudine capitis, vt vnum, thorax esset amplus, vt duo, meritò colligeretur cordis recessus per calorem. Sed quoniā eiusmodi quantitates excessuum & defectuum membrorum in quantitate, vel omnino sensu percipi nō possunt, vel difficillimè, meritò excluduntur apud Galenum expertissimum medicum à medicis signis. Illud verò non malè quidam huic signo adiiciūt, quòd licèt ex Galeno magnitudo hic thoracis sequatur, & ad capitis magnitudinem, & ad cordis calorem: verùm in thoracis magnitudine est considerare lōgitudinem, quæ sequitur vertebrarum longitudinem, quibus duodecim costę articulantur, & latitudinem, vel amplitudinem, quæ magis sequitur cordis calidi distentionem. Itaque vt euadat augumentum thoracis non frequens, sed perpetuum calidi cordis indicium, vel addēdum est, *modò iungatur capiti non magno*, vel intelligendum est, augmentum, non secundùm longitudinem, sed etiam secundùm duas alias situs differentias.

Obiectio.

CAP. XXX.

In frigidiore verò corde pulsus minores existunt, quàm modo natura conueniat, non tamen necessariò tardiores, vel rariores. Respiratio autem, siquidem tanto thorax minor extiterit, quāto cor frigidus, pulsibus erit proportionalis. Si verò maior fuerit, quàm pro frigiditatis vehementia, non minorem tantùm, 1 sed etiam tardiorem & rariorem naturam ostendit. Tales autem timidi sunt natura & sine audacia 2 & segnes. & nudum pilis pectus habent. De eius verò paruitate distinguendum est, vt diximus priùs, eodem modo & de totius corporis caliditate.

RESPONDENTIA superioribus signa recenset in frigido corde: quatuor, scilicet, inseparabilia, & duo frequentia tantùm: quæ tamen duo additis suis distinctionibus redduntur perpetua.

1. *Sed etiam tardiorem, &c.*] Legendum est [*non minor tantùm, sed & tardior & rarior fit respiratio.*]

2. *Et segnes*] Alibi legitur. *μελλῆται, cogitabundi & cunctantes in operibus*: quo verbo Galenus significat affectum animi oppositum ad promptitudinem actionum: nam qui minùs valent audacia, solent cogitatione supplere.

EX ENARRATI capitis sententiis duo in quæstionem vertuntur. Primum, de signo à pulsu, videtur enim cōtra alibi definita suppunere, quòd deficiēte vsu acquiritur paruitas ante tarditatem & raritatem, cum ibi sit definitum, in diminuto vsu priùs acquiri raritatem, inde tarditatem, tandem paruitatem. At in præsenti non solus vsus minuitur, quod supponit Galenus lib. citato, sed etiam facultas infirmatur, tum ob factum iotem peramentum, quod ab ortu contraxit, tum, quia frigidum est, quæ qualitas innato calido plus officit. Cùm ergo via debilis non possit cor periodo ac firma moderati cordis attollere, conuincitur in frigido corde perpetuò pulsus apparere paruos: potuit & illa causa paruitati addi, quòd frigidum cor cùm angustet vasa, format arterias minores, minores autem arteriæ pulsus edunt minores. Sed cur fit gratia infirmatæ facultatis pulsificæ, fit perpetuò paruus pulsus, gratia diminuti vsus non fit perpetuò etiam rarus? siquidem familiare est diminuto vsui, vt priùs raritatem monstret pulsus quàm reliquas differentias duas? quia magis minuitur facultas, quàm vsus, vnde cùm præ paruitate pulsus non sufficiat vsui licèt diminuto, sæpè cogitur non solùm consectuare moderatam velocitatem & frequentiam, sed etiam ea augere: quod apparet in pueris & fœminis, si viris conferantur, habent enim pulsus minores, sed velociores & frequentiores viris. Obiicit Turisanus ostēdens aduersus Galenum, non reparare vim pulsificam defectum magnitudinis in pulsu, velocitate & frequētia multiplicitet: Primò, cùm sit vis naturalis perpetuò operās, non fatigata in opere non deficit io pulsu ob fatigationem. Verùm etiam naturales facultates singulæ interquiescunt, dum per vices operantur, & vicissim ociantur, operante enim tractrice reliquæ quiescunt. Sequitur cōtricis operatio tādem expultricis: pulsatilis verò ocia habet manifesta per inter

Dubitatio. 1. de differ. pulsu. c. 6.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

intermedias quietes , non secus quàm facultas
animalis per somnũ ociatur : quare omnes facul-
tates licèt varia, sua ocia habent, in quibus con-
Secuoda. cidentes vires reparantur. Altera eiusdem obie-
ctio, vis tractrix deficiens in opere ob imbecilli-
tatem non subuenit velocitate & frequentia, aliàs
in atrophię morbo corpus non gracilesceret. Sed
soluitur, constat vim pulsificam habere natura-
Solutio. lem agnitionem vsus sui, siquidem pręsente febre
auget differentias caloris, præsente frigore mi-
nuit & in debilitate facultatis intermittit: Si ergo
in augendis his differentiis, magnitudinis, velo-
citatis, frequentiæ, aucto calore nulla est dubita-
tio, cur non credetur habere eandem prudentiam
in obseruando ordine earum, vt suppleat magni-
tudinem vel velocitate, vel frequentia? nec altrix
facultas expers est eius prouidentiæ, nam conua-
lescens & famescens, licèt debiliore facta facul-
tate, velociùs rapiunt ad membra alimentum: &
puer & senex, imo omnes per æstatem crebriùs,
sed parciùs, ob debilitatem ingerimus. Nec ideò
sequitur hominem in atrophia non gracilescere,
quia tandem debilitata facultas nec trahit velo-
Tertia. citer, nec frequenter. Nec verò plus potest illa:
Solutio. Velox motus & frequens arguunt mouentis po-
tentiam, non impotentiam, ergo ex debilitate nõ
increscent hæ differentiæ. Noo enim asserimus
ob debilitatem absolutè augeri velocitatem mo-
bilis: sed quod ob mouentis debilitatẽ fit paruus
motus, eò quòd eleuatio magna arteriæ est opus
requirens maius robur, & quia paruus, ideò sæpè
Quarta. velox ob necessitatem. Est enim ea debilitas vir-
tutis, quæ non possit ad opus validum magni pul-
sus, potest tamen ad debil : frequentis & velocis.
Cùm autem vrgent, sequeretur in statu accessio-
Solutio. num pulsum debere esse minorem : est enim eo
3. de præs. pul. 1. tempore virtus propter auctum cordis calorem
imbecillior. Dicendum est calorem vigoris per
statum accessionis auctum, augere vsum tantùm,
non debilitare facultatem, eò quòd non est facta
intemperies: ideò constante vi, aucto vsu, fit pul-
su maior, non solùm velocior & frequentior.

DE POSTREMO verò signo à respiratione:
Quòd ait respirationem esse proportionalẽ pul-
sui, id est, semper paruam, non semper tardam, vel
raram, quando thoracis magnitudo cordis frigi-
ditati respondet, id est, si thorax minor est mode-
Dubitatio. rato, habet dubitationem contra dicta, quòd di-
minuto vsu fit respiratio parua, antequàm fit tar-
da vel rara, nec patitur solutionem datam de pul-
su, videlicet quòd hic non minuitur solus vsus,
Solutio. sed etiam facultas cordis. Nam cùm respiratio nõ
sit munus cordis, sed cerebri, non supponitur hic
facultas respirandi labefactata. Eam ita diluen-
dam esse reor, quando vsus minuitur inuariatis
reliquis duabus causis pulsus continentibus, vel
respirationis, videlicet facultate & instrumento,
prima differentia acquiritur raritas, inde tardi-
tas, tandem paruitas: in præsenti verò supponitur
non solùm vsus diminutus à moderato propter
cordis frigiditatem, sed etiam instrumentum tho-
racem scilicet defecisse à moderato, & variasse,
Dubitatio. idcircò primùm ibi acquiritur paruitas. Si verò
quæratur, cur suprà de corde calido nõ addidit de
magnitudine thoracis distinctionem, respondere
eam nonnunquam calori cordis & non paruitati
capitis: Arbitror supplendam esse ex hoc loco: ibi
autem explicatã non est, quia nondum præces-
serat doctrina de quantitate thoracis, quomodò
respondeat modò temperamento cordis, modò
quantitati capitis.

CAP. XXXI.

Cor autem siccius pulsus efficit duriores, & iram promptam quidem, sed seram, & quæ non facile sedari queat, magnaque ex parte vniuersum corpus siccius existit, nisi hepar obstiterit.

SOlum ex ira sumptũ indicium quiddam con-
trouersum habet. Sed locus opportunus est,
in quo de respiratione & pulsu difficilia capita
agitentur, inquirantúrque vtriusque causæ. Ergo
de nota ex ira: vna causa est, cur siccum cor tardè
recipiat iras simul, & tardè deponat siccitas. Nec
obstat, quod ira, cùm sit appetitus vindictæ ob con-
ceptam noxam, in anima recipitur, in qua non vi-
detur, quid faciat siccitas vel humiditas. Quia cùm
ira recipiatur non magis in sola anima, quam in
solo corpore, imò in vno ex ambobus constante,
potissimũ in corde, cùm sit sedes affectuosæ ani-
mæ partis, nõ secus quam lumen à recipiente me-
dio variatur: ita vt siccum cor, sicut figuras, ita &
iras difficulter & suscipiat & demittat. Quod au-
tem hic quidã obiiciunt Galeno facilẽ excande-
scentiã calido cordi magis quam sicco ascribẽdã
esse, nil vrget: nam magnitudo iræ calori ascri-
benda est, paruitas verò cordis frigiditati, verùm
promptitudo ad irascendum ab humiditate cor-
dis, sicut tarditas irascendi à siccitate eiusdẽ na-
scitur. Quod item quidã adiiciunt pro signo cor-
dis sicci magnitudinem & frequentiam pulsus, eò
quòd siccitas exacuit calorem sicut humiditas
obtundit, recipiendum non est: nam hìc supponi-
tur, quod suprà ostensum est, siccitatem dari sim-
plicem, ita vt in actiuis nulla fiat mutatio, sed pla-
nè conseruetur temperies in illis, quare pulsus in
differentiis caloris nullam recipiet diuersitatem.
Postremò memorandum est, vt hic de solis sanis
agatur: nam in ægris nil impedit cum corde hu-
mido iungi durum pulsum, quod in pleuretico
humidi cordis facilè reperitur.

MAIORIS operis & ingenij est sequens per- *Agens respirationis.*
scrutatio: quod sit agens respirationis, de quo &
prisci & iuniores variè disceptant. Aristoteles o- *Libr. de mort. & de iuuent.*
pinatur causam esse solam spumificationem ebul- *3. de diffic. 5.*
lientis in corde sanguinis in inspiratione, in ex-
piratione verò refrigerationem eiusdem sangui-
nis ab ingrediente frigido aëre. Sequuntur eam
sententiam inter medicos grauissimi Erasistratus
& Asclepiades, habent autem duplicem exposi-
tionem. Prima, vt intelligatur non intercedere in
eo opere vim aliquam animæ: altera, vt iudicetur
principale agens in eo motu composito esse vim
animæ, vti autem, ceu instrumento, dictis ebulli-
tione & refrigeratione. Putat Auerrous Aristote- *1. Cant. 74.*
lem ad hunc secũdum modũ intellexisse, vt scili-
cet, cor repræsentet clibanũ, facultas animæ cli-
banariam, quæ pro coquendis panibus calorem
moderatur, & mittitur. Colligunt eam fuisse Ari-
stoteli mentem, eò quod in paruis naturalibus, quo
loco superiora habentur, cùm sint scripta post li-
bros de anima, inquirit de affectibus animæ, non
causam primariam, scilicet, animæ potentiam,
quam ex libris de anima demonstratam supponit,
sed instrumẽtariã tantum & proximam. Ita enim
libro de somno & vigilia, causam somni adstruit

enaporarionem alimenti, expergefactionis verò demandationem geniti ſpiritus, cum in vtroque opere primarium agens ſit animæ virtus. Præterea in libro de reſpiratione affirmat creatum eſſe pulmonem reſpirandi gratia, ergo non fit ex mera ebullitione in corde reſpiratio. Addunt, quòd eodem libro ſubdit, ſimiliter animalia ex reſpirando refrigerari, vt plantas ex alimento, ſed plantæ alimento ex vi animæ fruuntur, ergo & animalia reſpiratione. Sed præſtat vtranque interpretationem dictæ ſententiæ ſeorſum refellere.

Redargutio prima. 8. de plac. 14. Primam ſic: conſtat apertis experimentis, tempus vnius reſpirationis complecti plures pulſationes, ergo non diſtenditur, pectus & contrahitur ad cordis motum. [Secunda.] Deinde attractio aëris ad vſum refrigerij oportuit, vt variè fieret, pro varietate vſus, ſimiliter & contractio varia pro fuliginum copia, aut inopia, ſi ergo natura non creauit tam neceſſariis vſibus facultatem animę variè pro vſibus diſpenſantem, manca fuit. [Tertia.] Quid, quòd in nullo ebulliente externo liquore etiam maximè vniformi viſitur æqualitas, & ordinatio reſpirationis, ergo multo minus in ſanguine cordis conſtante ex quatuor ſubſtantiis temperamento & [Quarta.] conſiſtentia diuerſis. Adde, quòd pro arbitrio poſſumus inchoare inſpirationem & terminare, eamque celeriorem & tardiorem efficere: ergo non naſcitur ex mera caloris neceſſitate. Nam vſque ad mortem etiam retineri poſſe oſtendit ſeruus iratus, apud Galenum. [Quinta.] Confirmat opinionem, [Sexta. 2 de mot. muſc. 7.] quod indicat reſpiratio diſpoſitionem virtutis, aut validam, aut inualidam: ergo ea concurrit in opere. Demũ ex veneno etiã frigido aſſumpto cor vehementiùs pulſat: ergo non naſcitur à ſanguinis ebullitione, qui in eo caſu concreuit, ſed à vi cordis pulſante. [Redargutio prima.] Altera verò oppoſitio dictæ ſententiæ ita impugnari poteſt: facilius eſt animæ per vim mouentem moderari diſtentionem & contractionem cordis à villis profectam, quàm moderari ebullitionem ſanguinis. Non itaque vtitur in eo opere, tanquàm inſtrumento ea ebullitione, quam facultas animæ moderetur. Probatio aſſumpti: quia moderari ebullitionem eſt augere illam, vltra quam requirat calor, vel extinguere citra terminum à calore intentum, quæ difficiliora ſunt quàm ſimpliciter dilatare & contrahere cor, vel pectus. [Secunda.] Iam villi duri & multi, [Tertia.] quibus cor texitur, ſicut atteſtantur motui per virtutem contrahentem operanti, ita impediunt diſtenſionem à flatu. Conuenitq; facultatem vitalem per villos operari, ſiquidem reliquæ animæ facultates motus ſibi peculiares per villos exercent. Nam animalis contractione muſculi fibroſi interni claudit membrum, externi aperit: naturalis facultas contractione longi villi trahit, rotundi expellit. Ergo & cor contractione longorum diſtenderur ad tractum, rotundorum colligetur ad expulſionem. Relinquitur agens reſpirationis eſſe vim animalem per villos muſculorum ſepti & pectoris operantem.

[Agens pulſus. Loco citat. 2. collect. 9. & 1 Cantic. citato.] QVID VERÒ de pulſu? Ariſtoteles videtur aſſerere, diſtendi pulſus omnes ſimul cum corde, propterea ꝙ conſtant tunicis duris cum corde diſtento cohærentibus: licèt Auerrous interpretetur Ariſtotelem de cauſa iuuante tantùm, non de primaria, potiſſimáque. Altera ſententia eſt Turiſani: ꝙ ſicut cor ex ebulliente intra ſe ſanguine pulſat, ita arteriæ ex ebulliẽte intra ſe ſpiritu ſanguini permixto. Tertiam aſtruunt Eraſiſtratus & Aſclepiades, opinantes in ſiniſtro ventriculo cordis, & in arteriis omnibus ab eo ortis ſolùm aërem contineri, ſicut in dextro & venis cum eo hęrẽtibus ſanguinem: iuxta quod placitum opinantur diſtendi arterias, eo quòd replẽtur aëre a corde contracto demandato, ſicut contrahuntur, eò quòd inaniuntur aëre, à corde diſtento attracto.

[Redargutio prima.] Ex quibus prima ſententia ita refellitur: Arteriæ etiã capillares tenui molliq; membrana, quandiu viuunt conſtantes, nõ poſſunt ob continuitatem, [Secunda.] quam cum corde longiſſimè ſito habent, in eodẽ momento cum corde moueri & quieſcere, maximè cum vndiq; circundentur mole carnea impediente diſtentionem. Præterea ſi continuitas ſola ſufficit pulſationi, oporteret venas pariter pulſare, quæ omnes intermedio cauæ cordi cohærent: vnde ad cordis motum pars cauæ cordi proxima pulſat. [Redargutio prima] Turiſanus verò ita refellitur: ꝙ ſanguis in corde contentus totus ſimul ebulliat, vnde totum cor ſimul diſtendatur, rationabile eſt: ſed ꝙ vniuerſus ſanguis per totã arteriam extẽſus ſimul incipiat ebullire, ſimulq; ceſſet, abſurdum eſt, [Secunda.] cùm in tam longo ſpacio ſanguis quantitate & qualitate valde variet. [Tertia. L. an ſang. in arteriis. vlt.] Et quomodò non magis ebulliet ſanguis in aorta, imò etiã in vena caua cõſonizantis, quàm in arteria, parua pedis ſani: quare oporteret plus & frequentiùs pulſare vnam arteriam altera, imò vnam venam arteria. [Redargutio prima.] Sed & vrget experimẽtum de calamo immiſſo intra arteriam, & ligato ad arteriæ tunicam, de quo meminit Galenus. Ex quo conuincitur pulſare arterias ex eo, quod per tunicas earum deriuatur, non ex cõtento ſpumificante. Eraſiſtratus verò ſic: Conſtat ex lib. Galeni citato in cordis ſiniſtro ventriculo & arteriis contineri naturaliter ſanguinem. Cùm ergo pellitur à corde, cùm non poſſit per craſſam ſanguinis molem in arteriis cõtẽtam vno impetu detrudi vſq; ad fines arteriarum, non potetit tota arteria ſimul pulſare, quod experimur. [Secunda. Lib. de vſu. puls. 6.] Manifeſta verò probatio eſt: datur pulſus paruus, [Tertia.] ſed vehemens, datur magnus, ſed languidus: Ergo vis eſt, quæ mouet arterias vltra contentam materiam. [Pulſatio cuius facultatis opus.] Nec inualidum eſt experimentum canalis intromiſſi arteriæ mõſtrans apertè vim mouentem communicari per arteriarum tunicas. [Propoſitio prima. Secunda.]

ILLVD conſiderandum eſt, poſtquàm cõſtat eſſe vim animæ pulſificam, qualis vis animæ ſit: quæſtioni. B. Thomas in opuſculo de motu cordis ferè tribus propoſitionibus reſpõdet. Prima, nõ mouet anima cor intermedio alicuius ex quinque facultatibus ſuis, vegetatiua, ſenſitiua, appetitiua, ſecundùm locum motiua, intellectiua, ſed ſe ipſa ſola: ſicut cœlum à forma ſua, & leue & graue à ſuis ad certa loca mouentur. Secunda, docuit naturalem motum animalis prodeuntem ab anima ſenſitiua, vt anima ſenſitiua eſt, eſſe pulſationem & in corde monſtrantem eſſe quidem pulſationem, quia eſt motus compoſitus ex tractu & pulſu, atque adeò ſimillimus circulari, ſed eatenus deficiens, quatenus interſecatur is motus quietibus, cùm circularis ſimiliter conſtet ex tractu & pulſu non interſectis, ſed continuis. Quemadmodum enim cæleſti corpori corporum nobiliſſimo conuenit circularis motus inter motus perfectiſſimus: ita inter inferiora corpora animali inditus [Tertia. 3. de anim. 9.] eſt à ſua forma circularis, ſed deficiens motus, quẽ pulſum vocant, eò quòd ſit inter inferna corpora

pota nobilissimum. Tertia, licèt motus animalium pendeat ab apprehensione, & liber sit: verùm initium motionum omnium, id est, motus cordis, in quod primum anima recipitur, à natura est. Ita enim & reliquæ potentiæ, licèt sint voluntariæ in processu suorum operum, verùm initia & veluti seminaria innata habent à natura indita, verbi gratia, in intellectu assensus dignitatum, in

Redargutio prima. 8. de plac. 1.

appetitu appetitio fœlicitatis, sic in motu corporis pulsatio cordis, initium est omnium animalium motionum. Sed aduersus hanc sententiam est primò, quòd in corpore sunt motus triplices: vnus arbitrarius, alter cordis & arteriarum. Tertius alimenti: quorum nullus pendet ab aliis, &

Secunda.

apparet virium in quouis illorum illæsis reliquis duobus principiis: Ergo cor non est origo motus arbitrarij. Prætereà, agnitio & assensus dignitatum naturalis conducit indagandis reliquis ve-

Tertia.

ritatibus non pugnans cum processu. Sic in principio appetitiuo electio fœlicitatis: motus verò pulsus inuoluntarius pugnat cum arbitrario: quare non potest esse initium & origo reliquorum. Quod si oportuit dari motum aliquem naturalem initium motus arbitrarij, præcedebat motus

2. Collect. 7.

alimenti constans ea tractu vtilis & pulsu noxij, & motu sursum pariter & deorsum. Facilior sententia & experientiæ consonantior, quamque Auerrous secutus esse videtur, habet, vim pulsantem esse partem facultatis vegetantis. Cùm enim facultas vegetabilis communis sit plantis & animalibus, in plantis solas reparat partes, quibus plantæ abundant, terream & aqueam tractu alimenti vel solidi, vel liquidi. In animalibus verò separātibus plantas spiritu aëreo & igneo, duplex est vegetabilis operatio, prior, in solidum alimentum ad membrorum & carnium reparationem: posterior, in circunstātem aërem & sanguinis vaporem, quo spiritus exhaustus restituatur: nec aliter trahitur alimentum spiritus in suum ventriculum, id est, cor, vnde per canales, id est, arterias ad cerebri ventriculos deducitur, vt animalis spiritus perficiatur demandandus per neruos in vniuersum corpus, quàm membrorum nutrimentum ad ventriculum, inde ad hepar, à quo par venas in corpus distribuitur. Et quemadmodum illic villi longi cordis trahunt vtilem aërem, rotundi expellunt inutilem suliginem: ita in membrorum alimoniam longi villi ventriculi, & intestinorum trahunt vtile, rotundi expellunt inutile: quanto autē dissolutio spiritus promptior est quàm car-

1. de sanit. 2.

nium, tanto frequentiorem instituit distentionis & cōtractionis motum in corde & arteriis, quàm alimenti ingerendi & excrementi expellendi vices, id quod significauit Galenus asserens similiter reparari ignem & aërem respiratione & pulsu, vt terram cibo, aquam potu. Hæc itaque sententia de motu cordis, vt facilior, & medicinæ authoribus probata, recipienda est: nam præter alia, si est ab anima sensitiua, vt talis forma est, cùm informet totum animal, oporteret toti animali inesse motum pulsus, sicut toti cœlo, & cuiuis parti eius inest motus circularis, & grauis partibus motus deorsum.

Dubitatio prima.

SED soluendæ sunt dubitationes. Prima, si est operatio vegetatiuæ facultatis pulsatio, cur separantur medicis, ceu variæ facultates naturalis, & vitalis? Ratio: meritò separant, quia distant communitate, nam naturalis vis plantis omnibus simul & animalibus communis est, vitalis solis animalibus. Distant & origine, cùm naturalis in hepate, vitalis in corde initiū habeat. Demum duæ partes sunt vegetatricis in animali. Appellare autem etiam vitalem naturalem & Galenus solet.

1. de natur. facul. 1. 7. de vsu p. 6. de san. 2.

Nam altricem vniuersim vocat, non facultatem animæ vegetantem, sed naturam, Stoicorum more, eò quòd plantas ipsas vocent φυτὰ naturalia. In qua significatione sæpè scribit, ambas has esse naturales, vel corporeas, & thoracis motum scribit ab anima fieri, cordis à natura: sicut apud Aphrodis. in problem. anima interdiu operatur, natura verò noctu: per animam enim facultatē sentiendi & mouendi intelligunt, per naturam verò vegetatiuum principium. Si autē lib. de his, quæ

Sect. 5. com. vlt.

in medicat. scribit respirationem esse naturalem operationem, naturale opponit operi violento & præter naturam: non secus æquiuocat etiam in nomine liberæ operationis: vocat enim perpetuò liberam operationem eam, quæ animalis est & arbitraria, alibi autem vocat pulsum actionem liberam, non respirationem: intelligens per liberam,

1. de diff. spir. 18.

eam, quæ suo impetu dicitur & arbitrio nostro non subiacet.

Secunda.

SECVNDA, si est naturalis motus pulsatio, quomodò fit ad opposita. B. Thomas satisfacit, quod habent duo vicem vnius circularis, sed deficientis: facile tamen est asserere, formæ inanimacorum vnum motum tantùm à natura conuenire: animato verò ob organorum varietatem, & quia ex se apta est totum alere, & toti extēdi, conuenit motus ad opposita: vt plantis crementum deorsum sursum, & ad vtrunque latus, mandatio sanguinis & spiritus in totum: attractio alimenti sursum & expulsio deorsum: imò tamen est perpetuum, quod vbi est vna facultas animæ mouens ad vnam partem, datur alia similiter animæ facultas ad oppositum. Quod hoc argumento colligit Galenus

Lib. de vsu puls. 8.

contractionem pulsus prodire à facultate animæ contrahente, quia dilatatur pulsus à facultate animæ distendente: sicut omni musculo mouenti ad vnam differentiam, opponitur alter mouens ad oppositam. Sicut ergo in altrice membrorum attractria & expultrix sunt facultates animæ genere vna, specie variæ, ita in pulsatili cordis.

Tertia. 4. de præs. puls vlt. De form. fœtus. 9.

SED ET illud quæritur, sitne pulsatio cōmunis operatio omnibus animalibus? dixit enim alicubi Galenus solis calidis communem esse, alibi addubitās, addit frigida animalia hæsitātia, vel nullam, vel paruissimā pulsationē habere: sed probabilius est, quod licèt paruā, omnia tamē animalia pulsationem habeant. Si enim omne animal definitur sensu & motu: sensus autem & motus requirunt animalem spiritum, animalis spiritus citra pulsationem nō alitur: omne igitur animal pulsat.

Quarta. 2. de anima vlt. Libr. de marasm. prima.

CVR VERÒ vocetur vitalis? Sanè, licèt animæ functiones variæ sint, verùm ita definitur inter eas potissimùm nutritione: tandiu enim viuimus, quandiu nutrimur: & apud Galenum viuorum tria sunt genera, animalia, plantæ, semina, videlicet, quia tot sunt quæ aluntur. Cùm autē alitio animalis partim sit membralis, partim spiritalis, meritò animalium vita determinatur spiritus alitione, & refrigeratione, quæ in corde & arteriis perficitur: eò quod ea alitio magis necessaria & perpetua est, nec intermitti patitur, vt sensus, motus, membrorum nutritio. Ideò vitā potissimum agnoscimus ex respiratione & pulsu, mortē verò

ex eo

ex eorum ablatione potissimum in principio, id est, corde. Appellatur itaque vitalis facultas, quia eius præsentia inter omnes animæ facultates, vita agnoscitur, defectu verò mors.

Quinta. POSTREMO, Num distet à vitali vis pulsatilis: quidā astruunt eas differre, licèt ambæ in corde consistant rationibus duabus: prior, vitalis munus est gignere vitalem spiritum, quod arteriæ non faciunt, sed cor: posterior, vitalis reperitur in omni membro viuente per communicationem à corde, ceu fundamentum reliquarum virium, pulsatilis autem communicata à corde in solis arteriis reperitur. Galenus tamen in finitione pulsus vocat vim vitalem eam, qua arteriæ mouentur, & perpetuò alibi. Ad priorem autem rationem, arteriç non minùs quàm cor gignunt spiritum: imò sinister cordis ventriculus ideò gignit, quia arteriosus est. Ad posteriorem, non est necessaria vis aliqua in membris, per quam viuant distincta ab anima & calore innato, siquidem vita, docente Galeno, vel est anima, vel operari animæ, & si quid aliud est, certè facultas non est.

4. de dif. pul. 2. 1. de loc. vlt. 3. de loc. 7. 9. T. er. 10.

CAP. XXXIII.

Calidi & sicci cordis pulsus duri sunt, & magni & veloces & frequentes: & respirationes magnæ & veloces & frequentes, & multò magis ad velocitatem, & frequentiam vergunt thoraci cordi non aucto proportionabiliter, hi verò præ cunctis pectus habent maximè hirsutum & ilia: ad actiones autem prompti sunt & iracundi, & subiti, & mores tyrannici ad furorem faciles, non facilè verò placabiles. De totius autem corporis temperatura & thoracis amplitudine, his, quæ antè diximus, proportionabiliter est distinguendum.

Dubitatio. PRoponit ob causas explicata suprà de cerebri temperaturis, etiam indicia compositi intemperamenti post signa simplicium. In quibus facit dubitationem, quod addit inter differentias pulsus magnitudinem, quam nec in corde calido tantùm, nec in sicco tantùm recensuerat. Quidam soluunt, quia licèt magnitudo sit propria calido cordi, verùm non innotescit in calido tantùm eò quòd temperatura totius ferè respondet temperaturç cordis: quare tales erunt in toto calidi tantùm. Temperatura autem totius calida tantùm, reddit hominem carnosum: caro aucta abscondit pulsus magnitudinem, ita vt discerni non possit. Ideo ibi prætermissa est differentia pulsus ex magnitudine: hîc verò apposita, propterea quòd ex calido sicco intemperamento gracilescit, ita vt non lateat tangentem magnitudo pulsus, gracilescit autem talibus corpus, quia sanguis ex eo intemperamento exustus est ineptus membrorum alitioni, & quia intemperatura composita valde debilitat vires, & quia valdè mobiles sunt, & quia porosi. Cùm tamen suprà alia causa dicta sit, ob quam in corde calido non addidit signum ex magnitudine pulsus, hîc, quòd apposuerit, causa afferri potest: quia vbi iungitur calori siccitas, exacuitur calor: quare tanquàm in calore valdè aucto vltra frequentiam & velocitatem pulsuum, apposuit & magnitudinem.

Dubitatio. Altera dubitatio de signo ab ira. Non enim videtur, cur siccitas sicut facit ad iræ durationem, nō faciat eam ad tardam impressionem & excandescentiam. Sed magnitudo iræ, quam furorem vocat hîc, ex actiuis pendet: velocitas eius aut suscipiendæ, aut demittendæ ex passiuis. Ergo ij non facilè excandescent, sed vbi irascuntur, efferantur, & in furorem prorumpunt: ex siccitate item fit, vt conceptum furorem citò non deponant, quod tyrannorum est.

Nū cor pulsu refrigeretur. Ratio prima. Secunda. Tertia.

SED prosequentes cœptam de pulsu tractationem quæramus, Num cor per pulsum refrigeretur, & respondeantne sibi mutuò respiratio & pulsus? Tertiò, Num pulsus optimus in quauis differētia medium locum obtineat? Quartò, Sintne omnes pulsuum causæ continentes numero tres? De primo, Num cor per pulsum refrigeretur, quod vulgò circunfertur, multa dissuadent. Galenus habet lib. de vsu puls. cordi sola respiratio calorem tuetur. Iam membranæ appositæ aortæ dilatato per ingressum aërem corde clauduntur, ergo non ita cor refrigeratur: aër verò per arterias ad cor accedit sanguinis arterialis commercio, & mora admodum excalfactus, & ineptus cordis refrigerio: cùm habeat natura promptissimam refrigerationem ex attracto per thoracem aëre, quòd si non sufficiebat aëris copia, facilè erat parare pectus amplius & aëris capacius. Ergo distentis arteriis certum est ad illas trahi per externa ora aërem, per interna autem terminata ad ventriculum & intestina tenuem chyli portionem, per ora ad cor hiantia sanguinem & spiritum à corde, quin etiam bonam fuliginum cordis partem: per laterales autem meatus, quos vocat Galenus anastomoseis, trahit à venis, quas ea de causa natura cōnexuit arteriis, venalem sanguinem in arterialis nutrimentum. Contractis verò arteriis fuligines expurgantur, partim per externa ora in continentem aërem, partim in inanitatem arterias circundantem, quam motus arteriarum gratia natura fabricauit: exprimitur & in venas aër ventilaturus contentum in venis sanguinem: spiritus verò & arterialis sanguis in vsum alendorum membrorum calidorum, & in calidi adiutorium membris communicantur, nec non aliquid recepti aëris cordi mandatur.

de vsu puls. 6. & 3. natur. facul. 14. 7. de vsu. 9.

Obiectio. Nec obstat, quod dictum est, cordi solam sufficere respirationem ad caloris sui conseruationem, quia refrigerio eius satisfit inspirato aëre. Sed non potuit vitare natura, quin compressione arteriarum vndique fiat contentorum expulsio: ita vt etiam ad cor portio aëris mandetur, quæ & ipsa licèt excalfacta iuuet ex parte cordis refrigerium. Sunt enim (quod dicit Hippocrates lib. de alim.) omnia in omnibus, & est corpus nostrum intrò & extrà transpirabile & confluxibile.

Obiectio. Non obstat item, quod dictum est partem fuliginum cordis mandari per aortam in omnes arterias expurgandam per arteriarum externa ora, reliquam verò partem per arteriam venosam in pulmones detrudi per expirationes purgandam: cùm videatur magis conuenire, vt vniuersa fuligo per aortam mandetur, non per venosam arteriam. Nō enim solet natura, dicebat Galenus, per eos meatus excrementum remittere, per quos paulò antè vtile traxit, ne videlicet ex commercio inutilis in via alimētum vitietur. Sed vtilis aër per arteriam venosam ad cor trahitur, ergo inutilis fuligo per eam non pellitur. Nam & apud Aristotelem communissimæ plurium partes animalium sunt, qua alimentum trahitur vna, qua pellitur excrementum altera, non vna vnquam facit vtrique operi. Hanc obiectionem ita diluendam reor: Ex longis interuallis mandat natura

6. de plac. 4. 2. de hist. anim. 2.

Solutio.

excre-

excrementum per viam, qua vtile alimentum trahere soltra est: nam cùm perpetuò per guttur ad pectus vtilem aërem trahat, in virio pectoris, tussi remittit per idem guttur pectoris excrementa. Sic per nares aërem cerebrum vtilem perpetuò trahit, sed destillatione muccum à capite per easdem nares remittit, membras per venas à iecore vtilem sanguinem alliciunt: sed vbi membra cacochymia laborant, per venas ad iecur & intestina excrementa propellunt. Solum ergo significat Galenus nòn fieri vsu continuo commeatum per eandem viam vtilis & noxij. Id enim inficeret vtile tractum, præter quàm vbi breuitas vix patitur velocem expurgationem noxij, quod in arteria venosa contingit. Ob eius enim breuitatem sperari potest fuliginum expurgatio integra ante sequentem aëris tractum. Adde, quod etiam hic obseruauit natura quantum potuit institutum separandi vtile ab excremento: sed non potuit corde contracto non mandari fuliginis aliquid etiam, per venosam propter fuliginis tenuitatem omnia permeatis, licèt expultrix cordis magis ad aortam fuligines propellat.

Num pulsus & respiratio sibi respondeant in motibus.

PROXIMUM est secundo: Num respondeát sibi proportione Germani motus, respiratio & pulsus? ac primùm: Num in motibus & quietibus suis. Secũdò: Num in eo quod est ab vna causa consimiliter mutari. Tertiò: Num ad præsagiẽdum, cuius gratia potissimùm considerantur, pares vires habeant. Quartò: Num ad vitam ex æquo necessarij sint. De primo dixit libro de vsu puls. parum abest, quin omni respiratio ad pulsu proportionem habeat conueniunt enim in tribus, quia constant ambo ex duobus motibus intersectis duabus quietibus, & quia eiusdem, saltem proportionalis vsus gratia, refrigerandi innati caloris cordis, vel membrorum, alẽdi animalis spiritus expurgandarũ fuliginum. Tertiò, quia vtrobique quies sequens distẽtionem minor est, interna verò post contractionem maior: distant mutuò in aliis tribus, in subiecto, quod in respiratione est pectus cum pulmone, in pulsu cor cum arteriis, in numero motuum, ferè enim quinquies pulsat cor internallo vnius respirationis. Tertiò in agente, quod in respiratione facultas est animalis, in pulsu naturalis.

De vsu pul. 1. & de diff. spir. 3.

Num in causis.

DE secundo proposito, cùm in instrumento & efficiente dissideant, sequitur vt à causis omnibus, quæ interuentu instrumenti, vel facultatis mutant, non subeant similes mutationes. Nam in phrenitide vitiata, facultate animali euadit respiratio magna rara pulsum tamẽ perstante paruo frequenti. Sic in pleuriti de vitiato instrumento respirario fit dẽsa parua, cum pulsu licèt magno. Quia verò ambæ operationes in tertia causa continente, nempe in fine, vel vsu conueniunt, quæcunque mutant intercedente mutationes vsus, similiter mutant ambas functiones, vt exercitatio vigilia, balneum, febris, nisi aliquid impediat eam mutationem in vna functione, non in alia: verbi gratia, assumpto cibo pulsus magnificatur propter auctum vsum, sed respiratio, cùm perficiatur distentione septi, quam ob tumorem ventriculi assequi non potest, cogitur effici parua; sed quo ad eius fieri potest, assimilem reddit pulsui respirationem: efficitur enim frequens, vt parua, sed frequens respiratio pulsus magnitudinem compenset.

Num in præsagio.

DE tertio, ambæ operationes supra vsum æquè significat, supra facultatem item suam ex æquo, videlicet respiratio supra animalem, pulsus supra vitalem: excedit tamẽ pulsus signum, tum quia facultas vitalis vitæ, scilicet, magis necessaria est prædictioni: tum quia, cùm sint motus ambæ & de motu plura tactu sentiantur quàm visu, pulsatio tactu diiudicatur, respiratio visu, meritò plura ex pulsu præsagire licet,

Num ad vitam.

DE quarto, pulsus cordis magis necessarius est, quàm respiratio: fœtus enim in vtero non respirant & plurimæ præfocatarum, & apoplecticorum, in quibus omnibus cum viuant pulsat necessariò cor: pulsus tamen arteriarum minus est vitæ necessarius, quam respiratio. Apparet sectis vel legatis quibusuis arteriis animal viuit, priuatum respiratione confestim perit.

Pulsus optimus nũ excessuum medius.

Cap. 7.

Cap. 2.

SEQVITVR, num pulsus naturalis & optimus in quauis differentia pulsum locetur in medio excessuum. Et quidẽ magna & tota dubitatio est de medio languidis & vehementis, quam mouet Galenus, relinquitque sub dubio lib. 1. de caus. puls. eò quòd nondum auditor satis persuaderetur ex solutione sua, nisi multis interpositis, tandem lib. quarto soluit. Summa est naturalem pulsum in ea differentia non esse medium languidi & vehemẽtis, eò quòd id medium indicat medium inter robustum & infirmum, naturalissimus autem status est magna virium firmitas. Num autem optimus pulsus sit vehementissimus, an moderatus in latitudine vehementiæ, nõ est perinde facile indicare: Certius est eum non esse vehementissimum. Cùm enim vehemẽtia sit magnus conatus in pulsando, & is accidat quandoque à vi valdè robusta, quandoque ab aucta necessitate, vt in eo qui irascitur, vel exercetur, vel intentat crisim, sequitur, vt robusta facultas accedente huiusmodi causa aliqua violenta vehemẽtissimum edat, quo tamẽ tempore ob præsentiam violantæ causæ status, & pulsus naturalissimus nõ est. Adde etiam, quòd si ad paruam plethoram sequitur virium incrementum, quod scribit Galenus, cùm parua plethora non sit status optimus, sequitur euadere pulsum vehementiorem optimo dupliciter, quãdoque ex maiore naturæ conatu aucta necessitate, quandoque ex auctis viribus per modicam plethoram cum temperamento membrorum.

Libr. de plen. 7.

Causæ puls. contiaēies an tres.

TANDEM disceptandum est, num causæ pulsus & respirationis continentes numero ternario comprehendantur cum Galeno. Videtur enim pulsus expergiscentium vibratus, cùm in nulla trium causarum præcesserit mutatio, similiter & instante crisi pulsus altus fit, manẽtibus tribus illis causis immoti. Verùm facultas vtrobique mutata est, licèt non penes robur & imbecilitatem, at penes conatum facultatis, quem modò nouum assumit, dum vel spiritum per somnum aceruatum vasis infundit expergiscentis, vel humorem criticè pellit. Est etiam in expergiscente facta instrumẽti mutatio, dum obstructiones per somnum contractæ infusione humorum & spirituum soluuntur.

CAP. XXXIIII.

Si verò caliditas vnà cum humiditate dominabitur, minùs quidem hi, quos anteà diximus, ij sunt hirsuti, ad actiones verò nihilominus prompti. Non tamen ferior

est

est illis animus, sed ad iram procliuis tantummodo. Pulsus verò magni ac molles & veloces & frequentes existunt. Et respiratio, cùm thorax cordi fuerit proportionalis, eandem cum pulsibus formam seruabit: si verò minor extiterit, tanto illa velocior erit & frequentior, quanto & thorax minor extiterit. Si autem multa facta fuerit euersio in temperatura, ac si hoc praesertim in humiditate acciderit, praeter ea, quae nuper diximus, contingent etiam ex putredine morbi, his quae ipsis fuerint humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes autem maiores sunt ac velociores inspirationibus: & submissio arteriae in pulsibus velox.

INDICIA calidi & humidi cordis primùm proponit vniuersalia, quæ remissa indicāt coniugatam hanc intemperiem, sed remissam, intensā verò intensam: deinde peculiaria signa aucti intemperamenti, naturam putredinosam & expirationes maiores velocioresque inspirationibus. Quemadmodum enim post notas simplicium tēperamentorum addit notas compositorum, quia nonnulla ita indicant compositionem, vt nulli insint componentium ita nonnulla indicant intensam non remissam intemperaturam.

3 de caus. symp. 3. IN TOTO capite remorari potest lectorem, quod scribit de promptitudine ad actiones & ad putredinē. De primo, quia siccitas promouet arbitrarias motiones, humiditas remoratur argumento phreneticorum, quorum motus robustiores sunt quàm sanorum, & puerorum in quibus valde deficiunt, non ergo æquè prompti sunt calidi humidi ac calidi sicci, quod Galenus hic docet. De secundo, quia sanguinea natura inter intemperatas optimas est, ita vt priscis fuerit iudicata simpliciter temperaturarum optima, ergo non putredinosa. Sed diluuntur ad primum: quidam ita persuasi interpretantur per actiones, non motus, sed affectiones animi: ita vt significet Galenus calidos humidos non minùs facilè ad gaudium, vel tristitiam, & cōsimiles affectus mutari, quàm calidos siccos. Sed cùm verbum πράξις, quo hic vtitur, significet externam operationem, & superioribus capitibus promptitudine actionū, motus arbitrarios intellexerit, hîc similiter audiendum est. Licet enim siccitas augeat io motu robur & durationem, quod iuuenes monstrās pueris collati, verùm Galenus hic non æquat ambos in robore, nec in duratione motuum, sed in promptitudine, eò, scilicet, quòd non cunctantur aggredi, sicut & pueri non minùs prompti sunt in illis, quàm iuuenes, licèt robore cedant, quoniam calor motionis author, vtrobique par est.

Sanguinei an putredinosi. 8. Ther. 7. AD ALTERVM, temperatura vel totius, vel hepatis, vel cordis, humores gignentium, vbi excedit calore & humiditate, summoperè obnoxia est putredini, maximè vbi humiditas superat, ita vt tales naturas Galenus appellet putredinosas, referens non solùm crebrò incidere morbus ex putredine, sed & quòd per sanitatem fœtida habent, sudorem, vrinam, expirationes. Cùm enim conseruatio mixtionis pendeat ab innato calore permiscente passiuas, secundùm formæ mixti exigentiam, quando non potest is calor dominari passiuis, sequitur, vt ab externo continentia calore possideatur humiditas mixti. Externus enim calor perpetuò conatur sibi assimilare, quicquid in mixto caloris capax est: est autem capax caloris humidum, non siccum. Quando ergo humiditas excedit, cùm obtineatur, putret, & eò magis si humiditas non est frigida, reluctans calefactioni sed calida propter permixtum abundantem calorem. Ideò vniuersim calida humida intemperies parat putredinem, maximè si humiditatis est maior excessus quàm caloris, quia multò minùs obtinetur à calore, vel calor maior est humiditate, quia sequitur ebullitio humiditatis; & ad ebullitionē resolutio, vnde putredo diminuto innato calore. Ad rationem ergo, non damnat author perpetuò calidum humidum intemperamentum: sed tunc solùm, ceu putredinosum, quādo valde excedit. Adde, quòd licèt ratione temperamenti sanguis magis debeat putrere reliquis humoribus, ratione tamen substantiæ naturæ dilectæ magis conseruatur, & à putredine defenditur. Præterea calida humida facilè putrētia sunt, quæ recedunt à temperamento suo specifico per eas qualitates, eò quòd iam copiosa humiditas à calore proprio coqui non potest: verbi gratia, sanguis, qui in sua specie recedit per calidum humidum: sanguis verò temperatus, licèt in ordine ad æquale ponderis calidus sit, non ideò valdè patet putredini. Nam quod quidam putant effugere, asserentes sanguinem non esse calidum, sed temperatum, sicut ver, non tollit dubitationem. Licèt enim inter humores asseratur temperatus, constat hominem, in quo sanguis supra modeeratum abundat, recedere à temperato homine, per calidum & humidum. Cùm enim temperamentum moderatum hominis sit cutis temperamentum, id quòd est multo calidius cute, multum promouebit temperati hominis calorem & humiditatem. Sanguis autem cuti collatus est calidissimus & humidissimus, ergo sanguis auctus in corpore inducit corpori temperatum caliam humidam. Obiiciunt quidam aduersus dictam Galeni sententiam, quòd putredini magis patet intemperies calida humida excedente humiditatè calorem, quàm æquata: sic sequitur, vt aliquis maior lapsus à temperato sit salubrior, quod recipiendum non videtur. Nam si tempera mentum est optima sanitas, minor lapsus à temperato erit minùs insalubris, maior verò lapsus magis insalubris. Assumptum ostenditur, si conferatur calidus humidus in secundo alteri, in quo cum pari humiditate calor tantùm sit, vt vnum, prior lapsus est maior & tamen ex Galeno hic minùs putredini obnoxius. Verùm sicut temperatus omnibus morbis iunctim magis intemperatis resistit, in singulis tamen vincitur: ita minor lapsus absolutè est minùs morbosus quàm maior, certo tamen morbo, verbi gratia, putredini; nil impedit esse magis obnoxium lapsum illum minorem calidi in primo cum humiditate in secundo. *Obiectio. 2. de temp. vlt.*

SED prosequenda est de pulsu tractatio: quæcunque. Nam sint æquales semper inspiratio & expiratio in pectore, sicut systole & diastole in pulsu, refert enim Galenus in corde valde calido humido non æquari. Multi ita soluunt, in bene sanis æquantur, non in lapsis, nam in diaria maior est distensio, & velocior: in putrida, sicut in corde præsenti contractio. Verior solutio est: Potest intelligi quæstio de spacio dimenso, in quo sensu licèt constet paria esse spacia distēnionis & cōtractionis, verùm tactu perpetuò iudicatur distentio maior: nam vt initium distentionis nos fugit ita *Distentio an par contractioni.*

ita contractio aut tota, aut plurima parte: quare perpetuò plus percipitur de distentionis spacio, quàm de contractionis, eò quòd multo facilius est aduertere qualitatem motus penetrantis digitum arteriæ, quam à digito recedentis. Potest & intelligi paritas, quoad terminos motus. Cùm enim sit moderatus quidam terminus, in quem accedit dilatatione sua arteria, similiter & moderatus alius, in quem retracta arteria contractione accedit: fit, vt augescente vsu vnius ex his motibus, non solum perficiatur velocius moderato, sed & transgrediatur arteria medium illum & moderatum motus terminum. Nam in vigilante perpetuò motus humorum & spirituum, & proinde etiam dilatatę arteriæ, fit & velucior moderato, & maior, id est, transgrediens metam moderatam dilatationis: in dormiente è cōtrario, cùm increscat fuliginum expellendarum vsus, contractio velocior moderato est, & maior, id est, transcendens contractionis modicæ metam. Potest & intelligi quo ad qualitates motus velocitatem & frequentiam, æqualitatem & inæqualitatem, & nec ita oportet responderi sibi mutuò. Nam ostensum est aucto vsu alterutrius ex his motibus velociorem illum euadere, non alterum. Inęqualis autem fit modò distentio, quomodò aliquando Hippocrates inquit apparere duplicem intrò reuocationem, quæ intersectæ inspirationis species visitur in plorantibus pueris: modò contractio, quomodò idem quandoque inquit apparere duplicem extra reuocationem, quæ intersectæ expirationis species in fabris ferrariis apparet, dum conantur vi candens ferrum emollire. Potest & intelligi, quoad quantitatem temporis motus, quod etiam varium est, rythmumque constituit. Ergo in præsenti, cùm aucta putredine in valde calido humido corde fuligines increscant, meritò exspiratio & systole euadit & velocior, & maior contractione,

3. de causs. puls. 8.

Nam cor & arteriæ simul distendantur.

7. de anato. aggres. 14.

NVM autem arteriæ omnes simul inter se, & cum corde incipiant distentionem & contractionem, etiam priscis dubitatum est: & alit ubi conatur Galenus in viua dissectione inuestigare veritatem propositi. Videtur autem sentiendum, non (quod plures opinantur) arterias totius contrario motu cordi agitari, vt tempore distentionis cordis contrahantur: non (quod alij putant) pulmonis arterias simul cum corde agitari, reliquas verò contrario motu: sed quòd vniuersæ arteriæ tam antecedentes cor, quæ per pulmonem disperguntur, quàm sequentes quæ ab aorta in vniuersum corpus, quàm cor ipsum simul distenduntur, simul & contrahūtur. Quemadmodum enim fons alendorum membrorum hepar in medio est, antecedunt autem nōnullæ venæ radicum vice, sequuntur aliæ deferentes coctum membris alimentum: ita in alendo spiritu radices sunt pulmonis arteriæ, deferunt autem coctum spiritus animalis alimentum reliquæ arteriæ. Rationes huius dogmatis sunt. Prima: Conuenit inter omnes quietem externam minorem esse reliqua tam in corde, quam in arteriis: prætereà conueniunt initia motuum in idem tempus incidere in corde & arteriis: Ex quibus ita colligitur eodem tempore dilatari cor cum arteriis. Si enim inciperent arteriæ dilatari, quando cor incipit constringi, cùm cor incipiat constringi paulo post dilatationem suam, arteriæ inciperent distendi paulo post constrictionem suam: quare quies arteriarum antecedens dilatationem non esset maior contra assumptum. Altera: Apertè ait Galenus, si imponatur vna manus pectori, altera arteriæ carpi, sentietur vtrobique simul ictus: ergo cor cum arteriis simul distenditur. Non enim recipiendum est subterfugium authoris compendij pulsuum, Galenum enim non esse constat, credit his author, cor percutere pectus, quo tempore contrahitur, videlicet, quia contractum fit longius quàm dilatatum: longum autem accedit cuspide suo antrorsum vergēte, ad pectus, ita vt ictus sentiatur. Sed contrà est quod legitur 6. de vsu par. pulsum sensatum in sinistra papilla prodire ab arteria aorta, & sinistro cordis ventriculo. Cùm ergo vnus ictus sentiatur, & is dicente Galeno pendeat ab arteria, simul & à corde, cor cum arteria distenditur, Adde, quod cùm cordis substantia in medio pectore sita sit, solo cuspide antrorsum inclināte, non potest attingere cuspis thoracem, vt eò referatur ictus in thorace perceptus: sed quo tempore cor dilatatur contracta longitudine redditur amplū, ita vt pulmonem premat, & intercessu pulmonis pectus percutiat: quare constat experimentum citatum ex 3. de præsag. puls. Quin etiam eodem capite paulò antè inquit, Vna est contentio quæ distendit cor & arterias: ergo non variæ varius temporibus operantes. Prętereà in introduct. puls. arteriæ simul inter se & cum corde mouentur: sed simul inter se seruant eandem motus speciem, verbi gratia, dilatationem: ergo simul cum corde seruabunt motus speciem. Prætereà constat arterias non dilatari vi propria, sed à corde deriuata: non potest dimanare à corde vis dilatans, quo tempore cor constringitur: ergo dilatantur simul cum corde. Minor ostēditur: nam attractrix & expultrix in vno membro non simul operantur, cùm per contrarios villos peragantur, nec potest vis dilatans à corde emanare, quo tempore ociatur in corde, & aduersa constringens in opere est. Prætereà etiam si daretur ab innata vi arterias dilatari, vnde inuariabilis ille consensus irrationalium facultatum loco distantium, vt perpetuò simul operetur contrahens in corde & dilatans in arteriis. Fidem etiā dicto facit, quòd, quemadmodum in alitione solida membrorum vna est & continua attractio ab extremis membris per venas & hepar vsque ad ventriculum: ita in alitione spiritus conuenit vnam esse distentionem extremarū per corpus arteriarum, per cor vsque ad pulmonem, simul ergo arteriæ omnes cum corde distenduntur. Illa verò ratio manifestissima est, in putrida febre omni anticipat cor oppressum copia fuliginum contrahi in ordine ad tempus naturalis contractionis incipiendæ, ergo arteriæ anticipabunt distendi contra experimentum.

Ratio prima.

Secunda.

3. de præsag. puls. 2.

Cap. 2.

Cap. 1.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

3 de præs. puls. 6.

Ad primā.

Sed satisfaciendum est obiectis aduersantibus, quæ multos remorantur. Primùm si simul cor cum arteriis omnibus & ante & post cor distenditur, quorsum data sunt ostiola in quatuor cordis orificijs? Sanè, cùm cor perforetur foraminibus quatuor & oporteret cor distentum nō æquè ex omnibus illis trahere, sed plurimum ex vena caua sanguinem, ex arteria autem venosa aërem: nec æquè ad omnia illa contractum pellere, sed in pulmonem per venam arteriosam sanguinem pellere, in aortam verò spiritum: meri-

tò præ

tò præfecit valuulas orificijs ita per fibras cordi hærentes, vt aliæ dilatato corde clauderentur a- Ad secundam. liæ constricto: sic quædam recluderentur dilatato, quædam constricto corde, vnde comparetur dicta vtilitas inæqualiter trahendi & pellendi. Adiiciunt, quando ergo replebuntur arteriæ? non quando inaniuntur, si enim totus canalis arteriæ simul inanitur, per ora fit contenti expulsio, non ergo repletio, non tempore quietum, cùm ad repletionem necessariò iungatur motus dilatationis arteriæ non dilatationis tempore: si enim tunc etiam cor dilatatur, trahit ab aorta validiore vi & conceptaculo capaciore, quàm aorta à corde, ergo magis trahetur, ab ar- 3. nat. fac. 13. teria ad cor, quàm è contrario. Nam cùm duo membra naturaliter trahunt à se mutuo, validiùs rapit ab imbeciliore, non è contrario. Solutio, quando dilatantur arteriæ, replentur secundum ora quidem exteriora cõtinente aëre, secundùm mediam partem sanguine venali, interno autem ore ad cor terminato spiritu & sanguine arteriali, pauxillum enim eius à corde trahitur: nã licèt cor validius arteria trahat, verùm valuulæ appositæ aortæ, cùm eo tempore claudantur, prohibét tractum ad cor, non tractum à corde. Prætereà, quod maximũ est, ad cordis distẽti repletionem est facilis commeatus aëris plurimi, vicinissimi, in pulmone cõtenti, per arteriam venosam tunc patentem. Cum ergo in repletione vacui semper Ad tertium. sequatur priùs quod tenuiùs est, fit, vt cor nõ trahat sanguinem ab aorta clausa, priùs anticipans repleri aëre ab arteria venali reclusa. Cùm verò ita vrgent, Corde distento pulmo inanitur parte aliqua cõtenti aëris, subsidet ergo & gratia pulmonis pectus, quare respondebit numero respiratio pulsui. Nec minor est dubitatio de distenta & cõtracta arteria: subsidente enim arteria oportet carnes vndique subsidere, vel vacuũ relinqui. Item contracto intra pericardium corde, quid occupat locum intercedentẽ cor & pericardium. Nos contrà ita: Distento corde pulmo paulatim inanitur, quare subsidet, & pulmonis attiguum se pectus sequens pulmonem retractum & ipsum, ad superiora retrahitur, quod in præfocatis apparet, vnde & venter exterior subsidet. Nam pectus in naturali respiratione non distenditur. In contractione verò arteriarum occupat circũdantem locum fuligo, spiritus, & sanguis, ab arteria emissa sequente verò dilatatione ita premuntur, vt cogantur subire membrorum meatus ad commodam nutritionem. Sic in contractione cordis lo- Ad quartũ. Cap. 2. cus intercedens repletur aëre rarefacto, sicut in dilatatione rursum cõdensatur. Cùm verò instãt: Scribitur 3. de præsag. puls. quandocunque coit calor cordis cum frigore arteriarum, aut calor vnius partis arteriæ, vt pote inflammatæ, cùm temperamento aliarum, pulsuum initia eadem seruari in corde, & omnibus arteriis, sed qualitates pulsationum dissimiles esse, videlicet magnum esse & velocem pulsum in parte calidiore, paruum verò & tardum in frigidiore. Ex quo assumpto sequitur, vt perpetuò, etiã in dispositione sana cordis pulsus sit maior & velocior, quàm arteriæ pedis, quanto calor cordis superat arteriæ pedis calorem. Contra dicendum in hunc modum est: Si partes omnes constant tẽperamento suo, satis- Ad quintũ. facit varietati caloris in illis varietas amplitudinis arteriarum. Minùs mouet illa: Si exit per ora arteriarum fuligo emissa à partibus mediis, ergo quando constringuntur, media distenduntur, extrema. Verum enim id esset, si contraherentur arteriæ, quia inaniuntur, modò autem contrahuntur omnes partes simul à vi in tota arteria, simul- Ad sextum. Cap. 5. operante. Pariter & illa arteria magna in eodem tẽpore transit multo maius spacium in dilatatione sua cum paruissima: ergo non æquè velocitet omnes mouentur contra librum de puls. ad Tyro. vbi ea differentia in vno pulsu colligit eãdem Lib. aduers. Iulianum. in omnibus. Si quidem in eum sensum intelligenda est paritas pulsuũ in velocitate, quomodò calidum innatum amplius in puero, sui videlicet proportione corporis: sic arteriæ magnæ pulsus est maior arithmeticè, quàm paruæ, & vehementior & velocior, sed proportione suæ magnitu- 4 de differ. pul. 6. & 8. & 3. de præsag. citato. dinis vel geometricè pares sunt omnes. Intelligenda est autem simultanea operatio cordis & arteriarum demptis rarissimis casibus, in quibus facultas pulsifica eò deuenit imbecillitatis, aut impedimenti, vt non possit liberè & repentè, instar luminis, toti arteriæ communicari, sed paulatim extenditur: in talibus enim non simul pulsant partes omnes arteriæ sed per partes.

CAP. XXXV.

Humidioris verò & frigidioris cordis pulsus quidem molles moribus autem nequaquam audaces, sed timidi & segnes existunt. Tales etiam glabrum pectus habent, miniméque iram retinent, sicut & ad iram: non admodum sunt prompti. Quæ verò ad thoracem & vniuersum attinent corpus distinguere oportet, sicut ea quæ antè diximus.

MANIFESTVM est caput ex dictis [1. Non *admodum*] delendum est [*admodum*:] absolutè enim non sunt prompti ad iram ob temperamenti frigiditatem, iram inquã momẽtaneam.

CAP. XXXVI.

Frigidius verò cor & siccius pulsus quidem duriores reddit & paruos, respirationem autem, si quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit moderatam: si verò maior extiterit, raram ac tardam. Hi verò præ omnibus minimè ad irascendum sunt prompti: cùm autem coacti fuerint irasci quibusdam, retinent iram, habent autem maximè omnium nudum pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud commune in hisce omnibus memoria repetentibus, quod quæcunque de moribus siue nunc, siue alio sermone explicata sunt ad temperatura cognitionem, non de optimis moribus, aut vitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis ac naturalibus nos exposuisse.

IN capite de signis frigidi sicci cordis facit difficultatẽ quod affirmat eos esse ab ira alienissimos, cùm conualescentes ob defectum innati caloris, & senes vtrique frigido sicco tẽperamento amarulenti & irati sint, rixosique & queruli. Secundò, quòd asserit tales esse omnium in pectore maximè glabros, cùm sit monstratum 2. de temp. duas esse capillaturæ causas, calorem & siccitatem, ex quibus vna est in corde præsenti, neu- Cap 10. tra in frigido humido. Tertiò, quomodò internoscentur natiui mores ab ascititiis ad vtilitatem dignotionis comparandam? Sed cessant: nam melancholici sunt natura tristes, insuaues in cõuersa

tione

tione, morosi. Sed aliud est morositas, aliud ira: tales enim irasci timent, & ob frigiditatem & ob siccitatem irritari inepram. De glabritie verò pectoris delusus Thadeus praua versione putat, in frido humido maiorem glabritiem à Galeno significari: sed ille dixit φιλῶν τριχῶν reconiū pilorum. hic in frigido sicco, ἄτριχον πάντων μάλιστα sine pilis omnium maximè. Quare planum fit auctorem ita voluisse: quod & citant similiter Paul.

Paul. lib. 1. ca. Aëtius lib. 4. 64.

& Aëtius: estque locus difficilis. Nam si temperatura totius & cutis respondent ferè cordi, & cor hic supponitur siccum: conficitur, vt in corde sicco frigido minus glabrum sit pectus, quàm in frigido humido. Sed est euasio, asserere frigidū cor, id est parùm calens ob defectum agentis paucam fuliginem thoraci communicare, ad pilorum generationem, sed si iungitur humiditati ob materiæ sanguineæ copiam, non omninò deficit in eo

2. de temp. 9.

opere. Vbi verò præter frigiditatem cordis etiam iungitur eiusdem siccitas, ob inopiam materiæ, vltra defectum agentis, multo minus suggeritur pilis alimenti. Internosci verò possunt natiui ab ascititiis moribus: nam quādo signa, quæ per ætatem mutari possunt, suspecta sunt, ad temperamētum indagādum naturale, supplendum est ex aliis indiciis, quæ mutari per ætatem nequeunt, quod Galenus facit, dum ad indagādum frigidum temperamentum totius non fidit soli pinguedini, vt quæ etiam ex ocio & crapula cōparari possit, sed addit coniecturæ à vasorum gracilitate, quæ cùm mutari non possit, si pinguedini iungitur, ostendit frigiditatem certam natiui temperamenti: ita in moribus signum cùm possit decipere propter acquisitam mutationem, potissimum subsidium relinquitur, spectare alia indicia, quæ similem mutationem non subeunt. Addit Haly hic, etiam internosci natiuos ab ascititiis mores, quia ascititij à magnis occasionibus euertuntur, non natiui: verbi gratia, qui ex philosophia natura iracundus mansuescit, à paruis molestiis non irascitur à magnis tamen excandescit. Sed cùm non minùs possit philosophica institutio ad formandos mores quàm natura, possunt ascititij mores non minùs naturalibus firmi esse, sed rarò admodum: ita

Tertia 1. ca. 2.

vt sæpè vsui sit dignotio Haly. Addit Auicenna, non solùm mutari mores ab orto ex seminum temperatura, & post adultam ætatē ex eruditione & conuersatione, sed etiam ex lacte in prima educatione: experimento enim constat infantes in multis referre nutricū non minus quàm parentū mores, vnde præcipitur, vt eligatur bene morata.

Motus arteriæ ambo an ab anima.

QVÆ verò relinquuntur, vt intermissum de pulsu sermonem repetamus, sunt de agente pulsus: posteaquam constat ex superioribus esse vim animæ, num sit vis animi, quæ distendit, contractio verò sit à natura arteriæ reductio ad pristinū statum, an magis sit vis animi contrahens, distentio verò naturalis arteriæ reductio, aut certè vterque motus ab animæ vi prodeat: præterea, num contractione trahant arteriæ, an dilatatione. Er-

Cap. 7. Ratio prima.

go Galenus libro de vsu puls. ita conuincit dilatationem esse ab anima, nisi enim ita dicatur, oporteret omnem pulsum esse æqualē alteri, saltem in vno homine.

Secunda.

Magnus præterea pulsus non esset indicium roboris, aut caloris, sicut nec vehemens, iam imminente crisi, pulsus redditur, valde altus, conante vi animæ expellere noxium hu-

Tertia.

morem. Nec nos moueat, quod defunctorum arteriæ latæ reperiantur, quod monstrat dilatari à fibrarum suarum ductu, & natura, etiam citra animæ vim. nam etiam si à natura sua distendantur: verùm quod tantum, tam velociter, tam vehemēter, quantum vsus requirit, virtutis operationem indicat. Sicut & manus licèt sua sponte cadat, à vi tamen animæ, pro vario arbitrio, variè deprimitur. Quòd autem contractio sit etiam ab anima, ostendit. Primò, sicut formæ inanimati ita inest vnus motus: quòd oō inest à natura oppositus, ita animæ nunquā cōuenit vnus, quin ab eadem anima insit facultas ad oppositum. verbi gratia, in naturali attractio alimenti ab anima est, expulsio item ab eadem anima: in animali, est facultas contrahens per internos musculos brachium: est & alia animæ facultas per externos extendens. Cùm ergo hic detur dilatans animæ vis, dabitur & cōtrahens. Quid, quod vsus contractionis, fuliginum, scilicet, expurgatio variāda erat pro fuliginum copia, quæ dormienti & saturo multa est, vigilāti & ieiuno pauca. Ergo oportuit naturam non deficere in eo opere, sed committere id munus facultati animæ, quæ in copiosa fuligine contraheret vehementer, velociter profundè, in defectu verò eius contraria operaretur, vis autē agnoscens varietatem vsus, facultas animæ est. Quòd autem arteriæ non repleantur contractę, quomodò angustatis labiis fit ore suctio, ostēditur, quia licèt quandoque fiat tractus contracto ore, verùm nunquam angustatur membrum, in quod quippiam recipitur, sed dilatatur, in arterias autem recipitur sanguis.

Num cerebrū pulset. 4 de differ. puls. 2.

SVCCADIT illud: Num pulset etiam cerebrum, non solum cor & arteriæ? Si Galeno creditur, pulsat vterque sinus cordis, etiam exempto à pectore corde aliquandiu, & vena caua cor ingrediēs & vena arterialis instar ostiorum fluminum, quæ consessu maris, in quod se recipiunt, fluunt, & refluunt, non innata vi, sed aliunde recepta. De

6. de placi. 12.

cerebro fuit controuersum antiquis, num pulsarent solæ eius arteriæ, an etiam membranæ, an magis cerebrum ipsum. Rufus in anatome dixit,

4 de differ. puls. 2.

externam membranam cerebri pulsare, apparetque locus corruptus, pro interna: nam externa nō recedit à caluaria, sed perpetuò quiescit caluariæ

Li. de dif. quam medicat. sect. 4. vlt.

attigua. Galenus aliquando membranas cerebri dixit pulsare, secutus magis famosam suo tempore sententiam, non elaborans propriam. In soluēda itaque proposita difficultate primum ostendetur ad anteriores eosdemque maximos cerebri ventriculos esse commeatum per colatorium, per quod & aër ingreditur externus, & exeunt intrò contenta. Deinde inquiretur, fiátne eiusmodi

Ratio prima.

commeatus, beneficio pulsantium vētriculorum, an alio magis ingenio. Primùm sequentibus rationibus confirmatur: odor non sentitur, quantumuis impetu pellatur in nares, nisi ab innata vir-

Secunda.

tute fiat suctio aëris vapori permixti. Cùm autem demonstratum sit lib. de instr. odoratus, non fieri odoratum in naribus, nec in faucibus, superest, quòd per spongiforme os ad ventriculos cerebri

Tertia.

perueniant. Præterea sugentes errina, sentiunt in prora capitis, vnde & post plurimum emungunt non solum qualitatem, sed & substantiam attracti

Quarta. Quinta.

liquoris. Sed & sternutamēta alleuāt caput, & exhauriunt muccosa à capite. Odores verò grauant caput, suffitus aromatum, &c. Sed grauitas ad nudam qualitatem referri nō potest. Iam os spongi-

7. Apho. 57. 5. Apho. 28.

Sexta.

forme in radice narium instac cribri pertusum, apertè mõstrat hunc vsum. Ad hæc ingressus aëris ad ventriculos cerebri benefacit spiritus animalis nutritioni, & refrigerio, & tenuitati: expulsio autem purgandis vẽtriculis, in quibus excremẽta necessariò in cerebro aceruanda decumbunt: ergo non potuit natura prætermittere tantas commoditates.

Septima.

Quin etiam compressis naribus sentitur in auditu tinnitus, & pulsatio, propter aërem in cerebro remoratum & non expulsum per nares, & si iungitur vulnerata caluaria, compressis similiter naribus fit sanguinis per vulnus eiaculatio. Est igitur ad cerebrum ingressus, & à cerebro egressus aëris per nares, quod primo loco ostendendum erat.

Cerebrum nõ respirat. *1. de instr. odoratus.*

N v m autem accessus dictus aëris fiat à cerebri anterioribus ventriculis innata facultate distentis & contractis, incertum est. Galenus putat: sequuntur illum Auicena & Haly, pace tamen tanti viri, certius videtur non respirare cerebrum. Cogor multis ita sentire.

Ratio prima *2. de vsu. 10. & 14.*

Primùm, summa mollicies cerebri est sine vlla interna membrana, qualem Galenus finxit adesse, quare rumperetur in distẽtione: cum etiam ea, quæ per interualla mouentur, vt musculi robustissimis fibris constent: multo fibrosiora sunt, quæ perpetuò mouentur, cor & arteriæ.

Secunda. *2. de caus. sympt. 4. Auic. quinta 3. 1.*

Adde, quod ventriculi cerebri tertius, quartus, & quintus, qui in dorsali est, eadem constant constitutione, temperatura, substantia. eiusdem igitur vsus gratia, cùm facultates substãtias sequantur. Sed non illi respirãdi cerebri gratia formati: ergo nec anteriores consimiles.

Tertia. *Haly 3. theo 4.*

Manifesta verò probatio est, si proprio motu pulsaret, in vulneribus caluariæ penetrantibus, appareret motus cerebri alius à pulsu arteriarum, cùm sit motus ventriculorum maior, & per se insit cerebro, motus verò arteriarum minor, & per alterum. Atqui non apparet alius motus, quam respõdens reliquis corporis arteriis: nõ pulsant itaque ventriculi. Nec mirum est cõciliari cerebro propter arterias motũ illum tam manifestum: membrum enim mollissimum non solum extrà, sed intrò vndique arteriis contextum ab earum motu attollitur & subsidet: cùm etiam pes graue & durum membrum, si supra aduersum crus suspensus pendeat, à suis arteriis subinde pulset.

Quarta.

Et quod maximum est, cùm in omnibus tribus facultatibus repetiatur attractio & expulsio. & nulla fiat citra villorum beneficium, attractio quidem per longorum contractionem, expulsio verò per trãsuersorum contractionem, siue consideretur alimenti motus in naturali, siue musculorum in animali, siue cordis & arteriarum in vitali, multo magis requirentur villi in attractione maximorũ ventriculorum cerebri, & nunquàm non motorum: non adsunt autem cerebro hi villi: nec motus igitur aderit. Confirmo: Nec est is motus naturalis, nec voluntarius, non datur tertium membrum motus: ergo non mouetur sua sponte cerebrum. Assumptum inducitur, supposito experimento, quod nunquàm fit expiratio à cerebro, siue in emunctione narium, siue in sternutamento, quæ non cõcurrat cum expiratione pectoris, & nõ sequatur inspirationem. Similiter nõ fit suctio, aut odoratio, quin concurrat cum inspiratione pectoris. Cùm ergo respiratio sit voluntaria functio pro arbitrio, vel accelerans, vel tardans motiones, fieri non potest, vt in idem tempus perpetuò conueniat cum cerebri respiratione naturalis. Est enim naturalis motionis proprium, vt perpetuò eundem tenorem seruet nil pro arbitrio mutata. Sed nec voluntaria potest esse ventriculorum motio. Sunt enim duo illi motus cerebri & pectoris voluntarij, in variis membris per varia instrumenta peracti, vnde inuariabilis ille mutuus consensus in irrationabilibus membris, vt perpetuò simul incipiant dilatari, & cessent: simul incipiant contrahi & cessent. Ergo expiratus à pectore aër egressum habet per os, per nares à palato, per colatorium à cerebri ventriculis. Et quemadmodum in fistula in sufflatus aër opera digitorum varia foramina claudentiũ, modò hoc, modò illo foramine magis meat: ita in thoracis efflatione beneficio vel nutantis, vel erectæ epiglotidis, fit, vt per hos tres meatus non æquè trahatur aër, nec per eosdẽ tãtundẽ mittatur, sed pro vario vsu & animalis arbitrio modò hac magis, modò illac: cũq; sint tria foramina dicta, oris amplitudo maxima est, via à palato ad nares rectissima est, à rimis autem caluariæ in palatum cessantibus ingressus ad ventriculos cerebri anteriores simul angustus & obliquus est. Cessent enim duo illi vẽtriculi in canales duos oblongos, sed meatuum angustissimorum ad nasi colatorium parte anteriore, posteriore autẽ parte in canales alios obliquos, & angustorum meatuum, cessantes in caluariæ imas ad palatum attinentes: vt in omnes tres ventres animalium vtilitas respirantis pectoris extendatur. Nam venter totus naturalis coctionis alimenti ab eleuato & depresso septo perpetuò agitatus, habet innatum exercitium ad alimenti confectionem. & caloris promotionem, non modicè conducens. Totus verò venter spiritalis per os expurgatur per expirationem, refrigeratur inspiratione, nõ secus & meatus superior, qui per palatum ad nares terminatur, is enim potissimùm respirationem operatur rectitudine sua, sicut os magis locutioni & alitioni facit. Cõ meatus verò tertius & supremus, per cimas palati ad ventriculos cerebri & spongiforme os accedens facit & ipse expurgationi ventriculorum illorum, per emunctionem & sternutamenta, facit & ad alitionem & refrigerium animalis spiritus simul & percipiendis odoribus, dum distentum pectus illac trahit externũ vaporem. Sed hic supremus meatus ideò obliquus & angustus factus est, quia & rarior est illius loci refrigerandi vsus, & periculum erat, ne contentus simul cum aëre in illis animalis spiritus reciproco illo & perpeti aëris motu expiraret: destituitur enim ostiolis quæ prope cor visuntur, neque ea cerebri patiebatur mollities.

Arteriæ num villis operentur.

S e d agamus postremam de pulsu & respiratione difficultatem: Num arteriæ in attrahendo & expellendo aëre vtantur villis suis. Quidam putant, contra superiores & priscos medicos, villos arteriarum non facere ad tractum aëris, vel fuliginum excretionem, sed ad tractum sanguinis & spiritus à corde, & expulsionem eorũ ad membra, non secus quàm in venis habentur ad consimilem vsum citra distensionem & contradictionem. Quorum argumenta sunt: aër sicut & pulmo mouentur ad arterias & cor, ea de causa, ne detur vacuum, ergo non indigent villis, vt moueantur, cùm sua sponte moueantur. Item, per poros trahitur aër ad arterias, sed ad vniuersos poros corporis,

poris, non cessant villi arteriarum longi. Prętereà aër non est solidum corpus, quem adhęsû suo trahant contracti villi, quomodò gula contracta cibos. Postremò cerebrum distenditur & contrahitur citra villorum opem, ergo & arterię ad id munus nor. indiguerunt villis. *4 de vsu 8.* Et illi quidem sic, temerè à maioribus deficientes: nam villi in corde & arteriis habentur numerosiores, validiores, & magis varij, quàm in vlla alia corporis parte: quoniam partes hæ omnium maximè in motu vario sunt, modò distentæ contractione villorum longorum, modò contractæ compressione transuersorum, modò retinentes & coquentes in mediis quietibus agentibus obliquis villis. Est autem ad eam sententiã ratio manifesta: nullus voluntarius motus, licèt per interualla magna tãtùm perficiatur in corpore, citra villorum operationem editur, longorum, scilicet, quia vna tãtùm est musculi operatio longitudinis suæ contractio. Motus item alimenti, si momentaneus est, vt in locis cõmunibus coctionis vt ventriculi: vel distributionis, vt vasorũ: vel expurgationis, vt intestinorum & vesicæ, citra villorum ministerium accommodatorũ motibus nõ peraguntur. Ergo multo minùs perpetuus arteriarũ & cordis motus. *4 de vsu 17.* Quemadmodum enim per breue interuallum, vt in partes neruos intercedentes facultas sensifica citra neruos defertur, per longam distantiam non defertur: & sicut sanguinis delatio per intermedias venarum partes peragitur citra venas, per longum spacium non peragitur: ita attractio & expulsio paucissimi alimenti, & excrementi per breue ossis vel carnis spaciũ, sine vllis villis solo temperamenti adiutorio fit, per lõgum verò spacium valida tractio vel expulsio non fit, tantoque robur maius in villis requiritur, quanto motus sunt vel frequentiores, vel validiores, vt in corde & arteriis: Quod enim inquiunt facere eos villos, non ad dilatationis & contractionis motus, sed ad suctionem quietam sanguinis & spiritus à corde, sicut in venis: oportebat, si ad eum vsum tantùm villis donantur arteriæ, tanto eos esse tenuiores villis venarum, quanto sanguis arterialis est magis sequax, quàm venalis, & ob innatam tenuitatem, & quia ex amplo trahitur conceptaculo, non sicut venalis ex hepatis angustis meatibus. Argumenta verò illorum ostendunt tantùm, hos villos non per se tendere in aëris tractum, quod nemo vnquam intellexit, sed tendunt in arteriarum dilatationem, sicut musculi pectoris in pectoris distentionem. Sequitur autem ad horum membrorum dilatationem aër & sanguis, ne vacuum succedat: sicut ad pectoris distentionem aër. Postrema de cerebro obiectio per superiora explosa est.

SECTIO QVINTA.

CAP. XXXVII.

Hepatis calidioris indicia: venarum latitudo, rufa bilis abundantior, in consistente verò ætate etiam atra, calidior ipsis sanguis, atque eadem ratione corpus vniuersum, nisi obstiterit cor, his venter & ilia hirsuta.

CAP. XXXVIII.

Frigidioris verò angustia venarum, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus, nisi à corde calefiat, venter illis glaber est ad ilia.

TRACTATIONEM de signis hepatis secat secundùm octo intemperamenta in partes octo: ex quibus in præsenti quatuor indicia affert calidi, & alia totidem contraria frigidi. [*Venarum amplitudo, flaua bilis*] *1. Cris. 12.* Interpres vertit *rufam*: & potest ita etiam appellari, cùm vtroque colore frequenter visatur, licèt mera bilis flauescat, post iuuentam autem ætate inclinante pro flaua aucta visitur atra, eò quòd flaua in iuuenta vsta auget in inclinãte atram. Tertium, totius calor, nisi cor repugnauerit, videlicet, quia duo illa membra vim habent immutandi totum, in quo opere se vel iuuant, vel impediunt. Quartum, venter & hypochõdria, (interpres vertit *ilia*, cùm tamen ilia sint inania loca infra hypochondria, quæ Celsus vocat *præcordia*) hirta, ob causam caloris sæpe dictã: frigidi verò indicia sunt opposita quatuor.

ANTEQVAM indicia calidi hepatis in examen veniant, de vsu eius disputãdum, de eo quod ab eo gignitur, & de mẽbrorum alitione ex iecoris operatione. *Iecoris vsus* *4. de vsu 1.* Igitur quod attinet ad vsum hepatis, à Galeno quidem ita refertur: Commodius erat, vt purgaretur in variis locis alimentum, in priore quidem à fęce: sicut triticum in area à paleis, in posteriore autem à tenuioribus excremẽtis, sicut triticum à pistoribus purgatur ab externis & permixtis seminibus. Verùm hìc vsus conuenit his membris, tanquam expurgatoriis, non tanquam cõcoctoriis, cùm tamen munus eorum sit maximũ, coquere alimenta, non purgare. Vsus ergo alter & præstantior hepatis ita colligitur: oportebat membrum suscipiens alimentum esse membranosum, quod distensioni & contractioni pateret. Suscepturum enim erat dura alimenta, modò copiosiora, modò pauciora. Quare erat accommodandum susceptæ copiæ alimenti: aliâs enim aliquando fluctuarent alimenta, & non coquerentur, aliquando recipi non possent. Quod autem membranosum est, & tenue, exangue necessariò euasit, quare frigidum. Oportebat item organum coctionis alimentorum calidũ esse duplici nomine: *2. natur. facult. 4.* tum quia alteratio, qua alimentum vertitur in aliti naturam, requirit qualitatem maximè actiuam caloris: tum quia non satisfacit animalium calori nutriendo solus alimentorum calor. Sunt enim alimenta omnia, vel stirpes minùs actu quã animalia calida, vel animalia, sed emortua longè viuis frigidiora. Quare egent alimenta calore etiam mutuato ab organo confectionis. Hac necessitate hepar imperfectis animalibus vltra ventriculum creatum est, & coctionis officina in duo diuisa est, vẽtriculum facilè suscipientem, & hepar sufficienter coquẽtem. Cum enim frigus mẽbranosi corporis & calor cocturi in idẽ coire nõ possint, factum est, vt ante distributionem alimenti in corpus, in ventriculo & hepate coctoriis organis maneret, vt quantum ventriculo deerat necessarij caloris, hepate compẽsaret. Ideò enim euasit hepar rubeum, quia prima calidi in humidum operatio rubefactio est, id quod apparet in Iride: sicut lux difficulter permeans diafanum rubescit, qualis apparet Sol in mediocri nube, & lux inspecta per iunctos digitos & fuligo in cuspide flammę. Nam & vẽtriculo ipsi, quoad potuit prouidit, *8. de placi. 13.* partim circũdans illi vndique calida membra, illius exiguum calorem fouentia, partim in edentulis, vt auibus, annectens carnem solidam calfaciẽtem, partim etiam quod adferre poterat

terrea membranæ ſubſtantia igneis portionibus aſpergens. Ideò enim vtuntur ſæpè in ventriculo aliméntum, ideò in multorum vẽtriculis coagulum gignitur, ideò internæ membranę ventriculi gallinarum puluaratæ lac coagulant, lapideſque renum comminuunt.

Hepar num facultatem præſtet.

Nvm autem addendus ſit tertius vſus hepatis præſtandi membris omnibus ſemper, aut, quod alij volunt, per quædam interualla vim alentem, aut quod aliis magis placet, ſi non præſtandi ab initio, at conſeruadi vim in illis ab ortu innatam, quæ tamen citra heparis influxum ad totam vitam nunquam ſufficeret. Oſtenſum eſt primo de loc.affect. ſuperfluere hepar ad vſum præſtandæ naturalis facultatis: quod & nunc præter alia inducitur. Partes omnes ſtirpium citra vſum eiuſmodi influxum diutius aluntur (ſunt enim nonnulla ſtirpium animalibus viuaciora) & tamẽ licèt minùs caleant animalibus, durant in alitione. Ergò partes animalium innato calore, ſimul cũ anima, ſufficienter alentur. Præterea ipſum hepar ad alitionem, & naturales functiones ſuas, non parum iuuatur cordis calore, per cauam communicato. Cùm ergo reliqua membra non ſecus illo fruantur multo & intenſiore & potentiore, quàm ſit iecoris, calor nil amplius iecoris influxu ad nutritionem indigebunt. Poſtremò ſicut functiones, quas membra per interualla quædam edũt vt ſenſationis & arbitrarij motus, præſtabat expectare aliunde impetum, ſicut & arterias modò quidem ſuſcipientes vim diſtendentem, modò cõtrahentem, modò dum quieſcunt neutram: ita è contrario actiones perpetuò edendas à membris in alimentum, impediebat pendere ab aliena & influxa vi. Quare ad vſum conficiendi ſanguinis ad membrorum alimentum facit hepar, non ad demandationem nutritoriæ facultatis. Vnde etiam intelligitur fruſtra aſſeri naturalem ſpiritum deferentem alentem facultatem, quod ſub dubio reliquit Galenus, niſi quis ita compellet partem ſanguinis tenuiſſimam, quanta cedit in ſpiritus vitalis alimoniam.

Cap.vlt. Ratio prima.

Secunda. 3.de tẽp.vlt.

Tertia.

12.Ther.5.

Dubitatio prima.

Sed de ſanguificatione ipſa, quæ in hepate peragitur, ſupereſt dubitatio prima: Cur cum alimẽtum ineptum euadat nutritioni animalis mixtis, ſcilicet, perfectiſſimi & moderatiſſimi per exceſſum & ſimplicitatẽ cuiuſuis ex quatuor elementis, non ſeparantur à ſanguine excrementa quatuor pro elementi excedẽtis numero, ſed terreum alimentis, in ventriculo ſecedens in inteſtinorum fæcem, in hepate verò in melãcholiam: igneum autem ſemel bilis flauæ forma: aqueum ſemel, quod vrinam appellamus: aëreum nullibi? Quia nutritio eſt reparatio aſſumpti, abſumptum magna ex parte eſt aëreum, cui inexiſtit natiuus calor, ideò aërea alimenti portio, ceu vtilis ſeruatur, non excernitur: Ignea & aquea ſemel purgantur, quia ex abundanti aqua periculum impendebat extinctionis natiui caloris: ex ignis verò exceſſu marceſcendi eiuſdem moderati caloris per humidi diſſipationem. Intereat ergo vitæ duo illa ſecerni, ſi verè oſtenſum eſt libro de morte & vita & de iuuẽtute duas eſſe mortis ſpecies, alteram extinctionem, alteram marcorem. Terreum verò exactius illis decebat expurgari: cũ enim animalium corpora fiſtuloſa ſint, & vndique canalibus perforata, morborum occaſio frequentiſſima eſt obſtructio. Siue enim obſtruantur vaſa, putredo naſcitur, vnde febres & acuti morbi: ſiue mẽbrorum meatus claudantur, chronici morbi & frigidi naſcuntur. Sed obſtructionum occaſio tota eſt craſſities ſanguinis ex terræ copia: oportuit igitur terreum excrementum non à ſolido tantum alimento in ventriculo ſecerni, ſed & à ſucco in hepate. Et reſiduus eſt qui membris mandetur ſolus alimenti pinguis ſuccus, qui ſi planè confectus eſt ſanguis, ſin minùs, pituita dicitur.

Dubitatio Secunda.

Altera dubitatio: Quomodò vna forma hepatis cum vno temperamento inducat formas quinque, humorũ, ſcilicet, quatuor, & vrinę quintam? Soluunt quidam, aſſerentes nihil obſtare, quominus agens æquiuocum ob varietatem partium alimenti inducat varias formas. Temperamentum autem, quoad eas gignendas virtute, actu quidem vnum eſt, facultate multa: ſicut medium repræſentat extrema. Nam & membra cum temperamento vno trahunt gratia caloris in eo temperamento, coquunt gratia humiditatis, retinent ob ſiccitatem, pellunt ob frigiditatem. Sic hepar variis partibus vnius temperamenti ex ſucco alimenti varia gignit. Vel aliter: nullam ex illis formis, ne ſanguineam quidem hepar habet, quare nec illis donat ſuccum tractum. Sed quemadmodum ſemina per aërem ſparſa tantùm mixtiones trahẽdo aceruant, in quas forma animæ pro mixtionis merito à cælo inducitur, ſiue planta ſit, ſiue animal (nam ſemen in aëre, quomodò animam præſtabit, quam actu non habet?) Sic in ſequeſtrandis quinque mixtionibus in hepate, auctor eſt hepar ipſum, in induendis verò formis pro mixtionum ratione cælum. Cùm ergo primum conſcendit ſuccus locum, quem *portas* vocant, quantum eſt in alimento commoderatum, & alitioni vtile ab hepate trahitur, ſeparaturque. Deinde, quia calidi eſt heterogenea ſecernere: ſicut ſimilia congregare, beneficio caloris ſeorſum congregantur excedentia per calorem, & ſeorſum, quæ per frigiditatem deficiunt. Rurſum in hepatis gibbo concreſcente iam & coagulato ſanguine caloris vi & mora ſeorſum diſtillat ſerum. Cùm ergo dictæ mixtiones opere hepatis multiplicentur, pro earum exigentia formæ curſum diſtribuuntur: in partem vtilem & ex toto confectam ſanguinis: in vtilem ſed ſemiconfectam, pituitæ: in inutilem per calorem & leuitatem, bilis: in fæculentam, melancholiæ: in ſeroſam, vrinæ. Poteſt item æſtimari ab eo permixto trahi portionem vtilem ſolam ab hepate alitioni ſuæ neceſſariam, in quam propter grande interuallum inducit primùm formam ſibi ſimilem ſanguinis, tandem ſimillimam hepatis, ſicut oſſa priùs medullæ, poſtremò oſſis in attractum ſanguinem. Excrementa autem ſingula à ſuis conceptaculis trahuntur, vbi & formis induuntur, partes igneæ à veſica fellea, terreæ ab ſplene, ſeroſæ à renibus.

Dubitatio Tertia.

Tertia dubitatio: Num gignatur quandoque vnus tantùm ex alimento humor? Et certè in ventriculo frigido quãdoque ex alimento & maximè pituitoſo, chyli loco gignitur ſola pituita innaturalis, quãdoq; ſola bilis: vbi in calido ventriculo nõ percoquitur calidũ alimentum: vt mel totũ tranſit in flauã, braſſica verò & cepe in porraceam. Sed in hepate non accidit, vt totus ſuccus in vnum commigret humorem: cùm enim operatio iecoris ſit in liquidũ ſuccũ, in quo facilè ſecedunt

2.acut.30. 2.praſ.39.

dunt partes quandiu intenditur sanguinis generatio excrementa plus minùs accrescunt, nec durante vita tantopere labetur bepar, vt non induat sanguinis formam saltem intemperatissimi.

Dubitatio quarta. QVARTA dubitatio: Quomodò sanguis ex hepatis actione euadit calidior & humidior iecore agente. Quidam contra manifestum experimentum censent, iecur esse sanguine & calidius & humidius. Verùm sanguis feruet, & magis excalfacit tangētem hepate Nam de humiditate, cùm iudicet tactus iunctus rationi, dubitari nō potest. Sanguis mollior est hepate, nec tamen obtinet mollitiem propter fusionem à calore cōtractam. Ergo humidior est hepate. Ergo calorem habet sanguis præter innatum alimenti, etiam ascititium ab hepate cōtractum. Ideò per accidens calidum esse sanguinem scribit Aristoteles: sed habet eum manifestiorem, quàm hepar ipsum, substantiæ humidæ ratione, quæ caloris multo est, quàm sicca susceptibilior. Quomodò aqua in lebere ebullit per lebetem moderatiùs calērem, & calx aqua perfusa adurit non sicca, licèt calorem aqua infusa à calce contraxerit. De humiditate verò manifesta solutio est, non comparari ea hepatis commercio, sed ex materia, quæ succus alimenti tenuis est.

2. de part. anim. 2.

QVID verò fit id, quod ab hepate per venas in membra mandatur, etiam prisci dubitarunt, nec consenserunt philosophi cum Auerr. putant secretum purum sanguinis humorem, ab vtraque bile & sero, ceu excrementis ad alimentum mandari: ideóque circumponi hepati expurgatoria excrementorum, vesicam felleam, lienem, renes. Contrà Hippocrates & Galenus ostendunt seri ni quidem à confecto succo excrementa, quæ ob excessum intemperamenti inutilia alendo euaserunt. Ea sunt serum vt iuersum, vtraque autem bilis non vniuersa, sed portiones illarum valde excedentes: ita vt vniuersus sanguis cum pituita, cen imperfecto sanguine, & portionibus bilis vtriusq; sanguini proximis, & ad mediocritatem accedentibus, demandentur nutriendis membris omnibus. Tertia accessit paradoxa Turisani sententia, opinantis nullum esse sanguineum humorem separatum à tribus, sed solos tres in hepate procreari, quorum concentus sanguis appellatur: & id esse, quod per vasa meat, portiones, scilicet, bilis vtriusque cum pituita: ita vt intelligatur id totum vna substantia, sed ex tribus partibus dissimilaribus constans lactis instar. Priores duas sententias Galenus putat esse probabiles, sed secundam probabiliorem ita confirmat. Cholagogum quouis anni tempore exhibitum educit bilem, sicut melagogum melancholiam. Ergo perpetuò in vasis abundant simul cum sanguine. Addit, extractus sanguis, etiam in sanis, pro vario tempore apparet modò rubens, modò nigricans, aut albens, aut pallescens, ergo ex variis temperatur & constat. Sed & ægrotamus frequenter tertiana, & quartana, continuis, quorum causa humor est intra vasa putrescens alius à sanguine. Quid, quòd nullo ingenio iunctæ quatuor humorum substantiæ ita secerni possunt, vt non commigrent omnium permixtæ portiones. Postremò, varia temperamenta membrorum non minùs, quàm plantarum in terra, requirunt alimenti varietatem. Cur ergo natura oblatam occasionem ex humorum varietate non reciperet?

2. Collect. 1. *1. de natu. hum. & 2. elem.* *Num solus sanguis alat.* *Ratio prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.*

Sed hæc argumenta, vt causam reddunt probabiliorem, ita non omninò certam ostendunt. Nam licèt affirmemus vnum tantùm sanguineum humorem ad alitionem mandari, non diffitemur varietatem aliquam partium in sanguine, quam in plurimis mixtis agnoscit, confirmatq; Galenus. Ad primum ergo, in ægris cùm labet vis hepatis discretrix, nil nimirū, si ad vasa mandatur non sincerus sanguis, sed permixtus excremētis, vnde Ad primum. 3 symp. 5. Ad secundum. Ad tenium. ioculatoria trahūt humorem. Nam in sanis ex conceptaculis trahent fellea vesica, & liene. In ægris verò reperitur admodum variè coloratus, in quibus multa est humorum cum sanguine commixtio. Ideò autem ægrotamus continuis febribus humoralibus, quia non purus sanguis ad vasa defertur. Iam si non est momentanea permixtio humorum cum sanguine, non impedit, quominùs solus sanguis dicatur mandari ad vasa: appellamus enim sincerum, qnod insignem permixtionem non habet. Varia autem membrorum temperamenta non vrgent.

Ad quartū. *2. Praesag. 40*

Nam fient ea vno alimento omnia membra aluntur, ita & ex vno sanguine, maximè cùm & sanguis dissimilaribus partibus constet, & alitio ipsa non fiat ex simili, sed per alitionem reddatur simile alimentum initio dissimile. Quod autem attinet ad opinionem Turisani tertio loco relatam planè reiicienda est, nō modò quia cum maioribus omnibus pugnat, sed etiam quia rationi. Primum enim, calor innatus semper intendit coctionem moderatam, ad quam sequitur ob mixtionem alieni in alimento separatio excrementorum. Et siquidem alimentum familiare est, pauca est alieni admixtio. Ergo in massa sanguinea plus multo continetur vtilis sanguinis, quàm excrementorum. Ad hæc vbi agens quædam immodicè coquit, alia infra modum, necesse est, vt quædam moderatè coquat & assimilet, id vocamus sanguinem propriè. Sed detur esse mixtum ex pauca bile cum multa pituita & melancholia, necessariò euadit frigidum. Item mixtum ex bile & melancholia siccis cum pituita humida euadit humidum. Præterea mixta extra, bilis pituita, melancholia non euadunt rubra. Massa autem vasorum est calida humida rubea: non est igitur id commixtum. Ad rationes autem illius, quarum difficultas in causa fuit vt recederet ab apparentibus, dicendum est ad primam. Vnumquodque mixtum resoluitur in ea, ex quibus constat: atqui sanguis vase secto in tria secernitur aquam, rubrum, nigrum subsidens. Ex tribus igitur tantùm constat: Non est necesse vt quouis artificio mixta ostendant numerum eorum ea quibus constant: Nam quædam nullo ingenio separari queunt, licèt ea variis constent, vt aurum. Alia in pauciora quàm sint componentia, vt aloë, & rosa macerata separantur in partem acrem soluentem, & solidam astringentem, licèt etiam constent tertia amara: & lac coagulo in duas tantùm partes, caseum, & serū: sicut sanguis refrigeratus in aquam & gruntum. Idem verò sanguis calore exassatus in alia duo tātùm, bilem & atram. Licèt ergo daretur tres tantùm substantias in sanguine extracto monstrari, nō sequitur ea tribus tantùm componi: maximè, quia tres illæ substantiæ non sunt quas affirmat. Nam aqua est serum sanguinis, non pituita humor præ frigore crassescens, nec rubrum illud plurimū & crassum est bilis, quę pauca

Ad quintū. *Ratio prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Ad primam.* *2. Cau∫ tract.* *2. Elem. 9. 2. de differ. feb. 9.* *Ad secundam.*

& tenuissima per vasa fertur. Ad alteram: Lac non distat in compositione à sanguinea massa, cùm per leuissimam alterationem ex ea fiat. At lac ex tribus tantùm dictis constat: ergo & sanguis. At in noua mutatione ad lac non oportet seruari pristinas sanguinis partes: nec partes illæ lactia, trea sunt illæ substãtiæ, nam serum liquidissimum quo pacto erit pituita cocta? Ea enim per coctionem acquirit calorem, temperamentum, & substãtiam sanguinis, butyrum verò in actiuis temperatum, in passiuis humidissimum quomodò fiet ab cinerea parte & eaassata sanguinis dulcissimũ ab amarissimo, humidum à siccissimo? Caseus verò plurima lactis pars quo pacto erit paucissima melancholia in sanguine delata?

Ad tertiam.

Cum verò ita nos premunt, Si est humor sanguinis vllus, quomodò non erit illi putrescenti sua sicut reliquis periodus? ita reddemus: periodi humorum causam habent interuallum quiescentis ab accessione naturę. Cùm verò sanguis plurimus nũquàm non naturã molestet, & irritet vbi vitiosus morbus, vel est, nõ permittit naturã feriari per interualla.

Ad quartã.

Quare vna accessione citra periodos cessat vel vita. Cùm rursum obiectant, Si est humor aliquis sanguineus, cur non committit etiam intermittentem, sed solam cõtinuam, quam medici vocant, Synochum? Dicendum est, excrementa omnia ob sui paucitatem, putrescentia posse innato naturæ instinctu extra venas pelli, tanquàm ad ignobilia. Sanguis verò sui copia, & necessitate ad membrorum alitionem extrorsum pelli non potest, & quia intermittens febris non fit ea humore intra vasa putrente, ideò ea sanguine intermittens nõ nascitur.

Nũ sanguis vltimum alimentum. 2. de part. anim. 3. 3. de hist. 6. 3. de hist. 16. 1. de natur. facul. 10. 1. de semine. 10. 3. de temp. 9. Auic. prima. 1. de humoribus. 7. Ther. 0.

SED agamus de alimẽto membrorum ex sanguine. Licèt sanguis sit vltimum alimẽtum in sangineis alimentis apud philosophum, intelligendum est de communi ad omnia membra mandato, ad differentiam chyli & pituitæ, non de immediatè alente quoduiamembrum. Nam Aristoteles ipse concessit neruos ali albo crasso, & pilos cum cute, glutine: Galenus verò ostendit similiter ali ossa medulla, mammas lacte, testes semine. Nam ex sanguine citra medium aluntur sanguinea membra, caro & adeps, spermatica verò ex eodem per mediam humiditatem, quæ alibi alia est. Vnde intelligitur perperam vulgò ex Auicena desumi numerum humiditatum quatuor intercedentium sanguinem & membra, quæ ad differentiam humorum in hepate genitorum secundæ nuncupantur. Nam inter carnosa & sanguinem nil intercedit, inter solida verò & sanguinem vna tantùm humiditas. Dedit errori occasionem, quod numerãtur Galeno siccitates quatuor: cùm autem in quauis siccitate absumatur sua humiditas, non sine causa asseruntur humiditates quatuor: non tamen einsmodi quæ inter sanguinem intercedãt & membra. Sed prima est sanguis ipse in vasorum orificiis, alimentum scilicet carnium. Altera, humiditas illa varia alimentum solidorum vniuersali nomine dictum ros. Tertia, humiditas ipsa carnea. Quarta, humiditas solida membra componens.

6. de vsu. 12. 2. Collect. 8. Lib de marasm. 3.

Ea vtro autem sanguine cõparatur membris alitio? Sanè ea vtroque, nam venalis nutrit arterialem. Quare cor asseri potest parare toti alimentum, nõ secus quàm hepar. Sed accedendum est ad calidi hepatis indicia: Amplitudo vasorum, causam habet calorem distendentem, & copiam sanguinis indigentem amplo conceptaculo, præterea bilem flauam auctam. Cùm enim naturalis bilis color sit rufus, vel subflauus, meritò vbi receditur per calorem, bilis est amplior moderato, & ea pro rufa flaua visitur.

Dubitatio. prima. 3. Apho. 30.

QVOD tamẽ addit, in vigore succedere atram pro flaua dubitationem habet eò quòd 3. Aphor. inclinanti ætati propria est atra, & melancholici morbi. Credo, abundantia atræ maxima est inter anni tempora in autumno, inter ætates indeclinante, quæ illi proportione respondet, verùm in hepate calido anticipat generatio illius. Et quemadmodum in adolescentia auget bilem, quæ in moderato hepate in vigore solum apparet, ita in vigore increscente calore succedit atra. Adde, quòd sicut 3. Aphor. in inclinante oriuntur morbi aliquot biliosi, phrenitides, & causi, ob remanentem bilem, ita hìc iam per vigorem aliqui melancholici.

Dubitatio. secunda. Solutio.

ALTERA dubitatio, Quomodò humor frigidus siccus augetur in calido hepate, cùm magis oporteat ex aucto calore hepatis sperare incrementum calidi humoris?

Sanè gratia interuenientis accidentis fit, vt ex calore multo, siue extra accedente, siue interno, augeatur in humoribus fæx. Nã destillati liquores vbi insolantur, plus fæcis aceruant: & aqua lutulenta, quia fit tenuior ebullitione, amplior secedit in fęcem. Sic inter alimenta plus melancholici succi corpori accedit, ea melongeoa & carduo calidis, quàm ex vaccina carne frigida, & in hepate calido plusquàm in frigido, si vtrunq; siccum est. Hinc est, quod apud Galenum agens melancholiæ vniuersim asseritur calor immodicus, non frigus.

Lib de atra. bile, & hic & 3 præsag. co. 28.

Dubitatio. Lib. 3. de caus. symp. cap. 1.

QVIDAM autem hìc expendunt abundantiam humoris in corpore sequi potissimum temperamentum hepatis, sed partim etiam tertiæ coctionis, vel vitium, vel incolumitatem, inducti ex verbis Gal. lib. de caus. symp. Ita enim ille scribit. [*Erysipelatum cancrorum, & reliquorum præter naturam tumorum causa est vitium in secunda vel tertia coctione.*]

Solutio.

Verùm cùm membra distent intemperamento ad hepate, & passum, in quod membra operantur ab eo, in quod hepar agit, non est vero simile membra in accedens alimentum, quod obtinere in sui nutritionem nequeunt, formas humorum imprimere. Sed ideò vitium tertię coctionis causa est cacochymiæ, & illius interuentu tumorum præter naturam: quia natura membrorum, vbi euincere nequit totam accedentem materiam, & permiata excrementa sanguinis cõmercio emendare, permittit manere in vasis abundantem ex hepate cacochymiam, quæ paulatim augescens tandem abit in tumores præter naturam.

CAP. XXXIX.

Siccioris autem sanguis quidem crassior & minùs abundans, venæ duriores & totius corporis habitus siccior.

CAP. XL.

Humidioris autem sanguis quidem abundantior atque humidior, venæ autem molliores: ita verò & vniuersum corpus, nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

Dubitatio.

RElíqua horũ capitulorũ manifesta sunt. Illud dubitari potest, cur inter inditia sicci hepatis, simul

simul & inter indicia calidi, non meminit de siti, quæ sæpissimè visitur in illis hepatis intemperamentis? (Solutio.) Causa est, quia inquirit notas, quæ per proprietatem, non quæ per consensum sequuntur, & quæ semper, non quæ frequenter, sitis autem per consentientem ventriculum sequitur, neque id perpetuò.

(Dubitatio.) Cvr siccitas hepatis minuit sanguinē, rationes sunt: (Solutio.) Quia trahit aridum iecur partem succi sibi similem siccam, ideò sanguini gignendo ineptam, & rursum tractam innata siccitate magis exsiccat. Postremò, quia destituitur altera qualitate faciēte ad sanguificationē, nēpe humiditate.

Cap. xli.

Calidioris verò simul atque siccioris hepatis indicia, ilia plurimùm hispida: sanguis crassior simul atque siccior, rufa bilis plurima est, consistente autem atra & atra, venarum autem latitudo & durities. Sic verò & vniuersum corpus se habet. Nam quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eam, quæ ab hepate nascitur, frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem. Siccitatem verò non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media verò inter hæc, quæ dicta sunt, ea quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superatur, quàm siccitas ab humiditate, minus autem caliditate, adhuc verò multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates, quæ ab hepate eueniunt, facillimè vincitur. Liquet autem, quòd cum in vnum concurrerint vtriusque principij temperatura, totum secundùm illas exquisite afficitur corpus, paulò verò inferiùs ipsius dicentur indicia.

Cap. xlii.

Humidius autem, ac simul calidius hepar, minus quidem quàm calidius, & siccius ilia reddit hispida plurimum verò sanguinem, & venas amplas, habitúmque calidiorem, atque humidiorem facit, nisi obstiterit cor. Si verò ampliùs in ambabus qualitatibus à natura modo recedat, à morbis, qui ex putredine, ac vitiosis humoribus fiunt, facillimè capitur: adhuc autem magis, si plurimum augeatur humiditas, caliditas verò non ita. Si autem cōtrà parum quidem humiditas crescat, plurimùm verò caliditas, minimè vitiosis humoribus laborant.

Cap. xliii.

Humidius autē & frigidius hepar habet ilia glabra, sanguinem verò ad pituitæ naturam accedentem generat, cum venarum angustia. Sic & reliquum afficit corpus, nisi à corde ad contrariam naturam transferatur.

Cap. xliiii.

Frigidius autem & siccius hepar, cum pauca sanguine atque venarum angustia efficit corpus, atque frigidius, & ilia glabra: nisi & hic cor dominetur.

(Dubitatio.) Signa omnia de indiciis compositarum intemperaturarum manifesta sunt. Quod autem in calido sicco inquit, sanguinem gigni crassiorem, quidem putant non esse verum, si fiat ad temperatum hepar collatio: eò quòd caloris sit attenuare, & rarefacere.

(Solutio. Lib. 2. cap. 18. & 19.) Sed non aduertunt dictum esse lib. de temperam. vniuersas has notas non esse intelligendas collatione extremi temperamenti, sed medij tantùm, tum quòd nota illa sanguinis crassi non tribuitur hepati calido tantùm, sed calido simul & sicco. Siccitatis autem proprium est, sanguinem gignere crassiorem sicciorémque moderato. Sed & si spectetur ipsa per se caloris operatio, licèt in ratione caloris attenuet, in ratione tamē coquentis, quam potissimùm habet, quáque fungitur in hepate, dum chylum coquendo vertit in sanguinem, incrassat materiam, & constantem reddit, & quia resoluit aqueum tenue, & quia permiscet illi terreum, cuius permixtione crassescit. Paucitatem autem sanguinis ideò non tribuit huic intemperamento, quia altera qualitate caloris magis auget sanguinem, altera siccitatis minuit. Quare in sicco tantùm, & in frigido sicco meminit eius notæ, non in calido sicco. (Lib. 4. Method. ca. 2.)

(Dubitatio.) Qvod autem subdit, [*Sic verò & vniuersum corpus.*] Vel intelligatur sic in duritie, quæ immediatè præcesserat: nam siccitas hepatis sine exceptione reddit corpus siccum, vel si refertur etiam ad calorē, intelligatur cum exceptione sequenti, quod attinet ad calorē, videlicet, *nisi cor obstiterit.*

(Dubitatio.) Qvod item cap. 42. de calido humido hepate pronunciat, constituere naturam totius putredinosam. Similiter dictum est, atque paulo antè de corde calido humidóque docuit putredinosam corpori naturam inducere, quando ambabus qualitatibus excesserit. Vtrunque enim horum membrorum vim habet in corporis humoribus immutandis.

(Dubitatio.) Sed vtrum magis? Planè in alterando corpus certant inter se, de quo statim disputabitur, sed putredinosa natura constituitur per solam humorum temperaturam, & quia humores magis ab hepate, quam à corde mutantur, ideò in eo opere plus potest hepar quàm cor. Quòd autem plus mutentur ab hepate humores, causa est, quia magis in hepate morantur, & quia magis in hepate gignuntur, in corde solùm alterantur, & quia per numerosiores, & ampliores venas mandatur ab hepate quàm à corde per arterias sanguis. Quod autem subdit, vbi calor valde excedit humiditatem, minimè tale temperamētum vitiosis humoribus laborare, significat multo minùs esse tales putredinosos, non ex toto non esse putredinosos. Aduerbium enim ἥκιστα Galeno & Hippocrati non omninò negat, sed minuit tantùm. (Lib. 4. de victu acut. co. 05.)

(Quæstio.) Sed quoniam frequens est in vniuersa hac tractatione Galeno mentio de mutuis membrorum inter se & ad totum actionibus, passionibúsque, opportune facimus, si ad interpretationis cumulum de hoc argumento ex professo agimus. Secabimus autem ob rei luciditatem, alioquin per se obscuræ, difficultatis solutionem per propositiones: quarum.

(Propositio prima.) Prima est, cùm inquiritur, alteréntne se mutuò membra, intelligi potest quæstio in formatione ipsa hominis, aut post formationem. Rursum post formationē potest actio intelligi priuatiua, aut positiua. Postremò post formationem positiua vel fiens, vel facta (liceat vti verbis ob receptū vsum notioribus magis quàm elegantioribus,) ergo in formatione ipsa alterant se membra, maximè quæcunque aliis vicinitate iuncta sunt, aut consensu, quomodò ex calido cerebro coniectamus neruorum & oculorum calorem, & ex frigore frigus, eò quod in formatione non adest impedimentū aliquod eorum, quæ statim tradētur, quominùs aduersantia temperamēta in se agant. Post forma-

formationem item cõſtat eſſe mutuam actionem priuatiuam: vocant ita non effectum aliquem realis temperamenti inductum, ſed impedimentum ſui præſentia, ne membrum contrariè intemperatum excedat & furiat. Hoc modo cor ſuo calore priuatiuè contrà operatur cerebro, non calorem in illud inducens, ſed prohibens, ne cerebrum præ frigiditate concreſcat. Sic cerebrum, licèt cordis calorem actu & opere non minuat, temperétque, tamen prohibet, ne excandeſcat, & & vratur. De poſitiua item mutua actione fiente, non vertitur in dubtum. Conſtat enim experimento partes omnes proximas cordi prę volitante cordis calore, tactu validum calorem oſtendere, etiam ſi ſint vaſa nerui, ligamenta, imò & cerebrum ipſum ex vaporum concurſu abundè tangentẽ excalfacit, licèt facto temperamẽto algeat.

Dubitatio.

SOLA ergo reliqua eſt ſoluẽda dubitatio, Nũ ſit mutua membrorum inter ſe actio, poſt formationem, poſitiua, facta: voco factam, quæ ita mutaris innatum membra temperamentum, vt tranſierit in alterum fixum, immanénſque, quo cum operetur.

Solutio.

Ea ita ſoluẽda videtur: Tria in corpore ſunt, immutantia factum membrorum temperamentum. Primum, ignis internus intẽdens aſſimilare ſibi commixtum humidũ attenuãdo & ignefaciendo, vnde redduntur membra arida, & marcida. Altera eſt cõtinentis operatio pro ſuo temperamento mutantis, ſibíque attemperantis corpus vniuerſum. Poſtrema eſt, membrorum aduerſantiũ in vno corpore mutua alteratio. Ne tamen tria illa agentium genera liberè ſuas exerãt vires, & corpus à natiuo commutent temperamento, obſtacula tria cõueniunt in corpore, impedimentáque, Primùm, vnitas formæ ſubſtantialis. Sicut enim in ſimilaribus corporibus, qualia elementa ſunt, & ex mixtis inanima formæ eſt tueri temperamentum vnum, ne mutetur, imò & ſi mutatum eſt, vt in aqua excalfacta, ad priſtinum reſtituere, nõ ſecus cùm animati forma requirat varietatem temperamenti in variis membris, tuebitur pro ſuis functionibus temperamentum cuiuſuis partis, impedietq́; ne ab alieno aduerſæ partis euertatur. Alterum impedimentum nutritio eſt; eius enim beneficio dum perpetuò ſubſtituitur ſimile reſolutio ſecundùm natiuum temperamentum, quaſi ſuccedentibus copiis, non ſentitur contractus ex vicinis lapſu. Tertium, de quo ſolo meminit Galenus, quantitas varietatis modica, ſi conſideretur vnitas temperamenti per membra omnia à corde fluentis. Æquè enim per vniuerſas partes ſpargitur, & tollit, aut ſaltem minuit priſtinam & natiuam earum oppoſitionem. Eiuſmodi ergo impedimenta in cauſa ſunt, ne vllum trium immutantium, quæ dicta ſunt, trahat membra in ſui ſimilitudinem, & in totum muter.

Lib. de inæq. intemp. cap. 7.

Dubitatio.
Solutio.

NVM autem in totum prohibeant facti temperamenti ex aliqua parte inductionem, non conueniunt authores. Certum eſt tamen retardari, & minùs factam ab illis alterationem, non ex toto impediri. Nam de actione calidi in humidum, conſtat ex ea mutare membra omni aper ætatas ſua temperamenta etiam facta, ſiquidem tandem ſuperante ſiccitate facta, ignis actione ſenectutem mortémque incurrimus. De actione item continentis, monſtrat experimentum acceſſum ad inſuetam regionem ſæpe eſſe morboſum, proptereà quòd ignotus locus, non ſtatim imprimit membris factum temperamẽtum, ſed fiens, quod pugnans cum patrio gignit morbum. Facto autem aliquo annorum progreſſu, non ſolum non eſt morboſa ſtatio, ſed etiam ita ſalubris, vt ſi deſeratur, morbi prodeant: id quod apertè teſtatur factam iam eſſe & impreſſam membris, continentis temperiem. De actione verò mutua membrorum, humorum, vaporum, teſtimonia ſunt, quòd neruus tranſiens per os exiccatur & dureſcit, & cerebrum ſua natura frigidiſſimum ex calidorum ſpirituum, vaſorum, & vaporum calore temperatur: ſicut vaſa calida ſunt ex contento ſanguine, & quod ſcribit Galenus prorſus fieri non poſſe, vt ſi multo tempore decumbit humor ad membrum, non contrahat membrum decumbentis humoris intemperantiam. Ergo dicta tria mutant maximè quidem & promptiſſimè fiente intemperamento, tardè & parum facto.

Libr. 9. iber. cap. 13.
Lib. 8. de vſu part. cap. 1.
Lib. 1. ae tëp. cap vlt.
Libr 7. ther. cap. 6.
Dubitatio.
Solutio.

QVOD ſi inter ea tria fiat collatio, quod ex tribus plus poteſt mutare corpus, id magis mutat & citius, quod vehementius eſt, nempe internus ignis, ntinus continentis temperatura, adhuc minùs membra, vel humores aduerſantia. Ad hunc itaque modum bona ex parte confecta res eſſe videtur. Nec verò eorum rationes, quicunque dictæ ſententiæ non accedunt, quicquam conuincunt.

Ad oppoſita.

Prima, ſi mutantur, inquiunt, temperamenta membrorum optima, nullum eſt corpus ſalubre ſimpliciter ſemper, cum per omnes ætates non duret optimum membrorum temperamentum. Non aduertunt enim, quo ſenſu dictum ſit per omnes ętates durare ſaluberrimum temperamentum. Ita enim in ſalubri ſimpliciter ſemper per omnes ætates durat optimum temperamentum ætatiuum, vt in pueritia optimum ſeruetur puerile, in ſenecta optimum ſenile, demum ſemper præſtet cæteris, nõ tamen idem ſeruatur temperamentum, quod fuit ab initio.

Ad primam.

Ad alteram, ſi poteſt caro inducere oſſi vnum ex gradibus caloris, quos habet, ergo magis poſtcà imprimet alium, & tandem aſſimilabit. Minùs enim renititur calori, vt duo, os ex parte excalfactum, quàm merè frigidum. Soluitur, eò quòd tota vita facto temperamento non momentaneè alterat, quare longè abeſt ab aſſimilando propter tria dicta impedimenta.

Ad ſecundam.

PROPOSITIO ſecunda, Num principalia mẽbra alterent ſe mutuò plus reliquis, quod cum Platone Galenùs ſæpe ſignificare videtur? Minimè inquã. Nã diſtãt à ſe mutuò, cùm multa ignobilium ſeſe tangentia próptiùs alterent: habẽt tamen principia quò cõpenſent nõnihil detrimentum interualli, quod mandant inſtrumentum, quo intercedente cõmunicant ſibi ſua temperamenta.

Propoſitio ſecunda

CVR ergo de principiis quaſi contrà operantibus meminit Galenus, nõ de ignobilibus, dicẽs: [*Niſi hepar repugnauerit, & niſi cor repugnauerit?*] Sanè nõ ſignificat author verbis citatis principalia magis ſe alterare, quàm non principalia, ſed Impedire actionem contrarij principalis in corpus. Quare inter ſe non magis operantur, quàm non principalia, ſed in immutãdo tertium, nempe corpus.

Dubitatio.
Solutio.

CVR verò magis immutẽt corpus, cauſæ ſunt. Quia tangunt ſingula mẽbra inſtrumẽto à ſe demandato, quod reliqua non faciunt, & quia nõ ſolùm tangunt, quomodò os carnem ſibi proximã, ſed & penetrant tenuitate ſpiritus ſui & ſanguinis meatus

Dubitatio.
Cauſa prima.

Secunda.

meatus omnes membrorum: Et quia qualitates habent excedentes, ideò in alterando potentes, cor calorem, hepar humiditatem, cerebrum frigiditatē:

Tertia.

Postremò, quia ex principalibus hepar & cor non solùm à qualitate agunt in corpus totum, sed & à materia: ita vt alimentum à se genitum transeat in membra omnia corporis.

Quarta.

Et quia postrema hæc causa, eáque potissima in solis hepate & eo1de lncum habet ideò de his duobus solis dictum est, assimilare sibi corpus, nisi alterū ex illis fuerit contrariè temperatum.

Propositio tertia.

PROPOSITIO tertia, Num multa illa concurrentia ad alterandum membrum singula inducant suū temperamentum membro, an impediant se mutuò aduersantia? Ea sunt mēbrorum omnium vires & temperamenta, vapores totius, humores, spiritus, cōtinens, animi affectiones, & reliqua corpori accedētia, ita vt ex solo dominãte & accedenre sequatur effectus. Varij sunt authores.

Solutio.

Ratio prima.

Est autē mulro facilius opinari, vnum solum effectum in membrum induci ab excessu in ea complexione agentium: tum quia frustrà asseritur multiplicitas ills impressionum in membrū temperamentorum: tum quia contraria ex finitione sua abijciūt se mutuò à subiecto, postquàm ambo genita sunt.

Secunda.

Ergo quod est facilius, impedient inductionem contrarij sua præsentia.

Tertia.

Adde, quod exteriora agentia contraria vnum, nō duos sensus tactui impr1muni. Nam permixta aqua ex gelida & feruēte solam sensationem præbet excedenris in mixtione qualitatis: Ergo & in interna complicatione agentium tantundem eueniet.

Obiectio. Cap. vlt.

Neque obstat, quod lib. de inæqual. intemp. conceditur ex sparsione aquæ feruentis ab vno, & gelidæ ab alio in idem corpus, sentiri feruorem simul & horrorem. Quia ibi vario, non eodem tempore eidem parti per se totam applicantur. Cùm enim aqueæ moles non se penetrent, non accedunt simul ad vnam partem, sed ad diuersas, quod hìc locum non habet, vbi qualitates citra materiam oppositæ operantur.

Propositio quarta.

PROPOSITIO quarta: Num caloris ascititij præter innatum & factum temperamentum, seruiant naturæ operann instrumenti vice? Non est perinde expeditu facilè: conandum tamen est expedire.

Solutio.

Calor extatius quantus innatum fouet & roborat, quiq; paulo pòst habet transire in innatum, conducit naturæ functionibus simul cum innato: Exempli causa, in maturatione fructuum solaris simul cùm innato fructuū, in nutritione, sensu, & motu membrorum calor à corde influēs simul cum innato. Prospiciens enim natura nec fructibus maturandis defuturum subsidium ex æstiuis solibus, nec membris alēdis ex cordis influxu, minus indidit innati caloris & his & illis, vt vtrobique ex permixtione vtriusque resultaret temperamentum naturalibus functionibus accommodum. Tale itaque temperamentum nō solùm facit ad naturæ opera, posteaquàm transiit in factum, sed dum etiamnum fit, & in motu est, vt sicut de contento in inanibus spatiis vapore in spiritum transeunte pronuntiauit Galenus, iam tum eum facere ad naturales functiones, ante integram in spiritum mutationem, ita de externo calore natiuo simili statuatur.

Lib. 5. simpl. cap. 8.

Reliqua omnis ascititia temperies non solùm non ministrat naturæ operanti cum facto temperamento, sed ab illa ministrante facto temperamento impugnato & euertitur.

Ratio prima.

Nisi enim ita fieret, eueniret, vt pulsus puttidè febrientis esset debilior & minor, quàm sani contra experimentum.

Lib. 3. de præsag. puls. ca. 2.

Nam imtemperatum pulsationis instrumentum deteriores efficit pulsationes.

Secunda.

Item inæquale intemperamentum læderet essentialiter functiones, non secus quàm æqusle contra id quod lib. de inæqual. intemp. scribitur non lædi functiones, nisi facto iam intemperamento.

Tertia.

Cap. 4.

Postremò, si nutritio fieret intercedente intemperamento illo extratio, nouum alimentum non reciperet natiuum membrorum temperamentum, magis quàm ascititium.

Propositio quinta.

PROPOSITIO quinta huius loci propria: Num alteratio corporis ab hepate manens impediatur secundùm omnes quatuor qualitates à contrariè temperato corde? Ad hūc fermè modū dicendum esse videtur.

Solutio.

Sicut nō omnia membra æquam habent potentiam in alterando corpus: ita nec vnum in alterando secūdùm omnes qualitates sua. Nam in mutatione actiuarū cor principatum obtinet super reliqua, in mutatione autem passiuarum hepar. Si quidem feruor ille sensatus in toto à solo corde manat, humiditas verò illa, alendo vtilis corpusque irrigatura à solo hepate. Cor enim licèt aliqua ex parte immutet sanguinem arterialem, non tamen gignit vllum, quem ab hepate non receperit. Quare sicut horti humiditatis vnus fons est stagnum, ita humiditatis corporis hepar. Meritò itaque fit, vt hepatis calorem impediat frigidum cor, & hepatis frigiditatem calidum cor. Verùm in passiuis non facilè repugnat cor, sed si labitur hepar per humiditatem, raro potest impedire sua siccitate cor, ne corpus humescat ab hepate, siccitatem verò ab hepate manantem nunquàm humidum cor emendabit: Quia cor & parùm humectat sanguinem iam ex parte siccum, calor enim cordis cum temperamento in passiuis modico non potest humectare: & multò magis, quia humectatio. lib. 7. Ther. difficillima est & tardissima operatio. Atque ita cōstat tota Galeni sententia. Neque nos mouere debet, quod suprà concessit vinci calorē & frigidus cordis ab hepate contrariè intemperato, quare non videretur in actiuis potentius immutans cor. Quis maior potentia cordis non tollit, quo minùs quandoque hepar plus cordo immutet, sed facit, vt si ad contraria labuntur pari lapsu, vincat cor. Verùm si lapsus hepatis oppositus est multo intensior, trahet corpus in sui consensum, repugnāte licèt corde.

Cap. 5. & Cap. 10. & 10.

Obiectio.

Ideò de corde asserebat, similiter & totum corpus temperatum est, nisi hepar vehemēter repugnauerit. De hepate verò simpliciter pronunciabat. Similiter verò & totum corpus, nisi cor repugnauerit.

Obiectio.

Nō vrget item obiectio altera: Non videtur (inquiunt) cor in immutatione actiuarum plus hepate posse. Nā hepar calidum, vt vnum, toti communicat calorem vt vnum, sed cor in primo calidum, non plusquàm vt vnum excalfacit cor, cùm non possit vltra gradum suæ potentiæ. Ergo paria sunt in agendo.

Causa prima.

Secunda.

Tertia.

Non conuincit, eò quòd imparitas intelligitur in victoria, quando sibi aduersantur æquo lapsu. Nam in eo concursu sequitur corpus cordis temperiē, non hepatis. Adde etiam, quòd vehementiùs labitur cor ad calorem quàm hepar. Præter id quod hepar nō ea facilitate communicat suum temperamentum, qua cor. Vnde fit, vt in primo calidū hepar per dimidium tātùm gradum

dum excalfaciat corpus, cor verò in eodem primo caloris sufficiat per vrium excalfacere. Sed

Obiectio. & illud soluendum est. Nõ minùs est cor caloris origo quàm hepar humiditatis: si ergo defectus caloris in corde emendatur hepatis calore, cur non inopia humiditatis in hepate reparabitur humiditate cordis? Causa est, quoniam calor corporis, licèt à corde magis, verũ & ab hepate etiam originem ducit. Vnde fit, vt deficiens in vno principio, ab altero reparetur. Verùm humiditatis corpus alentis, ita est hepar origo, vt non possit ibi deficiens ab alia humiditate reparari, sufficique.

SECTIO SEXTA.

CAP. LV.

Temperatura verò testiculorum, calida quidem ad venerem procliuis est, & masculorum generatrix, & fœcunda, celerriméque genitales partes obsepit pilis; simul autem, & circumiacentes attingit partes. Frigidior verò contraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat. Sicca paucum & modicè crassum generat semen.

SCinditur sectio præsens in partes, quarum prima, quam ordimur, proponit notas omnium simplicium intemperamentorũ. Proxima quatuor capita discurrunt per notas compositorum quatuor. Ac primùm calidi excessus enumerat notas 4. procacem naturam, masculinam prolem, fœcunditatem, celerem pectinis hirsutiem. Frigidi verò temperamenti opposita quatuor: sic humidi abundantiam cum tenuitate seminis: Sicci verò contraria. Paulo tamen vberiùs explicanda sunt. Primùm testium (quod semper fecimus) vsus. Deinde horum indiciorum veritas. De primo, triplex fuit priscorũ sententia. Quidam putarunt, gignere eos semen. Non enim meatibus, quos vocant seminarios eam vim tribuebant. Alij, inter quos est Aristoteles, opinantur gigni semen in meatibus, non in testibus, quare coguntur excogitare alios quosdam testium vsus. Postremò, Galenus vtranque sententiam complexus arbitratur in vtroque loco gigni, & creatos esse testes in subsidium gignendi seminis, simul cum meatibus illis.

Lib. 1. de gener. animal. & lib. 5. cap. 7. Galen. lib. 1. de semi. cap. 11. 12.

Impugnatio primæ opinionis. Ratio 1. Primi ducebãtur eò, quòd meatus sunt instrumẽta deferendi vel sanguinem, vel semen genitum: testes ergo conficient, quod deferendum est. Sed refelluntur, tum quia ante testes visitur in vasis seminariis semen; tum quia reuolutio vasorum frustrà foret à natura creata, nisi intenderet per eam seminis confectionem. Postremò, quia solet natura etiam meatibus distributoriis, ne pereat, & otiosum sit dilationis tempus, indere etiam coctionis vim: intestinis quidem chylificandi, venis sanguificandi, meatibus seminariis generandi seminis. Cuius facultatis in meatibus manifestissimum argumentum est, quòd multa animalia citra testes in meatibus gignant, & contineant fœcundum semen.

(Margin: Secunda. Tertia.)

Impugnatio secundæ. Secunda verò sententia cum Aristotele authore ita per suas partes reiicitur. Primò, ait testes non creari gignendo semini hoc argumento: si essent necessarij ad eam generationem, non fieret citra testes semen. Atqui multa animalia pisces & serpentes citra testes in solis meatibus genetãr fœcundum semen. Non fuit igitur semini generando necessarij testes. Sed non vrget hæc ratio.

Solutio. Similiter enim multa absurda conficies. Vegetabilia discernunt vtile alimentum ab alieno citra sensus, ergo sensus non dantur ad discretionem vtilium à noxiis. Assumptum verum est, consequens falsum. Sic multa vegetabilia & animalia citra semen oriuntur: Ergo semen non fit ad generationem; non conuincit. Sic ventriculi multi citra carnem chylificant; Ergo caro ventriculi volatilium non creatur in vsum chylificandi. Sic multa animalia citra hepar solo ventriculo coquunt alimentum totius; Ergo hepar non habet vsum conficiendi alimentum pro toto. Sic multa animalia citra ossa constant: Ergo ossa non data sunt in vsum sustinendi corporis. Causa, cur peccent dictæ illationes, nec concludant, quod conantur, vna in omnibus & perpetua est; quia sæpe natura vnam operationé exercet per pauciora instrumenta, & eandem non rarò per plura: videlicet imperfectè per pauciora, perfectè per plura. Quare non oportet, si imperfectum semen in meatibus solis gignitur, vt perfectum in præstantioribus animalium citra testes conficiatur.

Alia Aristo. sententia. Addit. Arist. cùm testes, quibus dati sunt, animalibus duplici constent differentia, nonnulli pendentes, alij dorso hærentes: pendentium vsum esse suo pondere instar penularum in textrinis rectum constituere meatum seminarium natura sua flexuosum. Nisi enim hoc ingenio tenderetur, morosa eiaculatio refrigeraret semen, & inutile generationi redderet.

Impugnatio ratio prima. Redarguitur tamen ex multis hic vsus. Primò: meatus seminalis non procedit solùm sinuosè, vt ea vtrinque tendione dirigatur, sed multis spiris circumuoluitur, ita vt tendi, nisi longissimo interuallo, nequeat. Adde, quòd hærent flexus illi, vndique vicinis, ita vt tensionem non admittant.

Secunda. Deinde, ductus huius meatus est secundùm corporis profunditatem à renibus ad genitale, quapropter pondera tendentia oportebat locari, alterum antrorsum, retrorsum alterum; non quomodo nunc locantur dextrorsum & sinistrorsum.

Tertia.

Quarta. Præterea, testes non pendent ad latera meatuũ, quod ex dissectionis incuria supponit Arist. sed recipiunt intra se vno latere eos meatus, aduerso verò semen emittunt.

Quinta. Quid, quod vasa seminaria in animalibus, quorum testes non pendent, sed hærent, similiter sunt varicosi. Si ergo requirit ille anfractus ad directionem pendentia pondera, oportebat similiter in illis pendere testes, aut reddi ea infœcunda. Quorum tamen neutrum ex experimento confirmationem habet.

Alia Aristo. sententia. Prosecutus autem Arist. de altero testium genere, adiungit in testibus hærentibus dorso eundem esse vsum, qui cæci intestini, vt recipiat semen & remoretur, ne perpetua irritatione excitet ad crebram venerem, retraharque animalia à præstantioribus, quibus ea oportebat incumbere, muniis.

Impugnatio Ratio prima. Sed & hoc manifestam habet redargutionem. Poterat enim natura eam moram faciliore compendio comparare per seminarium vasorum inuolutiones. Ergo frustrà illi vsui genuit duos testes.

Secunda. Præter quam quod est admodùm improbabile, vt membra, quæ grauando tantùm & tentando creantur, & conceptacula ad semen retinendum, vnam habeant & carnem &

subitan

ſubſtantiam, & figuram. Vna autem apparet in teſtibus pendentibus & inhærentibus. Ergo non habent duo illa teſtiũ genera dicti vſus diuerſitaté. Sed diſcutiamus poſtremũ de teſtibus Ariſt. inuentum.

Alia Ariſt. ſententia.

Cauſam eximiæ mutationis, quæ exectis animalibus accidit, arbitratur eam eſſe: quia abſciſſis teſtibus nõ ampliùs tenditur cor, quod eorũ põdere tẽdebatur, ideò & firmabatur. Vulgò verò addũt ceſſare reflexionẽ caloris à teſtibus ad cor, vnde corpus molleſcit, & robur amittit.

Impugnatio reflexionis.

Verùm neutra ſentẽtia ſuadet: nõ reflexionẽ ea fit à calore ſurſum conſcendente, non deorſum deſcendente: nec in quoduis corpus incidẽte, ſed in denſum, cauum, à quo lõgiſſimè abſunt teſtes. Poſtremò, nullum maiorem reliquis mẽbris conſenſum cum corde habeant teſtes, à quo ſperari poſſit ea reflexio, magis quàm à reliquis membris.

Impugnatio roboris.

Robur verò cordis ex contentione teſtium, quam probabilitatẽ habet? cùm teſtes minimo pondere conſtent, nec pendeant ex corde, niſi per arterias carnibus vicinis nõ attẽnſas, ſed hærentes & agglutinatas. Prætereà tenſio non eſt roboris cauſa in membris, ſed temperies. Poſtremò in gallinis & ſuibus etiã fœminis & omnibus quorũ teſtes non pendẽt, ſed hærent, eadẽ fit mutatio ſi caſtrantur; & tamen non ſeqeitur ibi laxatio cordis. Adde, quod ſi volebat natura tendere, cor poterat facilè id parare per aortã & cauam cordi proxima, membranaceáque, ideò robuſta, non per teſtes & longinquos & molles.

Mutationes ex caſtratura.

Quanta autem mutatio corpori accedat, ſiue auferãtur teſtes, ſiue rumpantur, intorqueantúrque ſeminalia vaſa teſtes ingredientia; apparet: quia pili nõ ampliùs naſcũtur, ſiue in mẽto, ſiue quauis alia corporis parte: carnes molleſcunt; vires labant, ceſſatque virilis animus; ſegnes & timidi reddũtur: vox acuta fit, caro ſuauis pro nidoroſa; pingueſcunt; frigida & humida redduntur: demum tota in fœminam tranſeunt. Ipſi teſtes in viris, ſicut vbera in fœminis, ſi perfundãtur frigida, omni hæmorragiæ præſtãtiſſimè ſubueniunt. Quæ omnia, vt nos facilè ad ſemen in teſtibus abundans referimus, cuius validæ qualitates toti cõmunicant: ita aduerſarij nequeũt, cũ diffiteãtur eam teſtium vim. Ariſtotelis itaque de teſtium munere ſententiæ ſic per partes explodũtur.

Verus teſti vſus.

Vt autem iam receptui canamus, & vſus teſtium in ſemine gignendo agnoſcatur, ſequentia teſtimonia efficient:

Ratio prima.

Niſi tribuatur teſtibus munus creandi ſeminis, nullũ aliud habẽt in corpore, quod oſtẽſum eſt. Atqui Ariſt. ipſe fatetur, nil fruſtrà à natura condi. Gignunt igitur teſtes ſemen.

Secunda.

Altera ratio, apparet experimento in ſalacium teſtibus plurimũ ſeminis, in teſtibus verò continentium nil.

Tertia. Auerroes 2. Collect. cap. 10.

Ad hæc, quemadmodũ ſumma ſimilitudo inter hepar & ſanguinem conuincit hepar eſſe ſanguinis officinam, ita maxima illa ſeminis ad teſtes, oſtẽdit à teſtibus prodire ſemẽ.

Quarta.

Conſtat prætereà ex tota hac ſerie naturam conceptaculis & meatibus contentoris coquendas materias indidiſſe vim coctricẽ, verùm pluribus eorum addidiſſe circundantem peculiarem carnis ſubſtantiam, à qua & coctrix vis intenderetur, & ad certam ſpeciem & ſimilitudinẽ carnis dearticularetur. Exempli gratia, in vaſis tenuis meningis coquitur ſpiritus vitalis in animalẽ; verùm circunſtans cerebri ſubſtantia promouet eã coctionem, & particulatim determinat ad ſpiritus animalis ſubſtantiam. Sic cordis ventriculi coquunt, ſed ex addita carne fibroſa plurimum in opere promouentur. Sic ventriculi pedeſtriũ animalium ingeſtum alimentum ſoli coquũt, ſed accedente in volatilibus carne multo redditur coctio præſtantior. Vaſa mamillarum dealbant ſanguinem: ſed ex accedentibus mamillarũ glãdibus plurimùm augetur, roboratúrq; lactis prouentus: Sic meatus ſeminales poſſunt ſemen efficere, ſed accedentibus teſtibus multo fœlicior prodit ſeminis generatio.

Teſtium temperies.

Quod autem attinet ad teſtium temperamentum, licèt in eo diſſentiant, videtur eſſe calidum. Nam ſi eſt ſemen calidum humidum non ex influente tantùm, ſed ex innata temperatura, quam ex elementis cõtraxit, Eſt certè calidum abſolutè, & ſemen, & teſtes ſemen producentes.

Dubitatio.

De ſecundo, verè ne ſint notæ temperamẽtorum hîc traditæ, facit difficultatem, quòd calidũ ſemen valdè fœcundum eſſe inquit, & paulò pòſt de calido ſicco ait eſſe fœcundiſſimum, cùm tamen apud Hippocratem omnes intemperati; & teſtes in viris, & vteri in fœminis malè fœcundi ſunt, temperati verò fœcundi. *Lib. 5. Aphor. 62.* Sed & atteſtatur Hippocrati ratio. Cùm enim operatio ſeminis ſit fœcunditas, oportet eam maximè illucere in tẽperie iuſticiali ſeminis.

Solutio.

Poterat fortè ſolui, ſi interpretemur hunc locum, non de collatione calidi ad temperatum, ſed ad frigidum. Verùm ſuprà mõſtratum eſt, indicia omnia, de quibus agitur, ad temperatum referenda eſſe perpetuò, non ad contrarium intẽperamentũ. Quare ſatius eſt aſſerere, maiorem in calido ſicco ſemine fœcunditatem, quàm in temperato. Quemadmodum enim ex duabus ventriculi functionibus coctio in calido melior fit, quam in tẽperato, eò quòd calore promouetur coctio: ſic cùm cõceptio coctione peragatur, ſemen calidius magiſq; coctũ aptius eſt ad germinationem fœcunditatẽque. Et ſicut temperies optima plus intẽperatis facit ad optimam ſalubritatem, non tamen ideò ad maximè longam, ſed vincitur in longæuitate à calida humida, ita temperies ſeminis optima facit ad temperatiſſimi cõceptum, non tamen proindead plurium conceptus, quod hic vocamus fœcunditatem. Reſtat ſatisfacere loco ex 5. Apho. Eſt autem ſolutio, quòd hîc aliter quàm illic ſumitur fœcunditas. Nam hîc ſignificat plurium generationem, illic fœcundum ſemen dicitur, quod cũ pluribus fœminis generat, fœcundus vterus, qui ex pluribus viris etiam variè temperatis liberos ſuſcipit. Nam calidi teſtes, vel vterus, ſi iungatur calidis, non gignunt, ſi temperatis, raro gignũt, ſi frigidis, gignunt. Quare parum fœcundus eſt intemperatus vterus, quia cum ſolo oppoſiti temperamenti viro generat, temperatus verò fœcũdus, quia quibuſuis viris admixtus grauidatur.

Dubitatio.

Qvod item hîc habetur frigidũ ſemen aptũ eſſe fœminarum generationi, non tollit, quominùs frigiditas infœcunda ſit, ſi conferatur ad æqualem & ad calidam temperaturam: ſed tãtùm ſignificat fœtus edere, quamuis raros fœmininos tamen, contra calidi & fœcundiores ſunt in numero fœtuum, & eorum ferè marium.

Cap. XLVI.

Calidior verò ac ſiccior, & craſſum ſemen habet, & fœcundiſſima eſt, ac celeriter ab initio protinus ad cai-

tum excitat animal. Sed & hu genitales partes cirif- sime hispidæ sunt, atque omnes quæ circunstant, supra quidem vsque ad vmbilicum, infra verò vsque ad media fœmora: Petulca igitur est, & ad libidinem proua huiusce modi temperatura, statim verò satiatur, & si cogatur, ostenditur.

CAP. XLVII.

Si autem caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minùs, plus verò semine abundant. Non tamen plus veteris appetunt, sed minore detrimento præter modum venereis indulgēt. Quæ si satu excreuerint & caliditas, & humiditas, non sine detrimento à venereis abstinent.

CAlidi intemperamenti cōpositi indicia manifesta sunt. Quòd enim calidi sicci incōtinētiores fiot, causa est irritatio à calore, qui siccitate acuitur: quòd tādē parùm tolerēt venerea, causa est paucitas seminis cū siccitate: Accessus autem exhaurit semen, & siccitatem auget.

Dubitatio.

S a d durum videtur, quòd præfatur calor siccus in fœcūditate calori humido. Cùm enim cōceptio quædā coucoctio, & coctio omnis calore cum humiditate promoueatur, videtur fœcundior calida humida seminis natura.

Solutio.

Verùm, licèt magis coquat calor humidus, velociùs tamen siccus. Argumento est, quod assatio multo est elixatione velocior, potissimùm vbi coquendum est fluidum, quale hic mensalis sanguis. Ergo calidum siccum semen, dum citiùs cogit & incrassat sanguinem, frequentiùs multo fœcundat fœminam, quàm si fuerit cum calore humidum. [*Crassum semen habet*] *crassissimum* lege.

Num semē animatum. Cap. 1.

E x i g i t hic locus, vt de semioe disputetur: primū, nū animatum sit, an ioanimum: secundò, vnde prodeat ad generationē. De primò: Nū semen sit animatum: Galenus in lib. de maras. non solùm fatetur animatū, sed & viuū: dicens viuorū tria sunt genera, animalia, plantæ, semina, cū tamen Peripatetici viuū de solis efferāt animalibus.

Solutio. Cap 3. & 4.

Aristoteles verò lib. de gener. animal. adscribit illi vegetabilem animam, & eam nō actu, instar formati iā corporis, sed in potētia actui propinquissima. Treis enim potentias præter actum agnoscunt. Prima vocant materialem remotissimam, in qua nihil acquisitum est effectiui principij, quomodò infans est potentia orator. Altera opposita, actui vicinissima, in qua totum effectiuum principium adest, vt quanto voluerit, operetur. Vocant formalem, quomodò doctus iam Rhetoricam, licèt non oret, potens est orare, vbi voluerit. Tertia, composita media, quomodò vir nondum doctus Rhetoricā, vit tameo potentiam habet ad orādum. Ex his ergo tribus potentiæ significatis, anima vegetabilis in semine est in formali potentia: ita vt citrà alterationem propriam & citra acquisitionē actiui principij, vbi obtinuerit commodum locum & materiam, operetur, actu verò non operatur. Sicut Geometra dormiens, in potentia actui propinquissima Geometer est, is verò qui contemplatur actu. Et quemadmodum anima asseritur actus primus, noo secundus, vel, quod idem est, potentia ad functiones collata ad actum secundum, id est, ad functiones: ita anima seminis collata ad vegetabilium & animaliū iā formatorum animas, potentia est nondum actus primus, qualis est illorum anima actu iam alens, & opera vitæ exercens.

Aduersus astruētes semen iā animum.

Neque verò difficilè est respondere aduersantium rationibus ostendentibus vel esse expers animæ, vel actu animatuio, instar plantarum. Primæ sunt, anima est actus corporis organici, atqui semen organicum non est: oon est itaque animatum. Sed non aduertunt, quod sicut semen potentia est animatum, ita & organicum.

Ad primā.

Cùm primùm autē incipit actu exercere animæ opera, iam est præditum vasis ex vtero trahentibus, quare organicum. Nec magis potest alia eorundem: Tandiu viuimus, quādiu nutrimur. Cùm ergo semeo non alatur, non viuit.

Ad secundā. Lib 1. de anima cap. vlt.

Nā quādiu potentia viuit, potentia alitur, cùm primùm actu viuit, actu & alitur. Neque obstat, quod alij opponūt: Si esset operatio nutritoriæ, germinatio tritici, triticum æquè secundùm omneis dimensiooes cresceret, quod in carne aucta experimur: modò tritiei granū immissum terræ magis extenuatur, quàm augeatur: oon est igitur altricis functio.

Ad tertiam.

Soluitur enim, fatētibus eius quod nutritur, quālibet partem nutriri, similiter & eius, quod augetur, quamlibet partem augeri, non tamē proinde quælibet pars æqualiter alteri augetur. Nā per hyemem radices solæ augentur, per æstatem sola folia & fructus: similiter in animalibus alio tempore longitudo, altero crassitudo, & altero humeri, altero genitalia.

Lib. 1. de generat. c. 5.

Sicut ergo in arboribus altricis muous est, quod ex naturæ præscripto quodam tempore non crassescentibus ramis, folia, flores, & fructus germinent & augeantur: ita ex eadē innata doctrina fit, vt altrix vis seminis non repooat sibi æqualiter, tractum alimentum, sed in nouam absumat germinationem.

Aduersus astruentes semen actu animatum.

Eorū verò, qui semen actu animatum affirmāt, argumēta sunt. Non fit ex sanguine caro, nisi ageote carne animata: multo ergo minùs fiet ex sanguine totū animal ageote in animo semine. Non perspiciūt tamen semen, quando format ex sanguine animal, iam esse actu animatum. Addunt, semina plantarum figurata esse & organica, ergo animata.

Ad primam.

Sicut enim elementorum & metallorū animæ expertium proprium est partibus cōstare similarib', ita animati dissimilaribus.

Ad secundā.

Primùm, id quod assumunt, non est perpetuum. Nam ex seminibus quædam manifestò sunt simdaria, vt animalium, alia dissimilaria, vt plantarum. Verùm si exactiùs consideretur id, quod verè semen est, perpetuò est similare albū, lacte seensque. Quod enim extrà circundat, obtinet vicē testium, & scorti tuētium medullam, quæ vt actu est similaris, potētia verò organica, ita actu non est animata, sed potentia. Sed & ita confirmare nituntur placitum, oua, volucrum semina aluntur, & proportionabiliter auguntur: ergo animata.

Ad tertiam.

Certè si cōsideratio exerceatur in plantis, semina aluntur & augētur, quandiu partes stirpium sunt, cùmque denuò mandantur terræ, rursum aluntur & augētur. De medio tempore difficultas est, in quo sicut potētia tamen aluntur, ita & potentia viuunt. Atqui ita confectum est semiois formam neq; esse actu animam, ouc in remota potentia, sed proximæ.

Dubitatio.

Num verò actus ille seminis sit ex genere animarum vegetabilium, an magis sui generis forma quodammodò superior sensitiua anima, quodammodò inferior, sextò de locis disputandum est, nunc sufficiat Aristotelem sequi.

S a d

Semen an colliquatio. SED tempus est, vt de altero problemate disseratur: Sitne semen colliquatio, an excremētum alimenti, & num à toto, an à certa sede confluat. Cùm enim constet ex substantia seminis mēbris simili, & ex opere gignendi membra, semen vel proximè antecedere membrorum alitionem, vel statim sequi colliquationem ad membrorum cōcretionem: multi ex antiquis, inter quos est Hippocrates lib. de genitura, opinantur esse colliquationem à toto defluentem propter motum venereum dissoluentem. Reprobantur autem meritò ab Arist. multis. Ratio prima. Primùm enim colliquatio res est præter naturam membrorum, cùm dissoluat naturalem membri cōcretionem: non erit igitur rei naturalis origo, nō assimilabitur fœtus parētibus: Nam inter colliquandum amittitur membrorum similitudo. Secunda. Deinde crassi homines multo minùs fœcūdi sunt: non est ergo colliquatio. Nam crassum ab agente colliquante multo magis distillat, quàm gracile. Qui autem opinamur esse portionem alimenti nondum in membrum versam, facilè soluimus propositi experimēti difficultatem, asserētes ex vario motu naturæ quosdam esse valde seminosos, cùm sint proprio corpore graciles, alios plurimum alimenti mādare mammis. Vnde nutrices quædam corpore graciles lacte refertissimæ visuntur, aliæ contrà: nonnullæ fœtus edunt prægrandes, corpore licèt exiguo, aliæ è conuerso ipsæ optimæ fœtus edunt exiguos. Sic qui prægingues sunt, cùm totam alimoniam conuertant in corporis alimentum, deficiunt semine. Tertia. Est & illa Aristotelis ratio non inualida. Colliquatio siue ex febre, siue ex exercitio, vel venere, non habet in corpore locum peculiarem, quò defluat, cùm non mandetur à virtute, sed à materiæ necessitate: excrementa verò alimenti habent, fæx, vrina, lac, bilis. Sed semen habet peculiare cōceptaculum meatus seminarios. Quarta. Est igitur nō colliquatio membrorum, sed alimenti excrementum vel quantitate, vel qualitate peccās. Præterea si esset colliquatio, semper læderet. Atqui nonnunquam alleuat corpus, redditque alacriùs. Non est itaque colliquatio. Quinta. Postremò plurimùm semen emittit iuuenis, sanos, robustus: minimum senex, æger, inualidus. Non est igitur colliquatio, siquidem imbecilla magis robustis colliquātur. *Gal. lib. 2. de semine cap. 5.* Cū Aristotele sentiunt Athenæus, & Galenus. Semen non defluit à toto. Postquàm igitur constat esse partē alimenti proximè antecedentē mēbrorum generationē, scrutandū est, accedátne *Lib. 1. de gen. animal. ca. 18.* ab omnibus membris, an à quibusdam, an in solis præexistat testibus? Hippocrates lib. citato, Plato & Empedocles opinantur ab omnibus defluere solidis mēbris, similiter carnosis, & humoribus: ducti rationibus, vna & maxima: Apparet similitudo liberorū ad parentes vel minimis & aduentitiis, oportet ergo cōmunicare semen cū patre, cuius imprimit similitudinem. Altera, ex mancis prodeunt manca, non aliter quàm deficiente ea parte seminis. Iungunt & illud, deliciā sentiri per accessum in toto. Quidni ergo fatebimur à toto prodire? Ratio prima. Redarguūtur tamē diligētissimè ab Aristotele: Vel enim partes illæ, inquit, ordine cohærent, & sic cōstituunt animal, nō sit ex semine animal: vel abscissæ sunt à natiuo situ, & sic iam non sunt mēbra nisi æquiuocè. Manus enim à corpore abscissa nō est manus, nisi æquiuocè. Ex talibus autem non fit animal, non magis quàm ex æneis Secunda. membris. Cùm verò concurrant semper germina amborum genitalium, prodibit perpetuò hermaphroditus. Tertia. Iam qui obstabit, quominus fœmina sola fœcunda sit, habet enim locum concipiendo commodum, & partes omnes membrorum in semine. Quarta. Deinde quis locabit natiuo situ tam multiplices partes? Non contineri autem ibi aut similares partes, aut organa, illud argumentū est. Caro definitur ex calore & modo substantiæ, manus verò ex actione apprehendendi. Quinta. Cùm ergo nec qualitates carnis, nec actio manus reperiantur in semine, nō est ibi caro, nec manus. Sexta. Tum etiā caro augetur ex non carne, ergo fiet ex nō carne. Septima. Quòd enim caro non augeatur admixtione extranei, appatet, quia indies caro est magis caro, & os magis os. Octaua. Quid, quòd semen, quod solebat esse fœmininum, redditur masculinum ex sola temperiei mutatione. Ergo non fit vterus fœtus ex vtero in semine. Nona. Præterea quædam animalia gignunt alia à se specie distantia: ergo non ex partibus in semine contentis. Ad hæc in vno accessu fit vna in membris speciatio. Vna ergo partium aggregatio, sed sæpè vno initu plures prodeunt fœtus. Decima. Confirmat veritatem auulsio plantæ (ita appellant potriunculam corticis, quæ alteri arbori insertæ commutat totam arborem in sui similitudinem) ea prodit & fructus, & folia, & flores similes his, vnde prodiit: non continentur tamen illa omnia in portiuncula corticis: igitur non ex partibus contineotis in semine. Vndecima. Postremò, multa interfectorum fœmina incipiunt fœtus etiam patribus similes, cùm non recepetint a patre semen nec genitale, sed magis illa immittunt mari vterū, vt ex solo maris calore fœcundentur. Nunc Ad primam rationibus aduersariorum satisfaciēdum est: Non vrget apparens illa similitudo ad parentes, siquidem apparet etiam similitudo in vnguibus, & pilis, & fructibus, quibus carebant arbores, quando semina produxerūt: quin & ad auos & proauos, à quibus nil semini mandatum est, sicut nec ab vnguibus & pilis. Præterea, si prodeunt partes à solis similaribus, vnde maximè similitudines, quæ in organis spectantur? si ex solis organis, vnde similitudo in vngue, cute, verruca? Si ex vtrisque, quomodò prodibunt alia similaria, alia organica, si non est res organum, separata à componētibus similaribus? aut quid facit vtraque vnum? Quicquid autem id sit, quod facit vtraque vnum, id citra seminaria partium similitudinem ad parentes Ad secundā conseruabit. Quam verò nil probet ratio ex mancis desumpta, manifestum inde est, quòd non minùs ex mancis prodeunt non manca. Nec enim deauriculatus edit deauriculatos filios, quod certissimum est argumentum non requiri singulas in semine partes. Ad tertiam. Si autem aliquando in claudicatione refert filius patrem, eadem causa est, quæ in ceteris similitudinibus minoris sæpe momenti. Iam delitia si ex defluxu esset à toto, sentiretur toto accessus tempore, sed in sola emissione seminis à testibus sentitur: non igitur à toto. Sequitur altera sententia affirmantium semen non ab omnibus decidi partibus, sed à quauis indifferenter ad instar plantarum. Semen non defluit à quauis. Sed & hanc Aristot. citat dupliciter reiicit. Partim, quia plantarum partes ob imperfectionem, sicut separatæ viuunt, ita & separatæ germinant: animalium vero partes, sicut abscissæ non viuunt, ita nec germināt. Ratio prima. Partim, quia nec in plantis vis seminalis in quauis promiscuè parte est, sed in quibusdam inest radicl, in

aliis semini, in nonnullis nodo, in aliis cortici, vel ramo. Tertia est Aristotelis sentẽtia. Ea est, quod duo principia generationis nostræ, semẽ in mare, & menstruum in fœmina gignuntur in corde: a quo tamen, priusquàm ad meatus commeent seminarios, distribuuntur per vasa in corpus, vt à membris omnibus permutationem quandam alterationemque suscipientia taudẽ in meatus confluãt seminarios. Ostensio prioris partis est: oportuit semen producturum simile toti parenti, vel prodire ab omnibus partibus parẽtis, vel ab vna, sed quæ gerat vicem totius tam in alendo indiuiduum, quàm in conseruando speciem. Tale membrum cor est: Igitur. Præterea vtrunque horum principiorum excrementum sanguinis est, licèt vtilius semen menstruo. Cum ergo sit idem agens gignens sanguinem & excrementa eius, gignens sanguinem cor est: gigni igitur cor, semen & mẽses. Rursum semen, sicut mas, definitur potentia producendi fœtum propter exactam coctionem, menstruum verò impotentia propter defectum coctionis. Sed perfectio & imperfectio coctionis in primo coquente, id est, corde est propter varium temperamentum eius vel masculinum, vel fœmininum: igitur in corde est vtriusque generatio. Quod autem additur in secunda parte non immediatè transcolari ad genitalia, sed priùs in membra distribui: Ostendit primò, quia semen magis coctum est sanguine, eam coctionem non recipit à corde, solum enim sanguinem gignit: recipit igitur à membris: Et si ad singulas partes nõ accederet, qui fieri posset, vt seruaretur similitudo ad membra parentum, aut cur tantoperè dissolueret habitum corporis, dissiparetque? Aristoteles quidem ita sensit, licèt aliter à multis explicetur. Verùm cùm innitatur sententiis non receptis: quòd gignens sanguinem toti cor est, cùm constet esse hepar: & quòd mas solus fundit semen, non fœmina, non eget peculiari redargutione. Quarta est Auicenæ sententia. Semen gigni in testibus, confluente parte, & corpulenta & spiritali à tribus mẽbris principalibus semper, à reliquis autem aliquando, modò ab hac, modò ab illa inducitur, quia fœtus in principalibus perpetuò respondet parentibus, reliquis verò membris non semper, sed modò in vno, modò in alio, Item constat multis experimentis plurimum semen à cerebro mandari, non à solo corde. Albertus magnus memorat quendam, postquam ex immodica salacitate occubuit, inuentum sine cerebro, alium verò post inflictum capiti vulnus, amisisse veneris appetentiam. Hippocrates recitatur ex vstis, aut scarificatis vasis retro aures, euasisse steriles multos, & Aristoteles ipse secutus famosam sententiam, quod a cerebro defluit semen, ideò ait bobus cornua maiora esse, quam tauris, & eunuchos non caluescere, quia in illis nõ destituitur caput alimẽto seminali. Demum Plato in Timæo, testante Galeno, ideò vocat dorsalem, genitalem medullam, quia ab ea plurimum genituræ descendat. Quemadmodum ergo ex partibus crassis trium principiorũ fit seminis materia: ita ex conflatis & alteratis tribus spiritibus fit vnus genitiuus. Sed vel illud satis est reddere hanc sententiam parum probabilem, quòd non apparent meatus à tribus principiis ad testes attinentes, per quos credi possit dictus confluxus. Quintum est Galeni de seminis generatione placitum: opinantis ex his, quæ in dissectione apparent, in testibus gigni ex sanguine cum multo spiritu arteriali contento semen alituros testes: sicut in reliquis solidis gignitur ex sanguine proximum nicubi orum alimentum. Solet autem natura, quãdo intendit excocta materia, alium vsum præter alitionem membri, augere vasa, vel conceptacula materiæ ad augẽdam materiæ copiam. Quale facit in ventriculi inanitate amplificanda, vbi chylum parat non pro se tantum, sed & pro toto: ita in mammillis ad editi fœtus alitionem, in testibus ad noui generationem vltra propriam alitionem. Præterea, vbi conatur exactam cõtenti coctionem, non deducit per recta vasa, sed multiplicatis flexibus inuoluit, parans per moram coctionis perfectionem, quod fecit in vasis mamillaribus lactis gratia, in plexu choroïde gratia spiritus animalis gignendi, in testibus gratia seminis perficiendi. Quare spiritum vitalem vocat eum, qui in semine continetur. Supersunt tamen illa in tuendo hoc placito explicanda. Primum, si est excrementum alimenti testium, cur tantoperè debilitat? Secundum, si à testibus secedit, quomodò caput valdè læditur? Tertium, vnde comparat fœtus ad membra etiam ignobilia similitudinem, si nil habet ab illis? Quartum, si est semen sanguis concoctissimus & plurimo igne, aëreque præditum, quomodò remedio est morbis pituitosis, quod docuit Hippocrates?

Secunda.

Semen non deciditur à solo corde.

Li. 1. de gene. animal. cap. 19 & lib. 2. cap. 1. & 4. & lib. 4. ca. 8.

Semen non deciditur à tribus principiis.

12. 3. cap. 7. Li. 3. animalis cap. 8.

Lib. de geni. & de aere & aqu. & 6. epi. sect. 5. 22.

30. probl. 58. com. 5.

Semen à testibus secedit.

Li. 1. de semine cap. 13. & lib 14. de vsu partis cap. 9.

Li. 1. de sanit. tuen. cap. 1. Hip. 6. epi. sec. 5. 23 & 4. probl. 16.

Dubitatio prima.

QVÆ singula in hunc modum expedienda videtur. Primùm sic: Excessus committuntur ferè ab omnibus in veneris vsu ob iunctam oblectationem, quare necessariò fit tractio à superioribus non solius sanguinis, sed materiæ vicinioris semini tertiam adeptæ coctionem, parumque à membri forma deficientis, quo fit, vt ablatio eius summè debilitet. Ita enim cõparatum est, vt defectus spirituum, & membrorum, tanquam finis alimẽti summopere prosternat vires, minus aliquãto seminis, adhuc minus sanguinis, ita vt dixerit Auicena, quadragesies plus dissoluere semen vacuatum sanguine. Postremò, minimè debilitat, chyli vacuatio.

Li. 3. anima. cap. 3.

Dubitatio Secunda.

AD secundum, duæ causæ sunt, cur excessum veneris magis sentiat caput: vna, quòd sit extremum, vbi cessat vis testium tractoria. Quemadmodum enim tractio alimenti à cute incipiẽs ad ventriculum terminatur per media vasa, & iecur, nec tamen in intermediis sentitur, sed in postremo ventriculo: ita vis trahẽdi à testibus vacui successione continua ad cerebrum cum dorsali accedit: & quia ad cerebrum aliunde trahere non potest, fit, vt cerebrum cum dorsali noxam & inanitatem contrahat, sicut solus ventriculus famescit. Altera causa, mollities cerebri dorsalis & medullarum concedentium trahentibus testibus, quod solidiora membra non permittunt, ideò magis exhauriuntur, & vulgò creditur libidinosos exhaustos esse dorsali & medullis.

Dubitatio Tertia.

AD 3 D verò, quòd tertio loco quæsitum est, vis informatrix residens in membris parentis, siue sit anima, siue seiuncta ab anima, cum discurrat per totum & per somnũ agnoscat, totius etiam minimas affectiones mutationesque, & partium singularum munera, sicut gignit in toto deficientia, aut vbi gignere non potest, supplet simillima defectis: ita certæ materiæ, id est, semini in testibus imprimit vim formatricem gignentem simillimum

limum corpus ei, cui præest, & vnde deciditur, nec ad eas particulares similitudines requiritur materia a quauis parte accedens singulariter, sed forma agens conscia eius similitudinis. Nam similitudo non prodit à materia, sed ab agente.

Dubitatio quarta.

AD quartum, Galenus apud Hippocratem citat, inquit: Venus motu suo excalfacit habitum, nisi sit natura sua valde debilis constitutio corporis, vacuatione verò & resolutione siccat. Sed hęc duo remedia sunt pituitæ: idcirco morbis pituitosis remedio est. Aristoteles verò ait, quia ob similitudinem coloris & substantiæ simul cum semine pituita descendit.

CAP. XLVIII.

Si verò frigidiorem & humidiorem temperaturam testiculi habuerint, partes circompositæ glabræ sunt, & tarde rem veneream exercere incipiunt, neque proni ad actum huiusce modi sunt. Aquosum verò & tenue ipsis est semen, & infœcundum, & fœminarum generatiuum, vel omnino non generans.

CAP. XLIX.

Frigidior verò & siccior temperatura similis quidem in reliquis est antedictæ. Crassius verò in ipsa semen consistit, atque omnino paucum.

PRIMVM, si quid Galeni dictio complectitur difficile, explicandum est, deinde enitendum est ad alteram de semine quæstionem, cur prodeant ex semine liberi, aut sæpè, aut nonnunquàm parentibus similes.

Dubitatio prima. probl. 30.

DE PRIMO, in notis frigidorum testium dubitant, quomodò hîc iudicantur temperantes, frigidi sicci testes, si lib. 4. probl. melancholic. sunt libidinosi? Iungitur autem sæpe cum melancholica natura, similis testium temperatura. Causa & ratio vtriusque sententiæ est, quoniam melancholici Aristoteli pronunciati libidinosi, sunt atrabilarij calido sicco temperamento, non naturali melancholia abundantes. Adde in melancholicis coïre ad libidinem, præsidia non vulgaria duo. Alterum, natura flatibus abundans crassis frigidis, tales autem lentiginem inducunt & satyriasim, mouentq; ideò ad libidinem. Nam quos Indi vocant Anphyonistas, opium frequentantes, ideò in venereo opere diu perseuerant, quia flatu crasso frigido ex opio penè turgent. Alterum est, natura ob flatuum celerem motum facilè appetitui parens, ita vt non sibi valdè imperent, sed imaginatam libidinem temerè sequantur.

Difficultas secunda.

DVBITANT & illud quomodò non meminit inter indicia frigidorum testium imberbis menti, vulgò enim tales infœcundi ob testium frigiditatem æstimantur. Sanè id signum indicat cutis & totius frigiditatem, cui sæpè iungitur testium frigiditas, quare inter testium signa meritò locum non habuit.

Difficultas tertia.

ADDVNT dubitare, cur non meminit inter indicia temperaturæ testium, quòd temperatura tutius illis respondeat, cùm non solùm sint membra principalia, sed experimẽto apertissimo plurimum immutent corpus præsentia sua vel absentia. Plurimum enim inter taurum & bouem, gallum & capum, virum & eunuchum discrimen est. Sed multa sunt, quæ cùm plurimum mutent sui, vel præsentia, vel absentia, sui tamen temperamenti varietate minimum: tale membrum testes sunt. Nam cùm corpori non mandent proprium temperamentum, nec per alimentum, nec per spiritum insensibiliter sibi corpus attemperant: cum cerebrum, licèt mandet toti spiritum sui similem, non assimilet sibi corpus, ita vt capite de cerebro prætermiserit etiam Galenus signum ex totius desumptum temperie, in solis referens hepate & corde alimentum præstantibus.

De causa similitudinis fœtus.

Propositio prima.

Lib. 2. de semine cap. 13.

DE ALTERA verò quæstione, de causa, inquam, similitudinis fœtuum ad parentes, propositionibus quibusdam quęsitum indagabitur. Prima, similitudo triplex est, in specie, in sexu, in accidentibus. Prima nascitur ex specifica varietate informatricis: ideò enim hominis semen hominem generat, quia vis eius seminis informatrix actus est sui generis, sicut semen gallinæ gallinam. Secunda, similitudo sexus, causam habet seminum menstrui, & vteri temperamentum. Si enim calidum siccum est, mas gignitur: si frigidum humidum, fœmina. Tertia causa est, varietas facultatis formatricis non specifica, sed indiuidualis. Facultas enim informatrix plurima expanditur per continentem aërem à cœlo, gignẽs innumera, plantas, animalia, metalla, lapides: in aëre, aqua, terra, sub terra: manens actus non contractus ad naturam indiuidui per signatam materiam, sed vnus species actus maluæ genitor, alius lumbrici. Hic ergo cùm non sit per proprietates certæ materiæ coërcitus, producit semper sibi simile specie, non tamen simile huic, vel illi indiuiduo. Quæ verò informatrix in animatorum semine continetur, cùm sit per signatam materiam contracta, ab illa recipit, vt producat speciem similem respondentem tamen etiam certis definitisque affectibus & proprietatibus eius indiuidui, vnde decisa est: Cum enim si vis corporea informatrix residua in parentis membris, & sui similitudinem testibus inducat, necessariò inducet similitudinem, non solùm actus & formæ, in qua species consistit, sed & materiæ, & qualitatum corporalium in quibus similitudo hæc tertia intelligitur.

Propositio secunda.

PROPOSITIO secunda, affectus parentum qui traducũtur ad liberos, non sunt, quotquot insunt, parentibus, sed qui insunt parentibus informatis: ita vt iam in habitum transierint. Nam affectus potentiæ superioris ad informatricem, non transeunt, cùm ab ea, nec à suis habitibus secedat vis seminis informatrix. Quæ ergò insunt sensitiuæ potentiæ, vel phantasticæ, vel rationali, non transeunt, vtpote sensationes, artes, scientiæ, virtutes, aut vitia præsentia: non traducuntur autem talia, eò quòd facultas animalis, cui insunt dicta omnia solis animalibus propria, multò est supra gignentem, etiam stirpibus communem. Sic etiam, quæ insunt corpori informato, nondum tamen in habitum abierunt, sed adhuc pugnant cum natiuo membrorum statu: verbi gratia, febres putridæ, aut fientes, cuiusuis membri intemperies, aut morbi. Verùm constitutio partium facta, & in membri habitum versa traducitur, vtpote temperies totius facta, quomodò filius biliosi biliosus est: & patris, quomodò ferè chronici affectus hæreditarij sunt, quia pendent ex factis partium intemperamentis: filius nephritici, tandem euadit nephriticus, tabidi tabidus, podagrici

podagricus. Sic aptitudo, habilitasque ad continendum cùm sit corporea affectio, transit, & filia continentis pudica est, impudicæ impudica. Sic iracundi iracundus, fortis verò fortis. Sic in figura membrorum, & quantitate, ceu factis corporalibus accidentibus cõciliatur similitudo.

Propositio tertia.

PROPOSITIO tertia, Cur in his etiam, quæ ad posteros transeunt, non apparet perpetua similitudo, sed in quibusdam respondet fœtus patri, in aliis matri: in quibusdam patruis, auis, atauis, proauis, & quod maius est, quandoque extraneo cuipiam nulla consanguinitate iuncto, quandoque etiam iumento aut aui? Causa duplex est. Vna, quòd informatrix, licèt habeat omnium paternorum membrorum simulachra, non æqualiter ab omnibus illis excitatur ad opus. Sicut enim in cerebro innumera sunt agnitionum idola, & tamen non omnia simul & æquè agnoscuntur ab anima, quia nec ab omnibus æqualiter excitatur in suum opus, id est, cognitionem, sic nec informatrix ab omnibus speciebus membrorum paternorum, & sicut vis informatrix patris agnoscit totius dispositionem formati, & vsum singulorum, in corpore ceu præsentium sibi, verùm actu non de singulis format agnitionem, sed de quibusdam, à quibus valde stimulatur, verbi gratia, in copioso semine retento mandans imaginationi per somnium imaginem Veneris, & in stillicidio imaginem præfocationis: sic informatrix seminis non singulis idolis applicatur sufficienter ad operationem formandi fœtus. Altera causa, quoniam conata vis assimilare, quandoque impeditur in opere, ne assimilet. Impeditur autem tripliciter, vel quia diuersa similitudo in altero semine potentior est: nam si excedit qualitat inducẽs similitudinẽ, euertit diuersam in altero semine similitudinẽ remissiorẽ, vtpotè si oculis patris parum recedunt ad paruitatem, oculi verò matris plurimum ad magnitudinem, respondebunt oculi quantitate sua magis matri quàm patri: vel quia inepta materia non potuit à formatrice obtineri, & quoad speciem inducendam, & quoad similitudinem. Nam si quandoque tanta est menstrui rebellio, vt nec formam humanam possit agente formatrice suscipere, quomodò non frequentiùs ita repugnabit, vt formam quidem recipiat, sed similitudinem accidentium non suscipiat: vel tertiò, quia imaginatio varia, vel inter concipiendum, vel in toto formationis tempore plus mouet imperans informatrici ex ordine facultatum naturalium, quo inferiores parent superioribus, quàm idolum paternum in semine seruatum possit ad oppositũ mouere. Constat enim tam nostro æuo, quàm superioribus referente Alberto & Auicena pullum produisse ceruice accipitrina, eò quòd inter concipiendum valdè timuit gallina viso accipitre. Quædam verò pulchra & alba fœmina nubens albo viro edidit Æthiopem, quia cubiculum, in quo conuenerant picturam habebat nigri hominis. Alia edidit fœtum pilosum, vnguibusque vrsinis, quia aduersa paries vrsum habebat depictum. Econtrario item pulchra pictura obuersa coëuntibus causa est pulchri fœtus, & adulterini filij ex imaginatione viri redduntur falsis parentibus similiores. Vnde vulgari adagio filia ex adultera excusat matrem à culpa: de quo etiam legitur sancti patriarchæ de virgis decorticatis exemplum. Ex his tribus causis euertentibus similitudinem, in plantis sola ineptitudo terræ locum habet, ideò certissima est inter omnia plantarum ad parẽtem similitudo. In brutis verò locum habet etiam secunda sumpta ex varietate informatricis duorum seminum rarissimè etiam imaginatio. Verum in homine tres omnes locum habent, habet enim homo, & celerem & valde potentem. Addidit Alexandrinus, & quoniam homo maximè variat alimẽta, & tempore accessus, cum bruta & vno alimento vtantur, & tempus ferè vnum anni obseruent ad coitum. Ob has ergò necessitates minimus est in humano genere fœtuum ad parentes responsus, multo maior in brutis, maximus in plantis.

Aui. lib. 9. animal.

Li. de iber. ad Pis. cap. 14. & Pli. li. 7. c. 12.

Genes. 30.

Imaginationis discursum.

10. prob. 10. 6. Epid. sect. 8. 20.

Propositio quarta.

PROPOSITIO quarta: Cur ergo quidam repræsentant patruos, à quibus nil acceperunt, alij atauos, & abauos, qui tempore seminis gignendi iamdiu perierunt: quidam vitulos, catulos, aues? prætereà referunt quidam nati parentem risu, voce, gestu, quæ nil sui remittunt semini. Planè cùm oporteat causam, & effectum aliqua parte conuenire, nil autem habeat à patruo fœtus, non potest reddi patruo similis, qua patruus est, vel auunculus, sed cùm repræsentet quãdoque auum, à quo licèt intercedente patre vim excepit fœtus, dicitur repræsentare patruum, eò quòd præ se fert auum cui patruus similis euasit. Similitudo verò ad maiores hanc causam habet: formatrix in semine cùm producatur à formatrice residua in membris paternis, species habet singulorum membrorum patris, non tamen eas solas, sed & membrorum aui. Cùm enim formatrix patris à formatrice in membris aui producta fuerit, iuxta similitudinem auitam recipit species. In semine ergo continetur, nõ sola imago oculi paterni, sed & oculi auiti, & proauiti, nisi quòd quò lõgiùs proceditur, vetustate obscuratur & delitescit imago. Creditur autem subscribẽte experientia extendi species illas maiorum ad progenies quatuor, vnde nec vlterius consanguinitatis gradus numerantur. Quomodò autem species illa auiti oculi, quæ in patre non finxit iuxta eam speciem, in filio, neglecta recente patris species format obliteratam & obsoletam aui, difficile esset explicare, nisi indies in nobis periculum faceremus, succurrere non rarò imaginationi speciem visam ante triennium, & iam penè deficientem, non occurrẽte aliqua ex his, quas eo ipso die formauimus: videlicet accidit imaginatiuam in illis, informatricem verò in his moueri, quandoque magis ab antiqua, quàm à recente imagine ob causas paulo antè dictas. Bruta autem tunc prodeunt, quando nimia materiæ ineptitudo non solùm prohibuit similitudinem accidentium, sed & formæ, quo tempore vis illa vniuersalis à cœlo perpetuò fluens in aërem, & semina supplet informatricis infirmitatem, gignitque, quod proximius est & deficienti informatrici & repugnanti menstruo, est autem vicinius homini pedestre animal, remotius volatile, adhuc remotius planta. Cæterùm vox, risus, gestus, non transeunt ipsa, sed organa, à quibus ipsa eduntur: par est autem, vt à similibus organis similes prodeant operationes.

SECTIO SEPTIMA.

CAP. I.

Totius autem corporis habitus diximus & superiùs, quomodò

quomodò hepatis & cerdis naturā sequatur. Ei autē magis assimilatur, quòd vnam aliquā ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas & effectrices appellant. Totius verò corporis habitus in illis maxime dicitur partibus, quæ oculis prima subijciuntur. Sunt verò hæ, musculi, qui omnia ambiunt ossa, carnes quadam composita ex prima & simplici carne, & filis, quibus innascuntur. Propria enim musculorum substantia his duobus constat. Quæ verò ad ipsa vasa pertinguut, veluti vini quidam sunt, qui non substantiam complent, sed eis subministrant, vt in vita permaneant. Dicentur igitur & horum temperatura indicia in bene temperata habitatione. Nam quæ malè temperata sunt, cutem permutant ex seipsis formantes, & quadam ex indicijs corrumpunt. Ita etiam in bene temperata regione, si quis se tempore æstatis nudum Soli exposuerit, permutabit indicia, quæ ex colore & duritie & mollitie sumuntur, si verò quemadmodum bonam temperiem obtinet locus, ita & ipse bene temperato victu vsus fuerit, vt qui nec se singulis diebus in Sole torrefaciat, neque sicuti plerique, more puellarum, continuè in vmbra degat: hic certa atque exquisita temperatura indicia præ se feret. Tanquàm igitur de hoc futuro sermone, nunc ad ipsum accedemus.

QVemadmodum suprà, cùm tradidisset notas principalis, nēpe cerebri, putauit superfluò addi de ortis à principali: Cæterùm in gratiā tyronum interposuit exemplū de oculis à cerebro ortis: sic hic exaratis iam quatuor principaliū indiciis, trāsit ad notas totius, prætermittens notas membrorum secundi, tertij, & quarti generis, quę suprà relata sunt: verùm paulo pòst exempli loco non grauabitur interponere de ventriculo, & pulmone, & arteria. Hic ergo indicia temperaturæ totius decem capitulis claudit: In primo, præmittit necessarias dearticulationes signorum. In reliquis nouem addit nouem temperamentorum notas: vnius moderati, quatuor simplicium, compositorū quatuor. In præsenti primò, reducit ad memoriam, quid de indiciis temperaturæ totius ex dictis habeatur, vt intelligatur, quid ea sequentibus spectari debeat. Dictum est enim, quomodò agnoscatur totum cognito & corde & hepate. Verbum autem ἕξις habitus, alibi non significat temperaturam, sed magis corporis constitutionem, quæ spectatur in formatione & carnulentia vel gracilitate, hic autem importat totius temperaturam. Secundò explicat, quid nomine totius intelligat, cuius scrutatur temperaturam, asserens intelligere se musculos totius, quos & definit. Tertiò addit dicēdis notis determinationes duas: Prior est, vt recipiantur, ceu veræ non in omni regione, sed in sola temperata. Nam signa coloris & tactus apertè ex continentis intemperatura variāt. [*Ex se ipsis formantes*] *ad suam naturam trahentes* legendum est. Posterior determinatio etiam in temperato climate supponitur propositum virum, de quo notæ traduntur, nec perpetuò puellarum ritu in vmbra degere, nec rusticorum more insolari, & gelu & æstiuo sole occalescere, sed moderatam viuendi rationem seruare. Quæ verò huius tractationis spinosiora sunt & ambiguitatibus plena, in quatuor classes redigemus. Primum, cur temperaturam musculorum compellat temperaturam totius. Proximum, quod sit musculorum omnium in corpore munus. Tertium, quæ musculi constructio. Quartum, sintne necessariæ relatæ ab authore determinationes.

Cap. .. *Lib. 2. apho. 34. & libr. de bono habitu.*

Dubitatio prima. DE PRIMO, cur temperaturam musculorum appellet totius temperaturam, potest enim nonnullis ea sententia impugnari. Primùm, iniquè musculos pro toto sumi, cùm sint musculi pars corporis vilior. Constat enim totum instar nucis iuglandis ex medulla interna molli seminali vitæ radice, cui respondent viscera, & ex testa occludēte medullam, ad quam analogiam habet sceletos humana, & tertiò, ex ignobili putamine circundante testam, cui respondent musculi cū cute. Deinde si ex cognito hepate & corde constat de totius temperamento, quorsum modò rursum rimatur, quasi ignotum totius temperamētum? postremò, si constat musculi ea vasis non minùs, imò magis ad vitam necessariis, quàm neruis, & ex circundante membrana, cur illarum partiū definiēs non meminit, quod fecit Auicena musculos definiens? Quibus ita & repugnandum & satisfaciendum est: ideò vocat musculos totum, nō quia manifestissima sunt corporis pars, (quod multi interpretantur) sed quia sunt maxima pars, & vnius temperamenti. Rarissimum enim est, vt vnus musculus ab altero temperie dissideat: cùm viscera, præterquàm quòd sunt paruissima, si ad musculos conferantur, sæpè inter se varient: Quò fit, vt totum respondeat musculorum temperamento, nō viscerum. Nec inficiamur exactum totius temperamentum colligendum esse ex coalternatione omnium partium cōponentium, non secus quàm in quouis alio mixto: verùm cùm cognitio temperamenti singulorum simul & quantitatis sit difficillima: collectio verò coalternationis illorum multo difficilior, atque adeò pene impossibilis, coniectat Galenus, quod maximè potest, ex musculis totum, quod solum medico licet, & sine momentaneo errore licat.

Prima. 1. de anato. muscul.

Dubitatio secunda. NIL VERÒ mouet, quod de corde & hepate obiiciunt: nam musculorum temperies nō solùm sequitur cor & hepar, sed & cerebrum, testes & reliqua membra, & quod plus potest, temperiem seminis, vnde geniti sunt. Præterea ex dictis sæpe vnum calidum est, aliud frigidum, & est difficillimum ea mutuò conferre, vt intelligatur, quales ex vtroque prodeant musculi. Demùm difficillimum est internorum & multorum signa rimari, multo magis quàm vnius & externi.

Dubitatio tertia. QVOD verò attinet ad musculi finitionem: musculus dicitur membrum mouens voluntariè, quare licèt ad vitam musculi magis faciant arteriæ, & ad durationem venæ, verùm quia illa non faciunt ad voluntarium motum, sicut nerui & ligamenta, relegat Galenus partes illas à definitione musculi ita considerati. Auicena verò considerat musculum pro organo ex multis similaribus constante, quomodò definit per partes omnes ingredientes illius constitutionem.

Musculorū munus. QVOD verò maioris mar hinc est minus, vsusque musculi indagandus est. Nam licèt musculi operatio vna tantùm sit contractio, quod vel in defunctis apparet, quorum musculi, si transuersim incidantur, in suum quæuis pars locum contracta secedit, vt intelligatur prauè quosdam musculo ascripsisse etiam dilatationis motum: verùm vsus naturæ ex ea contractione intentus quincuplex est, parùm plurimis animaduersus. Primus, frequentissimusque, vt dum musculi extrema mobilibus inseruntur, cōtracto in se musculo extrema coēant, quæ anteà seiūcta distabāt, nec verò natu-

Primus.

ta opus habuit, vt ad iunctorum separationem altero vtertur inuento, sed sola situs mutatione, ex musculo parat & separatorum coniunctionem, & rursum per interualla iunctorum seiunctionem. Vt enim internus contractus coniungit, ita externus pari contractione extremorum extendendo separat.

Secundus. Secundus vsus quodammodò oppositus priori est, dum extremis fixis & immotis musculus inseritur, vt dum contrahitur, cum extrema flecti nequeant, ipse in se musculus tendatur, constituaturque rectus, quo artificio septum creatum est, hinc vertebris dorsi, illinc ossi pectoris & cartilaginibus costarum cohærens, vt contractum tendatur, tensum inanitatem pectoris reddat aëris capaciorem, sic abdominis musculi, vt in se tensi comprimant ventrem ad excrementa propellenda.

Tertius. Tertius est, vbi multi circundantes flexile membrum constituunt illud rectum & rigidum: cum enim quædam membra oporteat esse rigida, idque perpetuò, eò quòd minimè eo rigore illorũ functio impediatur, vt ossa: alia pro tempore oporteat esse recta duráque, non tamen perpetuò & ex constitutione sua, ne functio propria impediatur, vt opticus neruus in videndo, penis in semine pellendo, ceruix vteri in recipiendo, artificiosissimè prouisum est à natura, vt huius secundi generis membra vndique circundantium musculorum contractu, tempore functionis suæ tenderentur, vt ita ope musculorum compararent sibi rigorem, quem natiua constitutio largiri non poterat.

Quartus. Quartus, vbi circularis musculus orificio expurgatorio obducitur, vt sphincter ad ceruicẽ vesicæ, & in ore recti intestini, vt contractus perpetuò prohibeat excrementorum effluxus, extra occasiones, in quibus ex arbitrio placet expellere.

Quintus. Quintus, vbi similiter circularis apponitur meatui ingredientis vel egredientis materię, non vt prohibeat vel ingressum, vel egressum, sed vt promoueat. Quomodò circundat supremam gulę partem ad alimenti voluntariam deglutionem, & meatibus seminariis ex testibus egredientibus apponitur ad voluntariam expressionem promouendam: argumentum, in his ambobus non sola operatur naturalis facultas, sed & animalis, quia alimentum in ore continemus, quandiu libet, deuoramus autem, vbi libet. Sic in seminis eiaculatione, mas vniuersis musculis ob Sympathiam ad testium musculos contrahitur, & fœminam præmit, arctatque, vndique conans ad eorum musculorum contractionem, vt festina sit prolifici seminis in vterum emissio. Hunc etiam vsum aliquãdo complet sphincter ad vesicæ collum, nam quod vrinæ in pene relinquitur, sæpè illius contractione propellitur, ita vt vicissim modò prohibendo, claudendoq; perficiat vsum priorem: modò eadem contractione posteriorem, propellendo, quantum in pene residuum vrinæ est.

Musculi pars princeps. De tertio propositio, quod in musculi compositione explicanda versatur, cùm sint partes eius propriæ, caro, neruus, ligamentum, quod inter illa sit princeps, cui actio mouẽdi tribuatur, disceptant. Inter varias autem easq; valde discrepantes multorum opiniones, mea hæc sententia est: sicut in sentiendo, licèt simpla res esse videatur, duo conueniunt, alterum, impressio sensilis obiecti in organum sibi simile, alterum cognitio impressionis in organo receptæ, ex quibus primum præstat organi constructio, alterum verò vis à cerebro ad organum demissa: sic in voluntario motu iungitur imperium imaginationis ad prosecutionem, vel fugam obiecti, & contractio membri sequens voluntatis imperium, quorũ primum pręstat cerebrum per neruum, alterum ligamentum ossi mouendo insertum.

Sensationis & motionis discrimen. Distant inter se binæ dictæ animales functiones, quòd in sentiendo, eò quòd magis passio sit, quam actio, præcedit impressio organi cerebri actionem, in motu verò cum sit actio, imperiũ cerebri præcedit contracti actionem ligamenti. Sicut ergo pars princeps in visu glacialis est suscipiens impressionem, non tamen sola videt, cùm ex se non sufficiat ad cognitionẽ, sed illustrata visorio spiritu per opticum: ita in voluntario motu pars princeps ligamentum est, cui insunt omnia ad motum necessaria. Est enim durum, vt potè ex osse ortum, est rotundum gracile, robustissimum, & maximè procliue, vt sua sponte contrahatur: nam etiã in mortuo animali secti ligamenti partes in sese recurrunt, conuellenturque, non tamen ligamentum solùm mouet, cùm non habeat ex se imaginationis imperium, sed illustratum animali spiritu à cerebro per neruos transmisso. Quæ ratio si penitus inspiciatur, non solùm pars in musculo princeps agnoscitur, sed etiam multa aliâs obscura spinosaque illustrantur, planáque redduntur.

Solutio Aristotelicæ rationis. Lib. 2. de par. animal. 7. & lib. de motu animal. Hinc enim & Aristoteli responsio paratur ostendenti, nõ posse cerebrum, cum sensu destituatur, præstare reliquis membris sensum, multo minùs esse originem motus volũtarij: cùm is motus requirat agens validissimum, nil autem est in corpore cerebro infirmius. Cùm enim fatemur cerebrum esse originem sensus & motus: non significamus vtranque partem horum affectuum à cerebro prodire, sed alteram tantùm. Impressio enim sensilis ab organo est, non à cerebri virtute: similiter & membri contractio a ligamento est, non à neruo. Sed commune illud vtrique operi, nempe agnitio impressi in sensum idoli, imperiũ ad certum motum, à cerebro dimanat ad vtriusq; ue virtutis organa, nec ad eam vim exigitur, vel quòd sentiat cerebrum, vel quòd habeat robur ad motum comparatum. Nam licèt non sit accommodatum instrumentum recipiẽdis sensilibus, habet tamen sufficientem imaginationem & iudicium, vt vi mãdata discernat, quæ in organis hęrent impressiones: sic ad motum imperium largitur id mẽbrum, quod recogitat de quouis obuio, sitne prosequendum, an magis fugiendum.

Musculi pars princeps non est caro. Ex eadem ratione intelligitur malè quosdam opinatos esse partem in musculo principem carnem esse, inductos, quia frequens est Galeno cõtra priscos asserere, partem visceris cuiusque principem, vnde prodit cuiusque actio, carnem esse cuique visceri suã & peculiarem: cùm viscera omnia in vasorum sectione, & natura, & tegente, membrana conueniat: vnde coniectant non secus musculi actionis efficiens esse carnem musculi, quàm sanguificationis carnem hepatis, spiritus verò animalis cerebrum. Sed non est par ratio. Nam viscerum munus, cùm sit concoquere, vel alterare in nouam & sibi similem speciem, meritò illi parti refertur, & ex ea prodit, cui inest calor plurimus, & substantia peculiaris in quouis viscerum. Musculi verò operatio nõ est certa materiæ alteratio, sed communis membri motio. Quare illi parti tribuenda est, quæ maximè conuenit etiã artificialibus m-

Neruus non est pars musculi princeps.
Lib. de motu. muscul. & 12. de vsu. 3.

toribus, duris, longis, rotundis tendonibus. Nec item recipiendum ex Galeno est, motorem esse fibras neruorum, qui accedētes ad musculi caput per totum musculi ductum scissi perreptant, adiungentes sibi ligamentorū fibras in roboris augmētum: poterat enim multis admoneri Galenus, ne ita sentiret. Primùm, experimento, monstrante dissectione plurimos musculos recipere accedentem tantùm neruum, & in accessu ad ligamentum cessantem, & hunc modò in capite, modò in ventre, modò in cauda. Deinde quod neruus flexuosè admodùm accedit ad musculum, qui incessus, vt non permittit cōtractionem tracturo instrumento necessariam: ita mirum ostendit naturæ artificium, quæ in sinuoso nerui accessu parat securitatem à ruptura, quo tempore actione ligamenti musculus cōtrahitur. Haud dissimili enim inuento cutē circa mouendos articulos plicat in rugas, vt sufficiat ad articuli cōtractionem. Præterea similitudo nerui accedentis tamen, non penetrantis ingredientisq; ad partem sensorij principem, indicat similem ad musculos neruorum accessum machinatam fuisse naturam, qualis in accessu ad sensoria apparet: Postremò neruorū natura, quorum medulla mollissima & tenuissima est, nec diffluit instar sanguinis, non patitur scissuras illas fictitias, quales vasa tolerant. Ideò enim in exortu vasorum à corde & hepate grandes truncos deducit natura, arteriosum vnum, venosum alterum, quos posteà ad capillares vsq; secat, in neruis verò deducendis intelligens non posse seruari eundem scissionis tenorē, mox ab ab initio, plurimos à quauis vertebra ramos deducit, sed inuicem ad firmitatem implexos. Quando itaque de neruo & ligamento musculi dictum est, sequitur, vt de vsu tertiæ partis, id est, carnis agatur. Et Auicena quidem docet ad comparandum robur tendoni, diuisum esse & carne multa infarctum. Tantum tamen abest, vt ea infarctio comparet tendoni firmitatem, vt magis infirmet. Nam scissio intorti funis, in vniuersum reddit illū multò ignauiorem & rumpi faciliorem, non secus quàm addita carnis mollities. Ideò enim funes præualidos ex intortis funibus paramus, non intortos separamus. Ideò tendo, qui est ad animalium genua, citra vllum carnis appendiculum sustinet ingentis animalis pendens corpus, non sura, vel femoris musculus. Si potest is tendo ex carnis totum animal sustinere, quomodò non magis poterit citra carnis adiutorium traducere tibiam?

De vsu carnis Auicenę sententia.
Prima 1. de anato. muscul.

Aristotelis sententia.
Cap. 8.

Aristoteles verò cùm alibi, tum secūdo de partib. animal. opinatur carnem vnam esse ex maximè momentaneis animalis partibus, cùm enim animal sensu definiatur, non quidem omni necessario, sed tactili, caro creata in tactus ministeriū, pars est animali pernecessaria, cuiusque gratia vasa, cutis, & ossa formantur. Sed reiicietur à Galeno sic: Habebat natura cutem proximiorem tactili, omnis excessus immunē, temperatissimámque membrorū, quare ad sensationes tactus aptissimam: temerè igitur addidit formationem ingētia molis carneæ ad tangendi vsum: maximè cum nerui tactiles substernantur toti cuti, multo magis quàm per musculosam carnem disperguntur.

Galeni sententia
Li. 12. de vsu. cap 3. & li. 1. Cap. 13.

Galenus verò ad hunc ferè modum de carnis vsu agit. Duplicia sunt externa, quæ animal offendunt: alia à qualitate profecta actione, alia mole ipsa & corporatura. Vtriq; ergo offensioni, aptissimo carnis munimento prouidit natura: valida alterantia sunt frigus hyemale, & ardor æstiuus, frigus externum caro innato calore & sanguine arcet, æstum verò humiditate rigat, non secus quàm nos per æstatem domibus paramus. Ideò enim excarnes homines vtrique iniuriæ obnoxij sunt, & hyemis, & æstatis. Quæ verò mole sua offendunt, vel acutie perforant, vt ensis, vel duritie frangūt, vt lapis: primo telorum generi repugnat caro crassitie sua remorans, & fertiorum accessum ad viscera prohibens. Quo enim artificio natura caluariæ crassitiem amplificat, relinquēs mediam inter duo tabulata inanitatem ad retardādam per crassitiem, licèt inanem, perforantis ingressum: eodem, carnis altitudo mollis licèt, in causa est, vt ex plurimis vulneratis paucissimi intereant, quoniam paucissimis ferrum ad viscera adigitur, conscenditq;. Alteri verò telorum generi appositissimè caro obuiat innata mollitie, exoluens frāgentium robur, non secus quàm nos molæ excarni, quæ ad genu est, supponimus ad indolentiam puluinar, & vrceos vitreos iunceis intertextis, & paleis ad securitatem fracturæ contegimus. Sed rationes hæ Galeni, vt veræ sunt, ita propositam dubitationem non expediunt. Nam si ad hunc tantùm vsum muniendi ab extemis offendentibus, data est animalibus caro, quid facit tam copiosa in sublumbaribus musculis, & in his, qui sub vertebris dorsi ad femora mandantur? neq; enim ibi sunt percutientia, aut frangentia. Deinde quorsum obseruata illa proportio nunquam varians, vt pro magnitudine ossis mouēdi caro musculo varia mole tribuatur? cur in ventre musculi plurima est, in extremis extenuata cessat? Denum cur non æqualiter munit corpus & tegit, sed solis moturis tendonibus apponitur pro illorum, scilicet, magnitudine? An non aperta hæc testimonia sunt, in vsum tendonum, & ex arbitrio motus datas esse solis musculis carnes? Vsus ergo carnis is potissimus esse videtur, vt illa infarctione prohibeat natura, ne cōtractus tendo à corpore turpiter & periculosè secedat secundùm ventrem. Argumentum est in puerorum ludicro (vocant fratricellos) cùm multis funiculis membra moueantur, à quibusdam quidem antrorsum, ab aliis retrorsum, ne contracti funiculi sinuentur, & à corpore secedant, perforant medium machinamentum, vt traiectæ chordulæ contractæ licèt non separentur & succedant, sed hæreant. Nec dissimile inuentum excogitauit natura in extremæ manus tendonibus ad digitos terminandis, cùm enim oporteret capiendi & artium instrumentum asse leue excarneq;, quare nō poterat tendonis partem mediam carne implere, supplet carnis inopiam ligamento quodam transuerso complectente ad radicem tendones vniuersos, prohibenteque, ne contracti eleuentur, & tumeant. Intelligitur ex dictis, ideò medium tendonis in fibras diuisum esse, carneque molli oppletum, vt pro tendonis varietate mollis caro modò extenso tendine subsidat, modò contracto tumeat: vtrobiq; autem tendonem cogat ossi mouendo per fibras iungi, non secedere & eleuari. Accedit & huic vsus alius. Cùm enim vnus animalis spiritus faciat ad sensum pariter & ad motum, temperaturq; in cerebro refrigeratus pro sensationis modulo, quanto motus ampliore calore perficitur, tanto oportuit spiritum eūdem in tendone moturo calescere: id quia

Veri carnis vsus.

nec

nec tendo, nec os, nec cutis præstare poterant, cùm sint frigorifica, à carne addita musculo præstatur. Abutitur etiam natura carne (quod semper facit, eò quòd ad certum vsum creauerat) ad extorum & corporis munimentum, & quia non potuit vno membro à calore simul & à frigore tueri, duabus vehementer intemperantibus qualitatibus, artificiosè indidit carni calorẽ cum humiditate. Videlicet ita obuiat frigori, ceu per se aduersanti vitæq; contrario caloris vi; calori autem, ceu non per se aduersanti, sed intercessu ariditatis per humiditatem, vt ita duabus infestis qualitatibus frigoris & siccitatis repugnet. Nec verò etiã negligendus est vsus Alexandrino sophistæ relatus, vt siccitas neruorum & ligamẽtorum ex perpetuo motu contracta, illa ad humidam carnem permixtione emendetur & prohibeatur. Nec prauè etiam addetur in munus alẽdorum animalium potissimum hominum creatam esse carnem, vt accedant & hæ posteriores vilioresq; causæ prioribus, nobilioribusq;.

6. Epid. Sect. 6. 24. com.

Qvantvm verò attinet ad id quod postremò quæsitum est, de signis temperaturæ musculorum: determinationẽ ex regione & victu temperatis in notis temperaturæ musculorum addidit hîc, & libro secundo de temper. Similiter & suprà agens de cerebri temperamento, non in reliquis. Causa est, quia quædam notæ tam totius, quàm capitis petũtur ex colore cutis & pilorum, & ex eiusdem cutis tactu, quæ non solùm mutantur ab interno temperamento, sed etiam à continentis excessu. Idcircò supponit ad signorum certitudinem abesse intemperantiam validam continentis, & quia ea vel est in se talis, vt in intemperato climate, vel in ordine ad eum, de quo agitur, vt in eo qui licèt degat in moderata regione, immoderatè tamen se committit excessibus, quos pro temporum varietate etiam temperata regio admittit, verbi gratia, æstiuis solibus & hyemali pruinæ, ideò supponit hominem esse in regione temperata, & non intemperanter se committere immoderãtiis aëris. Neque ideò redditur augusta huius loci doctrina, & inutilis ad intẽperatas regiones. Quia ex proportione hîc dictorum etiam in illis notæ habentur, vt quod inter Æthiopes, qui est nigrior & hirsutior, calidior est, & docente Galeno præstat doctrinas siue ad agnitionem siue ad curationem, ita tradi per vniuersale, vt in vno vel altero exemplo accedatur ad particulare, vt ex illis similiter possit quis in reliquis particularibus exerceri. Quam docendi formulam etiam in hoc libro obseruat, dum vltra vniuersales temperamentorum notas, exercet auditorem in quibusdam membris agnoscendis, non in omnibus.

Determinationum præsentis capitis causa. Cap. 12.

Lib. 4. de locis, in initio: & 6. Therap. in fine.

Cap. LI.

Moderata temperatura indicia secundùm totum animalis habitum, color quidem ex rubro & albo commixtus, capilli verò flaui, & vt plurimùm mediocriter crispi, carnositas autem mediocritas in qualitate & quantitate. Medium est enim exquisitè huiusmodi corpus inter omnes excessus, vt qui ad ipsum dicantur & cognoscantur. Nam & crassum corpus ad hoc comparatum dicitur crassum, & tenue ad hoc eodem modo, & carnosum, & macilentum, & pingue, & durum, & molle, & hispidum, & glabrum. Nullius igitur horum, mediocritas est. Sed qualis Polycleti regula ad summum totum peruenit mediocritas, adeò vt nec tangentibus molle videatur, neque durum, neque calidum, neque frigidum: inspicientibus verò nec hirsutum, nec glabrum, nec crassum, nec tenue, aut aliquem alium habens excessum, vel defectum.

Expendenda in hoc loco sunt, primò signa tẽperati habitus, deinde quod annectit immoderantias per moderatiã agnosci. Igitur ex signis temperatorum scribitur primum, color meritò ex albo & rubro permixtus. Quando enim cutis seminale membrum ex probè concocto semine prodit, exactè alba est. Sic enim lac exactè coctũ valde candet, quãtum autem à perfecta coctione deficit, tantum ab albedinis integritate. Sanguis verò exactè percoctus, nulla vitiatus cacochymia ruborem floridum ex hepatis commercio repræsentat, qui ad cutem accedens alimẽti gratia pulchro rubore faciem suffundit. Tãtum ergo intelligitur esse in sanguine praui succi, quantum ab exacto rubore relinquitur. Vbi ergo cutis exactè concocta cum sanguinis accedentis puritate iungitur, coloreuadit modicè ex albo rubróque permixtus, vt quadamtenus conueniat carnalis cum spiritali pulchritudine, quã Cantic. 5. sponsa pingebat. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus inter millia. In spiritu enim candor innocentiam, rubor martyrium significat, sicut in corpore cãdor seminis integritatem, rubor verò sanguinis, duorum generationis principiorum. Neque est contrarium, quod scribitur apud Paulum & Ætium, colorem huius naturę medium esse albi & nigri. Nam illi cum in frigido temperamento agnoscant album colorẽ, in calido verò nigrũ, ascribunt moderatæ naturæ medium vtriusq; extremi. Galenus verò hîc speciatim determinat id medium, asserens esse commixtionem albi & rubri. Alterum signum temperati, petitur ex pilis flauis, non enim oportet colorem pilorum similem esse cuti, sed multo calidiorem. Generatio enim cuti est ex concocto semine, pilis verò ex vsta fuligine. Nec opponitur quod scribitur lib. 2. de temp. pilos temperati esse modicè nigros: quia explicante Paulo pili temperati in pueritia magis rufi sunt, quàm nigri, in vigore verò magis nigri, quod Galenus significauit libro de tempera. Hîc verò videtur per modicè flauos (sic enim Græcè legitur) indicasse colorem temperatę ætatis, id est, adolescentiæ. Quod addit, *modicè crispos*, non significat inclinare magis ad crispitudinem, quàm ad lenitatem: sed habere in ea contrarietate mediocritatem, quod non secus poterat significare per modicè lenes.

Lib. 1. ca. 40. Lib. 4. cap. 1. & 34.

Cap. 11. Lib. 1. 60.

Cvr avtem addat [*vt plurimum*] causa est, quia crispitudo, quod suprà ostensum est, quando sequitur meatuum obliquitatem formationis sobolem, non semper temperiem. Iungit signum ex corporis habitudine, quæ penes crassitiem & gracilitatem intelligitur, de qua lib. de temper. præfatus Galenus, quod caro per coctionem calorls ex sanguine nascitur, adeps verò magis per concretionem ex membranæ, cui adnascitur, frigiditate. Quare vtrunque membrorum requirit humiditatem, sed caro iunctam calori, adeps frigori: ita per temperamenta habitudines corporum seiungit.

Dubitatio.

Lib. 2. Cap. 9.

Habitudo corporis iuxta temperaturas.

Frigida

Frigida modicè adiposa est,
Calida modicè carnosa,
Humida parum, carnosa magis quàm adiposa,
Sicca modicè, gracilis,
Quadrata, omnium media.

Frigida humida, carnosa simul & adiposa,
Magis adiposa, superante frigore, magis
Vero carnosa, excedente humiditate,
Frigida sicca modicè adiposa,
Calida humida, plurimùm carnosa,
Calida sicca, plurimùm gracilis dura.

Dubitatio. Lib. 4. Methodi. cap. 6. Lib. 2. de temp. cap. 8.

SED OBSTETVNT quidam: Videtur caro nō gigni agente calore, si quidem per febres colliquantes soluitur: nil autem calore liquescit, nisi frigore concreuerit. Præterea adeps humidior est carne, ergo excessus corporis per humiditatem magis faciet ad adipis quàm ad carnis augmentum. Auget dubitationem quod adeps membrum est, & membranæ in albedine simile, ergo per coctionem, actione calidi gignitur, non frigore.

Ad primū. Libr. 10. Therap. cap. vlt. Ad secundum.

Quæ tamen nil nos mouere debent, nam liquatur recens concreta caro, non tota, sed portio eius adiposa carni interposita. Quod enim tota caro non liquetur, sed magis assetur & vratur, monstrat ignis externus inter assandum. Deinde humida intemperies simplex supponit temperiē actiuatum, temperatus autem calor, vt facit ad carnis generationem, ita pugnat adipis concretioni. Adde, quod licèt adeps asseratur humidior carne, non significatur materiam adipis esse humidiorem materia carnis, sed quòd cùm caro perficiatur maiore calore, inter coquendum à calore exsiccatur, non ita materia adipis, ideò adeps mansit humidior carne. Iam quod postremò obiectant: Adeps per coctionem à membrana perficitur, coctio omnia calore natiuo, id est, permixto frigori prodit: non tamen oportet, vt in eo instrumento coctionis, quod calidum innatum nuncupant, calor excedat sibi iunctam frigiditatem, licèt in opere coquendi sit agens, vt potè accommodatum instrumentum: potestque permixta frigiditas interea coagulare. ꝙ in metallorum generatione & vnguium & cornuum euenit: non quasi natura ad mixti generationem, vel dispensationem frigoris instrumento vtatur. Nam permixtio certa elementorum admixti formam non fit frigoris beneficio, sed caloris: Interim tamen frigus permixtum elementali facultate in multis mixtis coagulat, vtiliter ad formam mixti sequentem, quæ inducenda est.

Ad tertium.

Immoderatum an per moderatū agnoscant.

SEQVITVR illius quæstionis disputatio: Nū immoderantiæ (quòd hic habet Galenus) per moderantiam agnoscantur. Videtur enim contra notiores esse moderātias: nam de valde obeso nemo dubitat, quin crassus & sit, & appellatur, similiter de valde gracili, quòd sit macilentus. De quadrato verò difficillimum est sentētiam ferre, cùm reddat nos animi ancipites, videmurque modò quidem ad gracilitatem, modò ad crassitiem inclinare. Præterea morbos auctos agnoscere facile est, incipientes difficillimum, & maximè gloriosum. Hęc etiā de causa in multos capitibus superioribus exercet Galenus auditorem in agnoscendis intemperamētis notioribus, ex quibus perducatur ad temperati difficiliorem agnitionem.

Li. 2. de vi. cto. acut. cō. 47.

Quidam rectè satisfaciunt, quod excessus habent duplicem existentiæ considerationisque modum, alterum respectiuum ad medium in quo cùm immoderantia sit priuatio, moderantia verò habitus, & priuatio per habitum definiatur, non cōtra, meritò excessus erit ignotior moderato, nec nisi per moderatum agnoscetur. Alterum est, esse absolutum excessiua, nempe obesitas, vel calor, iuxta quod faciliùs agnoscitur excessus, & eo faciliùs, quo maior est. Nam & sensilia omnia eo magis patent sensibus, quo sunt vehementiora, vt summus calor frigus. Hac ratione fit, vt cùm in homine, quem vocamus temperatum, veri sint excessus ad vnam, vel alteram partem, sed remississimi, difficillimè agnoscuntur: ita vt tegamus ignorātiā absoluti excessus nomine temperamenti. Sententia ergo præsens certa est de respectiua excessuum essentia, sicut rationes allatæ probant de absoluta. Licet etiam ita aliter soluere, vt intemperatum per intellectum comprehendatur, prærequirit agnitionem temperati, etiam per imaginationem: vt autem per sensum agnoscatur excessus, non est necesse agnosci faciliua, vel æquè facilè medium: satis est, si sub latitudine quadam sentiatur. Quòd autem Galenus hîc de cognitione intellectiua egerit, monstrāt verba illius, [*eo, inquit, quod excessum omnem à medio suscipiunt appellationem.*] Atqui appellatio, vel vox, non significat rem nisi mediante conceptu: agit ergo de cognitione per conceptum, non per exteriorem sensum.

CAP. LII.

Quæcunque autem in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate & siccitate hæc quantum ad carnosum genus attinet (de hoc enim præsens est sermo) videntur quidem tangentibus calidiora, tantum, quantum & eorum temperatura calidior: tantò verò magis hirsuta sunt: quanto & calidiora, & minus pinguedinis habent, colorem autem rubrum, & capillos nigros habent.

CAP. LIII.

Frigidioris autem temperaturæ indicia sunt pilorum carentia, pinguedo & frigiditas, quę tangentibus obuiat. Color autem vnà cum capillis rufus, & vbi frigiditas excesserit, liuidus quodammodò existit, quem nonnulli medici colorem plumbeum appellant.

CAP. LIIII.

Siccior autem temperatura tantò gracilior est: & durior bona temperatura, quanto maior est siccitas. In reliquis autem eodem modo se habet.

CAP. LV.

Et humidior etiam in reliquis quidem eodē modo se habet, meliùs autem carnosa & mollior. Et quidem secundùm coniugationem qualitatum primarum facta intemperatura cōpositam habēnt iudiciorum formam.

Tactus an certum temperaturæ indicium.

DE indiciis temperamentorum simplicium in toto, leuiores quidam scrupuli amouendi sunt: Siquidem signa caloris recenset, calorē tactu sensatum, & tamen quidam licèt valde calidi, tactu frigidi sentiuntur; videlicet, qui ob meatuum raritatem, cum humorum tenuitate, perpetuò sudantes, & ex sudore immanente refrigerati secūdùm cutē, tactū frigidū repręsentāt.

Dubitatio secunda.

Altera dubitat. hîc calidā naturā, ait esse adipis inopem

inopem, & tamen lib. de temp. eam ait esse magis carnosam, quàm adiposam quæ verba insinuaot esse eam naturam adiposam, licèt minùs quàm caruosam. Verùm illud oporter considerasse illic confert in adipe calidos tantùm, non ad temperatam naturam, sed ad carnem, quàm dictæ gignunt naturæ, in qua collatione ait adipem carnt cedere: verùm hic confert eos ad moderatam naturam. Itaque meritò pronuntiat destitui adipe magis quàm temperatos, quanto caloris excessus magis quam moderantia renitimt concretionis adipis.

Dubitatio.

De signis verò frigidi dubitationes sunt. Prima, quod recenset in cute & pilis eundem calorem rufum., cùm constet esse multo in pilis, quàm in cute nigriorem, quanto fuligo pilorum materia nigrior est semine, vnde cutis gignitur. Sed ex præhabitis reliuqui supplendam eam differentiam colorum in latitudine rufi. Exactiùs autem ita explicabitur: cutis pro permixto ex albo & rubro albescit, pili verò pro flauis rufescũt.

Liuoris causæ. Cap. 7.

Difficilior est illa, quomodo hic liuorem tribuir simplici frigiditan magnæ, cùm albi diuersa de liuidi generatione tradiderit. Nã 4. de sanitate asseuerat liuidum merum, vel albo permixtum significare abundantiam pituitæ in corpore, non cuiusuis, sed valde refrigeratæ, quales sunt vitrea, vel appellata crudus succus. Verùm 2. præsag. dixit significare paucam permixtionem

Com. 22. Com. 31.

atræ bilis, sicut nigrum multæ, Idem tamen 2. de fract. asserit duplicem eius generationem. Alteram, dum à floridis coloribus flauo, vel rubro peruenitur ad nigrum. Alteram, dum à nigro ad album. Primæ mutationis exemplum est, dum sanguis extractus à vasis contineutis frigore primùm liuescit, tandem atrum euadit, secundæ, dum quod nigrum est, suppuratur, tendénsque ad putis albi generationem, vel ad resolutionem liuescit. Idem tamen Galenus videtur quandoque tribuere illius generationem valido calori,

Com. 40.

vt 2. præsag. dum vomitionem liuidam simul & fœtentem vehementer condemnat. Cùm enim iungar liuorem fœtori, & fœtor omnis ex immodico calore oriatur, apparet liuorem iungi immodico calori. Idem ostenditur 3. Epid. vbi frigus extremorum cum liuore ascribitur, vel vehementi intestinorum inflammationi, vel extinctioni innati caloris, vnde intelligitur non semper prodire ab ea extinctione caloris. Postremò, 5. de locis affect. ex vitiata hepatis coctione gigni liuorem inquit, non explicans magis frigiditatem quàm calorem. His tamen locis non opposita, sed varia de eius ortu tradit, quæ omnia ad vnam communem causam vehementis frigoris hîc reducit. Ergo lib. de tuenda valet. supponenebat adesse in vasis cacochymiam purgandam, speciem autem eius coniectat ex liuore albedius permixto, quòd sit frigidissima pituita. In secundò verò præsag. agit de liuore deiectionis, de quo verè pronuntiat prodire ex pauca atra fæci, sicut planè nigram euadere ex multæ mixtione. Locus verò ex 2. de fract. explicans duplicem illius generationem, ostendit perpetuò cohærere liuorem nigredini, extremi frigoris soboli. Ad id verò, quod ex 2. præsag. de vomitu obiicitur, Galenus in cõm. habet ideò esse exitiale, quia significatur abũdãtia extranei caloris ex fœtore cũ defectu innati ex liuore.

Sect. 2. Com 5. Cap. 7.

Dubitatio.

San si color sequitur ad calorem & frigus, nõ quatenus sunt naturalia, vel præter naturam, sed quatenus sunt tales qualitates, quomodò ibi apparet liuor excedente calore quouis; Quare videtur explicandus locus Galeni de variis vel temporibus, vel partibus euomiti. Nã potui præcessisse liuor ex frigore aucto, & addi posteà fœtor ex occupatione extranei, intẽsique caloris: vel in quibusdam partibus ex frigore liuor, in aliis ex calore fœtor dominatur. Quod attinet ad locum ex 3. Epid. liuor extremorum semper indicat defectũ caloris in parte liuente, sed non semper in toto. significat ergo in toto vel extinctionem innati caloris, quæ extremis communicat, vel visceris ingentem inflammationem, ad quam tracto sanguine relinquitur extinctio caloris extremorum cum liuore, quod Galenus significat. Ad postremum locum, ex 5. de loc. vitiata coctio hepatis ibi ex frigoris vehementia intelligitur.

Passiuarum notæ cur paucæ. Cap. 2.

De signis verò passiuarum considerandũ est ideò paucæ signa earum referri à Galeno, quia cùm notæ sint affectus temperaturæ, passiuę autẽ temperaturæ propter debilem earum actionem parum imprimunt, fit, vt notæ earum sint perpaucæ. Argumentum est paucæ impressionis earum in corpus, quod 6. de sanitate scribit Galenus tolerare corpus cùm sanitate excessum humiditatis summæ in pueritia & siccitatis extremæ in senecta, cùm tamen ab actiuarum excessu laboret confestim.

Cap. LV.

Et quidem secundùm coniugationem qualitatum primarum facta intemperatura compositam habent indiciorum formam, calidior simul ac siccior est hirsuta magis ac calida & dura existit. & pinguedine caret, tenuisque est, & capillos nigros habet. Si vero multum in caliditate excedat, calor quoque cutis niger illi adest,

Cap. LVI.

Calidior autem & humidior temperatura, mollior & calidior & carnosior tanto est bona temperatura, quanto & vtrisque qualitatibus aucta fuerit, quasi plurimùm augeatur, citò a putredinis corripitur morbis, quoniam & humor vitio promptè laborat. Si verò parum humidior sit, multo verò calidior, molliores quidem parum huiusmodi sunt hi, qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non verò parum hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores, nigri verò illis capilli, & caro pinguedine caret. Si verò paulo calidior, multo verò humidior, mollis his caro est, & multa, & calor commixtus ex albo & rubro, & tangentibus paulo calidiores. & (vt summatim dicam) in omnibus temperaturarum coniugationibus; semper super excedentis qualitatis indicia eminebunt.

Cum multi plicet authoris diuisiones.

Cvr post tradita signa simplicium adiiciat etiam compositarum intemperaturarum, causa dicta est, quia fit nonnunquam, vt compositi signum toto genere dister à simplicium componentium signis. Eadem causa est, vt in mediis coniugatis temperaturis ad exercitationem & exemplum reliquarum, non contentus simplici signorum annotatione, adiiciat diuisionem eius intemperamenti in remissum & intensum. Quod hic facit in calido humido temperamento, docens intensi intemperamenti peculiarem notam naturam

naturam putredinosam. Et rursum diuisionem in compositionem duarum qualitatum æquè parium, vel imparium: Et rursus ex impari coniugatione, vel vincit calor humiditatem, vel humiditas calorem. Quod enim suprà dictum est, nec semper in agnitione affectuum, siue sanorum, siue ægrotum, subsistit in solis vniuersalibus, tanquam insufficientibus ad exercitationem: nec semper exequitur particularia tanquam innumera, sed in quibusdam particularibus exercens, simile in reliquis exercitium auditoribus committit.

Dubitatio.

REQVIRIT hic locus disputationem de signis sanguineæ temperaturæ, cui proximè annectetur & illa, sit ne vitæ omnium diutissimæ. Igitur de notis intemperaturæ sanguineæ: quod inquit, vbi immodicè excessit, esse putredinosam, non remissam habet difficultatem. Similiter enim multus calor multæ humiditati dominatur, vt pauca paucæ: similiter ergo vtraque putridis morbis erit obnoxia. Ratio tamen discriminis est, quòd calor innatus mixtorum, non obtinet humidum prohibens à putredine in ratione caloris simpliciter, sed in ratione caloris naturalis pro mixti exigentia. Cùm ergo calor cum humido impensè auctus est suprà moderatum, conseruare ipsum, & à putredine immunem tueri non potest: tum quia excedens immodicè, calor natiuam mixtionem, vt non efficit, ita nec rectè tuetur: tum quia humiditas ipsa moderāda regēdáque excreuit, ita vt licet calor non sit modò minùs quàm antè naturalis, ob passi difficultatē, & abūdantiam; æquè illū euincere & illi dominari non possit: tum quia ad humidi incrementum sequens obstructio putredinem parat.

Dubitatio.

CVR inter notas sanguinei tēperamenti non numerat vitæ longitudinem? Ideò facit, quia inquirit viuentis hominis indicia, in quo nondum sensus, experimentóque constat vitæ longitudo. Quod autē inquit, si inæqualiter excedunt qualitates duæ, vincere eam, cuius superant indicia, intelligenda est superantia indiciorum iuxta proportionem potentiæ & impressionis qualitatum. Nam si excedens qualitas passiua est, non sunt expectandæ illius, licèt in compositione excedentis, vehementes notæ.

Quæ temperatura viuacissima.

VT autem reliquum inquiratur, Num sit longæuissima sanguinea temperatura: expendendū est, quid potissimum faciat vitam diuturnā. Igitur longæuissimi sunt multi ex sanguineis, quotquot accōmodata & quantitate & qualitate cōstant calidi & humidi: Ostenditur primo: Cū vita sit prima participatio calidi in humido innato, sequitur, vt pro varietate horū duorū principiorum variet vitæ duratio: videlicet ex parte humidi, quod est copiosius simul & lætius: copia enim humidi etiam suprà moderatū, modò ex substātia sua alat internum calorem, sufficit ad multū tempus: lentor autem, quia tenue humidum & friabile, citò & gelatur, & resoluitur: quò fit, vt aquatilia, licèt multò excedant humidi copia reliqua animantia, minùs tamē viuacia sint & pedestribus & volatilibus; quia aqueo tenuique humido pollent Et inter pedestria sanguinea viuaciora, inter insecta apes, quia dulce humidū lentum est, non facilè resolubile, aptūque calidi pabulum. Sic inter homines ipsos quidam exuperātis carnis citissimè dissoluuntur, famémque

Ratio prima.

Prima 4. tract. 2. ca. 8.

non tolerant, dixit Auicena: quorum, scilicet humidum aqueum est piscium instar, contra humidum auri ita glutinosum est, vt nec igne minuatur. Sic inter plantas oleaceæ & resinatæ pingui humido abundantes viuaciores sunt, breuis vitæ cerasus, persicus, demum aqueo humido, & ideò noxio & putredini obnoxio abundantes. Ex parte autem caloris ea quantitas exigitur, quæ proportione respōdeat humido: nam si amplior est, citò exsiccat, quare festinat mors per resolutionem: si minor est, citò suffocatur, quare festinat mors altera per suffocationem. In qualitate autē, nec excedat ita vt immodicè siccet, nec deficiat, ita vt alere non possit, & attractione alimenti restituere absumptum. Est & illa validissima ratio: senum omnium vnus est victus ad vitam appositissimus excalfaciens & humectans: qui ergo eā temperaturam naturæ beneficio habet, traducet senectam & salubriorem & diuturniorem. Postremò, nō secus viuit ex humido innatus calor, quàm ignis ex lignis, & lucerna ex oleo, sed illa pro humidi alentis copia durant, ergo & animalium vita.

Secunda.

Lib. 5. de sanit. tuen. per totū.

Tertia.

Sed præstat idem authorum firmare sentētiis, & ostendere hanc fuisse Aristotelis & Galeni mentem. Nam Aristoteles initio libri de long. & breui, vitæ pollicetur traditurum se causam longæuitatis tam in variis speciebus, vt quòd homo sit carne longæuior: quàm in variis indiuiduis vnius speciei, vt quòd Petrus Paulo, & statim ca. 2. tradit dictam causam. Galenus autem 6. de sanitate inquit, [*quod attinet ad rationem temperamēti*,] id est, nisi præoccupentur morbis ex putredine, qui calidissimi & humidissimi sunt, iidē sunt longæuissimi. Quod autem ibidem ad omneis temperaturas contulerit præsentem, non ad solas intemperatas, monstrat ratio vniuersalis, quam subdit, complectens etiam temperatam. Quādoquidem enim, inquit, nō accidit senescere cuipiā temperaturæ nisi exiccatæ, siccatur autem dicta tardissimè, quia calor innatus multus copiosè reponit, & humidum multum tardè dissipatur, tardissimè igitur senescit, & perit omnium temperamētorum sanguineum. Item addit, ideò antiquis creditum sanguineum temperamentū omnium optimum, & vocatum temperatum, vt planè intelligatur conferre id temperamentum etiam ad moderatum. Adde, quòd iuxta aduersarios falsum est calidos humidos esse lōgæuissimos, si ad intemperatos reliquos conferantur. Sicut enim opinātur tēperatos esse viuacissimos, ita secundum locum tribuunt calidis tantùm, vel humidis tantùm, tanquàm temperato vicinioribus, hos sequūtur calidi humidi. Iam contrariæ factionis obiectionibus satisfaciendum est, dum enim opponunt locum ex lib. Aphor. 2. vbi Hippocrates præfert quadratos seu viuaciores crassis & gracilibus, intelligit quadratos esse simpliciter viuaciores, quia magis sunt à morbis immunes vitæ cursum non rarò abrumpentibus, ex parte tamē temperamenti, naturalis mortis terminum prolixiorem habēt sanguinei. Nec magis vrget quod adiiciunt: Operationes temperati perfectiores sunt, ergo & nutritio, sed tandiu viuimus, quandiu nutrimur. Nam nō sunt singulæ operationes temperati meliores, sed nutritio melior in sanguineo. Adde, quòd nec valet consecutio: nam adolescentis operationes meliores sunt, seu tem-

Quarta.

Cap. 2.

Cap. 4.

Solutio aduersantium.

Aphor. 44.

Ad primam.

Ad secundā.

peratlucis ætatis quàm puerorũ; & tamẽ nõ diu-

Ad tertiam.

tius viuit puero adoleſcens. Cùm ita colligunt; temperies bona tuetur formam in materia, ergo optima optimè tuetur: ea eſt temperatiſſima: non proinde certò colligunt moderatum viuere diutiùs. Temperies enim bona facit, ceu inſtrumentũ accõmodatum ad bonas functiones formę. quare temperatiſſima faciet ad optimas. Duratio autem animæ in corpore, cùm nõ ſit peculiaris operatio huius vel illius ſpeciei, ſed vniuerſalis affectus viuentis, non ſequitur ad optimam temperaturã huius ſpeciei, ſed ad optima principia vitæ in omni viuente, qualia explicata ſunt.

Ad quartã.

Inſtant, Si longæuior ſanguinea, perperam infrà lib. 3. omnem intemperaturam reducit ad mediam. Parùm tamen validè, nam ingentes ſunt dotes tẽperati ſuprà explicati, operationũ perfectio, & ægris cauſis repugnare, ob quæ duo meritò omneis intemperaturas conandum eſt ad eã reducere; nunquàm tamen ſenem ſanguineum rectè duxeris ad temperatum.

Ad quintã.

Addũt: Ea eſt proportio calidi in primo ad humidũ in primo melancholici, quæ eſt calidi in tertio ad humidũ in tertio ſanguinei; ergo ex regula mouentium, in tempore pari exiccabitur vtriuſque humidũ; pari ergo vita vtrique degent. Reſpondent quidam concedentes totam argumentationem, variari tamen vitæ curſum ex externa continẽtis actione: Externus enim calor minùs & putrefacit & reſoluit plurimum humidum ſanguinei, quàm moderatum temperati. Et enim maiora minùs putrent. Sed eſt ſolutio parùm tuta, periculoſaque; nam putrefactio ab externo calore nil facit ad terminum mortis naturalis, quem ſolum hic inquirimus. Et ſi faceret, dictũ eſt à Galeno ſanguineam intenſam valdè eſſe putredini obnoxiam magis quàm temperatam; quoniam magis facit ad putredinem qualitas aucta caloris cum humiditate, quã prohibeat humidi putrefaciendi copia. De reſolutione verò ab externa cauſa, vtpotè fame, exercitio, æſtu, conſtat pueritiam & naturam ſanguineam magis reſolui. Cõmoda ergo ad obiectionem ſolutio petenda eſt ex lib. de Maraſ. vbi ſeparatur innatus calor ſpiritus & membrorum ab igne primæ formationis. Sicut enim ignis operatio eſt, diſſipare inſtar externi, ita innati eſt, non reſoluere humidum, ſed nutrire & augere. Quanto ergo plus eſt ignis intẽperatura, de quo modò non agimus, nec conſideramus ad vitæ longitudinem, tãto fiet ſiccior humidi exiccatio. Innati verò caloris augmentum, quod in præſentia conſideramus, multiplicat, nõ minuit humidũ. Quò fit, vt auctus in ſanguineo innatus calor, non magis minuat, ſed magis augeat humidum, quàm temperati calor.

4 Metheo. cap. 2.

Lib 1. Aphor. 13.

Cap. 3.

Ad ſextam.

Eſt & illa diluenda ratio aduerſariorum, quãto ſanguineus cũ maiore calore & humiditate ingreditur, vitam tãto minùs patietur aucta frigiditate & ſiccitate; quare peribit cum maiore calore & humiditate quàm temperatus; vnde fiet, vt licèt ingrediatur ſenectam tardiùs temperato, non tamen decedat à vita tardiùs. Probatio aſſumpti. Nam variæ ſpecies viuentium, cum vario temperamento migrant è vita, & varia mẽbra vnius indiuidui ſimiliter; multo enim calidior & humidior eſt moriens caro hominis, quàm cutis, & oſſa eiuſdem: ergo & in variis natiuis temperaturis par eſt tantundem euenire. Diluitur autem ita contrà opponenti, ſi mors omni homini quomodocunque temperato ſuccedit per certũ ſiccitatis gradum, vt exempli loco per ſiccitatem vt duo, conſtat ad eum gradum tardiùs accedere ſanguineum temperato: ſi ſuccedit per æqualem diminutionem natiui humidi geometricè, vel ſeruata eadem proportione, vt ſi ſuccedit omni homini naturalis mors, cùm primùm ex natiuo humido dimidium fuerit abſumptum, etiã ſanguineo tardior eueniet. Cùm enim ſanguinei originale humidum ſit graduum trium, nõ peribit ante exiccationem vnius cum dimidio, temperati verò originale humidum duorum eſt graduum: peribit itaque poſt vnius conſumptionẽ. Sed & ſi fingamus mortem naturalem cuiq; ſuccedere poſt æqualem exiccationem humidi natiui numericam, nempe quando primùm defecerit natiuæ humiditati gradus vnus: etiam ſic tardior mors debetur ſanguineo. Cùm enim reſiſtat tres gradus in ſanguineo humiditatis reſolutioni vnius, in temperato verò duo tãtùm, tardiùs conſumetur vnus ille in ſanguineo gradus. Concludendum eſt igitur longæuiſſimam vitam deberi inter temperamenta quibuſdam ſanguineis, quorum humidum & calidum quantitate & qualitate ſunt vitę aptiſſima. Quidam enim, licèt ſanguinei, tenui humido abundantes, ideò facilè diſſlabili, vel immodicè excedẽtes in calore, vel humiditate, vel vtroque, ita vt coctionem exactã perficere nequeant, parũ viuaces ſunt.

Cur temperati nõnulli breuis vitæ.

Sicut etiã quidam ſunt ob totius temperaturam ſalubres, qui tamen ob inæquale & varium partium temperamentum euadunt inſalubres, vt ſi caput caleat, ventriculus verò frigeat, cum totius corporis moderata temperie. Et eſt ſolutio ad difficultatẽ Auerroi 6. collect. cur cum ſignis eiuſdem tẽperamenti, hic diu viuat, ille citò pereat, hic ſalubris degat, ille inſalubris. Eſt & illa prompta reſponſio, quòd vel fortunæ beneficio, vel continentiæ, quidam non habẽt occaſiones aut ægrotandi, aut pereundi, alij habent. Auerroo tamen illa cauſa placet, quia cùm ſit homo mixtorum vltimum, ſubit maiorem varietatem compoſitionis, quàm reliqua omnia, ita vt cum eodem ad ſenſum temperamento varias & affectiones, & paſſiones ſubeat. Nam roſa licèt in manifeſto tẽperamento frigoris, & ſiccitatis in primo cõueniat cum myrrho, diſſidet tamen in ſubſtantia & effectibus, ob eam mixtionis varietatem. Remotiorem cauſam recipit Auicena dictorũ effectuũ: refugit enim ad cæleſtem influxum. Commodè autem addit Haly hic licèt, à Turiſano impugnatus, eos qui arte ad ſanguineam temperaturam reducti ſunt, non perinde eſſe longæuos, atque eos, qui ab ortu eam contraxerunt, videlicet non reparatur quantitas humidi ſubſtantifica & cocta maior præexiſtente: ita enim liceret reiuueneſcere, ſed qualitas tantùm inducitur calida humida, remorans magis naturalem mortem, quod facit victus ſenilis, non tamen ſimiliter naturalibus ſanguineis vitã prorogans.

Cap. 1.

Libr. 18. animal. in fine.

Intemperatorum vitæ varietas.

Supereſt, vt de reliquis temperaturis præter moderatam inueſtigetur vitæ longitudo. Eas ſic locat Haly, licèt vitio librarij prætermiſerit calidam tantùm.

Breuiſſima vita eſt in frigido ſicco.
Secundò, in frigido tantùm.
Tertiò, in ſicco tantùm.
Quartò, in frigido humido.

Quintò

Quintò, in calido ſicco.
Sextò, in humido tantùm.
Septimò, in calido tantùm.
Octauò, in temperato.

LONGISSIMA eſt in calido humido. Cauſa ſumitur ex aſſumptis. Cùm enim longiſſima vita debeatur calido humido, ea duabus illis qualitatibus calor per ſe & citra medium facit ad vitam, humiditas ſecundò & gratia tantùm alendi caloris. Nam & vita primò definitur per calorem. Prima participatio calidi in humido innato. Quò fit, vt oppoſita vitæ principia ſint frigiditas & ſiccitás, & inter illa duo magis frigiditas, vt meritò vita breuiſſima debeatur frigidæ ſiccæ, in qua duo principia vitæ oppoſita inſunt. Deinde frigidæ tantùm, vt quę deſtituatur potiore vitæ principio. Inde ſiccę tantùm, ſequitur frigida humida: quia, licèt habeat principium vitæ imbecillius, humiditatē, deſtituitur potiore caloris. Eadem autem ratio locum habet in ſequentibus.

Dubitatio — SED à quibuſdam non recipitur ſentētia eius in calido tantùm, & humido tantùm, & calido ſicco. Putant enim tres has temperamentorum claſſes locandas eſſe poſt temperatam, deberíque illis longiorem vitæ periodum: id quod oſtēdunt, quia, ſicut calida humida excedit temperatam duratione propter abundantiam ſupra moderatum caloris ſimul & humiditatis: ita calida tātùm, licèt minùs, diutiùs tamen temperata viuet propter exceſſum caloris ad vitam faciētis: pariter & humida tantùm propter humiditatis exceſſum. Cùm autem calor magis faciat ad vitā quàm ſiccitas impediat, ſequitur, vt æquè aucta vtraque qualitate, calida ſicca temperatura viuacior ſit, quàm temperata. Addunt, cùm calor & humiditas ambo faciant ad probam humidi coctionem, & magis calor, calida tantùm excedet temperatam in vno coctionis principio, quare magis obtinebit & coquet humidum quàm moderata. Similiter & humida tantùm, nec ſecus calida ſicca. Non tamen conuincunt hæ rationes, nec enim receptum eſt probatis auctoribus temperatum excedi in vitæ longitudine præterquàm à ſolo calido humido. Ergo licèt, vbi illa duo æquè augentur, nec immodicè excedunt, faciant ad vitam: vbi vnum tantùm increſcit reliquo non mutato, magis feſtinat quàm tardet idcircò mors. Siue enim ſolus calor augeatur, mors feſtinat per reſolutionē: ſiue humidum ſolùm per ſuffocationem. Nec ſecus ad alterum, ſi ſolus calor increſcit, cum moderato humido exurit, ſi ſola humiditas, eum moderato calore non coquitur, ſed excrementitia redditur.

Ad primā. (beside "Similiter & humida tantùm…")

Ad ſecūdā. (beside "humidum ſolùm per ſuffocationem…")

CAP. LVIII.

Frigidior autem ac humidior temperatura, ſi parum quidem vtraque augeatur, pilis nuda eſt, & alba, & mollis, & craſſa, & pinguis. Si verò magis exceſſerit reliqua quidem ſunt ſecundùm proportionem augmenti qualitatem, color autē vnà cum capillis rufus, quemadmodum ſi plurimum vtraque augeatur, liuidus. Si verò qualitatem augmentum fuerit inæquale, eius qua ſuperceſſerit, indicia eminebunt.

CAP. LIX.

Si autem frigiditas vna cum ſiccitate æqualiter augeatur, natura durum ac tenue, & glabrum corpus habent, & tangentibus frigidum: pinguedo tamen ipſis & ſi graciles ſint, per carnes diſperſa: Capilli autem & color frigiditatis, modum ac proportionem ſequuntur. Vbi verò calida & ſicca temperatura in tempore decrementi in frigidum & ſiccum labitur habitum, tunc hi graciles ſunt & duri, atque atra bilis in eis dominatur, & ob id nigri ſimul & hiſpidi euadunt. Vbi igitur altera qualitas plurimùm dominatur, altera verò parum à mediocritate recedit, ſuperabunt eius qua dominatur, exilia autem erunt alterius qualitatis indicia.

EX SIGNIS propoſitis eſt vnus, vel alter, qui lectorem remorari poſſit ſcrupus, de intemperamento frigido ſicco ab ortu contracto. Deinde de temporario agetur. Igitur ex indiciis frigidi temperamenti compoſiti ab ortu contracti, ſignum à colore deſumptum ob compēdium obſcurius ſcriptum eſt. Cum enim remiſſo frigori applicet album colorem, intenſiori tribuit rufum, qui tamē nigrior eſt, & exuſtionem aliquam ſignificat, intenſiſſimo liuidum: cùm tamen perpetuò alius ſit & nigrior pilorum quàm cutis color. Licèt ergo hīc promiſcuè cutis & pilorum colorem deſcribat, aſſerentis cutis colorem cum pilis rufeſcere, in albo & liuido ſubaudienda cutis eſt: in rufo pili, propter breuitatem enim non diſcriminat pilorum à cutis colore. Alterum verò ea pinguedine per carnem ſparſa habet cauſam, quia cùm frigida ſicca temperatura, de qua hoc ſignum pronunciat, habeat frigiditatē agens adipis, careat tamē humiditate materia eius: meritò fit, vt ſolidis membris & ſub cute non concreſcat, propterea quòd repugnat generationi eius, & ſiccitas totius temperamenti & ſolidorum peculiaris. In carne verò propter natiuam humiditatem relinquitur aliquāta humiditas, quæ à frigore cōcreſcat. Eſt & huius temperaturæ indicium à colore ſimile ſuperiori frigidæ humidæ, variāte ſcilicet colore pro frigoris quantitate, in remiſſo, albo, in intenſo, liuido. Ex quo loco ſimul & ex a. de temper. colligendum eſt, nō coire, nec ſemper, nec frequenter cum temperamēto totius frigido ſicco, quòd hīc venamur, abundantiam melāchoIiæ in vaſis, nec nigrum totius colorem cum hirſutie: imò magis albedinem vel liuorem. Scilicet frigus propter defectū exuſtionis tam pilos quàm cutem dealbat: & alimentum, cùm per defectum caloris & humiditatis qualitatum coquentiū non percoquatur in ſanguinem, manet ſub forma pituitæ magis quam melancholiæ. Qualis autem temperatura aceruet melācholiam, explicabitur ſequenti annotatione.

Color frigidorū quis. (beside "EX SIGNIS propoſitis…")

Melancholici color. Cap. vii. (beside "ris. In carne verò…")

CÆTERVM de ſignis frigidi ſicci ex tempore contracti, non eſt leuis dubitatio, cur cùm Galenus in hoc libro de ſingulis temperaturis tradat ſimpliciter notas citra diuiſionem, in ſola frigida ſicca ſeparat, ita vt alias afferat de eo tēperamento natiuo, alias de eo ipſo, ſi ex tempore contrahitur, ita vt multi preſſi rei difficultate opinentur proprium ineſſe hoc biliofis à natura, quod nulli aliorum originalium temperamentorum, vt non cōſeruet per omneis ætates tēperamentum quod ab ortu obtinuit: ſed cùm infans calidior ſit & ſiccior temperato, infans ſimiliter & adoleſcens & iuuenis, verùm in ætatibus, inclinante & ſenecta deſinit eſſe inclinans calidior & ſiccior temperato, & commutatur in frigidiorem & ſicciorem temperato: id quod huic ſolæ inter temperaturas

Biliofi an ſemper temperate calidior. (beside "CÆTERVM de ſignis…")

euenit,

euenit, eò quòd parca natiui lapsus humiditas multũ calorem ab ortu sustinere non potest. Sed reiiciendum est hoc illorũ inuentum: nam si temperatus est salubris simpliciter semper, & biliosissimus insalubris simpliciter semper, ea definitione obseruabunt ambo natiua sua temperamenta per omnes ætates. Quare inclinans tẽperatus erit inter inclinãtes temperatissimus, & quia natus est biliosissimus, erit inclinãs biliosissimus. Item nisi senex biliosus inter senes recederet per calidum, falsò traderetur à Galeno in febriente bilioso sene, sumi à febre indicationẽ ad frigida à senecta, sicut à naturali conseruando, à bilioso verò temperamẽto ad calida. Quod si ea illorum, qua mouentur, ratio conuincit, fatendum est leonem senem minùs calere homine sene. Nam maior est ab ortu in leone calor & siccitas, si ad hominem cooferatur, quàm in bilioso homine collato ad temperatum. Si ergo leo senex adhuc conseruat maiorem calorem homine sene, cur non similiter biliosus senex collatus ad moderatum senem? Expendendum est igitur, cur Galenus separatim in hoc capite alia recẽset signa frigidi sicci ab ortu, alia ab ætate. Deinde cur, si omnis inclinans est frigidus siccus, peculiariter hic de bilioso inclinante meminit. Tertiò, cur humidum biliosi non conseruat gradum caloris pristinum, quandoquidem si accidat eum hecticè febrire, cõseruat gradum multo intensiorem natiuo.

Lib. 8. Thera. ult.

Cur tradit seorsum signa temperamenti ex tempore.

De primo, libri intensio est inuenire præsens temperamentum, quòd ferè contrahitur ab ortu. Ferè enim varia hominum temperamenta causam habẽt varietatem principiorum in prima formatione: Accidit tamen aliquãdo, vel propter insignem à victu mutationem, vel propter similẽ ab ætate contractam, vt præsens temperies variet à natiua. Quo casu solet Galenus particulatim docere signa originalis & particulatim præsentis. Id fecit secundo de temper. docens agnoscere frigidam temperaturam præsentem non natiuam ea habitu pingui cum amplis vasis. Vasorum enim amplitudo natiuum calorem abundare significat, pinguedo præsentem frigiditatem. Sic hic cùm ex discursu ætatiuo contrahant vniuersi in inclinãte & senecta temperiem frigidam siccam, licèt ab ortu fortè habuerint, quamuis aliã, aut etiam temperatã, meritò adiunxit conatus nil relinquere, quod facit ad propositum cognoscendũ, separatim signa frigidi sicci natiui & frigidi sicci ab ætate. Ad secundum propositurus exemplum de altero genere frigidi sicci per melancholiæ abundãtiam (nam in proprio genere non abundabat) affert in medium natura biliosum, quod in eo aperta est atræ per inclinantem abundantia. Nam, vt in pituitoso non perducitur alimentum ad exactã sanguificationem, in temperato non excedit, ita in bilioso per excessum exuritur, ita vt in inclinante euanescẽte iam ignea parte plurima, maneat caustum terreum plurimum. Quia ergo in hac posteriore parte tradenda erant signa atræ abundantis, abundat autem maximè in natura biliosa, ideò ad maiorem signorum euidentiam proponit naturam biliosam inclinãtem. Quod verò tertio loco dubitatum est, soluunt quidam dicẽtes ob humidi paucitatem, ceu materiæ conseruantis, non durare pristinum calorem, quandiu scilicet non iũgitur valida aliqua causa excalfaciens, quæ cogat figi calorem, vel intensionẽ in pauco humido. Ea causa, quia adest hectico, potest modicum illud humidum conseruare intensum hectici caloris: quia verò deest sano per senectam, non tuetur pristinum gradum. Illud est & manifestiùs & planius, frigiditatem inclinantis ætatis, non pendere à diminutione graduum caloris, sed quantitatis. Cùm enim calidum non pendeat ab humido in ratione suæ intensionis & vehementię, sed quãtitatis, quia nisi habeat copiã humidi, ea quo subalatur, minuitur quantitas eius, & marcescet, non secus quàm flamma lucernę deficiente oleo: sequitur, vt causa eius frigoris sit inopia humidi deficientis successione quadam deficientis calidi copiam.

Si autem adhuc pergas quærere, cùm ætas inclinans sit gradu frigidior præexistente, cur calidum illud quantum quantum est, remittitur in gradu pristino caloris? Prorsus asserendũ est minutum ea partibus calidis & frigidis remissius reddi calidum, non solùm quando pars calida comprimens à gradu suo labitur, remittiturq; sed etiã si quantitate minuatur. Itaque cùm inclinans habeat calidi vnam vnciam tantùm, cùm antè haberet eiusdem calidi vncias duas, meritò homo inclinans est frigidior vigente. Adde, quòd etiam illa vncia remittitur in gradu caloris propter succrescentem pituitam. Cùm enim ea defectu coctionis propter aduersantes qualitates pituita augeatur, sua frigiditate caloris gradum priorem diminuet, à perfectione pristina deiiciet. *Dubitatio*

In omnibus verò, de quibus suprà diximus, & posteà dicemus, commune est temperaturæ iudicium, si membrum facile frigescit, vel frigiditatis, vel raritatis: si verò non facile, vel caliditatis, vel densitatis. Si verò à desiccantibus offendatur, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quemadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere autem oportet, si eandem omnem musculi seruant temperaturam, vel minimè eandem, atque in omnibus animaduertere subiectorum ossium quantitatem. Nonnunquam enim gracile videtur membrum, cùm non sit gracile, quoad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale videtur. Sic & crassior quibusdam plerunque apparet, non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem, qua vel aucta, vel comminuta, vel durior, aut mollior c[...]a, siccius aut humidius membrũ ostendit: pauca igitur ac dura, siccum: multa autem & mollia, humidius. Sic & inter media spacia similarium corporum, vt plus vel minus humida substantia in seipsis continent, vel crassius, vel tenuius, vel humidius, vel siccius membrum ostenduntur, humidior quidem, vbi subtilior est, & plurima est humiditas: siccior verò, vbi crassior simul & minor. Ipsa enim solida corporis partes, quæ verè solida sunt ac prima, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccare prohibuerat: intercepta autem in ipsis spacia hac vel illa humiditate complere possibile. Hac verò est proprium similarium partium alimentum, quod ex appositione fit, & non per vasa trahitur. Communis autem hac ratio & omnium partium existit, & iterum in salubrium atque insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea, quæ ordine sequuntur, attingamus.

Annectit in calce huius sectionis sententias quatuor apprimè necessarias ad complementum agnitionis temperaturæ totius hominis. Prima, indicium est ab alteratione externa faciens ad agnoscẽdam intemperaturam siue totius, siue cuiusuis membri. Facilis alteratio ad certam qualitatem

litatem, significat lapsum natiuum mēbri ad eam qualitatem: nisi fortè causa eius alterationis sit membri raritas. Secunda est determinatio scopi huius sectionis: propositum enim fuit per signa indagare temperaturā totius, id est, musculorum. Ne tamen decipiamur in ea inquisitione, oportet memorari, non necessariò esse idem in musculis omnibus tēperamentum. Quare exploranda sunt dicta signa, non in sola facie, vel brachiis, sed in omnibus corporis musculis. Tertia est determinatio signi sumpti ex magnitudine & carnulentia totius. Sæpe enim imponit apparēs membrorum magnitudo, quasi sit carnulentia, cùm magis sit ossium amplitudo cum carnis inopia. Quarta determinatio est ad signū sumptum à mollicie sensata, pariter & à magnitudine. Fit enim non rarò in cachecticis & senibus, vt tactus mollis sit, & inflata membra, cùm tamen reuera membra in se sint & gracilia & sicca. Sed fallit tactum humiditas copiosa per membrorum poros dispersa, quæ simul & carnes tumefacit, & laxat, quare crassities monstratur cum tactus mollitie, citra membrorum vel crassitiem, vel humanitatem.

Primæ sententiæ agitatio.

S E D singulæ quatuor sententiæ seorsum vberiùs discutiantur. Et quod ad primam attinet, meritò vniuersale signum agnosci locauit in tractatu de notis totius, cùm faciat hoc signum, & ad totius, & ad singularum partium agnitionem. Verùm à Galeno ob breuitatem describitur non integrè. Nam quando contrariorum membrorum diuisiones afferūtur, non cōpletè traduntur vtræque, sed quædam membra in vna, quædam in alia diuisione, vt vtraq; ex altera suppleatur. Ita ergo perficitur tota. Si aut totum aut membrū aliquod citò ab externo calefaciente calefit, vel calidum est, vel rarū, si tardè, vel frigidum, vel densum. Altera diuisio, si citò aut multum ab externo agente refrigeratur, vel frigidum est, vel rarum: si tardè aut parum, vel calidū, vel densum. Sed cur in passiois non similiter colligit ex facilitate passionis, vel temperaturam, vel compositionem, sed solam temperaturam dicēs: si citò exiccatur, siccum est, si citò humescit, humidum. Secūdò, quomodò separat rarum à calido, & densum à frigido dicens, vel calidum est, vel rarum: vel frigidū est, vel densum. Cùm constet omne calidum esse rarum, sicut omne frigidum densum. Tertiò, quomodò ex alteratione externa determinatè colligitur temperamentum, nō solùm sub disiunctione, quod Galenus facit. Quæ tamē ita dissoluere tentandū est.

2. Apho. 25.

Lib. 4 symp. cap. 2. & li. 5. cap. 22.

Dubitatio prima.

P R I M V M quidem sic ob robur in agēdo actiuarum, cōmoditas penetrationis ex raritate plurimum promouet actionem: in passiuis verò ob actionis ignauiam non sequitur momentanea impressio, nisi per moram in passo homogeneo, raritas enim non valde auget actionem.

Dubitatio secunda.

A D secūdum, calor post ortū cùm agat in virtute tantùm, elementali, perpetuò rarefacit, sicut frigus cōdensat: verùm in prima formatione nihil prohibet raritatē iungi, & calori & frigori. Cùm enim sint naturæ cōpositionales raritas & densitas, & cōpositio nō sequatur solū tēperamentum, sed etiam vim diuiniorem, fieri potest, vt formetur frigidus cum raritate, & calidus cum dēsitate.

Lib. 2. de tēp. cap. 14.

Dubitatio tertia.

T E R T I V M verò facilè ex litera absolui potest, si enim simul & à calido citò calefit, & à frigido citò refrigeratur, rarū est, nō calidū: si verò ita à calido excalefit, vt tamē à frigido haud prōptè refrigeretur, eiusmodi corpus calidū est, non rarū.

Dubitatio quarta.

S V P E R E S T, vt inquiratur causa facilis impressionis ab vtraq; qualitate, vtpotè à calido & frigido simul, quod auctor nō docuit, non ab vna tantùm quod docuit. Sunt autem huius effectus causæ ferè treis. Prima, raritas compositionis dicta, cuius indicium tradidit lib. 2. de sanit. sudoris copiam. Altera causa, cōfluxus ad partem humorum contrariè temperatorū per interualla, de qua scribitur lib. 4. Aphor. & apparet in partibus ex chronico aliquo affectu debilib. vt sentiatur modò igneus calor, modo niualis frigiditas, aut in capite, aut in quouis alio mēbro. Tertia causa defectus innati caloris in parte, de qua scribitur primo Prorhet. & est exitiosissimum signum in proximis morti, qui modò rigent, & operiri postulāt, modò nil indumenti tolerant. Deficiente enim innato calore, qui renititur calefacienti, & refrigeranti, & vtrique opponitur, fit, vt pateat membrum omni alteranti ad quemuis excessum. Idem accidit gracilibus & conualescentibus, vt ab hyeme gelentur, ab æstu verò inflammentur.

Cap. 15. aphor. 40.

Sect. 2. com 8. Lib. 1. de vsu cap. 13 & secūda 1. doct. 3. cap. 3.

Secūdę sententiæ agitatio.

E X S E C V N D A verò sententia colligitur frequens multorum error ex temperamento vnius membri colligentium simile temperamentum in toto. Stat enim esse hominem pectoris amplissimi & hirsutissimi, quare leoni similem audacem, cordeque calidum, non tamen perinde reliquo corpore calētem. Alius verò est hirsutis cruribus, hirsi similibus, salax, testibusq; calidis, non tamen idcircò similiter in toto. Quare errore illo vulgari medici hac parte labuntur, quē recēsuit in procœmio acutorum Galenus, vt sumant frequētia pro perpetuis. Commodè autem addit, quādoque excessum intemperamenti in vno membro causam esse oppositi excessus in reliquis, sicut & imbecillitatem vnius causam esse roboris in reliquis. Sicut enim in varijs speciebus apparet, in genere aquatilium, quæ simplici cute molli teguntur, nil habentia extrà corticis, intrò sunt magis crassa & terrea, vt congri, lampetræ. Quæ verò squammis teguntur, carne sunt molliore, & humidiore, eò quòd terreum secessit ab extima. Quæ verò testa, aut crusta teguntur, vt locustæ, & magis testudines, & ostreæ, carne sunt & humidissima & laxante. Sic intra vnum accidit speciem, vt si hepar valde labitur ad calidum, membra alia maximè vicinia, vt ventriculus, destituantur calore, & refrigerentur, quæ inæqualitas nobis frequens est, licèt quidam magis eò referant quòd immodicus calor hepatis exiguum vētriculi depascitur, sicut radius solaris flammam. Adiicit & Galenus coniecturam, qua agnoscatur æqualitas temperamenti in toto & partibus. Si enim conuenit compositio vnius membri cum reliquo corpore in magnitudine, colore, hispiditate, & vasorū magnitudine, ferè conueniunt omnia etiam in qualitate temperamenti. Licèt enim compositio sequatur vim diuiniorem, tamen etiam bona ex parte, sequitur temperamentum, maximè color, hispiditas, & vasorum amplitudo. Quando ergo Hippocrates in Epidemiis colligit temperaturam totius ex oculorum colore, vel vocis gracilitate, potest recipi, quasi ea explorauerit in temperatura corporis æquali. In qua iudicium de vna parte habet locū in reliquis: vel quando alia signa totius iunguntur ad eādem significationē. Si enim adsunt signa caloris in toto, & iungitur vocis magnitudo, &

Lib. 2. de tēp. ca 12. com. 18 Lib 2. de tēp. citat.

Varietas lapsuum in partibus.

pectoris amplitudo, multo magis firmatur indicium de calure totius. Altero ergo horũ duorum modorum, poteſt locum habere, quod vniuerſim & ſine distinctione reprobum eſt, vt ea vnius mẽbri temperamento de toto corpore pronũcietur. Colligendum autem ea hoc loco eſt, non modò in vno corpore membra variæ deuominationis poſſe labi ad oppoſitas tẽperaturas, ſed & vnius. Nam fieri poteſt, vt io vno curpore hi muſculi caleant, reliqui frigidi ſint.

Tertiæ ſententiæ agitatio.

ILLVD conſiderandum eſt de ſententia tertia non minus neceſſariam eſſe eam determinationem, quæ ea magnitudine oſſium ſumitur. Nam qui eſt facie ſatis ampla & cruribus propter oſſium amplitudinem cum pauca carne, non modò non eſt carnulentus & craſſus, ſed eſt frigidus, gracilíſque. Contrà, vbi paruiſſima ſunt oſſa, multa licèt caro reddit habitum tenuem, quare frigidus iudicabitur, qui verè calidus eſt: niſi priùs per ſigna ſeparetur craſſitudo carnis ab oſſium craſſitudine.

Quartæ ſententiæ agitatio.

Li. 2. præſ. ig. 28. & lib. de Maraſ. cap. 6. & 7 Therap. cap. 5. Lib. 2. de different. feb c. 1. & 7. & 1. Epid 7. Sect. 2. com. 71.

IN poſtrema verò ſententia, per ſolida membra Galenus hic & ſæpè intelligit ſpermatica, quorum origo ea ſemine eſt. Quandoque etiam ſanguinea hoc nomine includit. Vocat autem hic eadem ſpermatica etiá prima, licèt mirentur quidam, propterea quòd oſſa ſuffulciũt corporis fabricam, fibiæ verò carnem, quæ inſarcit tantùm reſiduas ſolidorum inanitates: ideò meritò ſpermatica illa prima vocat. Addit explicare, cur quãdoque ſentata mollities non ſignificet membrorum humiditatem, quia poteſt mollem tactum efficere humiditas per poros ſparſa ad alendum plurima, licèt membra in ſe areſcant. Eaempla ſunt apertiſſima in cachecticis & ſenibus, in quibus tactus mollis eſt, & laxus propter copiam pituitoſi alimenti in poris membrorum contenti: in cachecticis enim ob frigiditatem hepatis morbidam, in ſenibus ob ætatiuam, non plena fit alimenti ſanguificatio. Eaplicat quale ſit id alimentum, cum enim apud Hippocratem libr. de alimento, & Gal. alimẽtum tripliciter dicatur: quod verè & actu alit, id eſt, quod actu reparat & reſtituit reſolutum, id eſt, quod iam aſſimilatur. Non (quod vulgo referunt) quod iam aſſimilatum eſt, nam aſſimilata iam caro eſt, non nutrit carnem. Secundò, quod eſt quaſi alimentum, quod ſcilicet vnitur. Tertiò, quod eſt futurum alimentum, pateťque latiſſima comprehendens non modò id quod apponitur, ſed & quod per vaſa trahitur, imò & quod in ventriculo & eatra continetur: humiditas hæc per membra ſparſa, efficienſque mollem tactum, verum ait eſſe alimentum, non improprium & latè dictum, quale eſt quod per vaſa trahitur.

Li. 1. natural. facul. cap. 11.

Alimenti ſignificata.

SECTIO OCTAVA.

CAP. I.

Ventriculi indicia, eius quidem qui natura ſiccior exiſtit, ſi celeriter ſitibundi fiant, & paucus eu ſufficiat potus, à plurimo autem aggrauentur fluctuationibus infeſtentur, at ſuperfluitet id quod abundat: Et cibis delectentur ſiccioribus.

CAP. II.

Humidioru autem, ſi neque ſitibundi fiant, & ſuperabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus.

IVXTA diuiſionem membrorum ſuprà traditam, primùm de principalium membrorũ quatuor temperatura diſſeruit, addens ad exemplum ortorum a principalibus oculos. Ex tertio autem genere, quæ ſcilicet reguntur facultatibus & innatis, & influentibus, propoſuit muſculos, ventriculum, pulmonem: ſiue quia hęc tria magis cohęrent & famulãtur principalibus, muſculi cerebro, ventriculus hepati, pulmo cordi: ſiue quia horum cognitio magis neceſſaria eſt, cùm plurimùm mutent naturam eorum quæ corpori applicãtur, ſiue per ſanitatẽ, ſiue per morbum. Nam aër noo ſolùm cordi, ſed & temperaturæ pulmonis, cui primò occurrit, debet reſpõdere: alimentum non hepari tantùm, ſed magis ventriculi temperamẽto primum cocturo, reliqua verò omnia iuxta totius naturam (ea eſt muſculorum natura) variãda ſunt. De ventriculo ergò iuxta morẽ docet notas hic paſſiuarum ſimplicium. Secundò, actiuarum item ſimplicium. Tertiò, de compoſitis calidis. Quartò, de compoſitis frigidis. Primùm igitur de ventriculo breuiter, pòſt de potiſſima eius functione, ea eſt fames, diſputabitur.

DE PRIMO illa dubitari poſſunt, Cur cùm natura dicauerit ventriculum & hepar coctioni alimenti pro toto, ſitque multo difficilior ventriculi quàm iecoris operatio in cibi attritione, non præſtitit ventriculo maiorem quàm hepati calorem? Sed & illud, cur, cùm hepar in quatuor ſubſtantias ſua coctione ſeparet alimentum; ventriculus in ſolas duas diuidat, ſucculentam, & fæcoſam? De ordine verò, cur hìc contra morem reliquorum capitum aggreditur à paſſiuarum notis? Ea ita diſſolui, eapedíſque decet.

Dubitatio prima.

OPARATIO ventriculi in alimentum iuxta numerum facultatum naturalium quadruplex eſt, attractio, retentio, cõcoctio, eapulſio. Ea quibus reliquæ tres meliùs perficiuntur membranoſo, fibroſo, & ſubfrigido membro, coctio meliùs carnoſo. Quia ergo priora munia in alimẽto ſunt attractio, & retentio, accommodauit natura ſubſtãtiam, & temperaturam ventriculi membranoſam prioribus functionibus: reſarſit autem defectum coctionis in ventriculo, generatione hepatis carnoſi.

Secunda.

NVMERVM verò ſubſtantiarum, quæ vtrobique variè prodeunt, quidam referunt ad varietatem agentis. Quanto enim calor hepatis potẽtior eſt, tãto magis ſeparat heterogenea, quàre in plures partes alimentum partitur. Sed addenda eſt ea materia cauſa, quoniam liquidum actione caloris in hepate ebulliens facilè ſeceditur in varias, quibus conſtat ſubſtantias, multo magis quàm ſolidum io ventriculo alimentum.

Tertia.

NOVVM verò ordinem hac de cauſa ſequutus eſt, ſigna ex ſiti & fame omnium apertiſſima ad temperamenti ventriculi agnitionem, inter reliqua notiſſima ſunt. Illa autem ſignificant magis paſſiua quàm actiuas qualitates: ſoletque perpetuò Galenus in omniũ agnitione affectuum exercere lectorem primùm in facilibus, à quibus deducit ad difficiliora.

De fame propoſitio prima. Cap. 7.

DE FAME verò tractatio propoſitionibus quibuſdam abſoluetur. Prima, ad famem quinque cõcurrunt ſymptomata lib. primo de cauſ. ſympt. non quod vulgò citant, quinque motus. Primum, eatima membrorum inanitio. Secundùm, naturalis tractus membrorum ab hepate, hepatis à ventriculi

triculi

triculi ore, videlicet maxima: nam quòd eiuſmodi tractus, licèt minor, terminetur ad totum ventriculum & inteſtina, dixit lib. 9. de vſu part. Cap. 11. Tertium, eſt diuulſio in ore vẽtriculi ex vaſorũ actione. Quartum, ſenſus eius diuulſionis. Quintum, poſtremúmque, animalis appetẽtia qua cibus experitur exterior. Ex his quinq; primum ineſt animalibus, quatenus ex calido humido conſtant, ea vi ſcilicet elementali. Secundum & tertium ex vi vegetabili, quatenus animata ſunt. Itaque ad inſtar plãtarum ſemper ſunt in opere. Quartum verò & quintum inſunt illis, vt animalia ſunt ſenſus participia: nam appetentia illa poſtrema cibi externi cùm ſequatur ſenſationem ſuctionis, animalis operatio eſt toto genere diſtans ab appetentia illa priore loco numerata naturali functione. Ideò autem eguerunt animalia duplici hac ſupra plantas actione, quia alimentum diſtans requirunt, non paratum ſemper & proximum in plantarum ſimilitudinem: quare inſtinctu naturæ planta tota ex radicis fibris trahit, membra verò animalis vim trahendi vniuerſam in ventriculum conuertunt: à quo meſeraicis vaſis inſtar fibrarum multiplicibus ſugunt. Sequitur ſolutio vẽtriculi, cùm vaſa non reperientia alimentum in ventriculo vnde trahant, conuertuntur ad ventriculi ipſius humidum exhauriendum. Lib. 1. de cauſ. ſymp. 7. Cùm autem rurſum alimenta ſumuntur, conuertuntur (ait Galenus) venæ ad alimenta, ex quibus ſugunt. Ventriculus autem ex ipſis tantùm trahit, quantum anteà venę ab ipſo traxerant. [*ex ipſis*] videlicet alimentis, non quod quidam prauè interpretantur, ex ipſis vaſis. Addit Galenus, ex his quinque ſymptomatis quartum eſſe famem: quod tamen à multis nõ recipitur, opinantibus famem eſſe poſtremam illam appetentiam cibi externi, In cuius teſtimonium citant Ariſtotelem definientẽ famem, quod Lib. 2. de anima cap. 3. ſit appetitus calidi ſicci, ſitim verò appetitum frigidi humidi. Verùm licèt controuerſia, poſtquàm de numero rerum conſtat, iam ſit de nomine, ſi modò conſeruatur vulgaris verborum ſignificatio, fames eſt ſenſatio ſuctionis quarto loco numerata. Nam torqueri nos dicimus fame, & famem rem eſſe moleſtiſſimam, & quoſdam periiſſe, fame, quæ omnia falſa ſunt, ſi fames importat appetentiam, vel ingeſtionem externi cibi.

Propoſitio ſecunda. PROPOSITIO ſecunda: Quæ ſit famis coniuncta & ſine medio cauſa, litigant. Multi referũt ad frigiditatem melancholiæ tranſmiſſæ ad ventriculum famis excitandæ gratia: qui alibi ſufficienter refelluntur.. Nam (vt & hìc breui referatur) Sententia prima. ſi intelligunt melancholicã fæcem, quæ perpetuò à ſplene ad ventriculum eructatur: Lib. 5. de loc. affect. cùm illa perpetuò & æqualiter mandetur in modum reliquorum excrementorum, non poteſt per certa ſpacia famem inducere. Si verò ſignificãt ſuccum melancholicum, quem fameſcens ventriculus ea vicinis vaſis rapit, nec ille poteſt famem efficere. Nam priùs eſt ventriculum fameſcere, quàm repleri prauis illis ichoribus. Imò poſteaquàm illos recepit, ceſſat fames, quod experiuntur hi qui impranſi prætereunt aſſuetam cibationis horam. Secunda. Alij cauſam opinantur motum partium ventriculi diuulſarum: is enim motus, ſeu ſenſile commune ſentitur ad proprij ſenſilis perceptionem. Neque obſtat, quòd fameſcentes non percipiunt certam aliquam in ventriculo qualitatem, cuius gratia motum dignoſcant. Nam in eo qui à longè videtur, quandoque diſcernit viſus motum, non diiudicans certum aliquem colorem, licèt motus non niſi interceſſu coloris ſentiatur. Nec nos moueat, quod ſentitur in fame dolor, & tamen non interuenit in particulis ventriculi motis qualitas prima ſua vehementia dolorifica. Quia licèt commune ſenſibile non percipiatur citra interuẽtum & perceptionem ſenſibilis proprij, quod tamen cum moleſtia vel delicia percipiatur, non habet neceſſariò ex proprio ſenſibili. Fit enim ſæpè, vt figura aliqua præ turpitudine horrorem, & moleſtiam inducat intuenti, licèt figura non ſentiatur niſi ſub ratione colorati, qui tamen color non inducit horrorem. Sic licèt qualitas mouentis nõ inferat dolorem, & motus niſi gratia qualitatis primæ non ſentiatur, poteſt motus eſſe dolorificus, & moleſtè ſentiri. Verùm relictis duabus explicatis ſoluendi rationibus, multo facilius & Tertia. Galeno magis conſentaneum eſt, aſſeuerare ſenſatum dolorificè à ventriculo fameſcente eſſe diuulſionem, vel ſolutionem ipſius à ſuctu vaſorum. Nam famem Galenus definit, quòd ſit ſenſus diuulſionis. & lib. 7. de placit. dixit cùm tactus ſenſus ſit maximè corpulentus & terreus, Cap. 14. terrei autem ad terreum primus occurſus ſit per acutum & obtuſum, vtpotè contactus terreos molium ſuarum, poſteriores per calidum & frigidum, aut per humidum & ſiccum: fit, vt ventriculus in fame moleſtè percipiat non frigiditatem, aut vllam ex primis qualitatibus, non motum, frictionémve partium ſuarum, vel vllum ex ſenſibilibus communibus: ſed aſperitatem, vel acutiem, aut ſolutionem, ex trahentibus violenter meſeraicis. Vna enim oppoſitio ex iis quæ à tactu peculiariter agnoſcuntur, eſt aſperi & lenis, vel acuti & obtuſi, ita vt aſperitas affirmatione agnoſcatur, perforatione, rupturáque ſenſorij, planities verò priuatione eius impreſſionis: ſicut grauitas per depreſſionem, leuitas priuatione depreſſionis: & color immutatione ſenſorij, tenebrę priuatione. Cauſa autem remotior non proxima Cauſa famis remotior. cogens meſeraicas cõuerti ad diuellendum, apud quoſdam eſt defectus humidi ſubſtantifici ventriculi. Sed fruſtrà, quia in athleta, quamuis abundet ventriculus ſubſtantifico humido, deficiente intrò chylo, confeſtim inſurgit fames, & in conualeſcente, cuius eſt ventriculus innato humido gracillimus, vbi cibis plenus eſt ventriculus, ceſſat ex toto fames. Eſt ergo cauſa cur vaſa ad ventriculi humidum depaſcendum conuertantur, inopia humidi chyloſi intra ventriculi inanitatem, à quo anteà ſugebant.

Dubitatio. QVOD autem ex humidis ventriculi multis, fameſcentes meſeraicæ trahunt? Sanè quod faciliùs cedit trahentibus, id eſt, quod apponitur. Deinde ſi ceſſat nouum alimentum, trahitur & id quod vnitur, tandem quod aſſimilatur.

Propoſitio tertia. PROPOSITIO tertia. Eſtne fames vel omnis, vel aliqua, naturalis affectus? Videntur enim illa duo repugnare naturali affectui, primùm, quod intercedat in fame & ſiti perpetuò dolor, & ita ſymptoma præter naturam: alterum, quòd appetitur contrarium conſtitutioni præſenti. Nam ſitiens excalfactus & aridus fertur in potum refrigerantẽ & humectantem. Solutio. Naturale multipliciter dicitur. Duo autẽ eius ſignificata referũtur lib. de maraſ. Cap. 2. naturale ſiquidẽ dicitur, quod ſequitur ad opera naturę, licèt non ſit intentum,

aut opus naturæ, quomodò senectus & mors in hoc significato naturalia conceduntur, non in altero. Alterum significatum est, quo naturale dicit operationem naturæ & à natura intentam. Ergo non solùm iuxta primum, sed & iuxta alterũ verbi interpretationem, naturales affectiones sunt fames & sitis. Si enim natura nõ intenderet sponte sua molestiã illam, non muniret os ventriculi subiectum diuulsionis, tam multis neruis exactè sensuris diuulsionem etiam minimã. Nec ideò sequitur naturam in animali intẽdere malum & dolorem, quia intentat dolorem non tanquàm finem, sed tanquàm medium prohibens vehementius malum marcoris proprij. Quemadmodum enim in morbus etiam benignæ matres filios verberant, quo leuiore malo retrahant à maiore: ita natura ad speciei durationem genitalibus membris indidit ex retento semine ingentem molestiam, vt ita excitaretur ad speciei durationem: ori verò ventriculi non minorem ex alimento deficiente, vt admoneretur alimenti necessariò pro vita sumẽdi, non nouercæ odio, sed matris amore. Est & aliud naturalis significatum, iuxta quod fames dicetur naturalis quę nõ pendet à causa aliqua prętet naturam, sed à sola vasorum suctione. Ita ut quod aliqua fames est naturalis, de qua agimus: alia innaturalis, quæ oritur ab acida pituita, vel ab immodica vẽtriculi frigiditate, vel ab alimentis mordentibus, quæ omnia similiter suctioni vasorum imprimunt, vt delusa facultas confimiliter feratur in cibos,

Propositio quarta. PROPOSITIO quarta: Cur non sentitur fames in membris, sed in solo ventriculo, siquidem in membris sunt causæ famis, defectus alimenti sentiendus, & facultas sensura? Causa est: nõ adest in membris solutio cum dolore sentienda. Cùm enim trahentibus membris facilè concedant vasa, vasis hepar, hepati ventriculus, non sequitur solutio in aliquo horum, sed in solo postremo ventriculo, cui non concedit vlterius membrum. Accadit, quod vis sentiens non similiter est in membris, vt in ventriculo. Cur ergo si non sentitur dolor in fi in termino meseraicarum, cessant autem multo plures ad fundum ventriculi, & intestina, quàm ad os eius, in ore percipitur fames & rosio? Quia trahendi ductus ille in solo ore terminatur, nam intestinis concedit etiam fundus ventriculi, fundo os, ori nihil. Prætereà non est sensus acrimonia in illis, qualis in ore ventriculi. Quomodò ergo famescunt embrya, si non trahunt à ventriculo? prorsus non magis famescunt quàm reliquæ matris partes. Similiter enim reliquis membris trahit embryum à vasis matris, & per vasa ab hepate, & ventriculo materno: quare ipsum in se verè non famescit, sicut nec reliqua membra materna.

Obiectio.

Obiectio.

Propositio quinta. PROPOSITIO quinta: Quomodò definitur Aristoteli 2. de Anima, fames appetitus calidi sicci, cùm nõ sit appetitus, sed dolor præcedens appetitum, sicut distat morbus à medicamenti inquisitione? Prætereà nõ semper fertur ad calidum siccum, imò per æstatem & febres magis fertur In frigidum humidum? Quomodò item recipietur Galeni dictum lib. de Inæquali intemp. famem fieri ex aucta humiditate, sitim verò ea siccitate? Primum enim non conuenit, vt causa & sensatum in fame sit diuulsio, quod hîc asserimus, & humiditas quod illic. Præterea humiditas aut

Cap. 5.

Cap. 5.

non gignit dolorem, aut imbecillimum, & vix sensilem, sicut & siccitas, sed fames & sitis ad interitum vsq; cruciant: non nascuntur ergo ex passiuis qualitatibus. Sed soluuntur, nam datur ea finitio per causam finalem: est enim fames dolor concessus animanti ad quærendum externum alimẽtum. Ad alterum, putant famem compositum esse appetitum ex naturali & animali, in qua tameo compositione superat naturalis: sitim similiter in qua tamen compositione superat animalis naturalem. In fame ergo, quatenus est naturalis appetitus, solùm quęritur restaurãs: quatenus animalis, calidum quęritur, & siccum: sic in siti quatenus est naturalis, res quæritur, quatenus animalis frigidum & humidum. Sed sunt fictitia, quia appetitus naturalis ventriculi ad alimentum non est aliud quàm tractus alimenti, & perpetuò operatur præsente obiecto: appetitus vero animalis fertur in cibum multo magis absentẽ quàm præsentem, & non perpetuò adest, sed deficiente tantùm in ventriculo alimento, quare ex ambobus vnus appetitus constari non potest. Ergo id quod per famem trahitur, si conferatur ad id quod per sitim, meritò vocatur calidum & siccum, cùm sit calidius & solidius multò potione. Ad sententiam verò ea Galeno citatam, non memorat ibi Galenus veram famem in ventriculo ea solutione ortam, sed molestiam in toto corpore perceptam ex alimenti inopia: Cum enim in fame deficiat solidum rori commixtum, in siti verò ros solido infusus, potest dici in fame abundare humiditatem, quia in ea permistione absumptum est solidum, non roridum, in siti verò abundare siccum, quia defecit solus ros, non solidum: & excessus earum qualitatum, quamuis passiuarum, sufficie inducendæ molestiæ illi membrorum, non cruciatui ventriculi ex vera fame ortum ducenti.

Solutio primi.

Secundi.

Tertij.

De siti. Propositio sexta. Lib. de mort. & vita.

DE SITI verò sententiis sequentibus absoluetur tractatio. Prima: Vtilissimè prouisum est à natura vt inesset membris duplex ad humidum appetitus, nullus ad tres reliquas qualitates videlicet, quia vita prima est calidi in humido participatio, quare à primo ortu obtinuerunt viuentia singula calidi modum sibi sufficientem, solo ergo eguerunt ad durationem humido pingui, inflammabilique: nam calidum augeri non oportuit, multo minus vtile est frigidum calidum perimens: siccum verò calorem sustinere non potest, quod in cinere apparet, solum igitur superest humidum lentum calidi pabulum, quod fame expetitur. De reliquo verò humido potabili, cuius trahendi gratia sitis concessa est, non est æquè manifestus vsus. Galenus cum Hippocrate tribuunt vsum non alendi, quod constat, sed deferendi humidum illud pingue, crassumque per angusta vasa, & meatus ad omnia mẽbra. Nec enim per tenuissimas & sæpè obstructas vias promptè distribui poterat alimenti verus succus, qui crassitie sua immoratur, lentore verò meatibus heret: quocirca potus vocatur vehiculũ alimẽti. Est tamen inuenire duos alios vsus nec contemnendos, nec dignitate illo inferiores: vnus, vt permistione sua temperetur velocem alentis humidi ex calido inflammationem, quem vsum præstat cordi ceu vehementer calido vltra potum, aër & oleo lucernæ, adiunctum sal. Dum enim nonnihil liquatur tenuis humiditas oleo permixta, facit, vt multo magis duret oleum, nec tam citò ardeat.

3. de vsu. 5.

Hac

Tertia 1. docti 3. cap. 4. Hae de causa ferè aquæ potores pinguiores sunt & longæuiores, impinguat enim aqua & homines, & pecora: ideò admiscēt sal pabulo saginandis pecoribus. Est ille alter & præstātissimus vsus, vt ea attenuatione veri succi eliciatur, & prematur nutritura humiditas ea alimento, ea occurrisque ea toto: id quod faciunt artifices in extrahendo oleo ab oliuis, dum sacculos oliuis tritis plenos perfundunt aqua calente, & extrahēdo succo amygdalarum & cuiusuis alterius fructus. Premitur enim dentibus alimentum, mandatur ad ventriculi sacculū, perfunditur multa aqua, vt ita integer alimenti succus exhauriatur, extracto succo quidquid terreum est per intestina descendit, succus verò ad vasa potius, potus ad vesicam delabitur: non secus quàm in oleo extrahendo, seorsum terreum linquitur, oleum innatat, amurca labitur. Ideò autem hic aqua bibitur frigida, illic perfunditur calens, quia licèt frigida potetur, à ventris calore sufficiēter calescit. Quod autem inter tres vsus hic postremus potissimus sit, illud est argumentum, quod ab hepate statim succedit à succo serum, tanquàm peracto iam munere suo. Si enim deferendi succi gratia bibitur, quanto angustiora sunt extrema primis vasis, tanto magis oportebat subire extrema vasa, quàm hepatis partes.

Propositio secunda. PROPOSITIO secunda: Quomodò inuadit aliquando fames non præcedente siti dubitant. Si enim humidum roridum multo est illo altero tenuius substantifico, à caloris actione quomodò non citiùs dissipatur? Non satisfacit vulgaris solutio: causam esse copiam roridi, vnde licèt tenuius sit, tardius accedit ad inopiā siticulosam. Si enim sunt quatuor toridi, vna substantifici humidi partes, citiùs deficiet vna quàm quatuor. Non satisfacit, inquam, quia vltra quàm quod in membria non apparet ea quantitas roris, si permisceatur libra vna saccari quatuor aquæ, citiùs tota aqua absumitur quàm saccarum, ad seosum minuatur, & tamen non est minor lentor & crassities, imò maior humidi carnosi quàm saccari, nec minus tenuē est humidum potabile quàm aqueum saccaro admixtum. Ergo sitim non ingruere ante cibi sumptionem, & à cibi ingesto statim inuadere tātam, vt oporteat frequenti potu respōdere humidum, prolueréque solidum alimentum ingestum causa potissima est natura, gnara non modò operis sitiendi, sed etiam vsus ab eo opere intēti. Cùm ergo tendat sitis in subsidium cibi, meritò ad ingestum cibum insurgit, non ante, & pro alimenti modo. Delatio siquidem alimenti sumpto tātùm cibo necessaria est. Nec secus alter vsus prohibendi festinam alendis humidi à calido inflammationem, calidum enim sumpto cibo augetur, deficiente cessat: quare assumpto cibo succedit etiam illa potus necessitas. Tertius autem vsus execationis alimenti omnium maximè responsum habet eum sumpto alimento. Sicut ergo vis pulsans, licèt sensu careat, non solùm mouit mouere arteriam, sed & agnoscit vsum eius motus, & pro variato vsu variè mouet, otiòdò in sanitate moderatè eleuans arteriam, modò per febrem impensè & velociter distendens: sic vis ventriculi appetēs potum nouit vsus sitis, & tunc eam mouet, imprimitq; ventriculo cùm potionis vsus auctus est ex cibo, tunc cessat cùm propter Inediam non est illis vsibus locus. Altera causa, accedit exiccatio ventriculi à sumpto alimento, aut laxatio ab inedia. Alimentum enim absumit ventriculi rorem primùm mole sua deinde, si ita accidit, etiam qualitate siccante acri, vel austera, vel dulci, sed facilè inflammabili.

PROPOSITIO tertia: Quomodò primo simpl. aliqua sitis sedatur aceto, si est sitis omnis appetitus humidi? Certè in siti semper eapetitur actu humidum: potentia autem siccum quandoq; magis sedat sitim, quando videlicet oritur à causa præter naturam, cui acetum opponitur, vt à pituita salsa. Appetitus enim ventriculi, cùm ratione careat, fertur in humidum quoduis obuium, nō potens discernere insitas natiuásque eius qualitates, quomodò siticulosus quandoque bibit vinum vetus, vel aquam salsam, ea quibus magis sitit: licèt sæpè etiam ea eapetientia docta natura discernat, quomodò fugit acetū, expetit aquam. Propositio tertia. Cap. 30.

PROPOSITIO quarta: Quomodò quędam animalia calidiora minus potant, vt aues potissimùm rapaces? Arbitror ea naturę instinctu, ne nimio potu graues ad volatum reddantur, parum potant. Subuenit autem natura illorum necessitati inuento alio proliat pulmonis aëre suo refrigerantis subiectum os ventriculi, à quo solo septo mēbranoso interstinguitur. Pectus enim in aquatilibus breuissimum est, cum eor solùm citra pulmones contineat: in pedestribus ferè par inferiori ventri naturalium: in auibus multo prolixius est, maximè parte antica, ob duas has necessitates, vna, vt pulmo ventriculo, incubans suppleat potus inopiam, altera, vt proliaum & vocum pectoris os firmum præstet fundamentum validis & magnis musculis alas mouentis. Sicut enim ingressilibus amplissimi musculi sunt ad femora, quibus totum traducitur corpus, ita in volatilibus amplissimi ad alas, quanto scilicet motus volandi robustior est, & maiores vires requirit quàm gradiendi. Propositio quarta.

PROPOSITIO quinta: Quæ causa immediata est sitis, quæ videlicet illa sensatione in ventriculos sentitur? Quidam dicunt, sicut visus est lucis & tenebrarum, & auditus soni & silentij, ita tactus oris ventriculi est humidi roridi præsentis, & deficientis, in siti ergo sentitur defectus Illius humidi. Sed non est recipiendum: quia priuatione à sensibus non percipiuntur necessariò, nec semper, cùm non sint obiecta imprimentia, sed à sensu accedente simul aduertentia animi libera. Ita enim percipimus auribus silētium, si fungitur via animæ aduertens ad eliciendum eiusmodi iudicium, ea eo quòd sensorium est sartum, & tamen nil externum sentit. Secus multo est in siti: nam siticulosus velit nolit, sentit sitim, etiam si conetur non aduertere. Præterea in siti adest dolor, ergo positiua causa doloris, solutio, vel qualitas prima. Oportet ergo sentiri vel siccitatem magnam in ore ventriculi, vel suctionem sui generis, quàm natura dignoscit, separatq; à suctione qua appetitur substantificum, non roridum. Sugit autē vel tractio vasorum à toto, vbi in toto deest humidum illud, vel natura ipsa oris ventriculi seorsum alterutrum dictorum. Propositio quinta.

QVÆRENDVM iam de signis ventriculi siccitatis est, patent enim obiectionibus non paucis. Cur prima siccus ventriculus crebrò incidit in sitim? Manifesta ratio est, quia lapsus est sitis sicco ventriculo proportionalis, frequēs est autem omnis proportionalis lapsus. Cur ergo multo potu grauatur, & Obiectio prima. Secunda.

exeo

ex eo fluctuationibus infestatur? Improportionalis lapsus (vt est multus in sicco ventriculo potus) vt non facilè incidit, ita vbi incidit, grauiter fertur & molestus est. Cur læduntur sicci à potu, si commune est immoderatis natiuis omnibus gau-

Tertia. dere contrariis moderato vsu? Quia multus potus

Suprà cap. 23. non est moderatus vsus contrarij, sed immoderatus. Natiuæ autem intemperantiæ sicut modicis

Quarta. contrariis gaudent tanquàm à reducente: ita immodicis plurimũ offendũtur, tanquàm ab improportionali excessu ad interitum deducente. Cur gaudent sicci ventriculi siccis alimentis? Quia natura indita est non solùm singulis speciebus appetentia sibi similium, piscibus aquæ, auibus aëris, sed & singulis intra quamuis speciem indiuiduis non modò temperatis, & moderatis, sed & intemperatis: Videlicet natiua cuique temperies, sua sanitas est, & incolumium operũ principium, quapropter illam decuit vnumquodque tutari, qualis qualis fuerit. Cõseruatur autem similibus, indicio sunt pueri, qui cum multo humido abundent magis quàm senes, plus tamen senibus appetitu feruntur in lac, fructus, & humida alimenta. Sed si gaudent sicci secundùm ventrem siccis alimentis, cur crebrò sitiunt, potio enim crebrior

Quinta. & alimonia siccior mutuò pugnant? Causa varietatis manifesta est, gaudent & appetunt sicca alimenta paria naturæ suę quãdiu habet naturaliter, itaque cum voluptate animo obseruãt arida edulia: at verò cùm iam inciderunt in sitim (incidunt autem crebrò ob innatũ intemperamentum) non iam appetunt sicca edulia, sed humidam potionem. Quemadmodũ enim (quod paulò pòst docebit) natiuæ intemperantiæ feruntur ad similia: ita ascititiæ & temporariæ ad opposita, siccitas autem sitientis extraria est, & ex tempore contracta intemperatura. Sed oritur ex solutione dubi-

Sexta. tatio: Si natura duce appetunt omnis similia natiuæ temperaturæ, quid opus est parte huius artis conseruante, quæ eiusmodi eligat talibus? Cui ita satisfaciendum est, non addimus artem hanc naturæ, quasi artis experti, sed tanquàm irrationali medicinæ rationem adũcimus, & naturę defectus arte supplemus. Tota enim ratio conseruationis sanorum vno capite clauditur applicandi similia: tota curationis in altero adhibendi cõtraria: quæ tamen ambo innata doctrina membra exequuntur, expetentia naturalibus suis temperamentis similia, ascititiis verò & morbosis aduersa. Verùm sicut febriens sua sponte appetit frigidam febri contrariam, ita vt in eligenda qualitate offerendi ductore non egeat, eget tamen dirigente & moderante quantitatem & occasionem exhibendi, nam in tempore exhibita sanat, extra occasionem noxia est; sic in sanitate tuenda, licèt natura sufficiat eligendæ qualitati offerendorũ, dum expetit similia, non tamen citra medici operam assequetur sumendorum quantitatem, & commoditatem temporis. Quare sicut morbi curatio, ita & sanitatis conseruatio pendet, & expectanda est à natura initiante, sed multo magis à medico perficiente. Sed & illud dubitabile est: Si est sitis fami contraria, quod ex vtriusque finitionibus euidens est, siccus ventriculus frequenter sitit, videtur humidum frequenter famescere ex illo dialectico loco: Sicut contrarium in cõtrario, ita contrarium in contrario. Soluitur tamen: Non enim asserimus famen absolutè siti opponi, cum ambo sint humidi appetentiæ fames crassioris, sitis tenuioris, quæ tamen si non in se considerentur, sed mutuò conferantur, subeunt oppositas rationes quibus alterum definitur appetitus calidi, sicci-que, alterum frigidi, humidique: eò fit vt licèt siccus ventriculus siti obnoxius sit, humidus fame non promptè corripiatur, euenitque vt simul vrgeatur quis & fame & siti.

Cap. LXII.

Calidior verò natura ventriculus meliùs quidem concoquit, quàm appetat. Et multo magis quæcunque dura sunt, & non facile alterationem suscipiunt. Nam quæ facilè alterantur, in ipso corrumpuntur: gaudétque calidus cibis ac potibus, neque à frigidis vllam percipit noxam, si modicè ipsis vtatur. Frigidus verò natura ventriculus ad appetedum quidem plurimùm viget, ad concoquendum minime: tales præsertim cibos, qui frigidi sunt, & non facile alterationem suscipiunt. Citò itaque in ipso acescunt, atque ideò acidis eructationibus talis ventriculus plurimùm abundat: & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum vsu immodico offenditur. Ita & ea quæ extrinsecus frigida occursant, nequit longiori tempore tolerare, quemadmodum neque calidus calida.

Requirit hic locus disputationem sequẽtium problematum trium: Prima, sitne coctio in calido vẽtriculo quàm in temperato auctior. Secunda, appetentia in frigido num excedat moderati appetentiam. Tertia ferat úrne ventriculi appetentia in alimentum ceu in peculiarem nutritionẽ, an alia de causa, vt corporis alitioni seruiat.

De primo: sitne coctio in calido ventriculo quàm in temperato auctior? Illud constat calidum meliùs concoquere quàm appetat, siquidem vt calor coctioni, ita frigus benefacit appetentię. Sed & illud multo est verosimillimum, & antè demonstratis magis consequens, si asseratur calidum etiam temperati coctionem vincere. [Calidus vẽtriculus an melius coquat. Libr. 3. cap. 8.] Argumenta sunt quod lib. de caus. sympt. scripsit Galenus ventriculi calorem, quandiu non adurit ob excessum alimenta, promouere coctionem potissimùm durorum eduliorum, sæpe autem calor ita excedit mediocritatem, vt accedat ad vrenda alimenta. Alterum est, cùm vna quæuis naturalium facultatum vim magis temperamento quàm aliis addicta sit, temperamentúmque ad coctionem faciens calidum, ad appetentiam sit frigidum: efficitur vt temperatum, quod neutra excedit, in neutro opere emineat, sed vt appetitus in frigido excedit, ita in calido coctio: maximè (quod dictũ est) si dura fuerint cõficienda, & caloris augmentum, non qualitate & morsu, sed copia & mole æstimetur, nam talis ad naturales omneis functiones instrumentũ est longè accommodatissimum. Quod autem lib. de temp. scriptum est [*Si bene coquit ventriculus, temperatus est, si male, intemperatus: per calorem quidem si ructus edit nidorosos, per frigus si acidos.*] de excessu caloris non quouis, sed vehemẽti & adurente dictum esse intelligatur, is enim solus ructus exhalat nidorosos. [Libr. 2. cap. 13.]

Quæ verò secundo loco inducta quæstio est, iuxta dictam rationem explicatam determinationẽ habet. [Frigidus ventriculus an meliùs appetat.] Pari enim ratione & calidus ventriculus in coquendo superat moderatum, & frigidus in appetendo. Cuius illud est apertum testimonium: temperatus ventriculus, vbi accedente hyemali aëre refrigeratur, secundùm superiorem

partem,

partem, cui appetentia inest, non minuitur, sed roboratur, increscitque supra autumnum fames. Neque verò ex eo colligitur frigus essentia sua, & per se ingredi naturales functiones, quod perpetuò tenemus. Nec enim ita frigus appetentiæ, vt calor est coctionis instrumentum: sed calor verè instrumenti vice facultati coquenti obsequitur, frigus verò alia ratione ob intercedentem diuulsionem. Quia enim frigus densat, & cogit partes ventriculi, quod autem induruit à diuellente rumpitur, dum vim patitur & fugitur, efficitur vt suctio vasorum in frigido ventriculo etiam par cum maiore molestia & dolore percipiatur? ea autem molestia aucta appetentia est. Ex quo intelligitur non esse appetentis facultatis ministram frigiditatē & agentem, sed præparare tantùm os ventriculi sensuræ facultati. Nec sequitur etiam ad explicatam sententiam senes magis iuuenibus appetere, quanto frigidiore constant ventriculo. Cum enim ex quinque symptomatis in fame coeuntibus, reliqua omnia in sene labefacient appetentiam, vna tantùm frigiditas excitet: vincitur vna illa à pluribus oppositis causis, ita vt senes languidiùs multo iunioribus famescant. Siue enim consideretur inanitio membrorum, in frigido sicco habitu minima famem minuit, sicut in exercitatis plurima auget: siue spectetur vasorum suctus, in deficientibus per ætatem viribus languidus est, sicut in atbeletico habitu vehemens. Sola diuulsio ob frigiditatem ventriculi potest in sene cuncedi violentior. Nam sensus suctionis ob sensuum hebetudinem inclinantibus languidus est, & appetitus ipse animalis postremum omnium ob sedatas animi affectiones blandus, qui in pueris nimius & imporens est.

p. de symp. c. 1.

SED residua est illa adhuc dubitatio: Quomodò constabit Auicennæ cōsilium vt omnes qui rationem habent tuendæ valetudinis non edant vsque ad integram appetentiæ expletionē, si temperatus tantum appetit quantum conficere potest, calidus verò minus quàm cōficiat coquēdo, quòd si offertur minus alimenti quàm pro caloris copia corpus absumitur: Distinguendam esse arbitror appetentiam. Est enim quædam naturalis, & vera, solam habens naturalem ex diuulsione ventriculi originem, alia ficta voluptuosaque ex recordatione anteactæ voluptatis. Prior appetitus tam ad cibos quàm ad venerea etiam continentibus communis est, posterior solis pueris, & intemperantibus viris. Iuxta priorem, quam solam respexit Galenus, temperato quantum appetit offerendum est, frigido minus, calido plus quàm appetat. Iuxta posteriorem autem, quam Auicena considerauit, omnibus minus quàm pro desiderio. Fit enim ex varietate & lautitia ciborum vt plerique omnes homines voluptatum œstro rapiantur, & plus quàm pro naturali fame cibis se ingurgitent, cruditatum & morborum seminarius: idcircò salubri consilio admonemur à mensa surgere cum famis reliquiis.

Dubitatio. Tertia. 1 doct. 2. cap. 7. Infra cap. 85. 1. aphor. 13.

DE TERTIO verò proposito, Alatúrne ventriculus chylo ex ingesto alimēto, an magis expectet sanguificationem in carnis similitudinem. Inter varias opinātium ambiguitates, certum est Galenum opinari ex solo chylo ali non modò vētriculū, sed & plurima naturalium organorū, hepate ex sanguine, carnem cum reliqua corporis mole ex rore, cui materia præstint sanguis, nō solum autem, sed & est ea opinio multo seosu manifestior, rationiq; consentiens magis. Sensisse enim ita Galenū apertius est, quàm vt debeat multis ostendi: multis enim locis scribit non aliter ventrem trahere chylum quàm caro sanguinem, testes semen, lac vbera, tractum autem chylum suis membranis apponere, vnire, assimilare non secus quàm illa in proprias materias treis illas nutritionis partes exercent, vt nullus sit locus fingendo in breuissima pagina æquiuocationem vnionis & assimilationis, præterquàm quòd nomina ipsa vnio & assimilatio etiam infanti homini significationem alterationis solius citra alitionem non admittunt. Addit ventriculum sibi trahere soli alendo, per accidens autem residuum corpori alēdo sufficere. Præterea per lōga quædā interualla negato externo alimēto præsta ri vētriculo ab hepate, sufficitq; ad alendum sanguinem, cùm toto residuo tempore à ventriculo feratur ad hepar, non e diuerso. Sed præstat rationibus stabilire, firmatéque placitum. A porta feruntur innumera ad ventriculum, & intestina vasa, per reptantia mesenteria & omentum, deducentia elaboratum in ventriculo chylum ad hepatis officinam, nullam autem à caua vena Aluntur igitur naturalia organa non sanguine in hepate concocto, sed chylo. Quòd enim vniuersa illa vasa ad portas terminata vnum habeat deducendi chyli munus, nullum autem reducendi sanguinem ad organa primæ coctionis, ductus ipse vasorum & formatio docent. Recta enim deferūtur omnia bianiq; ad intestina non permeantia intestinorū longitudinem, paucissima ad superiorem ventriculi partē, plura ad inferiorem, plurima ad intestina, eadem omnia in plantatione, eodem succo plena chyloso, sed subrubro. Oportebat autem, si afferunt aliquæ ex hepate sanguinem in ventris alitionem, expandi per alēda membra, nō hiare ad primum membri contactum, continere præterea succum crassiorem rubicundiorem, magisque cōcoctum explantati ve tò nō à porta, vbi nec coctus, nec defæcatus sanguis continetur, sed à caua. Quòd autem insertantur vasa hæc vniuersa non perforantia ventriculum & intestina ad internam vsque inanitatem, sed in extimam mēbranā cessantia, quòd doctis quibusdam admirationē parit, artificium est naturæ frequens, vbicūque cupit materiam al licere tenuiorem, puriorem que, vt per membri meatus, vel membranatum, non per vasa patētia suctio peragatur, id quod in hepate facit transcolando sanguini & in viteri alimento ad vbera deducendo, in testibus, in cerebro intestinis & ventriculi chylo per vasa hauriendo. Ex dissectione itaque & conspectu in hunc modum confirmari sententia potest, ex alendorum verò substantia, sic, Viscera illa ignobiliora sunt & multo vitiosiore succo constat, quàm caro. Vero similè itaq; est ali illa paulò impuriore & minùs cocto alimēto, maximè cùm prima illa fruatur alimēti totius parte selectissima & defæcatissima. Deest ergo illi alimēto integra in hepate sāguificatio, nam primā habet absolutissimā in ventriculi ina nitate, & tertiam in poris, secundam verò parum absolutā in vasis vi ab iecinore mutuata, qua tubefaciunt magis quàm coquāt & incrassent chylum, & in verū conmutent sanguinem. Ex chylo verò

Venticulus an chylo alatur.

Ratio prima. 2. Apho. 18. 3. facul. natur. 13. 6. de plac. 14. 6. Aph. 19. Lib. de mo tib liquidis. 9. compos secundum locos 2.

Secunda. Tertia. Quarta.

Quinta.

Sexta.

verò ipso afente, sic ratio petenda est: Multa edulia sunt quæ alunt cruda corpus, alunt & cocta, licèt per externam coctionem familiariora reddantur, & alendo aptiora. Sic infusa per sedem, licèt nun plené in chylum versa, vt potè ad ventriculum non accedentia, sed in solis intestinis vi mutuata à ventriculo, speciē quādam chyli assecuta. Sic si Galeno creditur, & oculis arteriæ internis osculis multæ ad ventriculum & intestina hiantes intèr distendendum, rapiunt partem chyli tenuem ad sanguinis arterialis & spirituum alitionem, licèt nondum sit chylus ille assecutus ab hepate profectam mutationé, qua in venalem transierit sanguinem. Sic è cōtrario lac maternum post treis coctiones ab Infante suctū, antequam alat, experitur tres alias in Infante coctiones. Cur ergo mirabimur, si prima hęc coctionis organa, vilia alioquin, nec boni succi membra ex alimento viuant, in quo coctiones duæ plenissimæ, sanguificatio verò sola non integra præcesserint? ob eam necessitatem, quòd non facile poterat commeatus à caua ad illa organa patari, & duplex vasorum humetus per ventris spatium periculosissimam delationem obtinebat, aliorum differentium chylum, aliorum deducentium sanguinem. Eò vel maximè, quòd membra hæc alba sunt, & multa animalia, vt potè exanguia ex succo non sanguineo alantur: quid ergo impedit quominùs etiam sanguineorum exangues partes succo non sanguificato nutriantur. Et si plus est in substantia ipsa & mixtione discriminis inter fructum & gallinam, quàm inter chylum ex gallina progenitum & sanguinem ex eadem gallina, aluntur autem partes & ex gallina & ex fructu eædem, cur non magis variæ partes in corpore alentur, priora illa organa ex chylo hepar, ex sanguine, moles corporis ex tote eiusdem edulij? Hæc satis possunt persuadere quātum coniicio. Celebris enim illa Galeni ratio minus potest: Ventriculus, ait, non trahit frustrà alimentum, non in gratiam corporis instar ratione præditi animalis: ergo in sui alimentum.

g.natur. facult.vlt.

Expeditur Galeni ratio.

Nec excogitari potest, quòd licèt trahat in suam alimoniam, remittit tamen suum etiam chylum hepati, vt inde percocto alatur, nam id etiam munus est animalis perspicientis aliunde expectandam esse exactam proprij alimenti confectionem, & spernentis paratum, promptùmque spe melioris recuperādi. Alitur ergo attracto alimēto quàm primum sibi simile reddiderit, nō secus quàm testes semen sibi conficiunt, vbera verò lac, licèt ex superfluo pulsóque in vterum seminę fœtui materia, ex abundanti vero lacte alitio consequatur. Hæc Galenus. Patitur tamen instantias hæc ratio: nam quemadmodum vesica fellea trahit per vasa alimentum sanguineum, & vterus similiter, verùm alia quadam facultate trahunt, & suo tempore pellunt, vesica quidem fellea bilem vterus verò semen, non iam nutritionis gratia, sed ob familiaritatem quandam proprietatis: ita de ventriculo sentire nullum absurdum est, vt intelligatur trahere ab hepate proprium alimentum, ab ore vero non in alimētum, sed ob alium quendam consensum certis teporibus & trahere: & pellere alimenta. Altera instantia commodè & consentaneè illud sentiri potest, cùm non ferat molestiam diuulsionis ventriculus, edoctus & à natura & ab experimento cessare eam sumpto cibo, non quocunque, sed occupante vniuersam ventriculi amplitudinem, ita vt à nulla miseraicarum vexetur, stimuletúrque, ob eam molestiam tuendam apperit externum cibum, non aliter quàm pruriens membrum scalpellationem, & retentum semen veneream mixtionem, petentibus singulis membris dolorum suorum explorata remedia.

Locis citatis

Sed neque illud ineptè dici posse videtur, naturales facultates, quod artinet ad propriam agnitionem, nec sui gratia ferri, nec aliorum, vt potè in totom finis ignaræ: si tamen consideretur creantis naturæ industria, multa naturalium in alienos vsus expendunt operas suas citra vllum suum emolumentum, cum damno etiam nonnunquàm, nisi forte videntur matres dum sibi non parcunt in liberorum salutem, & vterus dum disrumpitur præ fœtus exclusione, septum dum naturali instinctu in cordis refrigerium perpetuò agitatur, pectus verò per tussim in pulmonis subsidium, palpepræ oculorum, non aliorum, sed sui tantùm gratia operari. Quid ergo obstat quominùs de ventriculi fame & pastu idem credamus quod de matribus, quæ non ratione, sed naturali velint nolint facultate, non sibi, sed fœtuum alendorum vsui & alitioni vndique victum conquirunt. Ergo probabilis est tantùm Galeni ratio, non vltra progreditur. Stat tamen constans, firmàque sententia superioribus inducta testimoniis, vt recipiendum non sit inuentum vel Zoaris cum Auerroo, opinantium partem superiorem ventriculi chylo ali, inferiorem carnosam sanguine. Delusi enim sunt ex auium ventriculis, cùm in nostris ima pars non modò non sit carnosa, sed euadat etiam tenuïor superiore: vel Auicenæ magis coniectantis exteriorem sanguine, interiorem verò chylo ali, communicāt enim ambæ membranæ, vt in natura, sic in vasis: vel Galeni asserentis iuuari etiam ventriculi alitionem ex vasis omenti, quæ à vena caua exorta omento Inseruntur, & ab omento in ventriculum. Constat enim dissectione nullum vas à caua demandari vel omento, vel organo cuipiam primæ coctionis. Num verò famis tempore deficiente externo alimento remeet ab hepate benignus, purus, vtilisque sanguis, quod Auicena cum Galeno scripsit, an magis, quod iidem authores alibi tradiderunt, vitiosus corruptúsque, dubitale est: videntúrque ita conciliandi loci, vt priores agant de hepate sanguine refecto, posteriores, vbi copia in iecore minor est quàm vt probum concedat, sed ichores solos & excrementa.

Zoar lib. 2. tr. 2 primo.

Auic. prima doct. 3. cap. 2. 13. tertij. Cap. 1.

4. de vsu part. 19.

Auic. 13. tertij. 1. & tertia. 1. doct. 2. 7.

Galen. 4. de vsu 19. & 3. natur. 13.

ad obiecta. ad primum.

Nunc quibus aduersarij rationibus partes suas tuantur, spectandum est. Apud Galenum inquiunt huius authorem fautorémque sententiæ, chylus ventriculo apponitur in vaporis modum ἀτμωδῶς. quo verbo & peculiari determinatione quid aliud voluit quàm separare hanc à vera nutritione, vt intelligatur hæc instar vaporis & apponi & dissipari: illam verò crassitie sua ita apponi, vt hærendo alat. Indignus profectò viris doctis lapsus, & indecēs interpretatio: quomodò enim non animaduertunt ab eodem authore eadem ipsa non solùm determinatione, sed & aduerbio seruari, renum nutritionem explicari, & seorsum pulmonis, & alibi vniuersim omnis in corpore nutritionis. Neque audiunt illum interpretantem euapotationem, quòd sit accessio ad membra attenuati alimenti.

Lib. 3. de. vsu cap. 6. & lib. 6. cap. 10. 3 de caus. sympt. 3. & lib. 1. de semine 8.

Volens

Volens enim significare sparsionem attenuati ad partes alimenti, non habuit quo commodiùs rem aperiret, quàm si ita pronunciaret, euaporatione ad membra accedere alimentum. Cùm ergo vna eadémque formula proponat ventriculi ex chylo, membrorum ex sanguine alitionem, intelligitur mentem authoris verè à nobis explicatam esse Minus mouet, quòd adiiciunt ventriculum non gigni ex chylo, quapropter ex chylo ali non posse, cùm sit nutritio absumptæ partis regeneratio. Nam vnitas materiæ in generatione & nutritione perficitur, multa similitudine substantię, non exacta vnitate temperamétum. Nec enim ossa ex medulla, nec cutis ex glutine, nec nerui ex mucco, à quibus aluntur primã generationem obtinuerũt, sed ex similibus substãtiis. Et cùm omnia membra humana vna forma donentur, varia tamen inter se cõstant temperatura: nec ex vno alimento, sed admodùm distantibus, & primùm prodierunt, & etiamnum modò nutriuntur. Qua de causa etiam euertitur illa eorum ratio, quòd vni formæ vna debeatur materia, nempe sanguis Addunt locum ex lib. de temperamentis docente Galeno, id quod nutrit oportere vt pertranseat coctiones treis. Sed idẽ Galenus paulò antè explicauit agere se de carnis nutritione, & corporis molis, non de organis primæ coctionis, de quibus in hoc loco sermo est. Quid, quòd etiã hæc non antè aluntur quàm in ventriculo in depuratissimum chylum cõuertatur alimẽtum, & in vasa traductum in aliquam rudem sanguinis speciem, tandem intra poros suos postremam & tertiam elaborationem sit assecutum, ita vt hîc etiam trina coctio desideretur. Quantum enim perfectionis deest secundæ, refici compensaríque videtur, selectu chyli, quẽ primum ex vniuerso alimento sibi deligunt hæc organa purissimum. Obiiciunt præterea, quòd è ventriculi vlcere prodit, euomitúrque sanguis; quasi non in vasis omnibus meseraicis, quæ etiã ventriculum perreptant, rubens succus contineatur: maximè cùm ad dolentem ex vlcere locum ab hepate, & à toto corpore sanguis natura confluat. Si verò etiam apponunt rubentes illas maculas, quibus interna non solùm extima ventriculi membrana sparsim insignitur, quasi durare nequeant nisi sanguine alantur, ostẽdunt immemores se esse nutritionis vueæ inter oculi membranas. Cùm enim multis sit variegata coloribus, ex vno sanguine ita alitur, vt per opus assimilationis, postremam nutritionis partem vertatur non solùm in temperamentum, sed & in colorem partis alendæ.

Ad secũdũ.

1. de semine 16.

Ad tertium

Ad quartũ. Lib. 3. cap. 1.

Ad quintũ.

Ad sextum.

Tandem locum obiectant ex lib. de different. sympt. vbi agnoscit ventriculi facultatũ naturalium symptomata, quædam vt est coctionis totius corporis organũ, & alia lõgè varia facultatũ suarum similiter naturalium, vt pars est nutriri postulans: quæ verba significãt alias esse eius, vt chylificatoriũ potentias, alias vt singularis pars alenda: quòd si aliæ sunt, trahet pro toto alimẽtum, pro se verò ex hepate sanguinem. Non tamen cõuincit ille locus quod conatur. Nõ secus enim euenit id opere facultatum in ventriculo naturalium, quàm in ossis alitione, testiũ, vberũ: Os vna tantùm tractrice facultate præditum est, alia retentrice, coctrice alia, & vltima expultrice: verùm suis illis facultatibus operatur, modò in alimentum in cauitate contentum, modò in attractum insertumque meatibus, ita vt quãdoque deficiat, aut labatur in hac, nõ in illa coctione, vel tractu. Ex quo tamen non confiicias varias obtinere os attractrices, aut coctrices. Sic testes sui alendi tãtùm gratia simplicibus facultatibus quatuor donantur, ex quibus vna quæuis aliquid operatur in sanguinem adhuc in vasis cõprehensum, aliquid in admissum iam ad testium inanita. Sic mãmillæ, sic ventriculus. Quo ergo indicio colligetur distinctas esse non vnicas membri innatas facultates? Scilicet ex varietate obiecti, & finis. Vterus trahit semen in fœtus formationẽ, trahit & sanguinem in propriam alitionẽ. Duplicem ergo tractricem habet, ideò & duplicẽ coctricem & reliquas naturales facultates. Vesica fellea sugit bilem expurgando sanguini, sugit & sanguinem in ipsam alentem. Duplicem igitur habet trahendi facultatem. Quæ quàm nõ conueniãt organis primæ coctionis ex dictis apertũ est, quominus recipiendi sunt qui vẽtriculi facultates recensent naturales binas, communes alias in totius ministerium, proprias alias in suum.

Ad septimũ. Cap. 3.

Male verò temperatura, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differũt ab his quæ naturales existunt: quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales: Male autem temperatura in ventriculo coniugatæ ex compositione simpliciũ cognoscuntur. Oportet autem eas quæ iam sunt dicta, diligẽter aduertere, easdem ab his quæ dicentur distinguẽtes. Nõ enim solùm ventriculus sitibundos & minime sitientes facit, & frigidi calidive potius appetentes, sed & quoque viscere quæ in thorace sunt, vt cor, & pulmo.

Binas determinationes addit signis dictis, quod in aliorum membrorum indiciis similiter fecit. Prima, dictum est calidum ventriculum calidis gaudere, siccum siccis: intelligendum esse monet de naturalibus temperamentis: nã morbosa magis gaudent contrariis. Secunda, dictum est sitim frequentem significare naturã ventriculi siccam: subaudiendum est tamẽ, modò nõ succedat sitis ad aliquod vicinum siccãs, qualia frequenter sunt cor, vel pulmo. De contextu quidẽ satis. Sed non implemus interpretis partes, nisi vtriusq; inquiratur, & veritas & causa. Primùm, cur appetitus naturalis feratur ad similia, contrà ascititius: alterum, num sitis omnis arguat ventriculi siccitatem.

Cur naturalis appetitus fertur in similia.

De primo. Inditus est rebus omnibus appetitus & communissimus, & naturalissimus cõstitutionis suæ conseruandæ gratia, quo vel ad se trahunt similia, vel ipsa ferũtur ad similia, si trahere non possint. Hinc est motus ille elementorum, simul & mixtorum ad loca sibi similia, eò quod ad se loca ipsa allicere nequibant. Hinc tã multę rerum proprietates quæ sibi familiaria similiaq; ad se trahunt, contraria verò fugiunt. Hinc etiã in animatis omnibus desideriũ similis alimẽti, & loci, vt pisces humidi aqua gaudeant, aues aëreæ aëre, pedestria magis terrea terra ipsa. Hinc etiã fit, vt indiuidua etiam vnius speciei ferantur in ea toti speciei accommoda, quæ eundem habent temperamenti lapsum, & calidus homo vel ventriculus calidis gaudeat, frigidus frigidis: nec ea appetitio similium in natiuis solùm temperaturis & constitutionibus locum habet, sed & in

his quæ licèt ex tempore contractæ, abierunt tamen per diuturnitatem & fixionem in cósuetudinem habitumque, ita vt illis exui nec velint, *Ad finem.* nec tolerent. Hoc significauit aduersus Empedoclem Aristoteles lib. de respiratione, asserens naturas rerum similibus conseruari; habitus verò in materia contractos, id est, ascitia, non facta temperamenta, magis contrariis gaudere. Variæ huius appetitionis in his duobus temperamentis causa desumitur, & à fine, & à priore. A fine; cùm enim naturalia & consuetudine ipsa in naturam versa, vtilia sunt; innaturalia verò & dissueta noxia: meritò indidit natura principium illius conseruandi, prosecutionem vtrique similium, & huius expungendi tractum contrarij, ex quo in abiiciendo iuuetur. A priore verò sic; vbi temporamentum factum est. vnicum tantùm est, quod vniuersas partes passi occupat; vnum ergo tantùm quæret cui iungatur, cuius commercio roboretur & duret. Vbi verò intemperies adest fiens, cùm ea nó occupet vniuersas passi partes, sed seruetur in imis solidis, quòd adhuc alia validior pristina, & magis formæ conueniens; non potuit forma in ea temperamétorú mixtione & pugnantia, non hærere magis natiuo illi & fixo. cuius tuédi gratia quærit in subsidium expugnationemque aduentitij, pugnantes aduétitio materias remediorum, quorum adminiculo aduétitia temperies deficiat pereatque. *Ad obiecta.* Nunc ad dictorum firmitatem soluendæ aduersæ obiectiones *Ad primú.* sunt. Si enim ventriculus appetit perpetuò sibi similia, nempe calidus calida; fieri auté potest vt coëat cum calido ventriculo frigidum corpus; appetetur ergo natiuo corporum tépetamento oppositú, in quo maius damnum vertitur quàm sit emolumenti in ventriculo conseruando. Cui ita satisfactú iri volumus. Si vnum est ventriculi & vasorum temperamentú, appetitus vtrique respondet, quod Galenus docuit; sin auté pugnant, *Li. 1. de caus. symp. 7.* non potuit natura indere ventriculo maiorem prouidentiam alieni tutandi, quàm proprij temperamenti. Prouidit autem corpori quantum res patiebatur, creans ianitricem alimentorum linguam ante ventriculú cóstitutam, vt illius arbitrio pro corporis vsu alia reiicerentur, alia cum voluptate sumerétur. Nec mirum si nec id inuétum excogitatum, quod à natura sufficit inæqualium & variorum membrorú vsibus temperaturisque tutandis; eo enim nomine inæquales illæ corporum temperies perpetuò dánantur, insalubrésque habentur. *Ad secúdú.* Quòd si ita nobis occurrant; *6 de sanit. 12.* Ventriculus in genere membrorum frigidus est, siccusque, & appetit sibi similia, appetit ergo alimenta in alimentorum ordine frigida, siccaque: talia corpori temperato officient: nos contrà asserimus, licèt à vétriculo frigidiuscula sibi, scilicet similia, natura duce expetantur, cùm tamen illa nó protinus à ventriculo cedant in vsum & alitioné mébrorú, sed priùs in iecore excalfacta humectatáque, consequitur vt membra reliqua ex sibi simili alantur. Quantum enim natura sua deest attracto à vétriculo calidi & huméris principij, tantùm iecoris conuersatione compésatur & augetur, vt quod corporis ex se simile nó erat, agente hepate simile euadat. *Ad tertiú* Validiorem alij ita *4. temp. 10.* connectunt argumentationem: Apes melle summoperè oblectantur; frigida animalia calido vehementer aliméto; sues humidissimæ gláde siccissima; anates calidissimę aquę natatione, lotione, crebraque potione: nec Aristoteles ipse in problem disquirens huius rei causam aliam excogitauit quàm vt aquea frigiditate repugnarét, emédarentque excessum caloris natiuú: qui etiá vniuersim de alimento pronunciauit, libris de anima, alimentum omne initio dissimile esse alédo corpori, in fine simile. Hic autem nó inquiritur num in fine alendi sit simile, cóstat enim euadere idem nou simile membro, sed de externo alimento ostenditur similitudo ad id quod alendú est. Ad huius rationis expeditionem nonnulla prælibanda sunt. Demonstratum à Galeno est oportere, vt conueniat alimentú cum alendo corpore, & substátia, id est, mixtione, & qualitate, id est, temperamento: ex quibus multo potior alendi causa, magisque necessaria in similitudine cóstat substantiæ. Ná in elementis, vbi sola est qualitatum vel similitudo, vel dissimilitudu, cósensus qualitatú vna & sola causa est facilis trásmigrationis mutuæ; in mixtis verò, quorum constitutio certa cóstat mixtione, plus facit ad alitioné & facilem mutationem alimenti ad corpus conuenientia mixtionis, quàm qualitatum, vel temperamenti manifesti. Illud etiam præmonédi sumus, singula natiua temperamenta etiam quæ in sua specie excedunt, & valde lapsa sunt, quia natura constant, durationem per similia appetunt; contraria fugiunt. Licèt enim ars intelligens in talibus lapsum esse facilé, periclitarique hominem lungè à medio temperamento positum, similia caueat; qua de causa magis reducit per cótraria, quàm conseruat per similia; nó potuit tamen natura nó similiter reliquis naturalibus affectionibus, præstare etiam illis ad similia propensioné, amicitiáque, qua in eu quod nata sunt viuant, nó mutentur, pereantque: tum, quia omnibus natura constantibus vnum præfixit suæ conseruationis scopum in aduersantium fuga, accessu verò ad familiaria: tum, quia irrationalis natura quantitates excessuum agnoscere, & metiri non poterat; vt in paruis appetétiam inderet similium; in magnis verò contrariorum. His ita definitis non est magni negotij superiorem argumentationem soluere. Viuunt apes melle, glánde sues, quoniam ingens est horum animalium ad dicta alimenta in dicta substantia consensus, & similitudo; quæ multò vincit & reficit paruam in qualitate pugnantiam; anates verò frequenti natatione & potu oblectantur, vel propter plurimam natiuam humiditatem, quomodò sues libenter luto voluútur; vel quia, cùm sint natura admodùm calidæ, frequenter incidunt proportionalem lapsum ascititij caloris; ascititius autem calor inclinat ad frigida. Quòd si Aristoles in problemat. refert ad emendationem natiui excessus, qué natura appetit, sequutus est, quod in eo libro sæpè videmus, ceu in dictato magis quàm edito, aliorum non propriam sententiam; suam enim libro de respiratione verè docuit paulò ante à nobis citatam. Libro auté de anima alimentum dixit esse initio corpori dissimile, videlicet conferens ad se ipsum in fine alendi; quod verba ipsa significant. Nam si spectetur sola ad corpus alendum relatio cum Galeno, simile esse statuendum est, nó dissimile alimentum omne. Addunt dictis etiam obiectioné hanc, si appetitur perpetuò à ventriculo simile; quomo

10. probl. 60.

2. de anima. 4.

6. de sanit. 2.

quomodo omoes nos modò ferimur in carnes, modò magis in pisces, bellaria, acida, salsa, dulcia: denium nullum est saporis, vel edulij genus quo non pro varia opportunitate capiamur, cùm tamen interim veotriculus noo muret id quo cum natum est temperamētom? Cogeret ratio, si eam tantùm agnosceremus appetentiæ causam, quæ dicta est, similium ad conseruationem attractio: sed est & illa alia nou iofrequens desiderij oecasio, suauitas ex cibo comparata: quæ cùm nos ducit, nec rationis, nec naturę conseruationis capax, vnam sequuta voluptatem, trahit in varias appetitiones, eò quòd suauiores sunt multiplices epulæ simplicibus. Cur autem sint suauiores variæ illæ appetitiones, ratio duplex est. Prior, quoniam iotemperiem ventriculo à copia cibi cuiusuis contractam sequens aduersa qualitas emendat, in qua emendatiooe suauitas omnis vitę continetur. Idcircò post carnium pinguetudinē & laxitatem ventriculi, oauseamq;, veteris casei exiccatio oblectat: post piscium lentorem incidentia, mel, & nuces: post salsi exiccationem diluti vini potus: post dulcium inflammationem aquæ potio. Posterior causa est, quia excessus omnium ferè saporum pungeodo stimulaot veotriculum, excitantque famem. Cùm ergo ab vno alimento quasi assuetus ventriculus iam non irritetur, accedens saporis nouitas seotitur, atque ideò iam sopitaio appetentiam exuscitat, & languentem recreat, Qua de causa interdicitur varietas ciborum, eò vel maximè, quòd ita multo plus assumitur alimenti, reparata per vires iam deficiente, & saturata appetentia. Adiiciunt & illam quæstiunculam: Si constat, quod ostendit Galenus scribēs ad Thrasyb. partes artis cooseruatricem, & curatricem non distare specie, quasi vna vtatur similibus, alia verò contrariis, sed sola quātitate: emendat enim vtraque defectus per apposita, conseruatrix quidem paruos, curatrix verò magnos: quomodò conueniet distare naturales ab extraneis temperaturis, eò quòd naturales exigant similia, morbosæ verò contraria? Ea, quantum sentio, in hunc modum diluenda est: Pars artis, quæ valetudinem tuetur, obiectū habet oaturalem corporis constitutiooem, sicut quę morbis medetur, præternaturalem, & innaturalis quidem constitutio, cùm sit semper abigeoda, semper requirit contraria, naturalis verò duplicem complectitur differentiam remediorum. Qui enim sani sunt, vel adhuc conseruant id quod ex natura obtinuerunt, nempe biliosus biliosam naturam, pituitosus pituitosam, requirunt similium exhibitionem, quòd hic docemur, vel licèt adhuc sani, lapsi sunt tamen exiguo nondum morboso excesso, & reqoirunt non secus quàm morbosi contraria, sed inualida, nempe famescens cùm per frigidi humidi excessum laboret, calido sicco emendatur, sitiens verò qui calores & ariditatis immoderantiam patitur, aquæ potu etiam à conseruatrice artis parte gubernatur. Cùm ergò plurima eorum, quibus subuenitur arte tuendæ valetudinis, sint exigui illi lapsus per contraria amouendi similiter morbidis, Galenus in eo opere non seiungit scopum vtriusque partis, cùm sit amolitio vitiorum per opposita: hîc verò idcircò separat eos scopos, ceu pugnantes, quia licèt lapsus requirant contraria, quatenus lapsus sunt, totum tamen genus naturalium similium oblectationem expetit, vt contrariorum genus vniuersum morborum. Postrema obiectio, si verè lib. 4. simpl. ostensum est ali omnia animantia dulci, & paulò pòst dulcia omnia calida humida modicè esse, quomodò appetet ventriculus pro sui natiua tēperie varios & sapores & edulia? Sed decipit nominis multiplicitas, ita enim alimur dulci solo, vt nil alat, nisi partem habeat dulcis in mixtione, non quasi oporteat io omni alimento sinceram esse, vel etiam excedentem dulcem qualitatem. Cùm verò dulcia asseruntur calida, humidaque, non de omni dulci aleote verum est, sed de solo eo io quo dulcedo superat, ita vt appellationem dulcis tribuat alimento. Ventriculus itaque sola appetit ea, quibus aliquid dulcis sicci admixtum est, variè tamen temperatum pro varietate inoati temperamenti, aut ascititij.

Cur suauis est cibi varietas.

Ad quintū. Cap 19.

Ad sextum. Cap. 9. Cap. 10.

De secundo: Num sitis frequentia perpetuum sit sicci ventriculi indicium, videtur enim quod Galenus in præsentia negat. Nam oisi arescat ventriculus, sitire non potest. Sed aliud est, quod hîc inquiritur, noo si siccus est quando sitit, sed si natiua temperie ad siccitatem deflectit ventriculus omnis crebrò sitiens. Inquiruntur enim hic signa noo præseotis temperaturæ solùm, sed ab ortu contractæ. De hac diligenter & necessariò admonet nos Galenus non iungi semper frequenti siti. Nam ex calore vicinorum potest cerebrò ventriculus arescere, licèt natura sua sit aut temperatus, aut humidus. Numerat autem quædam ex vicinis quibus consentiens sitit, relinquens industriæ lectoris reliqua vicina subaudienda, qualia hepar, renes, veotriculi ipsius calor immodicus etiam citra siccitatem. Hęc enim omoia nou secus quàm cor & pulmo calida crebras sites efficiunt.

Sitis an sicci ventriculi signum.

SECTIO NONA.

CAP. LXV.

Sed qui ob horum sitiunt caliditatem, plus inspirant, & longiùs expirant, atque astum in thorace sentiunt, non sicuti qui ventriculi ratione in illo caliditatem patiuntur. Et cùm potauerint, non statim sedatur sitis. Et magis cùm frigidum hauserint, quàm cùm calidum nimis. Refrigerat autem eosdem & frigidi aeris inspiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione fuerint sitibundi. Ita & hi qui contrario modo se habent à frigida inspiratione sensibilem sentiunt effectum. Et hoc maximum sit frigidi pulmonis iudicium. Vt verò frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiunt & frigiditatem: ita & caliditas est ipsis amica. Sed pituita excrementa cum screatu & tussi expuunt. Pulmonis autem siccitates excrementis vacant, & pituita, & vocem claram efficiunt. Quemadmodum humiditates obscuram reddunt, ac raucam. Et cùm vehementiùs, aut acutiùs loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa.

Occasione antè dictæ determinationis de discerneoda siti, num ex siccitate ventriculi oriretur, an magis à pulmonis aut cordis calore, interponit agnoscendorum in pulmone temperamentorum notas. Cùm enim præcessissent calidi cordis agnitiones, relinquebatur de pulmone consideratio. Primum ergo caloris recenset indicia tria, inspirationem ma-

gnam, expirationem verò longam, ex quibus magnitudo inspirationis ex distentione pectoris in omnem dimensionem multa diiudicatur, longitudo verò expirationis videtur illi significare expirationem cum efflatione, ita enim albi calorem thoracis coniectat.

4. de loc. 8.

Cùm autem magnitudo inspirandi ad immodicum cordis calorem non minùs sequatur, sicut expiratio cum efflatione ad fuliginem ex eodem calore abundantiam, quàm ad pulmonis calorem, recipiendum est signum hoc non ceu perpetuum, sed tanquàm frequens in significando pulmonem, si aliis iungitur indiciis. Nec aliter recipiendum est secundum indicium æstus in thorace percepti. Tertium, sitis frequens, vnde oratio inceperat: quàm tamen à siti ventriculi propria eò separat, quòd ex thorace oriunda aëre frigido, flabellatione, mansione in subterraneis locis, potu persrigido, licèt pauco, sedatur. Illa verò ex arido ventriculo progenita, nisi multo potu proluatur, etiam si non persrigido, non ita facilè cessat: Est enim consentaneum vt citiùs & euidentius conferant remedia parti primogenio affectæ adhibitæ, quàm consentienti: in siti autem ex thorace primaria affectio in pectore residet, ad quod sine vllo medio frigiditas accedit vel aëris, vel potionis, sicut ad ventriculum potus substantia, & moles. Secundò ab indiciis frigidi pulmonis expediri poterat, si doceret tantùm esse præcedentibus contraria, sed intelligens contraria illa esse paulò immanifestiora respiratio, parua, tepor in pectore sensatus, sitis raritas, deflexit ad quædam alia notiora. Pulmo siquidem natura frigidus aquilonia percussum non tolerat, si verò nares & os respirandi instrumenta operiuntur, ita vt aër receptus temperetur, bene habet & gaudet. Cùm verò exiguus calor excrementa nec coquere possit, nec dissipare, extussire coguntur, & ea per sputa reiectare, quæ omnia senibus tam sunt familiaria, quàm pulmonum frigus. Tertiò, siccitatis notas numerat inopiam screatuum, vocem verò elatam, siquidem & in exterioribus instrumentis sicca tympana tinnitus edunt magis sonoros, cùm nulla humiditas aëri permixta remoretur percussi aëris expeditam delationem, aut eundem ad obtusum sonum crassè faciat. Quartò, humiditatis contraria indicia apponit.

Pulmonis têperatura.

4. de vsu. 15.

EST tamen quod ex more reliquorum capitum etiam hîc de pulmonum temperatura, visque paucis agatur. Et quidem quod attinet ad actiuas qualitates, validum testimonium caloris est alimentum, quod illi natura parauit plurimus sanguis arterialis in corde præcalfactus: alitur enim tenui rubroque, sicut lien tenui nigricante, hepar verò rubro, sed crasso, nec vnquàm natura membrum frigidum formasset, quod perpetuò primoque excepturum erat copiam externi aëris refrigerantis. De passiuis non est perinde facilè decernere, multis videtur magis esse siccum. Quod enim conseruat aperta foramina plurima, nec ea defluente opplet humiditate, conuincitur siccum esse, quod siticulosum est, & sitis frequentissimæ origo, quod alitur præcalido tenuique sanguine, qui ad bilem vergat siccum esse necesse est. Sed illa sunt euidentiora innatæ humiditatis testimonia. Inseparabilem enim ostendit esse Galenus à sicco membro duritiem, ab humido mollitiem: est autem pulmo tactu non

2. de temp. 9.

modò mollior, sola cute, sed & cute cum substrato musculo. Quod si libeat adiicere ad firmitatem collectionis, quod Galenus suprà fecit, mollitiem membri ita tandem necessariò attestari humiditati membri, nisi causam habeat sparsim per membri inanitates excrementitium humorem: ne sic quidem minùs efficit ratio. Quantumuis enim pulmo tangatur expers alieni humoris, multò tamen sentitur mollissimus: quòd si carnem viscerum omnium etiam cordis & renum Galenus cute molliorem senti, quanto euidentius in pulmone fiet experimentum. Nam quod de patulis foraminibus causantur, primùm constàs & natiua humiditas probè sicco permixta non defluit ad meatuum occlusionem. Deinde etiam solet artificiosè ita formare natura humidorũ membrorum laxorumq; extremas oras, qua in meatus, vel ventres cessant, densat enim & in callum mutat, ne innata mollities reddat ea fracturæ obnoxia, id quod in mollissimo cerebro intuemur, qua parte terminatur ad ventres, & in pulmone, qua cessat in foramina aërem exceptura. Sitim verò pulmo inducit natiuo calore motusque iugi illa perpetuitate, substractum ventriculi os excalfaciens, illiusque humorem ebibens. Postremò sanguis, quo alitur arterialis, quod suprà ostensum est, non secus dici potest venali humidior, quàm aër à Philosophis aqua humentior. Natiua itaque pulmonis temperies calida humidaque ita stabilita esse videtur, firmataque. Nam, quòd ingestum alimoniam præstet corpori pituitosam, non conuincit temperaturam eius viuentis, similiter pituitosam esse. Nam cor alimentum est melancholicum, cuius viuentis temperamentum nemo dubitauit biliosum esse. Pulmonis verò ascititia temperies, quam ex conuersatione pituitæ sibi comparat, pituitosa sit necesse est: si modò verè à Galeno dictum est humorem omnem, vbi diu ad membrum defluxerit, illud sibi attemperare. Cùm ergo conueniant in pulmone innata temperies calida, ascititia verò frigida, fit, vt permixta quædam euadat, ex calido & frigido temperatura, non secus quàm in membris senilibus ex partium siccitate, pituitæ verò humiditate: & quemadmodum illic extraria remittit, non ex toto superat naturalem, quod suprà, dum de mutuis mẽbrorum actionibus ageretur, ostensum est: non secus pulmo ferè durabit calidus, paulatim ita refrigerescente natura pituitæ commercio, vt tandem in senibus, quantum ex tussis frequentia iudicare licet, in frigidum commutetur. Cur autem pituita pulmo refertur sit, quidam hîc comminiscũtur causam, quoniam iossit à natura singulis partibus, vt in peculiarem quandam speciem vertant non solùm partem alimenti vtilem, sed & excrementitiam, eò fieri vt pulmo alimenti sui superflua in pituitam mutet. Sed de dogmate quidem ita sentiendum videtur, ex naturæ intentione in excrementum nulla inducitur qualitas. Frustrà enim mutaretur, quod protinus ceu alienum reiiciendum est. Si verò ex necessitate materię intelligunt naturales facultates non otiari, sed perpetuò conari sui similitudinem communicare, & verum est, & necessarium. Nam & ventriculus in partem alimenti sibi inutilem & quantitate excrementitiam operatur immutando, & hepar in sanguinem totius, & vasa in humorem; quem

Cap. 10.

2. de temp. 2.

Cap. de bo. pate.

7. Ther. 6.

quem per morbi statum iam ex dimidio coctum à corpore expellunt. Vtcunque tamen de eo dogmate pronuncietur, pituita quæ ex creatu eiicitur, non est alimenti pulmonis excrementum. Qui enim tam parui membri tanta molles esset superantis alimenti, cùm in reliquo corpore sola sensum effugiens difflatio sufficiat? Sed halitus ex vniuerso corpore ad caput conscendens, & in eo concrescens, & præ grauitate descendens in substrato laxissimo viscere recipitur, cumque inutilis sit alendo, nec præ copia difflari sustineat, superest vt expectoretur, reiiciaturque tussi. Quòd si demus caput siccum esse, corpus verò eiusmodi, vt paucissimos mandet capiti flatus, at ex vicinis partibus vasisque excipiet defluentem succum, cùm sit & laxissima pars, & non pateat ex thorace ad Inferiorem ventrem commeatus. Hunc ergo succum qualis qualis fuerit, ideò in pituitæ imaginem commutat, quia ex permixto plurimo aëre, quo scatet, quemque perpetuò motu necessariò permiscet humori, reddit album, spumosum, tumidumque, qualis est frequentissima screatus imago. De vsu verò pulmonis constat creatum esse in subsidium pulsationis cordis, vt quemadmodum aqua è puteo hausta in stagnum excipitur, anteà quàm per alueolos in totum ortum ducatur, ita externus aër semel in pulmones, ceu in thecam recondatur, vt inde paulatim in cor deducatur, 'neque oporteat singulis pulsationibus continentis aërem cor subire. Huius receptaculi vtilitas est, quam Galenus significauit, vt si fortè occurreret noxius aër, possit cor illo neglecto interim frui meliore in pulmone asseruato. Sed illa multo maior, vt sufficeret animal locutioni, vel volatui, vel mersioni sub aquis aliquanto interuallo, nec cogeretur interrumpere functiones illas breuissimis spaciis, cum insigni operum & vitæ detrimento. Si verò in eo videtur natura posse iniustitiæ accusari, quòd primum occursum frigidi aëris pulmoni frigidiori præbuerit, cordi verò tanto calidiori visceri non concedit, nisi præcalfactum & ex pulmonis cõuersatione moderatum, meminisse oportet multis compensasse naturam id damnum, quod in totum prohibere nõ potuit, si modò decebat aërem præcoqui in pulmone ante cor, non secus quàm alimentum in ventriculo frigidiore ante hepar coquit. Nam & aërem pulmo nõ statim in poros suos recipit, sed in arteriosas inanitates natura sua præcalidas. Deinde per longiora multò interualla trahit, ita vt aucta necessitate incolumiùs toleret frigidi occursum: demum insigni magnitudine à frigidi offendentis occursu se tuetur.

Pulmonis vsus.

Cap. LXVII.

Non tamen ipsa vocis magnitudo à caliditate, sicut neque paruitas à frigiditate inest, sed altera quidem aspera arteriæ latitudinem sequitur, & vehementiorem efflatum, paruitas verò à contrariis aduenit causis. Quare neque semper, neque primùm, sed ex accidenti, & solas naturales temperaturas, non autem aduentitias vocis magnitudo, aut paruitas sequitur. Quoniam enim talia instrumenta temperaturæ ratione sunt facta, ad hac consequitur huiusmodi vox. Idcircò contingit ex voce de naturali temperatura ratiocinari. Nam & lenis vox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatam sequitur temperaturam, asperitas verò siccitatem. Asperitas enim fit ab inæqualitate duri corporis: arteriam verò duram efficit similarium partium, ex quibus constat siccitas, inæqualem dispersa in eisdem humiditatis defectus. Eodem modo neque acuta natura vox, sine i angustia faucium, neque grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita atque innata nascitur frigiditate, latitudo autem à caliditate. Differentiis igitur naturalium vocum hæ quæ ex affectu aliqua fiunt, sunt proportionales: quæ & ipsa indicia sunt causarum à quibus oriuntur, de quibus in libro de voce sufficienter distinxi. Reliquæ verò partes animalis interiores exilia habent temperaturæ indicia. Tentandum tamen ea ex iuuantibus atque nocentibus agnoscere, ac præterea iuxta naturalium potentiarum operationes. Dictũ verò est in tertio de causis accidentiũ, quòd cuiusque potentiæ virtus & vitiũ tẽperatura principalis existat. Temperaturarũ itaque indicia iam explanauimus.

QVEMADMODVM paulò antè occasione sitis, de quo signo inter alia vẽtriculi mẽtionem fecerat, transiit ad pulmonem: eò quòd sitis nonnunquam ventriculi, quandoque pulmonis sequitur temperaturam, ita hic, cum inter pulmonis indicia de voce meminisset, quæ & pulmonis temperamento attestatur & arteriæ vocalis, trãsit ad notas temperaturæ asperæ arteriæ, vt intelligatur, vtrum ex duabus sequatur quæuis vocis differentia, pulmonisne an arteriæ constitutionem. Tria ergo proponit vocum genera per cõtrarias distincta differentias: magnam, paruam, lenem, asperam, acutam, grauem: ex quibus temperaturã rimatur arteriæ. Et primũ iudicat ex vocis magnitudine arteriæ latitudinem cum efflationis vehementia, sicut ex paruitate vocis apposita. Sed quia proposita est temperaturæ agnitio non compositionis, admonet ex eo signo non colligi temperaturam primò, nec omnem, sed secũdariò tantùm, & solam natiuam, non præsentem. Quia enim in vasis omnibus iungi solet calori amplitudo, quæ ad compositionem pertinet, vocis autem magnitudo amplitudini arteriæ coniuncta est, fit, vt intermedio cõpositionis liceat colligere natiuum calorem arteriæ. Nam qui post ortum contractus est, cùm non mutet compositionem, non variabit vocis magnitudinem. Secũdò, indicat ex alio vocum genere quod versatur in lenitate & asperitate, coniectatque ex illis differentiis, tanquàm effectis temperaturæ, per se arteriæ, tẽperiem: nam vt lenitas vocis ex moderata arteriæ nascitur temperatura, cum æqualitate illinentis eam humiditatis, ita asperitas siccitatis arteriæ, vel inopiæ intrò sparsæ, & æquãtis lentoris, germen est. Tertiò, ex acuta voce similiter colligit angustiam gutturis, & eius interuentu frigiditatem natiuam, sicut paulò antè ex paruitate vocis, angustiam inferebat arteriæ, & per eam innatam arteriæ frigiditatem, ex graui verò è contrario intelligit gutturis amplitudinẽ, & proinde ab ortu calorem. Quartò, quia genera illa ex magnitudine, & grauitate vocis petita, non faciebant ad præsentis temperaturæ intelligẽtiam, sed natiuæ, quid ex illis possit etiam ascititiis accommodari, & quantum, inquirit, docẽs vbi ad temporariam temperaturam sequitur vocis differentia, consimilem ei esse, quæ ad natiuas sequi solet temperaturas. Quintò, claudens totum huius libri De agnoscendis membrorum temperamentis sermonem, in reliquis

partibus,de quibus particularis mentio facta non est,ait tentandam esse cognitionem ex duobus indiciis,quibus in omnibus partibus locus est,alterum à iuuantibus & lædentibus.

3. de caus. symp. 5.

Quod enim supra dixit [*singula male habent similibus,iuuantur verò contrarijs moderato vsu: alterum à præstantia, vel vitio operis naturalis.*] Cùm enim non omnes naturales functiones eodem perficiantur temperamento,sed vna quæuis ex illis suo sit addicta,& familiaris,valde meritò ex perfectione operis coniectamus præsentiam eius temperaturę quæ operi famulatur & ministrat.

Quod legitur [1.*Angustia faucium*] legendum est *gutturis.* Nam φάρυγξ & laringem significat, quam guttur appellamus,vel caput asperæ arterię proprium vocis organum , in qua hîc venit significatione,& nonnunquàm fauces,id est,spacium inter gulam & arteriam conspectui aperto ore obuium,quæ significatio hîc locum non habet.

De voce, & differētiis, eius difficili & longa tractatione in alium locum disputatio seruāda est, hîc si quid Galeni sententiæ implicitum continent,impedietur In prima,magna vox ex organi amplitudine & percussionis celeritate nascitur: In voce autem amplitudo organi, arteriæ laritudo est , celeritas percussionis efflationis conciliatur vehementia : ideò temperatura non iudicatur à magnitudine vocis primò , sed per accidens. Ita solet dicere Galenus,cui perpetuò idem est per se, quod primò , idem per accidens, quod secundò, licèt Peripateticis ex causis per se, quædam sint per se primò , aliæ per se secundò. In secunda sententia, lenitas vocis non secus indicat moderantiam caloris cum humiditate , quàm inter sapores dulcedo : asperitas verò vocis respondet acerbitati. In tertia accuratè expendit Galenus cum eadem amplitudine arteriæ . & proinde cũ æqua vocis magnitudine , sicut in tibia fit vox modò acuta,vbi digitorum ope magis implentur foramina,modò grauis,vbi foramina hiant,daturque liber efflationi exitus , ita in nobis variatur vox per acutum & graue propter angustiam gutturis,aut reclusionem:tribus illis laringis,cartilaginibus,tanquàm digitis musculorum ope attemperantibus , & variè contrahentibus vocis organum. De quarta illud considerandum est aduentitias & temporarias temperaturas ferè non mutare vel arteriæ,vel gutturis naturalem amplitudinem , quare nec vocem , quod paulò antè admonuerat auctor, tantùm hîc addit dictia , fieri nonnunquàm vt mutet. Nam castratis & è morbo resurgentibus vox redditur acutior variata temperatura. Quando autem mutat , similiter mutat naturali temperamento , par est enim ad similem causam temperamenti sequi effecta arteriæ, & ideò vocis non dissimilia.

Signum à iuuantibus & nocentibus.

Quod verò attinet ad duo vniuersalia,quę subiungit,indicia,primùm vocat ex iuuantibus & nocentibus , paulò autem antè, cùm de oculis ageret,dicebat

Cap. 24.

[*à similibus autem sua temperatura causis offenduntur,iuuantur à medico contrariorum vsu.*] quod commune cuiusq; partis temperaturæ est : paulò pòst autem de toto corpore agens ad eundem ferè sensum dicebat,

Cap. 50.

[*In omnibus verò commune est temperaturæ indicium,si membrum facilè frigescit,vel frigoris,vel raritatis, si facile calefit, vel caloris , vel raritatis : si à sicco offenditur,siccitatis, si ab humido, humiditatis.*] & hîc vniuersim omnis partis temperaturam ex iuuantibus & nocentibus rimatur : tribus his locis vnam doctrinam perficiēs,eamdemq;,nempe lapsum omnem à mediocritate , siue totum corpus occupet, siue partem, vt aduersis lapsui suo iuuatur,ita similibus lędi,offendiq;. Sed habet ea oratio aduersas rationes duas,quæ cum illa conciliandę sunt:ostenduntq; non pugnare. Priorem,quòd infrà, dum de prouidentia , quæ intemperatis debetur , proponit , docet valde lapsis (eos vocat neutros) similia noxia esse, contraria verò vtilia, hîc vniuersim lapsis cōmendat opposita,reprobat similia.

Cap. 83.

Posterior oppositio est ex loco,qui nuper præcessit de vētriculo:naturales (dicebat) intemperaturæ eò distant à morbosis , quòd non appetant contraria,sed similia. Est autē perpetuum naturali appetentia ferri in cōmoditatem,non in lęsionem partis , si perpetuò vitā salutemq; tuetur, & intendit,non noxam & mortem. Quæ ita controuersiæ expediendæ esse videtur in lapsorũ natura,victu,& gubernatione,aliud est quod natura appetit , aliud ars prouidet , aliud opus ipsum & occurrentium ostendit effectus. Natura perpetuò similia appetit, & familiaribus gaudet. In opere lædunt semper similia,cōferunt contraria: ars incedens vtriusque media in magnis lapsibus cōtraria,in modicis similia,aliquando opposita consulit. Natura ergo ideò semper fertur ad similia natiuæ constitutioni , quia sua cuique sanitas natiua est cōstitutio,à qua si cōseruetur,opera vitæ prodeunt, si labat & corrumpitur , minuuntur & cessant. Siue ergo natiua constitutio iuxta speciei indigentiam moderata est , siue modicè lapsa , siue Immodicè,vna est irrationalis facultatis naturalis appetētia ad similia,quibus cum ducet, quale natura est. Rei verò experimentum,& euētus Ita habet,quod temperatum In suo genere est, tēperati adhibitione mouetur, & quia in optima cōseruatur habitudine,iuuatur, lapsi verò bene habēt cōtrariis, non quia euertitur naturalis status, omnis enim euersio & impugnatio naturæ, quandiu fit, molesta, & dolorifica est,sed quia tūc quisq; meliùs degere creditur, quādiu incolumis viuit,morbi expers , lapsi autē oēs obnoxij sunt morbis lapsui suo similibus itaq; contrarij adhibitione tuti sunt,& ab iniuriis,quib. antè patebant,immunes, quod iuuari dicimus. Ars verò medica, dũ effugit rudē illā similiũ appetentiā, qua nũquàm imprudens natura fertur in noxia , simul & natiui status impugnationē deuitat,media quadā via graditur, in modicis lapsibus ferè eligens robur & durationem natiuæ cōstitutionis per similia, in immodicis præferens tutiorē illā adhibendi contrarij. Ita sedata locorũ controuersia res ipsa cōfecta videtur.

Signum ex naturalibus facultatibus.

Alterũ verò vniuersale tēperaturarum indiciũ ex virtute, vel vitio naturalium functionũ, magis quàm vel vitalium , vel animaliũ idcircò petitur, quia naturalis facultas solius proprij tēperamenti est,ideò illi tantũ attestatur. Reliquæ partes magis à distātibus principiis prodeuntes illorũ magis quàm partium exercentium statum demonstrāt. Et quia ex præstātia naturalis operis ea tantùm tēperatura partis colligi potest, quæ proposito operi ministrat, Galenus relegat lectorem ad librũ tertium De causis symptomatum,

Cap. 3.

in quo ex professo demōstrat,quæ cuique temperies faciat, ita ex perfectione coctionis in ventriculo, calorem & humiditatem partis coniectamus,ex appetentia frigiditatem, & in reliquis ad portionem.

SEC

SECTIO DECIMA.

CAP. LXX.

Circa magnitudinem verò, vel formationem, vel numerum, vel situm, quæcunque quidem sensibus subijciuntur errata, cognitu facillima sunt: quæ autem sensu percipi nequeunt, quædam cognitionem habent difficilem, quædam verò facilem. Capitis igitur magnitudo ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt, & de his anteà diximus: sic & quæ thoracis sunt, & quæcunque ad scapulas & humeros, vel brachia, vel cubitos, vel extremas manus, vel coxas, vel femora, vel tibias, vel pedes attinent, non est difficile agnoscere siue secundùm formationem siue secundùm magnitudinem ex his aliquid non rectè se habeat, siue secundùm numerum, vel partium, ex quibus constant, composituram, singularum etiam operationis detrimenta facilè patent. Quæ autem intra corpus sunt, non omnia possunt agnosci. Cuiusdam enim ventriculum adeò paruum ac rotundum ac pronum secundùm ilia situm habentem inspexi, vt manifestè ex circunscriptione propria, & videntibus & tangentibus appareret. Sic & cuiusdam vesicam contigit tueri, ita expositam ac paruam, vt si quando vrinam tardiùs excerneret, tumor quidam circunscriptam manifestè cerneretur. Non tamen aliud ex interioribus quicquam mihi vnquam manifestum præbuit iudicium. Tentare tamen oportet quàm maximè fieri potest, virtutem ipsorum ac vitium, & si non certissima scientia, artificiosa saltem coniectura comprehendere: veluti, exempli gratia, in iecinore. Vidi enim aliquos, & quidem quàm plures quibus venæ erant angustæ, & totum corpus colore priuatum. Quod si plusculum cibi assumpsissent, qui præsertim flatibus excitandis aptus esset, & crassus ac tenax, nonnulli quidem veluti pondus quoddam insidens, atque suspensum in profundo dextræ hypochondrij partis sentiebant, nonnulli verò quandam cum dolore intentionem. In his quidem verisimile est iecur esse paruum, atque angustos meatus habere. Alterum vidi, cuius totus habitus pituitam præ se ferebat, quotidie tamen bilem rufam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatum, qui biliosum egurgitat humorem, non minimam eiusdem partem ad imum ventriculi locum, quem Græci pyloron, id est, ostiarium vocant, effundere, vt in quibusdam apparet animalibus, ex quibus id constat quod plurimum ad eorum, quæ latent sensum, confert cognitionem, ea, quæ ex sectionis inspectione habetur, peritia, & operationum atque vtilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora, quæ ita lapsa sunt, consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum atque vtilitatum inuentionibus exercitari. Scripsimus verò de omnibus seorsum in tractatibus alijs: de quibus in fine libri omninò proposuimus facere mentionem, vt discendi cupidi intelligant, quæcunque discere optauerint, ex quonam possint haurire tractatu. Sed tamen de hisce satis.

CVm tradidisset notas temperamẽtorum ab ortu, & salubriũ, & insalubrium, tentat similem cognitionem de cõpositione natiua quadruplici, in magnitudine, figura, numero, situ. Nam solutionis ab ortu contractæ tanquàm infrequentissimi status indicia non recenset. Primò, docet vitia compositionis in extimis membris solo visu patere tam in tribus vẽtribus quàm in quatuor artubus. Secundò, inter interna de quibusdam proximis cuti præstari etiam nonnunquàm agnitionem ex tactu, citat in argumentũ duo sibi cognita, alterum, cuius ventriculus tactu percipiebatur paruus, rotundus, & in ilium inclinatus, alterum cuius vesica parua etiam apparebat & extrorsum inclinans, siquidem ex vrinæ etiam modica retentione tumebat. Tertiò, de partibus quæ nec externa sunt, nec externis vicina scientiam compositionis haberi posse negat, coniecturæ tamen nonnunquàm locus est, præsertim in peritis anatomicæ professionis, simul & vsuum functionúmque singularum partium. Citat sibi coniectata in hoc genere membrorum, de duobus viris priorem, cuius hepar indicauit paruum, eò quòd vltra venarum exiguitatem, & decolorem habitum, ex assumpto quouis alimento, vel lento, vel crasso grauabatur, dolebátque confestim dextrum præcordium, alterum, in quo coniectauit meatum bilis terminari multa parte ad imum ventriculi, ductus ea ratione, quòd cum habitu corporis esset pituitosus, frequenter euomebat bilem, cuius tamen deiectio decolor & albescens spectabatur. Quapropter in multis licet habere eiusmodi indicia, modò dictarum doctrinarum exercitatione valeamus.

GALENVS quidẽ de indaganda natiua compositione sic. Sed adijcienda sunt, quæ posteriores dictis vel sapienter addiderunt, vel amarulentè calumniati sunt. Addidit Auerrous, gloriatúrque cõplesse se à veteribus prætermissa de viscerum compositione agnoscenda, traditq; in hunc fermè modum: In cerebro proba ceruicis compositio ad similem in cerebro mõstrat, meatuum verò latitudo tam hic, quàm in quouis alio cauo organo intelligitur esse maxima ex temperatura calida humida, minima in frigido sicco, modica ex reliquis temperamẽtis. Prætereà meatuum angustia ex promptitudine ad vertiginẽ, epilepsiam, incubum: sicut cerebri paruitas ex promptitudine ad defectum rationis. Cordis verò bonã compositionem ex commoda temperatura & pulchritudine rimatur: Nam si formatrix bene valet temperamento, munus formandi organi integrè implebit. Si verò etiam sufficit pulchritudini donandæ corporis externæ, miniméque ad vitam necessariæ, quomodò non magis internæ? Postremò extima thoracis compositio cordis formæ & magnitudini respondet. Iecoris compositio ex temperamento, quomodò sumatur, dictum est, similiter & meatuum penes amplitudinem, vel angustiam dispositio. Illa iecori peculiariter insunt, si fæces molles sunt, hepar paruum est, non sufficiẽs succum ex toto haurire: si frequenter obstruitur, meatus angustos habet. Si venter corporis collatione magnus est, ferè causa in hepatis magnitudine est. Reprobat Auicenam afferentem pro indicio magni hepatis prolixos digitos. Reprobat autem eò quod informatrix non format digitos, aut membra instrumento caloris hepatis, vt pro eius varietate variè delineet. Verùm experimentum subscribit Auicennæ, & ratio. Nam vasa ab hepate prodeuntia, cùm terminentur ad extremas manus & pedes, ita connectunt vtraque, vt facilè consentiant mutuum, fitque, vt hepatis calor in illorum extremorum & calefactione & tinnis multo innotescat, quàm in alijs apertius. Estque admodùm verisimile, ex magno hepate plurimã materiam extremis communicari, prominentium digitorum occasionẽ. In pulmone verò bonã com-

Capitis cõpositis notæ. Collect. lib. 4 cap. 2. 3. 4 5. 6. Cordis. Iecoris. Pulmonis.

positionem & meatuum constitutionem similiter superioribus mēbris ex temperatura colligit: particulatim velocitas respirationis citra cordis calorem exigui pulmonis indicium est, frequens tussis, nec præ humida vim coctricem pulmonis imbecillam arguit, ideò promptitudinem ad tamen. Iam ventriculus paruus bene habet exiguo alimento: Amplus semel plurimum expetit: modicus modicè. Ita Auerrous de principalibus & illorum ministris singulares inquirit organicas notas, non secus quàm Galenus fecit in tēperaturis.

11\. CALVMNIANTVR verò quidam suspicionem Galeni de situ meatus fellei. Cùm enim docuisset Galenus magna ex parte meatum hunc bilis expurgatorium vnum esse, cúmque insertum dodecadactylo propè initium ieiuni intestini: aliquando tamen rarò in brutis, rariùs in homine bifurcari: portione eius fundum ventriculi petente, reliqua intestinum illud quod à duodecim digitorum longitudine appellant, atque vbi ita scinditur, graciliore germine inseritur vētriculo, rarissimè crassiore: verò simili argumento ex hac anatonica cōsideratione ductus, in pituitoso homine euomēte bilem opinatur meatū illum felleū ventriculum cōscendere vel totū, vel maiore sui parte. Displicet cōiectura cuidam, quoniā & ipse vidit hominem, cui similiter meatur ventriculo applantabatur, nec tamen euomebat bilem. Sed leuiore redargutione, quàm vt possit euincere. Fieri enim potuit, vt homo à se visus haberet meatū illum in formatione delinquentem, nō modò quia ventriculū portione quadā petebat, sed & cęcum nō ad inanitatem ventriculi pertingētem: vel eructabat bilē, sed ad imum, vnde deorsum detrudebat alimentū, nō sursum: vel natura sua difficulter ad vomitū mouebatur: demum in cōiecturis, quæ longè absunt à scientia, liberum est nō minùs illi quàm Galeno pro suo cuiusque iudicio diuinare. Cur verò variè inseratur hic meatus In pedestribus, volatilibus, piscibus, ratio ita reddēda est. In volucribus vēter spiritalis propter alarū exortum plurimùm descēdit, quare nō est locus multis intestinorū inuolucris. Sicut nec in piscibus ob corporis longitudinē, & natationis velocitatem. Ne ergo alimētum ante integrā succi distributionem perreptaret pauca intestina, nouis excogitauit rationibus: videlicet auibus præstitit duo oblōga & cæca intestina, piscibus verò vētriculū ipsum oblōgum, & in mectonē cessantē: nec bilis meatum initio intestinorū inseuit, (festinaret enim excrementi deiectio) sed prope rectum. In pedestribus verò, in quibus vacabat locus multis anfractibus intestinorū, meritò ibi inseritur, vbi primum intestina voluuntur, ne sopita natura fęces moretur & cum periculo obstruant. Cur autē cōiunxit natura bilem à toto hepate in vnā vesicā felleam, nō statim per meatum felleum ad intestina mādauit expurgandam, mirantur quidam: non aduertentes si perpetuò flueret assiduitate sua, nō irritaturam ad excretionem, & paucam ingiter labētem ad intestina imbecilliter moturā: nūc per interualla grauata vesica multa accedens, repente mouet ad interpollatas necessariasq́; homini deiectiones.

Insectio meatus fellei.

SECTIO VNDECIMA.

CAP. LXXV.

Quæcunque verò vt nunc, insalubria sunt, hoc est, quæ iam ęgritudinem patiuntur, dignoscere & hæc ipsa oportet. Quæ quidem subijciuntur sensui, ex eorum, quæ ipsis insunt secundùm naturam, permutatione: in magnitudine, colore, figura, & numero, & situ, & ea, quæ est secundùm duritiem & mollitiem & frigiditatem, & caliditatem differentia. Quæ autem visum effugiunt, vt summatim dicam, ex operationum læsionibus, aut his quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibusdam, vel omnibus.

HActenus sanitatis vniuersas classes discurrimus, proponentes, quantum res ferebat, vniuscuiusque seorsum indicia. Iam in secunda huius libri parte ægrorum actu notæ tradendæ sunt, constárque tota sectio partibus tribus. Primùm in vniuersum docet notas illas, numero, quatuor. Secundò cap. 76. particulatim iuxta varia membra læsa speciatimq́; exponit. Tertiò, notas illas quatuor secat in differentias 5. capite 80. Excrescētiæ autem. Hic ergo primum de externis morbis, inquit, agnosci eos tactu & visu: tactu quidem, eò quòd vltra modum increuit, aut elanguit vna ex primis qualitatibus, aut aliqua ex sequentibus tactui obuia, frigus, calor, ariditas, mollicies, duricies: visu autem, si color natiuus euariat, si figura, si numerus, si quantitas, si situs. Secundò, de internis affectibus docet vestigari ex quadruplici signorum genere, actione læsa, excretis, tumore, dolore, hæc enim in internis affectibus, conueniunt, aut omnia, aut quædam.

EX ENARRATA serie duo in in quæstionem vertuntur, de obseruato scilicet ordine, & de numero signorum in internis morbis. Ordo traditionis ita habet: in cognitione morborum tradenda sequitur author diuisionē celebrem etiam in cōpositiuo ordine receptā, vt separet internos ab externis affectibus. Externi enim promptam habēt visu, tactúque perceptionem, vt nil necesse sit per occulta rimari: interni tā obstrusam, vt dixerit Hippocrates, magis patere diuinationi quā scientiæ: & Galenus illis cognoscendis totos libros sex de affectis locis dicauerit: hic multo pressiùs, per multas tamen notas inquirit. Quærunt, cur inter externorum affectus nō numerauit certissimum illud actionis læsæ indicium? Causa est, Ad id genus signi accedimus, vbi affectus est paulo ignotior, in externis affectibus frustrà recipimus dispendia læsæ actionis, quod vnius visus tactúsve compēdio assequimur. Cur de singulis affectibus morbosis particulares notas non prosequitur, in generalibus membrorum solùm subsistens? Quia quæ partes artis alibi exactè traduntur, nec breui comprehendi possunt, hic per capita tantùm proponuntur, non singulatim tractantur. Talis est agnoscēdorum morborū disciplina.

Ordo traditionis.

Lib. de flat.

DE NVMERO verò signorum morbidorum non pauca intentant aduersarij. Cùm enim libro primo de loc. indicia internarum affectionum, quinq; recensuerit, actionē læsam, excreta, situm, proprietatem doloris, symptomata propria: cur hic ad quatuor tantū reducit: in libro verò de differentiis sympt. tria sola enumerat, actionem læsam, excreta, qualitatē mutatam. Adde, quod pręsentia quatuor signorum genera non minus externos quàm internos affectus notos reddunt, vt frustrà author solis internis ea addixerit. Auget dubitationem, qnoniā libro de differētiis sympt. dolorem locat in genere actionis læsæ, quem tamen hic tāquàm separatum genus enumerat. Postremò

Signorum morbidorum numeros. *Cap. 5.* *Cap. 2.* *Cap. 3.*

5. de locis 7. Secunda 1. decl. 3. Cap. 1. Ad primum. stremò multa indicia prætermissa videntur, nam ex duritie pulsus agnoscitur iecoris inflammatio, sicut hepatici, & splenitici ex coloris vitio, quæ sub quadruplici signorum genere nō continētur. Hęc ferè illi, quæ quantū ponderis habeant deinceps sigillatim expendemus. Propositum huius loci est agnoscere, adsit ne interna aliqua affectio, necne, id quod quatuor his vestigiis rimamur, actione læsa, & excretis, tumore, aut dolore. Solet enim internus locus affectus etiam extrorsum communicare aut tumorem, aut dolorem: libro verò De locis, pro tumore & dolore numerantur situs, proprietas doloris, symptomata propria. Quoniam illic non inquiritur num pars aliqua interna affecta sit, sed indagatur quænam ex tam multis perpetiatur: id quod propria illa affecti loci signa tria monstrant, non tumor, aut dolor. Tumente enim & dolente latere fieri potest, vt affecta pars sit pulmo, cor, pleura, septum. Non ergo peculiaris locus internus ex dolore, & tumore perspicitur, sed magis ex illis, situ, specie doloris, peculiari symptomate. Locus verò, qui sequitur libro De differentiis sympt. hunc sensum habet, Symptomata omnia morbos quosuis siue internos, siue externos, consequentia sunt, læsa actio, excreta, affectus corporis aliquo sensu perceptibilis, visu, odore, tactu, auditu: vt vitiosus color, durities, sibilus, tumor. Malè enim quidā tertium hoc signum vocabant qualitatem mutatam: sic enim tumor, & multa alia nullo trium symptomatum verbo venirēt. Cùm ergo illic promiscuè symptomata morbi consideret, hic ea tantùm, quæ affectus internos comitantur, nimirum si aliqua est in vtrisque diuersitas, quam parum animaduertēs Auerrous agens de signis internarum 4. Collect. 44. affectionum recenset tria illa celebria, actionem Ad secundū. læsam, excreta, corporis affectum. Quod deinde assurgunt, notas has etiam externis morbis communes esse, vt certū est, ita nil euertit dicta. Nam in externis manifestiora illa ex visu tactúque desumpta anticipant, & præuertunt medici inquisitionem, vt nil necesse sit in illis occultiora hęc ri- Ad tertium. mari. Num autem dolor inter læsas actiones numerari debeat, problematicum est, & in vtramuis partem citra errorem trahi potest, quemadmodum author paulo antè significauit. Cùm enim Cap. 8. secentur morbi symptomata, in actionem læsam, excreta, sensilem corporis affectum: nec dolor sit affectus, qui sensu externo percipiatur, minus sit corporis excrementum, reliquum est vt vel quartum recipiamus genus, cui nomen sit dolor, vel inter læsas annumeretur actiones. Priorem opinionem hîc sequitur Galenus, posteriorem illic. Siue ergo placet asseuerare quartum symptomatum genus, nil peccatum est, sin magis fateri speciem esse læsæ actionis, tantundē. Quamuis enim læsa actio in ablatam, diminutam, & corruptam distribuatur, & corrupta actio vulgò definiatur, quæ decipitur in obiecto iudicando, quæ deceptio in dolentem non cadit, multo minus est dolor ablatio, aut diminutio actionis: verum est cur debeat dici vitiata sensatio dolor, eò ꝙ est perceptio obiecti organum perdentis. Cùm enim sensatio ab obiecto simul, & à sentiente facultate dimanet, meritò ab vtriusque vitio vitiosæ actionis appellationem subibit, si facúltas decipitur propter facultatis læsionem, si obiectum lædit propter sensilis materiæ vitium. Leuis enim est quorundam responsio, opinantiū dolorem dici actionem læsam, quia fit fuga immodica noxij, qua ratione etiam immodicum gaudium, quia excedēs est facultatis concupiscibilis prosecutio, pariter appellari cōcedunt præter naturā & læsam actionem. Sed oporteret dolorem, qui sit morbi symptoma, non incidere in fortem virum, cùm tamen ex cholica, & nephritide etiam fortes pereant. Quod verò in calce addubitant de signis quibus- Ad quartū. dam morborū, quæ ad præsentia reduci nequeūt, Galenus ipse soluit, dum philosophico temperamento inquit [*vt summatim dicam*] innuens plurimas, non vniuersas notas à se comprehensas: maximè cùm & citatæ illæ de duritie pulsus, & tussi in actione læsa comprehendi possint.

Cap. LXXVI.

Particulatim autem, quæ quidem sunt in cerebro, ægra dispositiones, aut dementia speciebus, aut sensuum, vel imaginationem læsionibus, aut actuum, qui secundùm electionem fiunt, aut ex his quæ excernuntur per palatum, vel nares, vel aures, aut horum, qui ei dolores eueniunt, differentijs.

Cap. LXXVII.

Quæ verò in corde fiunt, ex difficilis anhelitus speciebus, & tremulis motibus, qui ipsi contingunt: ex pulsibus quoque eius atque arteriarum: ab excandescendi celeritate, aut tarditate: à febribus & refrigerationibus, & in colore differentijs, ac eis, qui ipsi adueniunt, doloribus.

Cap. LXXVIII.

Quæ autem in iecinore ex defectu humorum, atque abundantia, & ad id, quod præter naturam euersione, & colore malo, ac prætereà ex permutatione naturæ sui bis, quæ ad alimenti deductionem, aut superfluitatum attinent excretionem. Sed ex grauitatibus, & tumoribus, & doloribus, non modò his, qui in eo ortum habent, verùm & illis qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodùm in aliqua vel spiritus grauis, vel tussis specie.

Cap. LXXIX.

Sic & ventriculi affectus agnoscitur, vbi in concoctione, & appetitu humidi vel sicci alimenti, vel superfluitatum excretione delinquitur. Ita etiam ex singultibus, eructationibus nauseis, vomitibus, & ipsis eorum, quæ euomuntur speciebus.

Cap. LXXX.

Ita & thoracis agnoscuntur affectus ex spirandi difficultatibus, tussibus, & doloribus, qui in ipso fiunt: & ex eorum: quæ expuuntur, differentijs. Sic & asperæ arteriæ ægritudines, & difficiles anhelitus, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & vocis offensiones ostendunt. Secundùm verò eandem proportionem & in alijs omnibus accidit partibus. Nam ex tumore, dolore, & operationum læsione & excrementorum differentia sumentur indicia.

AD exercitationē præfatæ doctrinæ de agnitione internorū affectuū per quatuor genera indiciorū, tradit exempla in membris non omnibus, sed potissimis, qualia superiore tractatione proposuit ad agnitionem sanæ constitutionis caput, cor, iecur, ventriculum, pectus, arteriam. Ex

quorum

quorum caecitatione sine negotio colligentur affectus etiam morbosi latentes in reliquis particularibus membris. Primùm in cerebro ex operibus, motus, sensus, principalibus: ex excretis per omnes expurgatorios meatus, nares, palatum, os, aures, ex capitis doloribus. Secundò, 77. cap. cordis morbos rimatur, ex operibus dispnæa, saltu cordis, pulsibus, ea iracundia vel ignauia animi, ex febre, vel totius refrigerio, colore mutato totius, dolore cordis. Tertiò, 78. c. iecur ea operibus morbidum intelligitur, si abundant homines, vel deficiũt à mediocritate, si cacochymia adest, si distributio alimenti non procedit, si color totius vitiatur. Ea excretis, si sunt præter naturam. Ex doloribus, si vel dolor, vel grauitas iecoris regionem, aut conuicina obtinet. Ex tumore, si eandem partem infestat. Quartò, 79. cap. ventriculus affectus ex operibus peculiaribus innotescit: ex opere mutato coctionis, vel appetentiæ, & huius, vel ad potum, vel ad cibum frustrata, vel aucta. Ex excretis item siue per aluum, siue per vomitum, ructu, singultu, nausea, vomitu. Quintò, 80. c. pectoris affectus consimiliter ex suis affectionibus, dispnæa, tussi, excretis, caputis tumoribus & doloribus. Aspera autem arteria ex eisdem innotescit, nisi quod habet peculiarem actionem vltra pectus ædendæ vocis: à qua & significantur illius affectiones. Atque transferre hęc signorum genera ad residua membra nullum iam negotium est.

In hunc modum author breuitate, qua signa morbida perstringit, compensat dispendium antecedentis disputationis, in qua tantum excessit in notis sanorum tradendis, quantum hic in morborum signis defecit: vt vtrobique videatur accusationem mereri tractatio, si tãquàm totius disciplinæ vtile compendium spectetur, non, quod initio dictum est, ceu auctuariũ quoddam ad ea tantùm complenda, quæ ingens illa resolutoria doctrina in multis libris exarata pollicebatur. Sed interim si quid continet series obscurius, exponendum per capita est.

Cerebri signa.

Com. 19.

Igitur cerebrũ agnoscit ęgrotare ex excretis per meatus expurgatorios. Nec obstat quod in organis ipsis expurgatoriis vidẽtur talia habere generationem, ideò organis non cerebro attestabuntur. Nam lippitudo nonnunquàm primo præsag. ex oculi imbecillitate gignitur, vt & lachryma deficiente vi retentrice in membro natura humidissimo, significantéque proximum exitium, & in reliquis partibus iam iam defecturam similiter retentricem. Aurium verò sordem opinatur Aristoteles ex vapore earum partium per moram idcirco amarescere, quoniam sudor, qui in eam sordem abit, salsus est, salsum autem per moram amarescit. Verùm huiusmodi excremẽta, licet nonnunquàm in ipsis creentur organis, ferè à cerebro deriuantur, vt possint illius statum indicare, expurgat enim natura, ait Rasius, cerebri varium per multa orificia excrementum, biliosa per aures, melancholica per oculos, pituitosa per palatum & nares. Adiiciunt quidã per aures ideò reiici biliosa, quoniam calore ariditatéque sua tueantur ossa aurium tinnitui apta, & præ siccitate sonora: pituitam verò per os & nares: vt paruli illi meatus ea humiditate prohibeantur siccari: reliquum melancholicum per oculos, qui præ multa humiditate non periclitabantur terrei humoris ariditate. Genus verò tumoris idcircò in

32. probl. 4.

In Introductorio.

cerebro omisit, quia non apparet per internos sed per externos tantùm capitis effectus.

Cordis indicia.

Inter cordis autem signa, recenses febrem, refrigerationem, vitiatum totius calorem: non recensens, quod quidam hîc interpretantur, signa ad nullum quatur generum relata in sui accusationem, sed intelligens omnia talia esse cordis opera. Cùm enim operatio cordis in corpore sit calorem totius moderari, simul & toti impartiri colorem, splendorem, & viuidum quẽdam ea spiritu florẽ: meritò in cordis affectibus illa mutantur, ceu cordis opera. Nã vel calor totius immodicè augetur in febris generatione, vel immodicè refrigescit in rigoribus retrahente corde à toto calorem. Similiter & in animi per sanitatem affectibus, vt & in cardiacis frequentes variæque coloris & caloris in corpore vicissitudines alternant. Iam de ira, vel *ἀθυμία*, quam interpretantur ignauiam animi, quòd alterato corde mutentur, apertum est, sunt enim affectuosæ partis opera. Quod verò respirationem mutet cordis affectio, nõ ostendit à corde ceu ab agente prodire respirationem sed ab eo tanquàm à fine pendere. Itaque nõ minùs immutat respirationem cerebrum ceu agens, quàm pectus ceu instrumẽtum, & cor, in cuius gratiam priora illa operãtur. Pulsum verò cordis separat à saltu, siquidem alius est affectus in quo pulsus cordis redditur tantùm celerior, vel tardior moderato, alius per quem totum viscus tremulè concutitur.

s. de locis affectis.

Iecoris indicia.

Iecoris indicia patiẽtis ob diluciditatem authoris nostra opera non indigent. Nam quòd ex colore totius hîc iecur, paulò antè cor affecta colligit, nõ est quod miremur, magis quàm quod vtrunque horum membrorũ totius temperamento imperat. Ad cutis enim temperamentum, & humores ab illis genitos color enarrat. Ex excremẽtis verò ambobus, humido & sicco, ideò coniectat iecoris affectum, quoniã ad variam suctionem iecoris succedit in excremento etiam sicco varietas. Nutritionis idcircò non meminit, quoniam ostensa est non pendere ab eo principio.

Ventriculi notæ.

In ventriculi signis ille solus mouere potest scrupus: Cur author refert famem & sitim nomine appetentiæ sicci, & appetentiæ humidi. Poterat enim similiter referre nomine calidi & frigidi, si est fames appetentia calidi sicci, sitis verò frigidi humidi. Sed quod magis duo illa per passiuas distent quàm per actiuas qualitates, indicio est, quod fieri potest, vt sitis feratur ad calidum potum, non ad siccum: sic fames ad frigidum alimentum, non ad liquorem. Et ratio ostendit, est enim famis vsus, reparatio solidi humidi, sitis verò liquidi ad alimenti distributionem. Par est itaque vt nomina illis appetentiis magis imponantur ab humido, & sicco, quàm à calido, & frigido.

Excrescentiæ autem non naturales, in inflammationibus, durisq́, ac laxis tumoribus & erysipelatis sunt explorandæ. Dolor autem quemcunque obsederit locum, aut continuitatis solutionem, aut subitam alterationem ostendit. Soluitur autem continuitas incisione, exesione, fractione, & tensione. Alteratur autem substantia ac caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Læditur autem operatio tripliciter: aut quia vix, aut quia vitiosè, aut quia nullo modo fit.

Cap. LXXXI.

Quæcunque autem excernuntur, nõnulla quidẽ sunt

veluti

veluti partes patientium locorum, nonnulla verò tanquàm excrementa. Quæ verò in ipsis naturaliter continentur, singula propriam facient indicationem. Dictum autem est pleniùs de hisce omnibus in tractatu De membris papis, quem nullus ante nos aut in artem redegit, aut ad absolutam perfectionem deduxit: quemadmodum & in alijs omnibus euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis est datum, non tamen absolutum est opus. Ægrotantium itaque corporum ex tractatu illo indicia sunt sumenda. Eorum autem, qui in ægritudinem lapsuri sunt, & qui sanitati restituendi, præsens doctrina complectitur.

GENERA illa signorum quatuor, nisi in species distribuantur, paulo ignotiora relinquuntur quàm, vt indicēt per varias differentias diuersa morborum genera: vsui diuidi in species singulum illorum primùm tumores in erysipelata, inflammationem, œdema, scyrrhum. Secūdò, dolorem in eum qui à solutione nascitur, & qui ab intemperamento solutionem rursus in scissionem, fracturam exæsionem, tensionem. Tertiò, læsam actionem in ablatam deficientem, viriatam. Quartò, excrea, vel sunt membri portio, vel excrementum peculiaris alimenti, vel quidpiam quod per naturam in membro continetur, & quia post has diuisiones expectabatur cognitio de speciebus singularium morborum, per species singulares quatuor generum dictorum, Galenus relegat lectorem ad libros De locis, fugiēs in hoc loco prolixam & tædij plenam tractationem, transitque ad neutra signa.

4. Apho. 34. 2. ad Glauc. 2.

Tumorum sectio.

DIVISIONES tantùm Galeni in iudicium & examē trahēdæ sunt. De quadruplici enim tumore ita contrà dissferetur. Numerantur à Galeno tumorem genera tria, durum dolēs, durum indolens, molle indolens. Molle enim dolens nullum est, eò quòd doloris cōtinens & magnus in tumoribus causa tensio est, quæ cum molli tumore non iungitur. Illud prætereà cōuenire nō videtur, vt erysipelas definiatur permixtione humoris biliosi & sanguinei, quod Galenus perpetuò facit, reliqui tres simplici humore. Quod si tumor omnis definitur extensione in omnem dimensionem, quod idem obseruat Galenus, quo nomine erysipelas, cui ea eleuatio abest, inter tumores recensebitur. Magis merentur tumoris nomen flatulenti, & serosi, quorum nulla fit hîc ab authore mentio. Sed hæc aduersarij tela tantùm abest vt nos deiiciāt, vt magis confirment. Cùm enim tumor omnis tactu percipiatur, à contento autem humore originem trahat, potest & secari per tactus differentias in tria illa: potest & per contenti humoris qualitatem in quatuor, ita vt quatuor illa tribus prioribus comprehendantur, non inter se pugnent diuisiones. De humore verò constituente erysipelas ita sentiendum est, licèt legatur lib. 3. Crisium, ex flauabile impermixta nasci, ea sinceritas accipienda est, quod Galenus alibi monet, cum latitudine, quasi non iungatur insignis alieni permixtio. Planè enim humor committens hoc genus, vel est sanguis feruens tenuisque, vel bilis non mera, sed pauco sanguini admixta. Cur autem sincera bilis non efficiat erysipelas instar aliorum humorum trium, illa ratio est, quod mera bilis exedit cutem, inducitque illud affectionis cutaneæ genus, quod Græci vocant, herpetem, non eleuat cutem in tumorem erysipelaceum, nisi permisceatur, crassiori sanguinis humori, cuius permixtione crassescat, fiatque hebetior quàm vt corrodat. Quomodò ergo prodibit quādoque purum, quādoque phlegmonodes erysipelas? Nimirū si erysipelas, quale mōstratū est, cōstat, purū dicitur, sin permiscetur nō pauco tenui sanguini, sed multo etiam crasso phlegmonis authori, tumor permixtus nascitur erysipelas, phlegmonodes, vel phlegmon erysipelatodes. Atque ita intelligitur, quomodò bilis possit, quomodò non possit tumorem efficere. Nam flatus, & serum propter raritatem euentus in compendio nostro sine errore omissi sunt.

Li. de tumor. 10. & 2. ad Glauc. 1.

Li. de tumor. initio.

Solutio primi.

Secundi.

Cap. 12.

2. præsag. 38.

Tertij.

Lib. de differen. symp.

DE DOLORIS causis disputatum alibi fusè est. Illud hīc excipiēdum, vt soluentia quādoque extrà, quandoque intrò accedant: & vtraque vel acumine perforantia, vel grauitate prementia, vt vniuersæ euadant causæ quatuor: incidens, & frangens externa, exedens & tendens interna. Sectio læsæ actionis proprium locum habet lib. De differentiis symptom. sicut sectio excretorū lib. primo de locis affectis, quare temerè hîc interponerentur.

SECTIO DVODECIMA

CAP. LXXXII.

Eorum igitur indicia, quibus ægritudinis periculum imminet, mediam formam habent inter ea quæ sanis, & quæ ægrotantibus eueniunt. Siquidem sanis omnia secundum naturam insunt, præter naturam verò ægrotantibus. In confinio autem horum ea quæ sunt corporum neutrorum indicia. Quorum nōnulla quidem sunt ex eorum genere, quæ secundùm naturam, sed vel qualitatibus, vel quantitatibus, vel temporibus permutata. Quædam autem ex his quæ præter naturam, ac minora his, quæ ægritudinibus adsunt. Atque idcircò hæ quidem corporum dispositiones, quæ in ægritudinem casura monstrant, sunt ex neutrorum genere, atque vnà ea quæ ipsa indicant signa. Primò enim hæc sanitatem ostendunt, secundò autem ægritudinem. Et fiunt eadem signa secundùm ad aliquid habitudinem neutra & insalubria: quæ quidem præsentem dispositionem ostendunt, neutra: quæ verò futuram præmonstrant, insalubria. Eadem verò ratione & quæcunque ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futuram sanitatem ostendunt: dicentur etiam ægra, quatenus præsentem ostendunt ægritudinem: neque in ambiguo est, quod quæ sunt vtrorumque indicatiua, neutra dicentur, secundùm vnum quoddam neutri vocabuli significatum. Neque verò mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quæ & salubria, & ægra, & neutra dicantur. 1. Secundùm vtrunque verò significatum, quæcunque his qui à morbo referuntur insunt, signa neutra appellamus. Neque in alio significato accipimus ea quæ senibus insunt. Hæc quidem omnia pluribus & conceptibus, & rationibus subijciuntur. Quæcunque verò his qui integra sanitate fruuntur, inter salubria tantummodò computantur. Et quæcunque ægrotantibus insunt, neque futuram prænuntiant sanitatem, soli & hæc ægrorum conceptui subijciuntur. Sed de his quidem posteà dicetur: nunc quæ futuram præmonstrant ægritudinem, priùs exequamur.

DE signis labētium in morbos sermo est Galeno præsēti sectione, de quib. primùm ostēdit nomen & partē artis, in qua continētur iuxta

tradita

tradita initio lib. secundi. Secundò §. Cùm verò sit eorum, docet signa hæc vtraque tã specie non distantia à sanis, quàm reliquam differentiã eorum quæ toto genere sunt præter naturam. Hic primùm inquisitius naturam horũ signorum, de illis pronunciat habere ea formam medium inter signa sanorum & ægrorum, sicut & status ille medius est vtriusque constitutionis. Secundò, id medium vel constitutionem duplex esse inquit vel enim genere conuenit cum sanis, distat sola magnitudine: vel toto genere, dissidet à sanis planè præter naturam existens. Tertiò, ex natura eorum signorum explicata colligit, adquam classem signorum talia debeãt referri. Et affirmat vocari ea signa neutra indicatiua, quia indicãt præsentem neutrum statum. Simul & vocari posse in salubria præsag. quia indicant futurum morbum. Et ne quis miretur duas illas appellationes eidẽ signo ascribi, affert constitutionem ægri, in quo apparent signa euasuri à morbo, quæ insigniuntur variis respectibus non solùm duabus, vt superiora illa, appellationibus, sed tribus. Nam ægra sunt indicatiua & salubria prognostica, & quia simul insalubria & salubria, habebunt etiam nomen neutrius signi secundi significati per participationem: neutra verò primi significati erunt conualescentium & senum signa: quia indicant affectum, qui nec sanitatis nec morbi nomen meretur. Quartò, concludit signa hæc neutra ob varias rationes diuersas appellationes signorum subire, cùm sanorum signa & ægrorum, quæ videlicet non includunt vel lapsum in morbum, vel euasionem à morbo, vnum tantùm conceptum habeant, vnóque nomine insigniantur.

1 Secundùm vtrunque verò significatum] Lege *Secundùm alterum*, videlicet per abnegationem.

Ordinis ratio. DICENDVM nonnihil est de ratione obseruati in docendo ordinis, tũ diuisio illa signorum labentium in morbum agitanda. Cur postremum locum habeant neutra signa, causa est, quoniam & cognitionem habent difficiliorem. Cùm enim in quouis suorum significatorum includant sanitatis, & morbi rationes, præcedant oportet simplicia compositum. Cur ex tam multis neutris signis duo tantùm genera prosequitur incidentiũ in morbum, & à morbo resurgentium, inueniendum est. Cùm enim neutrum signum tripliciter dicatur, abnegatione, participatione, tempore: & vnumquodque rursum eorum tripliciter vel præsentis dispositionis, vel præteritæ, vel futuræ euadũt signa neutra genere nouem. Ex quibus signa incidentium in morbum neutra sunt per abnegationem indicatiua, eò quòd monstrant præsentem dispositionem neutram, ea constituitur neutra propter exiguitatem symptomatum præter naturam morbum prædicentium, cõceditque Galenus hîc eam dispositionem corporis etiam sanam vocari posse, quandiu læsio nõ apparet neutrum constituens. Hoc vnum neutrorum signorum genus author exequitur: præterea eorũ, qui à morbo conualituri sunt quæ neutra sunt per participationem præsentis morbi futuræque sanitatis ea quæ sequitur sectione. Videlicet duo hæc genera peculiarem tractationem, & vsibus vtilem continent, reliqua neutra vel in antecedentibus locum habent salubribus & insalubribus, vel nullum includunt, quæ explicatione indigeat, difficultatem. Cur si est eadem via à Thebis ad Athenas, quæ ab Athenis ad Thebas, neutra signa decidentiæ vocat etiam insalubria, neutra verò conualescentium non item? Quoniam non est vna via qua ingredimur Thebas, & qua eximus à Thebis, sed sæpe aduersa. Sic signa incidendi & euadendi à morbo, sæpe nomine & re minimè conueniunt.

Diuisio signorũ neutrorum. DIVISIO verò illa Galeni à multis controuersa, à quibusdam etiam reiecta est. Instant enim contrà, quod illa quæ hîc tanquam præter naturam recensentur, sibilus aurium, floccorum apparitio, etiam in sanis apparent, vbi auribus accedit vapor, vel oculis biliosus. Sic in sanis dolor inest, nec enim citra dolorem famescimus, non expiramus, non deiicimus excrementa, nisi stimulato illic pectore, hic intestinis. Postremò si neutris adsunt patua sanorum, nonnunquàm ægrorum signa, quidam ex neutris in diuisione trimembri ad sanos pertinebunt, alij ad ægros, cùm suprà ostensum sit vniuersam latitudinem ab optima sanitatem, vsque ad sensilem functionum læsionem, sanorum appellatione venire. Non tamen obtinere possunt quod tẽtant. Nam ex neutris signis illa vocat naturalia, quæ secundùm naturam insunt sanis, licèt modò deficiant qualitate, quantitate, aut tempore. Sibili verò & flocci secundùm naturam sanis non conueniũt, vt meritò ad secundum genus relegari debeant, & possint. Dolor enim & morsus, quæ hîc in secundo genere collocantur insignes, non leuiusculi, quales per sanitatem eueniunt, intelligendi sunt. Postremò, licèt ex neutris signis nõnulla sint sana, sed excedentia, alia ægra: sed temissa, non tamen vnquàm neuter ægris attinebit. Signa enim præter naturam quandiu propter exiguitatem momentaneè functionibus non officiunt, nec paruum morbum nec magnum efficient vnquàm.

2. de temp. 9.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Cùm verò sit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus quæ quãtitatibus, vel qualitatibus, vel temporibus, non autem proprijs speciebus ab eo quod secundùm naturam euariant: veluti ciborum appetentia, intenta, vel dissoluta, aut quæ non seruet tempus consuetum, aut quæ ad edulia non vsitata feratur: aut ad excretiones cibi superfluitatum, quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidiorum excrementorum vel defectus, vel superabundantia præter consuetudinem naturalem, aut in colore, aut in consistentia varietas aliqua, aut in tempore excretionis, & vigiliæ plures, ac somnus aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut pauciorum, calidi aut frigidi insolens appetitus: sicuti & circa rerum venerearum vsum immodica, aut intempestiua concupiscentia. Et plures, aut pauciores sudores his qui sint opportuni. Et ad motus torpor: aut, si mouere tentauerint, grauitas, aut vehemens exolutio. Menstruorum occultatio, vel immodica, vel diminuta euacuatio, sic & quæ per ora venarum (Græci hæmorrhoidas appellant) fit sanguinis effusio. Sed non eadem quæ priùs in cibis potúque voluptas, sunt futura indicia ægritudinis: hebetudóque animi non naturalis, aut obliuio quædam inconsueta: aut somnus, qui pluribus imaginationibus abundant, quàm priùs audium: & odoratus, vtusúe hebetiores, aut turbulentiores. Et, vt simpliciter dicam, quæcunque secundùm naturam inerant, hæc quidem augmentata, hæc verò comminuta, hæc verò temporibus quibusdam, aut qualitatibus immutata,

Si

Si quidẽ & ipsius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, quẽadmodũ liuidior, aut nigrior: ructusq́, ac sternutamẽta, & flatus plures, aut pauciores his, quæ secũdùm naturã: sic & quæcunque per nares, palatum, aures, per quos meatus cerebrũ expurgatur, vel temporibus, vel quantitatibus, vel qualitatibus immutata. Hæc igitur omnia ex genere eorum sunt, quæ secundùm naturam. Morsus quoque ventris vel in ore ventriculi, vel in aliquo intestinorũ, aut cùm aluus subducitur, aut cùm vomitus excitatur, aut cùm mingitur, siue aliquis alius dolor moderatus ex genere quidem existit eorum, quæ præter naturam. Non tamẽ, qui ita se habent, ægrotare dicuntur, sicuti neque qui capite grauantur, aut dolent: aut vigilant, cùm nõdum in consuetis impediũtur operationibus. Hic enim in huiuscemodi dispositionibus terminus est. Atque idcircò in eo, quod ad aliquid, eandem dispositionem ægram atque neutram appellabimus. Nam pro vigore potentiæ, quæ vel facilè sustinet, vel vincitur, vnaquæque ex his, quas anteà diximus, vel morbus est, vel neutra dispositio. Sic & quæcunque in sensibus, non in eo, quod magis, aut minus inuicem differunt: sed eo, quod toto genere sunt præter naturam. Et hæc sunt signa morborum, donec modica fuerint, & nondum hominem à consuetis operibus sufficiunt amouere. Talia verò sunt in gustu quidẽ, cùm vel salsa, vel amara, vel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicatur, siue in omnibus quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quod aliquid assumatur, saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu autem, quando alicuius vnius qualitatis sensum habemus, nullo odore præsente, aut quum plura differentia naribus admouemus, omnia veluti similia sentimus. Sæpius verò nihil sentimus, aut aliquid fœtens, etiã si nihil adsit, quod fœteat. Quantùm verò ad auditum soni, & strepitus, ad id quod præter naturam pertinẽt. Quemadmodum in visu quæcunque ante oculos apparere creduntur, nigra, & atra, & cærulea, & rufa, & rubra, & nonnulla rotunda, nõnulla autem oblonga, quædam gracilia, quædam crassa, oculis prætendi videntur. In sensu autem tactus, quum inæqualitas aliqua, vel spissitudo, vel grauitas, vel tensio, vel torpida, vel vlcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur. Sic & in singulis partibus, vel tensio, vel compressio, vel morsus, vel grauitas, quando modica fuerint ac minime firma, neutram quidem dispositionem adesse demonstrant, futuram verò ægritudinem prænuntiant.

Prosequitur signa neutra, primùm quidem naturalia quæ citra ordinem congerit, vniuersa, videlicet, quæ sanis accidunt, sed aliqua dictarum conditionum à modo recedũt, pòst numerat reliqua innaturalia, similiter ex genere morbosorum, exiguitate sola distantia à morbosis. In quibus primùm conandum est ad capita quædã & ordinẽ ea redigere. Deinde quod interponit vnã affectionem esse huic ægram, illi verò neutram, discutiendum est. Tertiò, de symptomatis in gustu agendum. Postremò, de infestantibus tactum.

Signa ergo neutra naturalia quodãmodò & proportione reduci possunt ad vitia operum, excreta, corporis affectus, vt responsum habeat naturalia accidentia cũ ægris symptomatis, numerabunturq́; in primo genere signa: si aliqua ex facultatib⁹ principalibus desciscit à modo, qualitate, quãtitate, tempore: imaginatio, cogitatio, memoria: si somnia immodica, aut nulla præter morẽ: si somnus, aut vigila immodica sunt: si admotus torpor, aut excessus: si in aliquo sensuum particularium eadem immoderantia: in vẽtriculo, si fames, aut sitis aliqua parte variat à natura. In testibus, si appetentia veneris. Ex secundo genere sunt stercus, vrina, sudor, hemorrhoïdes in aliquo triũ dictorũ variantia; sic & excrementa cerebri, & ventriculi, qualia ructus, sternutamẽta, singultus, flatus. Ex tertio genere sunt color corporis, vel habitudo pręter morem mutata. Et naturalia quidem ita. Quæ verò sequuntur innaturalia, & ipsa ferè duobus capitibus cõtinẽtur, dolore & oblæsione sensus. Primi generis est morsus vẽtriculi, vel intestinorũ, aut ex euomito, vel egesto perceptus, quandiu exigua sunt. Ex secundo genere corrupta sensatio, in gusto salsedo, vel amaritudo sine causa. In odoratu fœtor aut ablatio odoris: in auditu tinnitus: in visu suffusorum symptomata: in tactu lassitudo quæuis, siue totũ occupet, siue partem quãuis. Illud puto in his, sicut & id multis aliis artis partibus, ex Arabum schola recipiendum esse, vt imminẽtium morborum peculiariùs signa tradantur, & sua cuiq; præcautio, quæ à Græcis incepta illi diligenter admodũ prosecuti sunt Auicena, Rasius, Auerrous, ex illisque præsentia suppleantur.

Auic. tertia 1. doct. 5 sum. 2. cap. 1. Rasius 4. alm. 8.

Qvòd verò vna affectio sit Petro neutra, Paulo ægra, in hunc modum persuaderi potest: Morbus omnis finitur actionis læsione, vt vtraq; finitionis parte respectũ includit. Nomine quidẽ læsionis respicit vires, actionis vocabulo pristinã consuetudinem. Cùm ergo causa præter naturam vna minor est, quàm vt deiiciat vires Petri, lædens illius actionem, neutram construit in Petro affectionem. Eadem ipsa causa, si superat Pauli vires, læditque actionem manifestò, redditur Paulo morbus: ita relatio ad vires vni affectui varia nomina imponit. Nunc relatio illa ad cõsuetam functionem, quomodò idem præstet, videamus. Languida visio in Petro sua natura consuetudineque visu hebeti, neutra dispositio est, eadem ipsa languens visio Paulo consueto acutè prospicere, morbosa: ita quod proposueramus confectum est.

Auerrous 4. collect. 15.
Affectus idẽ sanitas & morbus.
1. de sanit. 6.

Gustus symptomata.

Iam dè symptomatis gustatoriæ facultatis dubitant nõnulli: Cur sensus amari, præsente bile in lingua, aut salsi, vbi obtinet linguã salsa pituita dicatur Galeno corrupta sensatio: si est sensatio obiecti vera. Prætereà, cur in infecta lingua quandoque sentitur sapor inficiens etiã non gustante homine, aliquando quo tẽpore gustat tantùm. Quam ob caosam in dictis linguæ infectionibus quædam alimenta horridiora percipiãtur, vt vinum, & carnes? Demum quæ causa facit, vt non similiter dulci sapore, pinguiq; lingua occupetur, atque salso & amaro? Quæ tamen frustrà in medium allata sunt, nisi & soluantur. Lingua itaque tertiana laborantis ideò corruptè gustat, quia iudicat sensile non externum. Est enim secundùm naturã organis sentiẽdi iudicare externa, non interna obiecta: tertianarius autẽ sentit absente externo obiecto amarorem: quin etiam præsente gustabili falsò indicat, percipiẽs amarorem in dulci obiecto, aut saltem multo minus dulce iudicans quàm re ipsa sit. Cur verò aliquãdo percipiatur imbutus humor etiã absente obiecto, aliquãdo nõ nisi præsente tãtùm, illa causa est (inquit Auerrous) multus humor contentus mouere sufficit, paucus requirit externum gustabile, quod concutiat paucam quiescentemq; materiam. Ideò verò olera & ptisana minùs horrida

Solutio. Primi.
Secundi. *5. Collect. 35.*
Tertij.

sunt tertianariis carne vinóque, quoniã alimenta priora insipida qualitate parùm agitant insi- *Quarti.* cientem humorem, vel motum, licèt suo têperamento moderantur. Cùm verò naturali corporũ statu vasa sanguine dulci pinguique oppleantur, fit vt propter assuetudinem sensum non inferãt linguæ interni hi sapores; sed aduersi insolitique, salsus & amarus, authore Aristotele.

34 Probl. 5. Lassitudo quid.

De symptomatis verò tactus, quorum maximum frequentissimumque lassitudo est, ob materiæ commoditatem paulò vberiùs agendum est, exponẽdumque quid sit, quotuplex, quoque modo morbum prænuntiet. Et, vt à finitione ordiamur, lassitudo nõ est immoderantia exercitij, quæ solis exercitatis adesset, nullaque esset, quã inquirimus, spontanea: sed est corporis affectus sæpiùs sequens exercitij excessum, nõnunquàm citra labore ex interna occasione originem trahens; à quo prodit, ait Galenus, pigritia & impotentia ad motũ, &, si pergunt moueri, molesta in corpore sensatio. Auicena item dispositionẽ interpretatur, cuius symptoma sit tristis illa sensatio. Nec tamen valde repugnandũ est, si vel idẽ Galenus libris De symptomatum causis, vel alij lassitudinem definiant, per symptoma; non per affectũ, symptomatis causam. Id enim multis nominibus commune est, vt in vtranque partem promiscuè accipiantur, & pro corporis affectu, & pro symptomate consequẽte affectũ, vt conuulsio, stupor, apoplexia, lassitudo: propriùs tamẽ de affectu efferũtur quàm de symptomate. Nam etiam quiescentes lassi dicimur, quo tempore nõ adest in motu pigritia aut molestia vlla. Differentiæ verò lassitudinũ iuxta proprietates molestiæ perceptæ separantur: quidam conãtes moueri horrẽt, & per corpus morsus quosdam percipiunt instar vlcerum, feruntque corpus se sentire, veluti spinis confixum: alij grauatos se esse queruntur; postremi musculos vniuersos habere se contusos, calentesque; ex quibus prior species vlcerosa dicitur, secũda tensiua, tertia phlegmonosa. Causæ autem si ex antecedente labore prodeunt, sunt, in vlcerosa mordax à carnibus colliquatio per musculos defluxa & à cute retẽta, vbi & morsus percipitur: tensiuæ verò vehemẽs fibrarum, tendonumque prægressa contentio: phlegmonosæ multa calénsque defluxio carnes replens, tumefaciensque. Si verò molestiæ illæ lassitudinum temerè suapte spõte adoriuntur, vlcerosam efficit corporis aucta cacochimia, tensiuam plethora, inflammatoriã plethora cacochymiæ permixta. Ita tres sunt vniuersæ lassitudinũ species simplices, ex quibus cõpositæ aliæ nonnullæ conficiuntur. Non tamen est, quod quidã putant, inter quos numerandus etiam Auerrois est, phlegmonosa ex duabus prioribus composita. Id enim præter Galeni authoritatẽ, apertissimè reclamantem, ostendit ratio. Cùm enim cõtusio cum calore inflammationi similis musculorum dispositio differ ab eorum tensione & vlceroso sensu, non ex illis constet, intelligitur separatum esse lassitudinis genus phlegmonosum affectum, non ex ambobus vnum: videlicet si in se spectentur lassitudines illæ, & secundùm vniuersum sui generis ambitum. Quæ enim spontanea est phlegmonosa lassitudo, si non in se, sed in causa sua consideretur, cùm ex cacochymia permixta plethoræ conficiatur, meritò complexam rationem habebit in causa sua, quod Galenus aliquando fatetur.

4. de sanit. 2. & lib. 9. cap. 7. Auic. tertia 1. doct. 2. 12. 2. de caus. symp. 5. & 4. de sanit. c. 1.

Quotuplex

5. Collect. 15.

3 de sanit. 10.

2. Apho. 5.

De arefactiua verò dispositione, quæ nonnullos exercitatorum occupare solet, per quam gracilitatem, ariditatemque musculorum exercitati percipiũt solam, etiam Galenus dubitauit, ne fortè esset annumeranda lassitudinibus. Reiicit tamen eam ab ea appellatione, ea de causa, quantum ex ipso colligere est, quoniam κόπος Græcis, quod nos lassitudinẽ vertimus, complectitur dolorem, molestiamque perceptam, qua tales exercitati carẽt. Nobis magis admittet fortasse verbum lassitudo, vt illos etiam complectatur, sicut & Arabibus, ex quibus Auicena quarto loco & specie arefactiuã recenset lassitudinẽ. Sed quamobrẽ prænunciant morbos vlcerosus sensus, tensio, grauitas, dẽsitas, inæqualitas, torpidus sensus, quæ hi memorantur, nõ conueniẽtia cum dictis lassitudinibus? cur etiã additur, quando firma talia non fuerint, si enim cessant, sanitatem adesse significãt, non imminere morbum? Iam si vndecunq; contrahantur dicti affectus siue sponte, siue ex labore, neutrũ hominem constituunt & remedia requirunt, quæ Galen. lib. 4. De tuenda valetudine scribit, cur Hippocrates solas spontaneas lassitudines dixit nõ omnes prænunciare morbũ? Sanè symptomata præsentia lassitudinibus iungũtur, inæqualitas enim antecedit lassitudinem vlcerosam, densitas verò videtur indicare, quam paulo antè diximus, arefactionẽ, dissoluta enim media humiditate carnes densantur. Torpidus sensus lassitudo est neruosæ partis, grauitas phlegmonosam, tensio tensiuam indicat. Talia symptomata si parũ durant, nec morbi sunt præsentis, nec futuri indicia: si firma, fixáq; constant, non iam imminere morbũ ostendũt, sed adesse: si modicè firma, neutra sunt futuri mali præsaga: eam firmitatem non admodùm constantem author hîc compellat nõ valde firmam ac stabilem. Quòd si ab externa causa laboris pendeant, possunt & ea morbo initiũ præstare, non tamen ita crebrò, vt per illa liceat præsagire, non magis quàm si quis ab externis compedibus prohibeatur ingredi. Qui verò spõte ita afficitur, ideò intelligitur in morbum casurus, quoniam causam intrò ægrotationis alit cacochymiam, plethoram, aut mixtum vitium.

Tertia. 1. contato. Cur morbos nuncient.

2. Apho. 5. Ad primum, *2. de caus. symp. 5.*

Ad secundũ.

Ad tertium.

SECTIO XIII.

Cap. LXXXIIII.

At quæ iam in ægrotantibus signa videntur, ex quibus nonnulla salutem, nonnulla mortem portendunt. Prima quidem salubria, altera verò genere quidem ægra, secundùm speciem autem perniciosa dicuntur. Sumuntur autem, vt vniuersaliter dicamus, ex operationum virtute ac vitijs: secundùm partem verò ex particularium operationibus, quarũ genera anteà diximus. Primum quidem eorum, quæ principia existunt: secundum verò illorum, quæ à principijs ortum habent: & tertium eorum, quæ à se ipsis gubernantur: à principijs autem quasdam deriuationes habent.

De reliquo genere neutrorum signorũ agit: ea sunt quæ in ægris apparentia salutem indicant futuram. Eiusmodi signa paulò antè dixit suscipere tres appellationes, insalubria enim

sunt

sunt indicatiua, quia indicãt præsentem morbum. Salubria prognostica, quia monstrãt futurã sanitatem. Neutra autem hic vocantur per participationem, eò quòd subeunt appellationem & salubrium, & insalubrium, & vtráq; ostendunt dispositionem, vnam præsentem, futuram alteram, & primùm quidem recenset signa sanitatem per se significantia futuram, deinde §. Quartum siquidem, adiungit ea quæ per consensum & secundariò idipsum prædicũt. Hîc ergo primùm ad agnitionem signorum in ægris salubrium, diuisionem prognosticorũ signorum paulò altiùs orditur: distinguens signa prognostica, omnia insalubria, & perniciosa, ex quibus priora felicem morbi exitum, posteriora infelicem nunciãt. Secundò, eiusmodi signa ait per se sumi ex operum virtute, aut vitio, & quoniam opera à membris fiunt, subdit non æquam vim obtinere ad illud indicium omnium membrorum operationes, sed sitam esse maximam ad prædicẽdum vim in operibus principalium membrorum, minorem in ortis à principalibus, vel in his quæ ab illis suscipiunt propagines. Quartum verò membrorum genus quod innatis tantùm gubernatur facultatibus, cùm vitæ totius necessarium non sit, suorum operum firmitate, aut infirmitate futurum euentum significare non valet.

Præsagitionum vtilis.

Prom-præsa. 10. Theor. 1.

Dvo illa capita locus hic examinare postulat: Sitne in morbis vtilis præsagitio: quòd si vtilis, num etiam medico tentãda sit, certaque: tunc de Galeni diuisione considerabitur. Primùm, quàm sit vtilis præsagitio, ostendit Hippocrates sequentibus. Ægri admirantur medicum, & admirantes parent, parẽtes citiùs sanãtur. Deinde præuisa tela minùs feriunt, itaque sæpe medicus obuiam præcognito malo. Postremò salutis prædictæ auctor creditur, mortis verò insons. Hæc doctissimè Hippocrates. Addit Haly latiùs patere prædictionẽ agnitione, cùm prænotio in ægris afferat vtilitates ab Hippocrate recitatas, in sanis verò vel maximã præcauendi imminentẽ & præcognitum morbum, quod agnitio boni præstare non potest. Cur fiducia faciat medendo, Galenus ad solam refert obsequentiam: quę quantum possit in morbis curandis, indies curãtes experimur. Galenus refert multos à se relictos à sacerdotibus dæmonum curatos esse, non vi Deorum, non maiore medica sapientia, sed quoniã sacerdotum præscriptis ex medicina peritis multo parebant religiosiùs, ita vt quidam totos dies quindecim, à potu præcipiente dæmone abstinuerint. Cõciliator memorat sanatos sibi multos, nõ aliis, per remedia nihilo meliora, sed de quibus tantùm melius speraret æger ob curãtis nomen. Auicena putat non operari solã obsequentiã, sed & naturales facultates inseruientes imaginationi, speiq; conceptæ: quòd paulò pòst disputabitur. Quod autẽ de prædicente, doctam curationem speret, illa ratio facit? quòd cohærẽt partes omnes artis, vt qui in vna excellit, in reliquis eruditus credi & possit, & debeat. Maximè autẽ cohærẽt prædictio & curatio. Cùm enim proba curatio sit naturæ imitatio, is optimè curat, qui prædicens certiùs cernit naturæ in morbo cursum, euentumque futurum.

6. Epist. Sect. 4. 8.

Differentia 135. 4. de anima Cap. 4.

Num possibilis.

Sed vtrùm tam certò id ars præstare, quàm vtiliter posset. Quantum ergò & quatenus prædicendum generoso medico sit, sequentibus propositionibus venandum est.

Propositio prima.

Li. de constit. artis 22.

Prima, non omnia euẽtura ægris præsagiri queunt, quæcunque generationem ex morbo nõ habent, sed extraria, fortuitaque causa. Ratio manifesta est. Non prænoscit futura medicus vatis instar diuinans, sed agnoscens præsentem constitutionẽ, cuius effectũ in posterum prædicit, quæ autem extrariam originem habent, nullam habẽt in corpore suæ generationis causam, nec igitur prædictionis. Secunda. Etiam quę vi morbi euentura sunt, prænosci nequeũt, quãdiu humor morbificus irrequietus est, turgetque. Nam ex commigratione ad locum nobiliorem mollis morbis ingrauescit, ex transitu ad ignobilem sanatur grauissimus. Et quoniam eiusmodi turgẽtiæ, motusque acutis morbis familiares sunt, multò minùs in talibus præsagiendum est, nisi inconstantiam, incertitudinemque pręsagias illis morbis germanã. Quod oraculo illo docuit Hippocrates. [*acutorum morborum non omninò certa sunt prædictiones aut salutis, aut mortis.*] Innuens inconstantiæ prædictionem in illis locum habere, non certi euentus. Rasius enim in alium sensum trahens Hippocratem parum rectè expendisse videtur. Suadere nititur Hippocratem ea sentẽtia retrahere à prædicendo medicum tali ratiocinio. Etiam in acutis, breuibúsq; morbis incertitudinem habet prędictio, quid ergo de diuturnis sperãdum est? Suadet interpretationem: primùm quoniam Galenus ipse morbos, qui ex breui tempore contrahuntur, certas prædictiones præstare docet, qui verò ex longo tempore, incertas: quare vel pugnabit secũ Galenus, vel in hanc descendat interpretationem necesse est. Deinde humor, inquit, acutorũ cùm moueatur, præ se fert manifesta sui indicia, qui verò in chronico morbo latet, vnde agnoscetur qualis nam sit, aut quomodò non decipiet ignoratus? Postremò, si coacto dierum numero quid futurum sit, non datur perspicere, quomodò dabitur quid post menses & annos? Sed verosimiles hæ probationes retundendæ sunt. Galenus quid lib. de natura velit humana, statim explicabitur. Rationes verò illę de latente in chronicis humore ostendunt tardiùs præsciri in diuturnis exitum, qualis futurus sit, nõ conuincunt incertiùs. Fixus enim & certæ sedi additus humor quàm primùm sese exerit & manifestum facit, fidele & certum præsagium indicat propter immoti humoris stabilitatem. Propositio tertia. Demus humorem nõ turgere, sed firmum esse, non semper, quamuis à plebe molestè expetatur prædicendus exitus est. Nam potest, licèt modò quiescat, moueri in posterum, potest & quiescens nondum ita cum natura conflixisse, vt indicia victoriæ medicus explorata habeat, quo tempore toto & ambitionis & temeritatis plenum est de morbo pronunciare: tantumque in ea grauitate & expectatione situm esse putat Galenus auctoritatis, & gloriæ medici, vt idcircò credat se nõ deceptum vnquàm in prędicẽdo, quia nunquàm festinauit, licèt lacessitus, sententiam ferre. Propositio quarta. Si humor quietus est & præ se fert manifesta perseuerantiaque indicia vincentis, potest doctus & diligens medicus exitum intelligere, non secus quàm luctæ peritus astans luctatoribus post aliquot conflictus agnoscit vnius ex pugilibus excessum: cuius artis pręd ictoriæ de morbis tam gnarũ se pingit Galenus, vt glorietur (mirum dictu) in tota vita, ne semel quidẽ in vlla pręd ictione deliquisse.

Secunda.

2. Apho. 19. Prædictio chronici morbi an incertior.

31. Cont. 1.

Sect. 2. Com. 22.

Tertia.

Quarta. 1. De creticis in fine.

Lib. de plenitudine ad fi. 1. de creticis. in fine Haly. 10. Theor. vlt. 7. Collect. 31.

Sed Galeni exemplum magis admirãdum, quàm imirandum est medicis etiam doctis & prudentibus. Multa enim conueniant oportet, ne deludant nos morborum pręsagia, quę rarissimè fortè nũquàm nostro æuo cocuntia reperies. Primùm, pars huius artis dignoscens etiam præsentia plurimùm abest à scientiæ certitudine, multùm referens acceptum cõiecturæ & incertitudini. Deinde, præsagitio requirit tria in medico difficilia, frequentem, imò continuam librorum cõsiderationem, frequentem ægri visitationem, memoriã in cõferendis singulis singulorum dierum signis. Tertia causa, difficillima est mutua collatio contrariorũ signorum numero, pondere verò, quod oportet, multo magis. Quartam adiicit eruditè Auerrous, cùm natura quæ format corpus ipsa sanet, sicut in formando nonnunquàm errans monstra producit, ita & in morborum sanatione: mõstra autem contemnunt, transcenduntque vniuersam præsagiendi doctrinam. Postremò Deus Optimus Maximus & eius imperio Diui cùm sint suprà naturam, naturæ leges & medicorũ scita irrita faciunt. Quapropter expertus Rasius monet medicos, ne vulgò obtẽperent expetenti perpetuò prędictionẽ, quasi negotium esset leue. Et Hippocrates, Consulo, inquit, medico, vt quàm prudẽtissimè agat cùm in reliqua arte, tũ in prædictionibus, illius probè memor quòd si successerit prædictio, in admiratione habebitur, si aberrauerit, & inglorius erit, & odio habebitur. Sed inter hæc verè illa quidem dicta, vindicare à mendacio Galenũ difficile est. Non cohæret enim quod in præsagiis scribit [*nunquam errare in prædicendo supra captum hominis est: quàm minimum errare artificis.*] Et 3. Epid. [*Doctus in arte non magnoperè in prædicendo falli videtur posse,*] cum eo quod crebrò de se effert, nũquàm in vita calumniam subiisse prædicentem, nisi ita euadatur. Certum euentum præfigere morbis omnibus supra captum hominis est: at in multis certò affirmare, in aliis sub periculi nomine prædictionem tegere, prudentia medici est, qualis in primis Galenus fuit.

31. Cont. 1. 2. Prorh. anteo.

3 præsa. 43. Cap. vlt. 1. Epid. Sect. 3. Com. 17. 3. de locis. cap. 3. 1 De creticis in fine.

Quinta.

Propositio quinta: Licèt æquam vim habere videantur saluberrima signa ad salutem, lethalia verò ad mortem, verùm prænotio saluberrimi morbi, vel crisis optimæ plurimum habet scientiæ & firmitatis, non optimæ & prauæ Incertitudinis, & coniecturæ, dixit Galenus. Auicena verò de optimis signis, inquit, [*& non fallit hoc de prauis contrà, ô quãta timorosa videmus de casu, pulsus, sudore frigido & similibus, quæ tamen sanitas inspirata secuta est.*] Ratio apud Thadeum est, quia sanitas coctione atque adeò positione intelligitur, mors cruditate, priuationeque. Sed illa est certior ratio: natura, valde superante (id in optima crisi accidit) nil est quod interturbet naturæ motus, quominùs vniuersi vincentem naturam ostendant: nec aduersus morbi impetus medico imponere potest. Sunt enim superantis naturæ ordinati motus omnes. Vbi verò vel natura parũ superat, vel etiam à morbo superatur, per interualla temporum, conflictum & quietum, variè afficitur ægrotans, trahens in opposita iudicia medicum. Cùm enim natura innata sapientia, vbi agnoscit se in discrimine versari, per momẽta quædam vires vniuersas colligit, & facto agmine adoritur morbificas causas, agnosci non potest quò tandem res euasura sit. Inter conãdum enim nonnunquàm, licèt debilis, propter virium vnionem, & conatum vincit: nonnunquàm contrà, quæ propter conatum robusta apparebat, in certamine concidens propria infirmitate succumbit. Vnde intelligitur sanitatem sæpe certò prædici posse, mortem multo rariùs, incertiúsque. Accedit, ne festinet medicus ad obitus præsagium, quod is qui decumbit, si prudentia valet, audito præsagio non cõmittet se amplius præsagienti medico, cuius famæ interest, ne ille viuat: prætetquàm quòd frequentibus exemplis admonemur multos perire ex eo mœrore collapsis viribus, iam sua sponte defectis, qui aut non ita citò perituri erãt, aut fortè non perituri. Verùm sanitas, licèt aliquando maiore possit certitudine promitti, nunquàm sine conditione illa pronuncianda est, modò nil erretur ab ęgro, à familiaribus, ab externis: quod in mortis vaticinio superuacuum est, cuius ratio paulò pòst explicabitur.

3. Crisi. cap. 5. 9. secũda. 4. 3.

1. De cret. in fine.

Sexta.

Propositio sexta, postremaque, certior est firmiorque prædictio in morbis ex nota ortis, recẽteque occasione, quàm paulatim in corpore succrescentibus, quorum nullam causam agnoscimus: quoniam in illis prioribus agnita causæ quantitas manifestam fecit morbi malignitatem, quanta expectãda sit. Morbi, ait Galenus, qui ἐξαίφνης, id est, subitò oriuntur. In his verò, quorum humor per annos sensim aceruatur, difficillimum est quantitatem emetiri: quem locum Rasius aduersus Galenum aliter suprà interpretari conabatur. Sed de his satis.

De natura huma. Sect. 2. 21.

Præsagiorũ signorum sectio. Aphor. 12.

Divisio verò signorum prognosticorum à Galeno tradita suas & ipsa difficultates patitur. Cur enim initio capitis bimembrem eam constituit, in salubria & ægra, procedens verò adiungit tertium membrum, neutrorũ pręsagiorum. Deinde perperam concedit cruditatis signa esse ægra quæ iuxta sententiam primo Aphor. magis asserenda sunt neutra per participationem: nam vt in se solam longitudinem morbi ostendunt, ita exitus varios pro virtutis tenore, in validis quidem viribus salutẽ, in lapsis mortem. Quod autẽ modò sanitatem, modò mortẽ prædicit, ineptè ęgris signis annumeratur. Sed & illud quis cum ratione dubitauerit, cùm coctio cruditati cõtradictoriè oponatur, qui fieri potest, vt mediũ intercedat vtriusque neutrum signum prognosticum, quod Galenus hîc recipit: quibus ita satisfaciẽdum est.

Solutio primi.

Cùm exitus morbi sit tantùm duplex, sanitas, vel mors, initio tractationis non cõstabat dari posse, vltra prognostica salubria & perniciosa, tertium genus neutrorum; progrediens verò docet iuxta duplex neutrius significatum apparere in morbis vltra duo illa priora, tertia signa neutra: alia per abnegationem, ea sunt quæ ita futurũ indicant, vt tamẽ ex illis nec possis intelligere superare naturam ad sanitatem, nec morbum ad mortem, vt in febre acuta vrina flaua, vel tenuĩs: alia per participationem, quęcunque pro occasionis varietate iudicium euentus permutant, vt cretica signa vacuatoria, quę ante coctionem mala sunt, post coctionem salubria, iuxta illud senis [*decretoria non statim appareant*] quod ergò initio fugiẽs difficultatem omisit, prorediẽs explicaturus difficultatem adiecit. De cruditate verò ita sentiendum est. Cruditatis verbum quandoque solam absentiam coctionis importat, quo significatio cruditas signũ est neutrum per participationem solam durationem ostendens lib. 1. Aph. hîc verò

putrefact

putrefactionem & contrariam coctioni dispositionem demonstrat, [2. Apho. 52. Secundi.] quæ vt ęgra est, ita medium recipit, quod nec coctionem superantem, nec dominantem ostendit putredinem.

[Prædicendi summa.] SEQVITVR vt quarto agitetur Galeni sententia, in qua prędictionis summa continetur: respiciendum esse scilicet ad opera trium facultatum, [2 Præsag. 8.] vt ex illis cõiectetur victoria alterutrius pugilum, siquidem excedente morbo mors succeder, natura verò superante salus: modò nil erroris committatur. Quæ sententia eo magis memoriæ [6. Pror. 4.] mandanda est, quoniam occurrunt non rari morbi quorum symptomata terrentia, mortem ante vulgi oculos intentant: quibus generosum medicum terreri non decet, si principia illa constant. [41. Coa.] Contrà apparent nonnulli lenes, & cum facilitate casuum imponant, deficiente vna ex facultatibus insperatò perimunt, quod Galenus admonuit. Memorat Rasius (quominùs condemnationem mereantur triuiales medici non prędictę mortis) periisse sibi curanti, & nihil minùs speranti, ægrũ nullo antecedente lethalium signorum, tantùm animaduertisse pridie antè diem obitus, decumbenti leuatum brachium instar inanimis decidisse deficiente vi animali, licèt nondum duæ reliquę magnoperè cõcidissent: vt intelligatur quàm [2. Epid. Sect. 2. 25. Cap. 85.] prudenter admonuerit Hippocrates medicos nil superuenientium ægro negligere. Sed multipliciter instant. Si enim dicente infrà Galeno non contrahitur morbus antequàm causa morbifica sit superior natura, qui fiet, vt ex morbis alij habeant vincentem, alij victam naturam? Addunt, Si superante natura sanatur æger, superante morbo perit, quorsum medici aduocatio: namque vel superet natura vel superetur, fieri non potest. Deinde & illud mouent, cur mors absolutè, sanitas sub conditione tantùm prædicatur; maximè cùm paulò ante ostensum sit certissimam prædicendi occasionem esse per saluberrimos morbos. Sed & illud non constat ex tribus principiis ad vitam necessariis, quod in primis, quod secundo [Cap. 8.] & tertio loco vitæ & neci imperat. Postremò, si paulò antè cùm de agnitione affectuum ageretur, tria signorum genera numerabantur ab essentia affectus, à casibus, ab operibus, quibus causæ est vt ad præsagituram ex operibus solis agnitio pe-[Ad primam]tatur? Quæ omnia per partes ita dissolui, expedirique decet. Primum, sicut sanitas constat per functiones vitæ non quasuis, sed integras, ita lapsus à sanitate duplex intelligi potest, prior mitior, in quo aduersa causa morborum gignens ita deiicit naturam, vt labefactet integritatem operum manifesta earum læsione: alter grauior, in quo ita eadem aduersa causa facultates prosternit, vt in totum auferat functiones, quarum priuationem mortem appellamus. Victoria ergo infra, morbi ad naturam ægrotare faciens intelligitur minor: hìc multo maior non iam minuens, sed omnino tollens è medio. Quod verò adiiciunt [Ad secundũ] medicum superfluere, lenius est. Ex morbis enim quidam habẽt solam naturam superiorem, in quibus nullus est medici vsus. Frustrà enim medicamentorum violentia tentatur, quod natura familiari alimẽto resarcit. [1. de locis. 2.] Nonnulli ea sunt magnitu-[2. Apho. 29.]dine, vt non modò naturam vincant, sed & medicum, quibus etiam nulli est medicus vsui sola prędictione contentus: plurimi medij sunt, in quibus vt morbus est, sola natura maior ita minor natura simul & medico, horum gratia expetitur medicus. Cùm ergo hic prædicitur mors ex excessu [Ad tertium] morbi supra naturam, non sola facultas ægri accipienda est naturæ vocabulo, sed & ministeria medica, quibus naturam tanquàm instrumentis sanandum fruitur. Cur verò mors simpliciter, sanitas non absolutè prædicatur, multæ rationes sunt. Nam vt morbus perimens naturaliter, ideò necessariò, & vno tantùm modo operatur, ita natura sanans per varios casus, quique subsunt humano arbitrio. Nam & victus, qui inter sanandum necessariò sumitur, & medici medicamenta errori substant, vnde sperata salus frustrari potest. Deinde sanitas, cùm sit ex mediorum genere & perfectorum, atque adeò vna, sicut & virtus, difficilè inducitur, morbus & mors cùm sint extrema, imperfecta, variaque, non dissimiliter vitiis facilè. Ideò ex conuersatione ægrorum ægrotant [7 probl. 4. 1. Epid.] multi, ex accessu ad sanos nemo sanatus est vn-[Sect. 2. 50.]quàm, dicebat Aristoteles. Adde instrumenta curandi à noxa in totum ferè absolui nõ posse, cùm morbus in perimendo nullum ferat saluti emolumentum. His de causis sanitas, licèt quandoque, insaluberrimis scilicet morbis habeat omnium morborum certissimam, & firmam ad salutem prædictionem, requirit tamen dictum temperamentum, quo euadat firmissima: cùm morbus etiam citra eam determinationem, suam habeat, licèt incertiorem, ad mortem agnitionem. Iam dum inter tria principia ordo inquiritur dignita-[Ad quartũ.]tis, duo Galeni loci inter se pugnare videntur: al-[Cap. vlt.]ter 7. Meth. alter 5. De loc. In quorũ priore præ-[Cap. 1.]fert naturalem facultatem animali, in posteriore postponit. Conciliantur tamen. Nam si inquiritur ordo facultatum absolutus, summa dignitas est in corde, cuius solutio, inflammatio, intemperies, citissimè hominem tollunt, proxima cerebri. Abolito enim in totum arbitrio motu cessat respiratio simul cum vita: tardius succedit ea deficiente sanguificatione interitus. Si verò illud magis quæritur, cuius virtutis robur, non sola præsentia plus faciat sanandis morbis: primus locus similiter cordi tribuendus est, vniuersali functionum auctori, sed proximus non iam cerebro, sed hepati. Nam in morbis pluribus sicut firma co-ctrice ad humoris morbosi victoriam egemus, [1. Ther. 10. & 5. de locis. 2.] ita animalis vis, quamuis infirma, sufficit, cùm [Ad quintũ.] nec validæ ab ægris motiones, nec sensuum munia robusta expectantur. Vtcunque tamen aliqua trium facultatum valde laborat, confestim consentiunt reliquę, non multò posteriùs. Postremò, ea de causa ad prędicendum sola faciunt signa ex operibus desumpta, quia essentialia, & casus mõstrant, & affectus speciem, & magnitudinem, quanta in se sit, quorum neutrum satisfacit prędicenti, nisi coniectet, quantum prę morbi magnitudine facultates perpetiantur: id quod ex facultatum ipsarum operibus certo intelligitur.

Quartum siquidem genus eorum, quæ tunc diximus, ex se quidem ad aliquid prænoscendum inutile est: secundùm accidens autem, & ex his aliquando præcognitiones erunt, quemadmodum & excrementis. Ex his quidem compatiendi ratione: ex excrementis autem semper, quoniam coctionis & incoctionis signa continent. Quare fieri non potest, quin omninò significent, aut naturam materiei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutri dominari. Salubria quidem

signa dicentur,natura superante, insalubria verò superata. Neutra autem, quæ pugnas habent æquales. Sed quæ quidem manifestam indicant coctionem, ex salubribus sunt,sicut quæ cruditatem, ægra:quæ verò neque coctionem,neque cruditatem ostendunt, ex neutrorum sunt natura. Sunt verò & neutra quæcunque nunc quidem hoc, nunc verò contrarium significant, veluti digiti denigrati.Talia sunt etiam critica,id est,decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris De crisi dictum est.Sicuti etiam de his quæ ad vnamquamque attinent operationẽ, in his libris in quibus De causis symptomatum agitur. Quare omnem horum singulorum materiam,ex eisdem libris colligere oportet. Ego verò prolixitati parcens hic sermoni de signis finem faciam: trãsgrediar autẽm ad illum,qui de causis.

CVM docuisset signa per se primò facientia ad prędicendum,adiungit ea,quibus ea accidenti contingit pręnuntiare, & quędam quidem rarò, qualia sunt quarti generis membra solis innatis facultatibus prędicta: alia semper, licèt similiter prioribus, ex accidenti, qualia excrementa indicantia coctione sua, vel cruditate statum naturæ simul & morbi. Postmodum explicat, quænam sint præsaga signa neutra, iuxta vtrũque neutrius significatum:per abnegationem,quæcunque nec salutem sufficiẽtia sunt indicare,nec mortem:per participationem autem, quæ iuxta varias vel occasiones,vel tempora,vtrumq;. Exemplum est in criticis vacuationibus & denigratis digitis.

Præsagia per accidẽs. SED sufficiet breui expedire præsagia per accidens sumpta,atque ita de neutris præsagiis pari compendio tractationem claudere, quòd ambo hæc compellet indicia. Per accidens,vna ratio fecit. Cùm enim per se, & sine medio, functionum trium principalium vel integritas,vel vitiũ,monstrent morbi euentum: principia autem illa quædam in suis fontibus operentur,nonnulla in canalibus & membris suscipientibus canales, non in reliquis:superest, vt ea quarto membrorũ genere per se indicium peti non possit. Ergo cerebrum in se ratiocinatur,memoratur, imaginatur:in membris secundi generis & tertij opera sensuum, motusq; arbitrarij exercet:cor in se irascitur, distenditurq;:in membris custodit pulsum,& innati caloris moderantiam : hepar in se concupiscit, sanguinemque conficit,in membris delato sanguine per vasa nutritionis opifex est. Eò fit vt ossa, cartilagines, adenes, canalibus vacantia opera principalium non commonstrent:tantum in lapsu ingenti virium, quoniam in corpore continentur, consentiunt illis, & statum illorum per accidens repræsentant. Sic enim scriptum est [*aures frigidæ & contractæ,nasus verò acutus*]pro imminẽtis mortis indicio,licèt cartilagines illę ad quartum mẽbrorum genus spectent. Excrementa verò non sunt materia operantis coctricis, vt per se significent. Nec enim natura coquens conatur,aut stercus,aut vrinam coctione perficere. Sed quoniam vis ventriculi intereà, dum vtilem alimenti succum coquit,non potest non imprimere in iunctũ terreum, & facultas iecoris, dum humores excoquit,permixtæ vrinæ occurrit:eo accidenti fit, vt ex vtroque excremento modus anteactæ coctionis in humorem perspiciatur,& illius interuentu morbi exitus. Cur verò excrementa semper, illa verò membra rarò indicent, non est inuentu difficile. Cùm enim viuere & nutriri ad conuertendum

1.præsag.c.7.

1.de anima, vltimo.

riam dicantur, excrementa perpetuò attestantur coctioni, illa verò membra, quæ ductus aliquos à principiis non recipiunt,tunc solùm manifestãt principiorum statum, cùm magnitudo vitij illorum trahit in consensum membra etiam merè naturalia. Neutrorum præsagiorum exẽplum affert ex Hippocrate petitum, quòd pedes nigrescentes minus condẽnari merentur,quàm liuidi,eò quòd liuor ad solam sequitur calidi extinctionem, nigredo verò quandoque ad eandem auctam, aliquando verò cùm vtilitate ad decumbentem humorem ex vasis ad imos pedes, quæ permutatio vitæ ægri benefacit tanquàm ad ignobiliorem sedem permutato humore. *2.præsag*

ILLVD potest hîc quempiam mouere, cur cùm tantopere neutrum definierit per abnegationem, vel participationẽ duorum humanorum affectuum,sanitatis & morbi, hic aliter explicat, per sanitatem & mortem? Sed facilè soluitur consideranti hactenus de præsentibus affectibus sermonem fuisse: ij sunt sanitas, morbus,neutra dispositio. Nunc prognosticorum diuisio proposita est:in qua nõ præsentes affectus diuidũtur, sed futura morbi expectatio, eã partimur meritò in sanitatis præsagia,& mortis: & tertia neutra,nec sanitatis nec mortis nuncia,aut vtriusque pro varia occasione præambula. Sed de signis satis.

LIBER TERTIVS.

Disciplina de causis salubribus, insalubribus, neutris,sex complectitur sectionibus.

Prima docet causas conseruantes optimam sanitatem,capite 84.

Secunda conseruantes lapsam 5. cap. 86. At si quod ab optima.

Tertia effectrices in morbis temperamenti 5. cap.88. Salubres verò causas: vt nemo dubitet turpiter & indoctè diuisa esse in toto Galeno capita.

Quarta,sanantes morbos solutionis,cap.90.

Quinta, docentur sanãtia organicos affectus, capite 93.

Sexta, postremaque, efficientes causæ in neutris corporibus explicantur.cap.99.

SECTIO PRIMA.

CAP. LXXXIIII.

Quoniam verò & harum hæ quidem salubres, hæ autem insalubres,hæ verò neutra.Primùm de causis salubribus erit sermo. Quoniam verò & harum nonnullæ quidem conseruatrices, nonnullæ verò effectrices sanitatis, (sunt autem & tempore & dignitate priores conseruatrices) incipiendum est à conseruatricibus. Quum igitur non vnum tantùm sit sanum corpus, sed plura,vt suprà diffiniuimus,sic eorum singulis propria erit conseruatrix. Siquidem omnis causa in eo, quod ad aliquid,existit. Hic igitur denuò sumendum initium ab optima corporis constitutione, ac quæ ei salubria sunt, considerandum. Eorum autem inuentionẽ ipsius rei natura insinuat. Si enim impatibile atque inalterabile esset corpus,semper optima constitutio perduraret, neque artis præsidio indigeret. Quoniam verò alteratur, corrumpitur, & vertitur, neque eundem seruat prioris status tenorem,ea ratione auxilium desiderat.

Prima

PRima sectio & ipsa sex partibus constat. Primùm, monstrat necessitatem conseruationis etiã in optimè sano. Secundo, §. Secundum quot, rimatur materias sex, in quarũ electione ars versatur conseruatoria. Tertiò, §. Optimæ igitur, docet vniuersalem methodum in proposito corpore ad electionem sex dictorum. Quartò, §. Ij verò sunt, inuestigat commodam quantitatem trium priorum, aëris, exercitij, cibi. Quintò. § Æqualis verò, rimatur quantitatem residuorum trium, somni, affectuum animi, excrementorum. Sextò, §. Horum autem, qualitatem aptam in omnibus sex applicandis inquirit. Præsenti §. iuxta definitiuum ordinem, quem perpetuò sequitur, diuidit causas in salubres, insalubres, neutras, rursum salubres in conseruantes & efficientes, conseruantes rursum in eas quæ tuẽtur optimam, & eas quæ lapsam valetudinem Inter quas ostendit obseruari oportere dignitatis & naturæ ordinem, vt à salubribus ordiamur, & inter salubres à conseruantibus, inter conseruantes ab his quæ debẽtur corpori simpliciter salubri. Secundò, quoniam saluberrimum corpus optimis præditum naturæ dotibus nullo videbatur egere artis præsidio, quare nec conseruatricibus causis, ostendit ratione à natura rei petita, etiam in illo artis medicæ indigentiam. Siquidem enim sicut optimum habet, ita & constantem, firmúmque & immutabilem habitum contraxisset à natura, nullo artis indigeret adminiculo: quoniam verò à multis, subinde mutatur, & à natiua probitate excidit, poscit medicinæ ad durationem auxilia: ita nil est in humanis sibi sufficiens, integrúmque, sed aliis deest bona, aliis firma habitudo.

TRIA in hoc loco expendẽda sunt. Primùm ordinis in hoc libro ratio. Proximùm de causæ conseruantis essentia. Postremò necessitas conseruationis medicæ disputabitur. Primùm illud cõsiderãdum est, quod multos fugit interpretum, vniuersam medicam contemplatione Galeno diuisam esse in corpora, signa, causas, ita vt in primo libro agnitionem humanorũ affectuum per causas complecteretur. Dum enim affert essentiales singulorum affectuum finitiones, agnoscere docet affectus per causas temperamentum, scilicet, compositionem, vnitatem. Secundus verò liber eorũdem affectuum cognitionem pollicetur per signa: vt ex vtroque opere medicus intelligat non solùm quæ causæ constituant vnumquemuis affectum, sed & vnumquemque, qualis affectus obtineat, per indicia sentiat: patetúrque ex duobus libris tota theorica pars, ex susceptiuo constans, & indicatiuo. Hic verò tertius incognitis iam affectibus prouidentiam, & opus medici edocet, totus in praxi & operatione constitutus: quam partem artis suprà vocauit effectiuum, hîc causas. Is enim nouit causas salubres sanorum, ægrorum, neutrorum, qui perspectum habet ex præsenti libro quid cõsulendum sit sano, ęgro, neutro. Vnde intelligitur longè alio sensu venire hîc verbum (causæ) quàm alibi, dum rimamur causas morborum. Illic enim theoricè tantùm quæritur morbi per suam causam cognitio: hîc agnitio causæ est agnitio remedij efficientis sanitatem, vel factam conseruantis. Prætereà intelligitur, licèt titulus polliceatur docere causas salubres, insalubres, neutras: negotium tamen medicum sicut & præsentem librum solas agitare salubres causas, id est, sanãtes, nam insalubres, id est, morbum inducentia, & neutras, id est, labefactantia sanitatem & in neutrum commutantia, perspecta habent malefici, non medici. Quia ergo solas causas salubres inquirimus, meritò incipit tractatio à conseruanda optima sanitate, progreditur ad sanandos morbos, cessat in præseruãdis, reducendísque neutris.

Ordinis ratio.

DE CAVSA verò conseruatrice quęritur nũ sit causa: quòd si detur, in quo causarum genere reponenda sit? Obstat enim ne concedantur esse causa, quod definitur Galeno causa, id quod ei quod fit partem aliquam suæ generationis præstat, atqui conseruans nil præstat generationi rei. Sed & Auicena definit causam id quod primò est, conseruans autem posterius est eo quod conseruatur. Quominùs autem referatur in effectiuas (id enim magis confessum est) illud impedimẽto est, quòd multa conseruantium ad aliud causæ genus spectant. Nam forma conseruans temperamentum ad causam pertinet formalem, alimentum verò ad materialem, sicut somnus, cùm sit priuatio, nullius positionis effectiuum esse potest. Quidam respondentium satis opinantur propositum statuere hac ratione: alterans, & conseruans habent pugnantes inter se rationes. Est enim proprium alterantis causæ mutare obiectum in alteram naturam: conseruantis verò prohibere ne moueatur: oportet itaque, si includunt pugnantes rationes oppositas, vt sub eodem genere locentur. Oppositæ enim differentiæ vnum genus secant, atqui alterans sub efficiente locatur, conficitur etiam conseruans ad effectiuum genus pertinere. Sed non vrget probabilis ratio: nam vt verum est opposita sub aliquo vno genere locari, ita illud verum non est, quodcunque genus vnius oppositorum pariter includere reliquam contrarietatem. Iustitia enim iniustitiæ opponitur, & tamen iustitia ad virtutem pertinet, non iniustitia. Ergo cõseruans esse effectiuum principium ex Galeno constat, qui interpretans libro primo causas salubres, insalubres, neutras, tam conseruantes quàm efficiẽtes, vertit effectiuum sanitatis, morbi, neutrius affectus. Prętereà id quod conseruat aliquid in re conseruanda operatur, non vt materia, non vt forma, non vt finis: relinquitur quod vt agens. Nec verò obiecta quicquam conuincunt, nam causæ nomen, si definitur ad cuius esse sequitur aliud, includit conseruatricem, quandoquidem duratio sequitur ad conseruantis præsentiam: si verò definitur id quod ei, quod gignitur, partem suæ generationis præstat, cõplectitur finitio conseruantem non occasionalem: quòd si addatur, id quod Galenus facit, vel quod remoueri non potest ab eo quod partem sui præstat genito, occasionali vel causæ, sine qua non conuenit, conseruatricem non complectitur: complectetur verò si addatur, vel pręstat durationem ei quòd genitum est. Id quod non ineptè significauit Auicena definiens causam, ex qua prouenit dispositio aliqua humana, aut eius fixio. Quod verò addunt, cõseruans posterius esse cõseruato, cùm causa sit prior tempore ex Auicena definiente, neutrum assumptum verum est, & consentaneum. Nam conseruans est prius duratione conseruati, cuius solius durationis, non conseruati causa est. Deinde causa & causatum more reliquorum ad aliquid simul sunt tempore. Si est enim aliquid actu causa, est aliquid actu causatum: si est potentia causa, simul

Conseruans causa quid.

De differẽtijs symp. 1.

Secunda 1. primo.

Ad primũ.

Lib. de differen. sym. 1.

Secunda 1. primo.

Ad secundum.

Ad tertium.

ſimul datur & pocentia cauſatum. Minùs vrget illa ratio, quod incidunt cauſarum genera. Non, enim oportet re ſemper, ſed ratione ſeparari: nam forma & finis Ariſtoteli in idem conueniũt pro varia tamen nominum finitione ſeiunguntur. Sed éſtne eadem cauſa, quę producit, conſeruans? Illud manifeſtum eſt producentem cauſam, quo tempore producit, non conſeruare. Quomodò enim conſeruat quod alterat, quod autem producit, alterat. Id ergo ſolùm in quęſtionem vertitur, num quod produxit poſteaquàm produxit, tueatur opus ſuum & mutari vetet? Quod nec ſemper verum, nec perpetuò falſum eſt. Nam quod ita produxit, vt in ſuam traxerit ſimilitudinem, effectum ſuum conſeruat, luminoſum, lumen, quod ſemel aëri communicauit, pòſt præſentia ſua ſeruat integrũ, vt ignis quod inflammauit, ab extinctione tuetur: vt temperatũ medicamẽtum, quem refrigeratum ſanauit, iam ſani valetudinẽ conſeruat. *3.ſymp.11.* Quod verò agens ita alterauit, vt contrarium ſuũ ca parte deiecerit, & ad mediã quãdam naturam deduxerit, opus ſuum ſeruare nõ poteſt, magis, ſi pergit agere, deuincit, vt tãdem ea toto ſibi *3.ſimpl.15.* ſimile reddat. Sic medicamenta frigida febrientem alterant & ſanant, quæ tamen ſi ſanato homini pergas adhibere, non ſanitatem conſeruabis, ſed in oppoſitum frigidum morbum cõmutabis.

Dubitatio. POSTREMA de cauſa conſeruante dubitatio eſt, quomodò præcedat dignitate & tempore efficientem. Et quidem de dignitate leuius eſt: cùm enim cauſæ ad cauſata referantur, ex obiecti dignitate ſuam ſortiuntur: conſeruantis cauſę obiectum ſanum eſt, ſicut ſufficientis morboſum: meritò itaq; dignitate excedit conſeruans. Tempore verò pręcedit, ſiue quia plerique omnes homines priùs ſani ſunt, quàm ægrotent: ſiue quia inferna agentia omnia vi ſuperioris cœleſtiſque influxus operantur, à quo & conſeruantur, & cùm cœleſtia etiam tempore antecedant mortalia, conſeruantes cauſę diuturnitate & tempore ſuperiores eſſe conuincuntur.

SED de conſeruãte cauſa ſatis. Procedendum eſt enim ad diſcuſſionem eius rationis, qua monſtrat author neceſſitatem artis conſeruantis. Obſtant verò, quominùs recipiatur, multa. *Conſeruatrix an vtilis.* Primùm, ſi occurrentia in vita, alterantiáque vitari huius artis beneficio queunt, poterit perpetua ſanitas *3.de ſanit.8.* durare, ſi vitari nequeũt, fruſtra adhibetur. Deinde ſi ſanitas optima, ſi vnquam fuit, ictu tantùm oculi durauit, quomodò tantum ſibi tribuit hæc ars, vt polliceatur per vniuerſam vitam optimæ ſanitatis cõſeruationem? Iam quod addunt mortem naturalem hoc beneficio vitari non poſſe, pugnat cum peripateticorum placitis ſtatuentibus mortem omnem pręter naturam. Sed & illud parum videtur conſentaneum opinari, augente calido, humidi noſtri, cùm ſit ſimilare corpus, partem conſumi, cuius merito perimus, partẽ ſeruari, cuius beneficio viuimus. Quid enim faciet, vt ex ſimilari corpore per vnius efficientis actionem pars repentè diſſipetur, pars alia ad centeſimum vſque annum perduret. Adde, quod ſi eundem vſum pręſtat humido noſtro alimẽti ſuccus, quem ſaccaro, vel melli ad ignem affuſa aqua, videtur conuenire, vt ſicut mulierum experimento nil abſumitur ſaccari, aut mellis, quandiu aliquid commixtæ aquæ reſiduum eſt, ita nil humidi noſtri deficiat pręſente alente. Sed diſſoluamus propoſita, expediamúſque. *Solutio primi.* Occurrentiũ in vita, euertentiúmque ſanitatem nonnulla poſſunt, alia nequeunt vitari Vtriſque, pro ſuo modo, ſuccurrit medicina, conſulens fugi à noxiis omnibus, quæcunque non neceſſaria ſunt, quæcunque verò neceſſaria ſunt, certa quadam lege pręſcribit & moderatur, non vt nil, ſed vt minimùm lędant. Ita fit, vt in totum detrimenta ſanitatis, ſenium, & naturalem mortem nõ auertat: morbos in vniuerſum, & tempeſtiuas, violẽtáſque mortes auertat, quod Auicena explicauit. *Secundi.* Tueri autem toto vitæ periodo optimam ſanitatem ars pollicetur, his omnibus (quod quaſi ſatis antè admonitum, author *Tertia.1. primo.* omiſit) ſenſu diiudicatis: ita vt in ſingulis ętatibus *Tertij. Lo.de maraſ. 2.* coæuos ſuos valetudine antecedat, præſtétque. Mortem verò aliquam naturalem in eo ſenſu accipimus ex duobus naturalis ſignificatis, quæ Galenus propoſuit, quo naturale dicitur omne id quod ad opera ſequitur naturæ, licèt nihil minus natura conetur. Siquidem agentibus naturalibus vitæ principiis calido humido, ſequitur, vel repugnante natura in vltimo vitæ periodo finis caloris, quem hoc nomine naturalem mortem concedimus appellare. Vbi verò naturale intelligitur opus à natura intentum, peripateticis placet ſecũdùm vniuerſalem horum inferiorum naturam, mortem eſſe naturalem. Quemadmodum enim in cœleſtibus, quæ æterna eſſe voluit fugit interitum, ita in ſublunari orbe, quem generationi, corruptioníque dicauit, vniuerſalis natura appetit horum generationem, illorum verò interitum, viuentium verò corruptio mors eſt. Si autem ſpectetur particularis indiuidui natura, nulla mors naturalis eſt, ſiquidem particularis natura, ſi quid aliud, expetit durationem & vitam non ſolùm in indiuiduo, ſed & in ſpecie, cuius tuendæ gratia ſemen fundit, generátque.

Quarti. Dum verò quærunt, quid facit, vt ex ſimilari humido noſtro alia par diffluat & euaneſcat, alia diuturna ſit. Primùm, ſicut in lampade non perinde fruitur ignis calore pars remotior atque vicinior, Ideò nec extenuatione in vaporem, ita in corpore internus ignis aliam partem humidi contingit & vincit, aliam ideò non ſoluit in vaporem, quia non contingit. Accedit quòd nullum ex mixtis ex toto ſimilare eſt, cùm etiam ebulliens aqua non ſimul tota abeat in auram, ſed per partes. Iam quod citant teſtimonium fœminarum, ceu inualidum vel iure ipſo, reiiciendum eſt, dum putant nil abſumi ex melle an ſaccaro bullientibus præſente & an mixta aqua. Nam vt verum eſt minimum ex lentis illis ſuccis diſſipari, quandiu calor habet facilem tenuis liquoris, in quam operetur copiam: ita falſum eſt nil lentos illos ſuccos ab igne tangi. Nam & materia patitur ignis actionem, & licèt in ſe lentum, humidum illud innatum permixto alimenti ſucco diluitur, non ſecus quàm ſaccari humidum affuſa aqua: quod autem diluitur, reſolutioni paratur, deficiente tamen tenuiore alimenti ſucco citiſſimè arit de innato actum, per illius autem alentis acceſſum ita prohibetur innati diſſolutio, vt in plures annos vita extendatur, quæ citra alimenti acceſſum ne paucis quidem diebus ſupereſſet.

Secundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc eſt, cauſarum conſeruatricum genera habebit, quas ex his, quæ dicta ſunt, liquet eſſe ex correctiuarum genere:

genere, sed quia paulatim correctiones faciunt, antequàm omnis ingruat noxa, non præseruantes à futuro malo, sed præsentis statim conseruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus nostrum à nonnullis quidem necessariò, à quibusdam verò non necessariò. Dico autem necessariò, quæ nulla est euitandi ratio, non necessariò autem reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem semper attingere, comederéque, ac bibere, ac vigilare, & dormire est necessarium. Ensibus autem & exitialibus feris obuiare non necessarium. Quare circa primum causarum genus versatur ars corporis conseruatrix, circa secundum autem minimè. Quot igitur numero sint ea quæ ex necessitate corpus alterant distinguentes proprium in singulis eorum, causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur vnum quidem ex ambientis aëris adhæsu: alterum verò ex motu & quiete, & totius corporis, & partium singularum: tertium ex somno & vigilia, quartum ex his quæ assumuntur: quintum ex his quæ excernuntur & retinentur: sextum ex animæ affectibus. Ex his enim necesse est aliquo modo affici corpus. Ab aere quidem ambiente, quia aut calefit, aut frigescit, aut exiccatur, aut humectatur, vel secundùm horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur substantia. Ex motu verò & quiete, cùm vtraque modum excesserint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatum, vel aliquid secundùm horum patiens coniugationem. Sic & ex somno & vigilia ipsum pati est necessarium, secundùm eandem rationem, & ex animæ affectibus, & ex his quæ assumuntur, aut excernuntur, aut retinentur. Hæc siquidem omnia 1 partim quidem euidenter, partim verò per alias causas medias, alterant corpus, & sanitatem corrumpunt, & de horum singulis scripsimus seorsum in libro, qui De salubribus inscribitur. Omnia igitur nunc dicta genera materia quædam sunt salubrium causarum. At vsu opportuno adhibito, causæ fiunt conseruatrices atque salubres: sed vbi à modo deliquerint, insalubres redduntur. Vnde liquet ex his non alias præter has, aut salubres, aut insalubres à nobis existimari oportere, at easdem potiùs quandoque quidem salubres, quandoque verò insalubres, in eo quod ad aliquid esse. Nam vbi motum corpus desiderat, exercitatio quidem salubris, otium autem insalubre: quum verò eget quiete, otium quidem salubre, exercitatio autem insalubris. Eodem modo de cibis & potibus & de alijs omnibus statuendum. Horum enim singula quando, vt necessitas corporis exigit, cum mensura ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt: ac cùm citra omnem necessitatem ac præter modum afferuntur, insalubria. Atque hæ sunt duæ circa salubre & insalubre intentiones, rei scilicet quæ adhibetur qualitas & quantitas. Neque enim est rationi consentaneum etiam temporis occasionem, quæ in his quæ dicta sunt continetur, veluti tertium aliquod ab eisdem diuersum introducere. Si enim tali & tanta re allata egeat corpus, nemini dubium est quin etiam in tempore opportuno afferatur occasio. Siquidem temporis inde ortum habet, quoniam fluxibile ac facilè mutabile est mortale corpus, ac pro transmutationis modo alijs alio tempore eget auxilijs. Quare non est tertium aliquod, præter ea quæ dicta sunt, tempus. Sæpiùs autem eo tanquàm tertio quodam, ob eam, quam diximus causam, ad docendum vti consueuimus. Quoniam verò in his ipsis intentionibus, & 2 aliæ causæ salubres, & id, quod est propositum genus, continetur, rursus easdem repetamus.

RImatur materias sex, in quarũ electione, ars versatur conseruatoria. Primùm colligit ex dictis conseruatricis materias esse illa dicta occursantia homini. Dum enim eo temperamento adhibentur, vt prohibeant incipiẽtes eam in corpore lapsus, sanitatem tueri dicuntur. Vnde intelligitur, licèt tales causæ cum vulgo concedantur, appellari conseruantes, si natura ipsa rei inspiciatur, verè esse correctorias & curatrices, siquidem emendant exiguos lapsus necdum morbosos. Secundò, alterantium genera duo recenset, alterum non necessariũ, cuius proponit exempla suo tempore frequentia, ensibus obuiare, & feris, quæ festa illis erant per gladiatorios ludos celebria, nec in his versatur ars præsens. Videlicet ars in solia versatur difficilibus, horum verò cautio sola est, & facilis euitatio. Alterum genus, quia vitari non potest, artem recipit, quæ ita moderetur, vt quàm minimum offendant, id quod hic cõseruationem appellamus. Ea sunt numero sex, aër, cibus, potus, somnus, vigilia, retentio, & vacuatio, motus & quies, affectus animi. De quibus crebris constat experimentis, & quòd necessaria sunt, & qoòd pro vario suo statu permutaot nos, & alterant. Tertiò ostendit causas conseruantes non distare ab insalubribus materia & subiecto, quemadmodum curatoriæ distant. Nam sani vtuntur cibo, potu, exercitio, sanantur verò purgationibus & medicamentis: conseruatoria verò pars eisdem ipsis ex rebus, quæ vulgo iodocto sunt suorum morborum occasiones & causę, his vtitur ad conseruãdam valetudinem & morborum cautionem, tantùm adhibito iudicio in mensura, & qualitate eorum. Quartò ostẽdit, quot sint numero in quouis dictorum sex coosideranda in arte conseruante, vt ita habeatur integer oumerus obiectorum huius partis, non secus quàm libro primo per diuisiones inquisiuit numerum subiectorum omnium totius artis. Ergo de quouis dictorum pertinet ad artem indagare commodam quantitatem, simul & qualitatem, addunt multi & occasionem, vel ordinem: quod vt addi ad notiorem interpretationem potest, ita exactiori doctrinæ non facit: nam si modò intelligitur, quantum & quale alimentum io quouis tempore conuenit aut non conuenit, nihil relinquitur amplius quod ab arte expectari possit.

1. *Partim euidenter, partim verò per alias causas medias*] Quædam alterant corpus euidenter, quęcunque statim ab applicatione mutant, vt æstus, vt frigora: per medias verò causas alterant, quæ longo post tempore interuentu humorum, qui tractu putruerunt, offendunt: quod accidit etiam pòst aliquot anoos his qui se ingurgitarunt fructibus, vel aquis niualibus.

2. *Et aliæ causæ salubres, & id, quod propositum est, genus continetur.*] In his duabus intensionibus ait versari causas omoes salubres, tam propositi modo generis quæ videlicet sanitatem optimam tuentur, quàm quæ lapsam, de quibus mox sectione sequenti agendum est.

Ex enarrati capitis sentẽtiis nõnulla diligẽtiùs pensiculatiúsque in examen trahentur. Ante alia, sitne conseruatoria ars vna ex correctoriis. Proximum, quod sint medicæ materiæ. Tertiò, num aër variè nos alteret, quod hic docemus, an magis semper siccet, quod videtur quibusdam placuisse. Addemus de somno & affectibus animi & dubia, & dubiorum solotiones. Primùm prudenter Galenus & hic, & libro ad Thrasyb. monuit scopum conseruatricis non esse, quod nomen videtur præ se ferre,

se ferre, prohibere ne mutetur, quin potius mutate, emendaréq; iam cōtracta parua in corpore vitia. Vt enim in appellatione cum vulgo sentiendum est, ita in re cum sapientibus Qua consideratione reiicit, quod quidā antiquorum astruebant, non esse vnam, sed duas artes quæ corpori humano præsideñt, proiidéntque. Nam diuersitatem artium non sola facit subiecti mutatio, sed & scopi in vno obiecto. Nam & præparator coriorum, & infector, & calcearius, & obiecto, in quo operātur, conueniunt, sunt tamē diuisi artifices propter varias formas, scopósque, quos coriis imprimunt. Sic salubris ars, quam eueĉticen Græci dicunt, & curatoria distant, quoniam salubris formam præseotē tuetur tātùm: curatoria nouā absentémque procurat & inducit. Sed hi quàm manifestè fallantur ex dictis liquidò constat. Si enim conseruatrix, vel salubris mutat, emendarque exiguos lapsus in sanis, præcurtrix paulo maiores in neutris, curatrix maximos in ægris, perspicuum est eas artes sola magnitudine se excedere, non specie distare. Magis enim & minus speciem non commutant. Cur ergo voiuersa ipsa ars non magis obtinuit oomen salubris quàm curatoriæ? Scilicet toti nomen à magis necessaria parte impositum est medicinæ & medici: sicut posteà separata medicina, quæ manu medetur, ab ea quæ medicamentis, prior artifex medicus chyrurgus, alter medicus physicus nuncupatus est.

Tota medicina vn. ars.

Medicæ materiæ quot. De medica verò materia ita habet, [*Quæcunque medica tractationi subsūnt, triplici rerum genere continentur, naturalium, contra naturam, non naturalium.*] Numerant narutalia septem, elementa, humores, temperaturas, membra, spiritus, facultates, operationes. Sequenti genere tria, morbi causam, morbum, symptoma. Demum non naturalia quæ eadem necessaria vocant sex, aërem, cibum, porum, somnum, vigiliam, motum, quietem, vacuationem, retētionem, animi affectus: de quibus agere nostrum est propositum. Sed diluenda sunt, quæ remorari lectorem possunt. Cur enim inter naturales res nostram naturam ingredientes constituentésque operatio numeretur, quæ longè ab essentia abest, siquidem constante facultate firma est & constans habitudo, siue actio sequatur, seu desit. Videtur etiam deesse numero compositio, vna ex partibus sanitatis & essentiæ, vel potissima. Ceterùm aduersus numerum senarium necessariarum rerum facit, quod actio caloris interni in humidum & necessaria est, & si quid aliud hominem alterat, vt non sine errore poruerit deesse numero. Prætereà, si res illę in indiuiduo necessariæ intelligūtur, falsa assumptio est. Nam citra quemuis oblatum aërem vita durabit, modò non desit aër. Si tantùm rerum dictarum species necessariæ sunt, multa similiter occurrent necessaria, nam obuians nobis ensis necessariò vulnera, sic fera, sic quiduis aliud. Deinde iuxta dictam rationem eoibunt in aquam lædentem, vt sit elementum, vt causa morbifica, vt res non naturalis. Sic in iram noxiam, vt sit operatio irascibilis, vt causa morbi, vt vna ex necessariis: atque adeò non distabunt tria genera dicta rerum. Adde quod cœlum & regio mutant necessariò, quorum nulla est in

Cap. 27. dictis mentio. Quid, quòd libro Ad Thrasybulum salubres omnes materiæ quatuor tantùm recensentur, quæ assumuntur, quæ extrà occursant, quæ vacuantur, quæ fiunt. Postremò, quorsum cibus & exercitiom separatim numerantur à genere replentis & vacuantis, si cibus & quies replentia sunt, inedia & motus inanientia? Sed irretientes hos veritatis obices in hunc modum explodimus. Naturalia appellamus, quæcunq; secundùm naturam homini insunt, inest autem operari secundùm naturam, licèt ipsa functio non constituat hominis substantiam. Iam compositio ideò seorsum non explicatur, quia membrorum tractario, disciplina compositionis est. Sed accedamus ad ea quæ dicunt necessaria. Actio calidi in humidum ineuitabilis est, sed non id modò agimus, vt recenseamus omnia homini ineuitabilia, in quo ordine est & senium, & mors, sed externa sola occursatia consideramus, quæcunque consilio & arte moderari postulant, vt minùs noceant. Quod verò quæritur de necessitate horum sex secundùm quoduis indiuiduum, apertum est de speciebus nos, non de indiouiduis agere. Eas tamen species non ideò appellamus necessarias, quia obuiantia nobis agunt, sed quia oportet illa nobis obuiare: feras verò & enses, etiamsi genera tantùm spectentur, non necessariò nobis occurrunt. Iam cœlum & regio, quia mutato aëre mouent, genere aëris continentur. Non pugnare autem hunc locum cum illo Ad Thrasyb. hinc intelligitur, quòd hæc sex ad illa quatuor facili tediges negotio. Quæ enim assumuntur, cibus sunt & potio, quæ extrà occursant, aër, quæ vacuantur, vacuatio & retentio, quæ verò fiunt animi effectus, somnus & vigilia, motus & quies, neque ineptè. Tacuinus grauis inter Arabes author ostendit hunc ex tribus facultatibus numerum: duæ enim materiæ vnicuique ex facultatibus seruiunt, aër & affectus animi vitali, motus & vigilia animali, cibus & vacuatio naturali. Demum si alimenta solo nomine replentis hominem mutarent, sicut & quies, frustrà separatis generibus locarentur comprehensa vno plenitudinis vel replentis vocabulo, sed res longè aliter habet. Alimenta enim suis, peculiaribúsque differentiis alterant, motus & quies suis, vt non poterint sola replentis ratione considerari, finitíque. Sed de his satis.

Solutio primi. *Secundi.* *Tertij.* *Quarti.* *Quinti.* *Sexti.* *Cap. De rebus necessarijs. Septimi.*

Aër an semper siccet. AGENDVM enim deinceps de aëre est, vestigandúmque per rationes num perpetuò siccet, quibusdam placere video, an nōnunquam humectet nos, quod longissimè abest ab exiccando, in quam partem author inclinat. Satius autē ostendetur pars sanior, antequàm contrariè factionis argumenta soluantur. Quod ergo aër non semper siccet, nos docuit Galenus, dum secundo libro crisium dixit aërem condisponere temperamento suo corpora nostra, eò fieri vt per æstatem augeatur in corpore bilis ex aëris commercio calfacto & exiccato, contrà per hyemem pituita refrigetato pariter & humectato supra autumnum. Quin etiam libro primo De valetudine tuenda, dum inquitit, quamobrem se nescimus & perimus, proptereà, ait, quod aër variè immutat sanitatis nostræ statum, modò quidem siccans, modò humectans, & similiter in actiuis afficiens. Cui sententiæ præsens astipulatur, dum altetationem aëris non soli tribuit siccitati, sed non minùs humiditati. Illud verò Hippocratis testimonium vel apertissimum est, dum 3. lib. Aphor. austrini flatus opera recenset, auditum hebetare, oculis caliginem, capiti grauedinem indu

Ratio prima. Cap. 3. *Secunda. Cap. 5.* *Tertia.* *Quarta. Aphor. 3.*

inducere: quæ quomodò citra humiditatis augmentum fiant, ne excogitari quidem potest. Sed & ratio ex philosophia deprompta, Aër hyemis aliquando in gelu commutat aquam, per incrassationem deducens ad terream consistentiam: ergo eo tempore non resoluit. Nam vt resolutio attenuatio est aquæ in aërem vergentis, ita congelatio incrassatio eius in terram migrantis: at qui idem ab eodem simul & valde incrassari & immodicè attenuari nō potest. Sed & aliter idem ita conficietur: Omne magis humidum applicitum minus humido humectat, si passum humoris capax est. Humidissimus est pluuius aër, minùs humidū homo, nec humoris incapax. Quidni igitur aëre agente humescat? Adiiciamus & hanc pluuia suo leni tepore humores concretos fundir per corpus, quo beneficio humectat: meatus per quos fit dissolutio, obstruit, quo magis emollit: & dum incrassat aërem, reddit eū quiescentem, non mobilem, atque ita laxat maximè. Nam resolutio nostra plurimum vētilationi moti aëris acceptum refert, quocum simul vapores corpori hærentes dissoluuntur. Quid multis? pluuius aër vsque adeò auget humores in corpore, vt scripserit Galenus per id tempus egere corpus abundantiore exercitio, & purgatione. Et alibi aër inquit, pluuius non solùm non demit à corpore aliquid, sed adiicit etiā. Quod superest Galeni sententiæ, quæ aduersæ parti fauere videtur nil vrgent. Habet Galenus à corpore & cute nostra perpetuò dissipari aliquid, ideò famē succedere: addit eam dissolutionem alibi esse in sereno statu plurimam, in humida constitutione paucam: quasi verò idem sit inquirere, num à corpore semper aliquid digeratur, & num aër semper corpus inaniat, siccétque quorum alterum verum, alterum falsum est. Igitur actione interni ignis corpus indies redditur siccius, & in perpetuo fluore est: qui tamen humidi aëris ope retinetur, minuitúrque, sicut per æstum promouetur & augescit. Maius est in Auicena interpretando, & conseruando periculum: eò enim accessit vt diceret aërem ideò mortis causam esse, quia siccat: & alibi in omni sua constitutione vi à sole & syderibus deflexa exiccare nos: parum valida ratione opinionem muniens, nam si vis illa luminis à cælo corriuata non minùs excalfacit quàm siccat, nec tamen potens est reddere aërem semper calefacientem nos, quidni etiam aliquando non siccabit, quin potiùs humectabit, sicut & refrigerat, nil impediente vi luminis excalfaciente & arefaciente? Ita ergo tantùm recipiendus est, si voluit aërem perpetuò in se habere quiddam siccans, non quasi id præponderet perpetuò & natiuæ suæ humiditati, & ei quæ cōmercio aquæ, vel vaporum aëri conciliatur. Effectum est, aërem pro varia sua constitutione siccare, aut humectare nos: sæpius autem siccat & vi illa syderum, & motu flatus nostros dissipante, & ventorum commercio exiccantium. Illud vnum ambiguum videtur, si plurimum aër resoluit, non refrigerat, non humectat, qua ratione natura ex eo comparat cordi & arteriis refrigerij subsidiū? Sane duplici nomine, tum quia calidissimis illis collatus aër perpetuò refrigerat: tum quia mobilitate & ventilatione sua, dū flāmā abigit, ne quiescat, conseruat, & cogens per partes perire, perennem tuetur in foco.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

3 Apho.15.

3.Epid. Sect.2. Com.7.

Solutio primi.

1.Epid.8.

1.de caus. symp.7. 2. de temp.5.

Secundi.

Prima.1. De complex. vl.

Secunda 1. doct.2. cap.3.

SEQVITVR vt de somni affectibus disputetur, si quid controuersum est: sunt antè multa, atque in primis, calfaciátne somnus viscera, cutem & extima refrigeret? Nam apud Hippocratem legimus, planè dormiens calidior est citra interiora, vigilans contrà: cuius rei est apud Galenum argumentum, quod dormientes pluribus egemus indumentis. Est & illud apud Aristotelem, quod vulneratos per somnum non æquè fundit sanguinem ac vigilans. Vnde obtinuit vsus, vt non protinus ab expergefactione sanguis mittatur, sed post aliquod horas in quibus fundi sanguinē & per corpus distribuit, coniectura est. Idē Aristoteles adiecit superiores partes magis quàm inferiores frigescere, indicio crebrior per somnum pedum iactatio, quàm reliqui corporis: & quidem eiusmodi euentus dictis fidem faciunt. Causam etiam, cur ita fit, haud difficulter reperias: quando enim naturæ lege halitus ex corpore conscendens cerebri & caluariæ frigore concrescit, comparata grauitate deorsum labitur, & quia per internos meatus præcalidos non conceditur commeatus, (liquatur enim) fit vt per carnes, & cutem descendat, quæ membra temperamenti sui frigiditate afficit, & quia refrigerat, densat: quia verò densantur & pituita illa oppleutur, à delato spiritu & sanguine perforari nō possunt: & quia spiritui inuia redduntur, à motu sensúque cessant, ideò & refrigerantur. Quare in orbem se iuuant ad externorum refrigerationem, pituitæ defluxæ frigus inopia spirituum & sanguinis, membrorum ocium. Repercussus igitur à carne calor ad viscera deflectit coitúque suo roboratur & crescit. Superest, vt diluantur quæ nos possunt remorari obiecta. Sunt enim nōnulli qui adhuc vigiles, cùm se somno tradūt nisi valde operiantur, nō calescunt, iidem paulò ab incepto somno tam multa indumenta tolerare nequeūt, exuruntur enim. In quibus meritò quis credat sanguinem contineri acriorem, fuliginosúmque: & vstioni proximum, quid ad ventriculum accedēs alimēta inflāmat, quorū halitus vniuersū corporis habitū deurit, nisi ab indumētorū copia tēperetur. Frequentissimū est itaque pluribus egere dormientem vestibus, inducto verò habitu paucioribus, quia per diem dissoluitur, per somnū tecto retinetur fuligo.

Somnus an viscera calfaciat.

6 Epid. Sect.4.23.

3. De hyst.19.

Lib De somno 3.

PROXIMA dictis dubitatio est, roboretúrne coctio etiam tertia mēbrorum per somnū, nō solæ illæ viscerū, quod Galenus docuit. Nam si caro frigidior redditur, par est illius coctionem nutritionémque deficere. Sed sunt quæ compēsent calidi in partibus extimis inopiam: quies si quid aliud ad coctionem faciens, spiritus ipse licèt exiguus à cutis densitate cohibitus & difflare prohibitus, demum calor viscerum auctus communicat carni roborās, cōfirmánsque, eo magis quo amplius alimentum in ventre conficitur. Illa est vrgentior ratio: Si pulsus dormientis paruus est, languidúsque, attestatur autem pulsus cordis temperamento, dormientis cor frigidius censendum est, non calidius. Sed separanda, distinguendáque est frigiditatis differentia. Nam quædam præ resolutione & extinctione refriguerunt, quædam licèt valdè calentia, prę mole premētis materiæ, suffocantisque. Ergo dormiens, cor habet calidius collecto innato calore, frigidius tamen in somni initio propter cōfertum repentinúmque obruētis humoris ad viscera recursum, nō aliter quàm flāma obtenebrescit, minuitúrque lignorū congerie.

congerie. Hanc frigoris speciem pulsus ille paruus, languidúsque significat, non absolutum in corde frigus. Indicio est, quod vbi primum natura obtinet, conficitque vel ex parte alimentum, confestim delitescunt pulsus illæ differétiæ, & permutantur. Nam quod Auicena soluens adiungit dictis, inualidum est: per somnum inquit
Secunda 1. De puls. 12. ex vnione viscerum calor augetur, ex quiete minuitur, neque aliter quàm per motum ascédenti, vel laboranti respiratio & pulsus crebrescunt, extremè per somnum quiescenti propter frigiditatem rarescunt, languescúntque. Qui tamen (tanti viri pace) primùm in eo peccat, quod non aduertit respirationem à valido exercitio non propter auctum caloré cordis, quem non percipiunt, crebrescere, sed magis teparandi spiritus animalis gratia, qui pręualido naturę conatu dis-
1. De cauf. puls. 12. sipatus est. Cùm enim sint respirandi vsus duo naturæ operanti noti, in febribus refrigerandi caloris gratia augetur, in exercitatis & caloris gratia, sed magis spiritus animali restituédi. Nec verum est pulsus parui & lāguidi causam in quiete frigefaciente sitam esse. Nam si plus potest quies ad refrigerandum ventres, quàm vnio sanguinis ad calefaciendum, non est cum Hippocrate & Aristotele pronunciandum viscera dormienti magis calere quàm vigilanti. Adde, quòd si ex quiete comparantur pulsui differentiæ illæ frigoris, oportebat non statim apparere in somni initio, quando nondum quies operata est, sed multo posterius: quæ tamen in ipso somni vestibulo maximè sunt, paulatim autem commurantur in magnitudinem & vehementiam. Igitur quod alibi de hyeme, si ad æstatem conferatur, ostentum est, quantitate calidi abundare ventres, qualitate & vehementia minui, de somno statuendum est ad vigiliam collato: par est enim vtrobique ratio. Ita fier, vt per somnū quantitas innati caloris in visceribus maior, intensio minor euadat, & pulsus nunquàm per somnū sit insigniter magnus, aut vehemens, insigniter autem initio langueat & deficiat ob suffocantem, quod diximus, copiam. Iam si quis quærat, qui fiat, vt priuatio inducat affectus caloris & frigoris, somnus enim priuatio est. Intelligat oportet, in somno conuenire etiam vltra eam priuationem agentia actu humiditatem concretam, vnionem calidi, quæ simul cum somno considerantur. Deinde interuentum accidentis fit, vt priuatio efficiat opera actu manifesta, quomodò cæcitas causa est, cur quis in foueam ceciderit.

Seqvitvr altera de somno difficultas celebris, & à quibusdam immodicè controuersa: Num etiā cerebri coctio per somnum augeatur. Deterrēt enim nonnulla, sed maiora & certiora monent, non solùm vt credatur plus quàm per vigiliam concoquere, sed quòd plus quàm reliqua membra per somnum conficiant. Cur ita sentiam, subiungam. Licèt in prima somni parte cerebrum necessario refrigeretur, & concipiat concretum intra se humorem obstruentem spiritus aditus, atque adeò suo frigore coctionem remorantem, in membro maximè natura sua frigido: vbi tamen processum est in somno, plus reliquis partibus è diuerso cerebrum calet. Nā si est somnus primi sensorij refrigeratio teparandi spiritus animalis ex toto corpore exhausti gratia, constat & initio frigefieri, & tractu ipso acervate plurimum pro toto corpore & vigilia spirituum, à quo præclarè promouebitur coctio. Quin etiam ab effectibus probatio æquè manifesta desumi potest. Cùm enim humorum malitiam emendet somnus, & temperet, vbiuis in corpore contineantur, multo tamen euidentius, si caput obsident, hemicranicis enim affectibus & cephaleis, & tumulentiæ, nullum præstantius subsidium excogitatum est. Iam ingenij acrimonia, memoriæ promptitudo, sensuum sinceritas expergefacto à somno integerrima adsunt, natura per somnum partim coquente, partim dissipante vniuersa cerebri excrementa, & humida & flatulenta. Nunc aduersæ factionis obiectis satis- Solutio primi.
faciendum est: Quandiu, inquiunt, durat somnus, perstat obstructio illa humentis materiæ, impedientis spiritus aditum, & ad cerebrī substantiam, & ad motionem, sensationúmque organa. Cur enim quandiu dormitur, non ratiocinamur, non videmus, non mouemur, si est spiritus expedita & libera delatio? quòd si per totum somnū opprimitur cerebrum magis quàm in vigilia frigida humiditate, vnde maior coctio sperabitur? Sed diluitur, quoniam materia illa initiante somno meatus vniuersos præcludit & grauat, intereà tamen spiritus in ventriculis non distributus augetur? & quia non exhauritur, & quia non cessat coctione aëris & sanguinis multiplicare se se, roborar éque: ita fit, vt circunstans humor sensim dissipetur, & beneficio aucti caloris multò felicior coctio procedat. Nec verò plus potest il- Secundi.
la, quam annectunt, argumétatio: conuenire enim illis videbatur, vt si roborat coctionem cerebri somnus, in soporiferis affectibus, quorum est sanatio crudi humoris in capite coctio, conferret repugnante euentu, non conuenit tamen. Nam licèt coctionis nomine iuuet, infrigidationis & humectationis gratia lædit. Est autem perpetuum sopori id genus intemperamenti capiti conciliare, potissimùm si obnoxium est illi ex abundante pituita caput. Quia ergo gratia intemperamenti plus aduersatur, quàm ex coctione emolumenti expectari possit, ita moderantur auxilium medici, vt in comatosis affectibus per interualla quædam breues somnos ad coctioné laudent, multos & frequentes propter euidétem alterationis noxam vituperent.

Illvd modò discutiendum est: Roborétne Num roboret innatum calorem.
perpetuo somnus innatum calorem, nécne. Nā
cùm ex superiore disputatione id confectum es- Secunda 4.
se videri possit, leguntur apud authores nonnul- 101.
la magis in aduersam partem inclinantia. Nam Com vlt.
& Auicena de conualescentibus agens scribit, Tertia 1.
somnum nonnūquàm cruditaté efficere, & stan- doct. 2. 9.
gere vim ionati, calidi, quod superioribus è re- 6. Epid.
gione pugnat. Et Hippocrates 2. acut. nonnun- sect. 4. 16. 1.
quàm ait, somnū inducere capitis grauitatem, de cauf. symp.
corporisque dissolutionem. vlt.
Quin & sincopen timeri ex somno docuit alibi Auicena, & Galenus ipse quandoque infrigidari nos ex somno, nonnunquàm calidiores reddi, quare nihil in ea oppositione perpetuum esse, solam humiditatem nunquàm non ex somno augeri. Hæc vt intelligātur inter se cohærere, paulò altiùs ordiendum est. Somnus si modū seruat, sequitúrque mediocrem cibum, efficit, vt vegetius redeat innatum calidum. Si tamen aut infra modum subsistit aut immodicè excessit, magis infirmat calorem, fla-

tibus

tibus corpus replet, faciem pallore deformat, tumefacitque, pādiculationes, oſcitationes, ructus aceruat, & ex contrariis, diſſidētibúſque principiis, (quod miremur) vnus efficitur corporis ſtatus: ergo ſi ſomnus parcus eſt, flatus exurgunt, quoniam initium coquendi eſt flatuum generatio; percoctio, genitorum diſſolutio: ſi immodicus eſt, rurſum flatus ſuſcitantur, ſiue quia calor internus cùm careat excremento, in quod operetur, vertitur in membrorum vtilem humiditatem, quam communi caloris facultate vertit in flatus: ſiue quoniam ſanitas noſtra viciſſitudine ſomni vigiliæque iuſta continetur. Ex quibus ſomnus coquit vtilem alimenti portionem, inutilē diſcutit vigilia: Ita fit, vt ſi ſuos exceſſit terminos ſopor, & occupauit alienos, propter vigiliæ reſoluentis inopiam excrementa ſuccreſcant in corpore; quæ in flatus mutata corpori pigritiam, & tumorem, & pallorem inducunt. Ita duo illi priores loci conciliantur; Auicena enim in breui ſomno timet cruditatem, grauitatémque, Hippocrates in plurimo. Tertius ex Auicena locus hanc occaſionem habuit, quotieſcunque ex larga quapiam vacuatione membra ſanguine, ſpirituque, vitalibus inaniuntur, ſi cōtingat proximè à vacuatione ſomnus; multo ſentitur fatigatio maior, deliquiū, atque adeò ſyncope. Cùm enim ſomnus omnis à membris retrahat viſcera calorem; fit vt reſiduum illud caloris exiguum in membris, ſomni opere confugiat introrſum; & moles vniuerſa corporis quæ iā viribus grauis erat, reddatur difficillima, grauiſſimàque in totū exhauſto deſerente ſpiritu, & ſola expectetur ſyncope: quò timore præcipit tales vigilare, recreatique odore, & potibus primùm: poſt aliquantum antè temporis incolumiter ſomno ſeſe dedāt: qui verò protinus ab inatione dormiunt, prauè habent. Siue igitur ſpacioſum iter quis confecit, ſiue miſſus illi ſanguis eſt; ſiue peperit mulier; ſiue ex vulnere largam perpeſſus hemorrhagiā ſuccedens ſomnus laſſitudinem & confractionē auget membrorū; deliquiū, & syncopen. Si verò non præceſſit conferta & repentina vacuatio, ſed fameſcens dormiuit, minùs hic, ſed tamen etiam ex ſomno exurgit debilior: ſi poſt moderatū alimentum dormitum eſt, multo redit calor auctior: quod ſolùm initio propoſuimus. Libro verò ſexto de morbis vulgaribus non hoc agit Galenus, vt inquirat, nū natiui caloris ſubſtantiā aliquando minuat ſomnus, ſed in vniuerſum, nū aliquando reddat nos quàm antè ſomnū eramus frigidiores: quo ſenſo docet vtrumque pro varia dormientis cōditione euenire. Nam ſi corpus non febrile abundans alimento, vel humore crudo excipit ſomnus, vnito intrò calore & ex crudis illis aucto efficit hominē ſeipſo calidiorē. Si verò cum dictis humoribus, vel alimento febricitabat, retractus innatus calor cū aſcititio illo confligēs debellat, redditque infebrientem, itaque refrigerat, tranſit ad aliud genus humidorū bilem, videlicet, quæ vt coctionem verā non patitur, (hanc enim fermè Galenus & ſolā coctionem appellari concedit) ita patitur ab vtili ſeparari, expurgatique. In eo igitur ſtatu humorū ſiue accedat, ſiue abſit febris, ſomnus quandoque ſuperat humorem, expurgatque. & refrigerat; id non aſſequitur, non mutat quod corpus poſſidebat tēperamentum. Poſtremò ſi inflammatio interna vexat, & ſomnus intempeſtiuè adhibitus auxit phlegmonem ſimul & febrem, euadit homo ex ſomno quàm antè ſomnum calidior. Ita cōficit quod præmiſerat ſomnum ſimpliciter, & iuxta vtramq; caloris differentiā, nec calefacere ſemper, nec refrigerare: natiui tamen calidi ſubſtantiam, vtcunq; adauget. Sed ſi calor omnis ſiccat, augetur autem calor per ſomnū, qui fieri poteſt, vt non maior ariditas ſequatur, eo vel maximè quòd per ſomnum, ſicut & per hyemē inutilis humoris difflationem maiorem eſſe ſcripſit Galenus, ſudor verò etiam ad oculum magis exhauritur. Deinde certū eſt inanitum & fameſcētem ſomno inaniri, ſiccarique, ſiquidem eo ingenio comparamus obeſis gracilitatem. Et vidētur quidem, quę dicta ſunt euertere Galeni ſententiā quòd ſemper humectet ſomnus, cùm nō euertāt. Nam innatus calor tantū abeſt, vt ſiccet in ignis modum, vt magis ex oppoſito humectet eo magis quo auctior eſt. Diſſolutionem autem & ſeparationem excrementi fieri per ſomnum commodè conſtat: vniuerſim tamen, & natiua humiditas vnione dormienti accreſcit, & aliena, quia non exhauritur vigilia. Cæterùm inanitus & fameſcens membris quidem areſcit, ſanguis tamē ipſe ex ſuccis, qui intro continētur, per ſomnum alitur, ita fit vt ſemper humectet ſomnus.

ILLVD item non iniuria veſtigādum eſt, cur per ſomnum percepta multo maiora vehementioraq; iudicentur, quàm re ipſa ſint. Nā pituita ad linguam defluxa multis induxit ſomnium guſtati mellis, alius modò ad cutem vapore inſtāte ſudore ſomniat mergi ſe in tepidum balneum, is, cui crus imminente reſolutione refriguit, dormiens æſtimabat crus ſe habere lapideum: cui pituita defluit ad fauces, ſtrangulari ſe ſomniat, cuius verò ater halitus cerebrū obſidet incubum patiens, concipit imaginem grauātis molis, premētiſq; ſe, & vniuerſos artus impediētis, ita, vt mugire cogatur: demum quādo natura per ſomnum ſui corporis ſtatum tanquàm ex ſpecula contemplatur ſpectrorum imagines inſigni magnitudine, & incremēto fingit. Siue obtuſus per ſomnum ſenſus impotens diſcernere ſenſilium differentias, confert ſe, imaginationemq; ſuam ad id quod in quouis genere notiſſimum eſt: eſt autem notiſſimum ſenſu, quod ſomnum eſt mel inter dulcia, lapis inter frigida, & ſenſu carentia, & alia ex ratione, ſiue quia quo tempore otiatur facultas à reliquis ſenſationibus, obiectū vnum cenſet vehementius eſſe, ita vox noctu quàm interdiu meliùs auditur, & dulcedo pituitæ maior ſomnianti eſt quàm vigilanti: ſiue quia dormiens non excitatur vt ſentiat, niſi à vehementi ferientique obiecto; quia ergo ita aſſueuit non aliter dormiens ſentire, vbi ſomniat dormiens, meritò æſtimat ſenſilium eſſe eximiam magnitudinem, quam dormiens ſentire potuit.

SEQVITVR vt diſſeratur placitum Auicenę docentis ſomni vim eſſe retinendis vacuationibus omnibus accōmodam vno ſudore dempto, quam magis prouocat. Videtur enim cōtra ratio oſtēdere de vomitu & fluxu. Nam ſi toto ſomni tempore, quod verè à Galeno oſtenſum eſt, viget humorum motus introrſum ad viſcera, ſicut per vigiliam extrorſum ad cutem, veroſimile eſt eo confluxu augeri, tantum abeſt, vt ſiſtātur vacuationes illæ. Præterea, ſi confirmato innato per

[Margin notes, left: "..a. Ther. 3." (beside "ne ſomni vigiliæque"); "Quarta 1.20" (beside "prauè habent"); "Nū ſemper calefaciat." (beside "que refrigerat"). Right: "1. Apho. 15. Lib. De maraſ. 2." (beside "bauritur. Deinde"); "Viſa de per ſomnū cur maiora." (beside "modè conſtat"); "Lib. De dignot. ex inſomnijs." (beside "ipſe ex ſuccis"); "Num coërceat vacuationes." (beside "bus omnibus"); "Secunda 1. doct. 2. 13. 3. De cauſ. pulſ. 10." (beside "oſtēdere de vomitu")]

bilem auget, dum meditatur, propter iugem spiritus motum infrigidat resolutione sua, & melancholiã auget. Demum quemadmodum proprio *Ad medium.* opere docet Galenus corporis temperamentum animam in varios mores commutare: ita è conuerso variæ animæ affectiones corporis temperamentum immutant: in illis videlicet functionibus, quæ vtrique parti nostræ compositionis communes sunt.

Modus secundus. ALTER modus desumi ex Aristotele potest, lib. De communi animalium motione. Ita enim habet, Visio & imaginatio rerum agendarum vim obtinent. Etenim species vel caloris, vel frigoris, & rei vel inducendæ, vel formidabilis, mente præcepta quodammodò talis agnoscitur, qualis quæque res est: idcircò motione solùm affecti tum horrore, tum metu perculsi videmur. Spectra itaq; externorum etiam in anima citra materiam recepta, non ita exuunt statum illum externum, corporeumque, quo obiecta nos immutant, quin seruent vestigium & vmbrã quãdam externorum vnde prodierunt, facultatem idcircò obtinent similiter externis imprimere, alterareque. Tertius modus minùs prioribus promptus, sed tamen & ille non ratione tantum, sed innumeris suasus est *Tertius.* experimentorum testimoniis. Ratione quidẽ sic. Cùm constent in orbe omnia, non modo cœlestia, sed & terrena miro & artificij pleno ordine, *B. Dionysius De cælest. hierarch.* in quo inferna parent, superiora imperent, siue diuinas illas contemplemur hierarchias, siue quæ sub lunari orbe continentur, & inter ipsas vegetantium facultates aliæ ministrent, & seruiant, attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix: aliæ imperent, ministrẽturque, nutritoria & genitiua, pro quarum arbitrio priores illæ ociantur, agunt, stata tempora seruant: par est credere maiorem esse obsequentiam naturalium ad animales facultates. Distant enim non solùm genere, sed & dignitate. Naturalium enim finis est esse, animaliũ, sentire, moueri, demum bene esse. Quidni igitur ex hoc facultatum ordine manabit potestas illa imaginationis & appetentiæ corpori imperantium, vt pro illorum arbitrio naturales animalium facultates operentur, & obsequentes pareant? In omnibus quidem illud animalibus, euidẽtius in homine, cui est imaginatio morosa magis, & impotens. Inter homines verò ipsos euidentissimè in melancholicis. Et ratio quidem ita. Experimenta verò apertiùs vrgent, quorum nonnulla referentur. Conspicientes alium oscitantem oscitamus contractis mandibularum musculis in opus imaginatæ oscitationis. Ideò autem magis *1. Probl. 34.* sequitur oscitatio, quàm vel pandiculatio, vel tussis viso pandiculante, vel tussiente, quia imaginationi promptiùs obtemperant in corpore, quæcunque facilè mouentur, vt spiritus, vt flatus, difficiliùs humores & membra: & ex motibus hi qui paratas habent, in quas operentur, materias. Ergo laxæ mandibularum carnes perpetuò continent flatum excuti per oscitationem aptum, non semper carnes torosæ, aut pectus, ideò rariùs obtemperant pandiculatio & tussis. Huc pertinet, qui ex intuitu mingentis mingit, id quod in brutis frequentiùs, in hominibus sæpè etiam spectatur. Ita enim certiùs dixeris, quàm quod quidam scripserunt in brutis: quia imaginatio visæ vrinæ, vel lutulentæ aquæ non satis mouet adiungere animalia illa odoratum, cùm homini solus conspectus mouere sufficiat. Planè enim in iumentis multo est id experimentum, quàm in homine crebriùs, in quorum grege, si quod adoritur mingere, reliqua identidem agunt: siue, quod scripsit Aphrodisæus, eò quòd rationem repugnantem non habeant, & loci inhonestatem non exhorrescant, quod homines faciũt: siue, quia cùm minùs tactu valeant, minus irritãtur à contenta vrina, quò fit, vt sæpe etiam multam retineãt ita fit, vt vi imaginandi facilè pellatur, eò quòd parata sit ad stimulandum materia. Iam dẽtes viso serræ exasperante motu torpent, & stuporem patiũtur, scilicet substantia constant durissima, sed eadem promptissimè à frigefaciente, calfaciente, exasperante, alterabili: quaque ratione ab externis intemperamentis promptiùs gingiuis efficiuntur: eadem ab conscepta asperitate, stridoreque. Infantes per somnum concipientes lumbricorum in ventre morsum, masticant, familiari vermium indicio, masticatoriis musculis imaginata exprimentibus. Sic Venus cõcepta intendit colem, somniata excutit semen. Nam voluntas ipsa, quid in toto corpore possit, notius est, quàm vt multis demõstrari egeat. Quæ enim in corpore pars non ritu obsequentissimi mancipij confestim à præcepto omni arbitrario motui obtemperat? Ganeones conspecto suaui edulio masticant, &, quod nõ facile credatur, sapore cupito linguam inficiunt. Inspectus pallidorum mouet augetq; icterum, rubidorum hemoptoisin, & in exanthematis ideò iuuat, quia extrorsum sanguinem propellit. In cõceptu verò *Rasis 9. cont. 2.* quid possit imaginatio, supra relatum est: præter quæ exempla non pauca sunt in cute infantis ef- *Cap. 49.* figiem, formamque cupiti à grauida, & negati edulij apparere, & si quippiam effusum est matris sinui, quod grauiter ferret, in sinu infantuli nonnunquàm videri. In hydrophobicis mira est imaginandi vis. Cùm enim ex melancholiæ illius pro- *Sexta 4. Tract. 4. Cap. 7.* prietate, morsi à rabido cane perpetua phantasia canes meditentur, vt tandem procedente malo canes se esse arbitrari, instar canum & ambulent, & latrent, tantum potest fixa canis imaginatio, vt per oculos exeunti vapori formam canis imprimat, quæ vel à speculo, vel à liquore quouis ad oculos ægrotantis rediens eum efferat, quasi canes inspiciat, vnde liquores omnes auersantur, quæruntur que potari se canum visceribus. Sed & non vulgares testes, nec pauci referunt, cõspexisse se in illorum vrinis canina frustra, simulachraque. Quosdam verò imaginationis effectus & ad primum modum, & ad hunc postremum simul referri, nil vetat. Nam qui facilè citra offensam, per angustam trabem graditur, per eandemque supra flumen positam titubat & cadit, potest habere causam, retractum spirituum ex timore. Musculi enim citra spirituum corporis mollem sustinere nequeunt. Potest & referri ad obsequentiam musculorum titubantium ex concepta, coniectataque ruina. Qui verò cùm inter sepulchra patrum deambularet, ex lapillo calceo hærenti, ita vt nisi à nudato pede auelli non potuerit, concepta opinione, quod ab auis vocaretur, intra hebdomadam decessit: potest & ad tristitiam morbi causa, & ad imaginationem imperantem referri. Quidam ex nostris, cùm decumberet causonizans, & frequenti delirio obnixissimè postularet, concedi sibi notationem in stagno illo, (monstrabat autem pauimentum) constare enim sibi aiebat sta-

tim ab ea natatione conualiturum se, & febre liberaudum: tandem consulente medico permissus est, cumque post aliquantum spacium crebrò cum fœmina iucunditate supra pauimentum domus volueretur, aiebat iam sibi aquam accedere ad genua, optare se tamen, vt sursum conscenderet. Paulò pòst lætior iam, inquit, attingit inguina: ita ascendente iuxta imaginationis concepta paulatim ad guttur vsque aqua, hilari facie gestiebat, pronuntiabatque se sanum iam factum, febreque liberatum. Accessit medicus, reperit hominem sanum, febreque liberum. Opinor, imaginatio & per somnia & delirantibus, quod paulò antè disputatum est, obiecta maiora proponit, quàm ipsa sint. Expetebat frigidum continens febris in visceribus ardens: id continens appellabat stagnum frigidæ, non secus quàm pituitam gustans, per somnium putat semel edere: cumque ex volutatione in pauimento paulatim à pedibus refrigesceret, fingebat aquam per crura conscendere vsque ad integram sanitatem. Circulatores verò quidam, dum vel figuris, vel verbis sanguineos flores compescunt, aut tela, quæ auelli non poterant, infixa nullo negotio trahunt: potest ad fidem eius qui sanatur, ex parte referri: densatis enim vi fiduciæ carnibus sequitur, vt sanguis introrsum, telum extrorsum protrudatur: vel, quod magis videtur, ex spiritus iniqui commercio talia parantur, sicut quarundam aliarum sanitatum Deus, diuique & sancti homines authores sunt. Sed hæc supra naturam sunt, nos inferiora rimamur.

Lib. De anima sect. 4. Cap. 4. Imaginatio an remoris imperet.

Illud magis expendendum est impium Auicennæ, & quorundam ex Arabibus placitum, quo astruunt humanam animam, quoniam sit forma non necessariò corpori hærens, proximaque supernis intelligentiis, imaginationis robore, ex natura ipsa comparare sibi potentiam producendi formas nonnullas, & in corpore cui inest, & in alienis, non secus quàm illæ superiores plures orbis inferioris formas metallorum, plantarum, animalium producunt, & gignunt. Huc referunt sanctorum opera, & miracula, quasi natura ipsa anima talia operante, non accedente sigillatim diuina ope. Sed multis refellitur.

Redargutio prima. Nam nec intelligentiæ ipsæ, licèt superiores humana sint anima, operantur, nisi naturalium agentium interuentu pluuias, serenitates, germinationes: multo minùs igitur hominis anima.

Secunda. Quid? quòd multa sanctorum opera omnes naturæ excedunt actiones, quod mortuus resurgat, quòd certò prænoscantur futura, vt constet non ideò fieri, quia natura obsequitur nobili animæ præcipienti.

Tertia. Deinde, plurimi sanctorum simplicitate animorum commendabiles fuerunt prece, non imaginatione potentes, & post obitum non minùs quàm viuentes.

Quarta. Quod si Maniaci fortissima imaginatio quòd sit mortuus, aut claudus, nemini mortem aut claudicationem etiam sui corporis intulit, quomodò credi par est, plus posse in alienum? Adde, quòd si homo distans obiectum citra contactum alteraret, in infinitum ageret, atque adeò infinita esset hominis anima. Cur enim non agat in quamuis distantiam, quod contactum ad agendum non requirit, siquidem ob tactus necessitatem in naturali actione interualli mensura exigitur.

Quinta. Postremò, in reliquis facultatibus, quæ natura sola feruntur, bene habet, vt inferiores obsequantur superiorum imperio: in ratione verò libera, quam creator noster arbitrij sui fecit, vt inuitas & repugnantes inferiore potentias (modò conaretur) suo imperio subderet, quomodò natura ipsa fecit has parentes illius impetio? Sed de his satis.

CONSEQVENS est, vt de reliquis tribus necessariis rebus, quomodo agant, summatim tradatur: & de motu quidem, cur calefaciat, semper quies infrigidet, libro De differentiis feb. disputatum est. *1. De differ. feb. 4.* De assumptis illud expendendum est, qui fiat, vt alimentum nonnunquàm refrigeret. Alimentum quomodò alteret. Si verum est, quod scripsit Galenus, alimentum omne, si verè alimentum fit, id est, coquitur, calefacere nos: etiam si vel frigiditate lactucæ polleat. Fit autem ob eam causam, quoniam intereà *3. de temp. 2.* dum sanguis & lactuca gignitur, pristinus, qui vasa replebat, absumitur: in cuius locum si succedit vel calidior, vel amplior præcedente, dicitur alimentum corpus calefecisse, sin qui ex alimento genitus est sanguis, vel minùs calet, vel parcior est absumpto, solet dici alimentum refrigerans. Itaque & omne alimentum si per se consideretur, *3. de temp. 9.* excalfacit, quando sanguis omnis calidior est humana temperatura: & tamen si conferatur ad statum corporis præcedentem, quædam calefaciunt alimenta, alia refrigerant. De retentis & excretis illud carptim admonisse satis est: Excreta quomodò alterent. excrementum omne retentum sibi attemperat corpus, excretum in contrarium habitum mutat. *Prima. 3. cap. De feda. 22.* Ita bilis immanens exsiccat & calefacit: vacuata refrigerat, & humectat: *Tertij de tumoribus.* vt non sit absonum, quod Auicenna quandoque docuit, etiam sanandis immaterialibus intemperamentis cōferre purgationes humoris oppositi temperamenti, in cephalalgia calida bilis, in frigore iuncturarum citra humorem pituitæ, & habeant medici immodicarum purgationem excusationem aliquam, temerè eas omni intemperamento consulentes. Siue enim humor abundat, sanat purgatio inaoientia nomine: siue intēperies, alterantis. Cùm ergo auctor in vsu sex horum cōseruantium auxiliorum duas tantum recipit indicationes, qualitatis vnam, quantitatis alteram, sub iisdem qualitatis, & quantitatis appellationibus varias in illis naturas significat. In aëre qualitas temperamentum est, in motu vehementia aut debilitas, in somno contectum, cubare, aut sub dio, in vacuatione confertà, vel per vices purgatio: in omnibus tamen vnum actionis per se principium qualitatis appellatione intelligitur. Quantitatis verò in quibusdam mole spectatur, vt in alimento, in aliis duratione, vt in somno, & exercitio, in aliis ne consideratur quidem, vt in aëre. Sed cur reiicit indicationem temporis, quam libro ad *Cap. 27.* Thrasyb. idem hoc argumentum tractans in numerum admittit? Sane negari non potest temporis indicationem à Galeno reiici cēu minimè artificiosam, siue tempus in affectus duratione spectetur, quod in Therapeutica facit, siue in reme- *1. Ther. 5.* dij adhibitiōne, quòd hic. Temporis indicatio. Posteaquā enim cōstat affectus qualitas & essentia, frustrà inquiritur generationis morbi tempus. Remedium enim non ex diuturnitate affectus, sed ex specie illius pensandum est. Sic in remedij adhibitione, postquàm intellectum est, quale quantumq; adhiberi oporteat, quid amplius temporis occasio quæritur? Si enim adhibetur extra occasionem, peccatum fuit, quia non quale, quantumque exigebat, accessit. Quare qui nec in qualitate, nec in quantitate remedij

medij peccat, nil est quò vlteriùs spectet. Ita intelligitur iustè repudiari indicationem temporis non necessariam, & in affectu, & in auailio. Est tamen quo respiciens pars aduersa se tueatur, curque Galenus ipse quandoque admiserit. Temporis affectus notitia ad curationem quidam nó facit, vt inter curatrices indicationes computetur, ad cognitionem verò curãdi affectus maximè facit. Remedij verò commoditatem sola qualitas & quantitas perficiunt: temporis consideratio ad qoalitatem, quantitatemq; auailij coniectandam summopetè conducit. Ita vtrobique per se, & primò frustrà tempus reliquis indicationibus, siue conseruantibus, siue curantibus annumeratur: interuentu verò agnitionis vtrobique numerari potest. Quid ergo ordo, nónne & ipse in alimento probitatem variat, & maliciam? Certè, sed eãdem excusationem recipit, quam tempus. Cùm enim ordo sit temporis habitudo penes prius & posterius in offerendis, nomine qualitatis & quantitatis continebitur, non secus quàm tempus. Si enim oblatom est alimentum, quale quantumque conueniebat, suo loco & tẽpore oblatum est. Offerri autem suo loco, obseruare ordinẽ est. Nam quod quidam respondent ordinem necessarium scopũ esse in complexione offerendorum, hic Galenum considerare simplicium absolutas indicationes, dum putant auctorem eacusare, incusam magis. Si enim conseruator sanitatis nonnunquàm plura alimenta, saltem cibum, & potum in vna mensa concedit, & citra ordinis in illis cõsiderationem, seruatis, licèt qualitate, & quantitate, peccabit: quomodò nõ est eulpãdus Galenus, prętermittẽs necessariam ad conseruationem indicationem?

Ordinis scopus

Optima igitur corporis constitutioni cùm circunfusus aër fuerit in temperie positus, earum rerum, de quibus nuper diximus, quietis scilicet, ac motus, somni, & vigiliae, & eorum quae assumuntur atque excernuntur, quantitas moderata conueniet. Quum verò aer à temperie recesserit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura recessus.

Docet vniuersalem methodum in optima sanitate proposita inueniẽdarum sea rerum conseruantium, duabus sententiis. Prima, si aër temperatus est, negotium medicum in moderandis reliquis quinque versatur. Secunda, si labitur aër à temperamento, oportet reliqua quinque non admouere moderata, sed in contrarium pari cum aëre lapsu inclinantia.

Pavlò tamen vberiùs illa agitanda sunt, quod sunt conseruatrices, quotque curatoriæ indicationes t postmodum quanta sit aëris in alterando dignitas & visttandem conseruatio temperati num iusta Galeni consilium eaercenda. Ergo cõscius Galenus, quã crebrò interturbet medicũ in opere indicationum eopia; cùm anim sit indicatio eius, quod agendum est, insinuatio, si multi constituantur tales loci, nec ad breuem numerum redigantur, non facilè oecutrent, & inter se pugnantes, & varij ancipitem medicum reddent, magis quàm instructum: cónatur in vtraque parte artis & conseruatoria, & curatrice, numerosos illos locos ad breuissimum indicationum numerũ redigere, & in tuẽda valetudine hic duos constituit, præsentem habitudinem, & aëris tẽperamentum. In curatione verò, in Therapeutica tractatione tres, præsentem affectum, præcedentem ante morbũ & aërem. Cur hìc duæ, illic tres numerentur, ratio aperta est. Qui tuetur, huc tantùm tendit, vt duret nihil mutatum, quod adest: qui sanat, mouere satagit, & ex vno in aliũ statum perducere: non perducet autem, nisi vtrunque motus terminum agnoscat, ita curanti vtriusque status cognitio necessaria est, cõseruanti solius præsentis. Cur vtrobiq; accedit ea aëre indicatio vnius ex sex, apertè satisfacit Galenus. Aëris temperamentum, cùm à superioribus pẽdeat, supra artem est. Nam quod rore infrigidamus per æstum, igne per hyemem eacalfacimus, minùs est quàm vt insigniter regionis aut temporis statum permutet. Igitur quia oportebat aërẽ, sicut & reliqua quinque, attemperare, affactui vel cõseruando, vel curando, neque datur tamem: reliquum est, vt ad aërem medicus perspiciat, qui si fauet scopo, illo fruatur: sin pugnat, per alia quinque, in quę imperium habet renitatur illius offensæ, vt ita ex omnib. sex euadat, quod proposito affectui cõducat.

Indicationum medicatorum numerus. 4. Ther. 7.

Qvanta verò sit aëris in alterando vis & potentia, ex sequentibus colligere est. Cùm reliqua omnia per interualla in corpus operẽtur aër continuò agit, hæc prima prærogatiua est: altera, non manet in corpore instar alimenti patiens, & refractus, sed subinde accedit nouus: tertia, & intrò per respirationẽ à corde capitur, & introrsum per vniuersam cutem ab arteriarum distentione: quarta, cótinens non solùm ipsum agit in corpus, sed in alimenta, potusque, ea sibi attemperando, & eorum interuentu corpus nostrum: quintò, non tantùm qualitate alterat, sed etiam materia substantiaque spiritus alit, ita vtriusque causæ rationem in agendo subit efficientis & materiæ: & à priore quidem ita aëris potestas intelligitur: à posteriure ea eo quod verissimè admonuit Hippocrates, in longis morbis patrium solum vertere. Si enim ea pugnat aër & vincit etiam medicamẽtis & arti insuperabilia, quomodò non superabit eaigua illa conseruantia auailia? Sed quomodò crebrò causamur, & querimur de alimento, quod ægrotandi causam dederit, de aëre rarissimè? Ita videtur, diuturnitate temporis, & mora, plus potest aer. Siue enim migret quis ab alieno ad patriũ aërem, paulatim sanatur, siue à patrio ad alienum, tractu temporis ægrotat, magis quàm alimenti ratione mutata: semel si ambo corpori accedunt, aër tenuitate vincit, ideò & agendi celeritate: alimentum formæ multitudine densitateque, ideò & robore. Nec ostendit oppositũ quorundam ratio. Absentia aëris plus quàm alimenti potest, perimit enim confestim: ergo & præsentia eius plus quàm alimenti. Neque enim sequitur necessariò, vt si quid in genere necessarium est, sit etiam vehementia sua & robore necessarium. Illa magis Aristotelis interrogatio soluẽda est: Si aër plus quàm assumpta alterat, cur iter agẽtibus magis quàm aëris, aquæ mutatio cauetur? In qua vt philosophi responsa silentio prætereamus, de quæsiti veritate monstrat experimentum, si mutatio est ad magnam distantiam, vt si ad Indos quis, vel Germaniam ab Hispania nauiget, aëris mutationem timeri ab omnibus, non aquæ: si ad breue aliquod spatiũ. vt si ab vrbe ad suburbium, vel ab vna prouincia ad vicinam, aquas caueri magis. Nec minùs astipulatur ratio eaperimento. Aër non à terra mutatur, sed à vario ad solem ac-

Aëris vis.

6. Epid. sect. 3.20.

1. Probl. 13.

cessu mutato climate, cumque in breui spatio aspectus solis insigniter non mutetur, nec aëris mutatur, quæ metuenda sit temperies. Aquæ ea rerte cauernis originē habent, & naturam, & quia pro terræ exiguitate etiam in vna patria fontes & putei admodum variam aquam fundunt, non eandem fit, vt intra exiguum terræ spatium aquarum varietas insigniter obsit. Ita fit, vt si seruetur permutatio ex comparatorum lege in aëre & aqua, magis cauenda & noxia sit aëris mutatio, si inæqualis est vtriusque mutatio, euenit, vt quandoque aquæ insulitæ meritò magis timeantur. Sed

2. de temp. 1.

& illa non minoris contemplationis consideratio est, nec minùs attentum animum requirit, accedendum ne sit magis his, qui putant intemperaturæ aëris repugnandum esse per vnum ex quinque æquatæ ad aërem contrarietatis, an per omnia quinque, quorum vnumquodque simili oppositione polleat. Nec modò vtriusque partis rationes in medium afferre opus est, sed propositi ea loco vno veritas in hunc elicienda est modum.

Aëri an per 5. subueniēdum lapso. *9. Ther. 14.*

Docuit Galenus in Therapeutica, aëris intemperiem morbosi intemperamenti rationem subire, nec dissimiliter illi subueniendum esse: quod si morboso intemperamento subuenimus, non per multa, quorum vnumquodq; aquam vim habeat mutandi trahendique in aduersum corpus, sed vel per vnum eà vehementia pollens, vel per multa debilia, remissaque, ea quibus coalescat par cum morbo vis: Conficitur de aëris intemperie pariter sentiendum esse, perficiendamque esse conseruationē cōueniente aëre intēperato per duos frigoris numeros, adhibitione vel vnius ea his quinque, quod per duos itidem numeros excalfacere corpus queat, vel multorum minùs calidorum, ea quibus iunctim vnum conficiatur æquè cum aëre potens. Nec tamen ita satis instructus est medicus, qui in opere potissimum sequatur, nisi illud adiiciamos multa dignum animaduersione: sicut in morborum curatione, non est satis intellexisse ad probam curationem æquatum cōtrarium, nisi etiam modus ipse adhibitionis in curante remedio respondeat morbi motui, vt si morbus festinat & velociter mouetur, cōtrarium illud non sensim, & per partes, sed vniuersim semel applicetur, sin lentus est morbi motus, longo tempore per varia auxilia paretur æquata illa, quę sanitatem perficiat, oppositio. Non secus in aëris

Hipp. lib. De morbo. 5. 1. Apho. 7.

intemperamento, cuius est lenis & morosa admodùm alteratio, non confert vnius intensi & æquata contrarietate pollentis adhibitio: sed multorum per dies multos imbecillium frequenter repetitus accessus, quò euadat conseruatio potens, & tuta simol. Si enim æstiuo aëri coneris obuiare per solùm aquæ niualis potum, non sine periculo importunè corpus refrigerabis, & pauló pòst ęstiuo suberit calori. Præstat itaque aëris intemperamento, sicut diuturnis & lentis affectionis, per quinque leniter aduersa repugnare, ita vt iuncta conficiant æquè potens contrariam aëris offensam prohibiturum. In quem sensum alibi docet,

1. Epid. sect. 2. 7. 3. temp. 8.

obuiam eundem esse aëri frigescente per exercitia calida, alimentum excalfaciens, & vinum modicum (immodicum enim propter cruditatem refrigerat) quòd aquam ferat, & potens sit (ita enim vertendum est, quod prauè legitur, *quòd aquam ducat.*) & reliqua necessaria ex ratione calida.

Methodus verò conseruatoria temperati à Galeno tradita non vacat difficultate. Primùm,

Temperamenti conseruatio.

si certum est, quod alibi idem docuit, sicut inter varias naturas solam temperati conseruationem expetere similium adhibitionem, reliquas omnes contraria: ita inter temperati ætates, vnam tantùm similibus, temperatisque bene habere, reliquas omnes aduersis gaudere: quomodò recipiendum est, vt citra distinctionem similibus vniuersim statum custodiamus corporis simpliciter salubris. Deinde cur aëri intemperato obuiat, nō per reliqua quinq;, quod oportebat, sed per quatuor prætermittens animi affectus. Postremò tēperatus motus, somnusque, quem præcipit adhiberi, nullus est. Omne enim exercitium excalfacit corpus, validum multum, infirmum parum: sic omnis somnus humectat plus minùs, hos effectus vt cauere nō possunt, ita nec temperiem mediam inducere. Quæ tamen soluere, non ita magni negotij est.

Solutio primi.

Ætates enim intemperatæ, vt & naturæ, meliùs contrariis disponuntur, vna dempta pueritia, cuius humiditatem, quoniam naturalis sit, medicum tueri decet, non amoliri, ait Galenus,

1. De san. 10. De vict. pro. 7. 14 Ther. vlt.

non appellans naturalem, quoniam ab ortu contrahatur, nec quoniam sequatur ad naturæ opera: multa enim talium magis auferre oportet quàm custodire, sed in eo significato sumens, quo naturale dicitur functionibus vtile. Quid enim vitæ vtilius, quàm natiui humidi quantitas vitæ durationis origo & mensura? Ergo pueritiam excipe, & reliquas ætates præter temperatam adolescentiam, oppositis præstantiùs conseruabis, quàm similibus. Sed ea explicatio, vt in libris illis magnis De tuenda valetudine neglecta non est: ita in hoc opere, vbi per capita tantùm res explicantur, sine errore omissa est.

Secundi.

Quòd verò causantur obliuionem Galeni in eo, quod affectus animi in catalogo rerum necessariarum præsenti omiserit, Haly magis amicè excusat, quàm verè. Ait, moderari affectus, munus esse moralis philosophi, non medici: ideò Galenum, ne metas medicinæ excederet, moderari reliqua quatuor, temperantiam in animi affectibus ideò omisisse, ne videretur falcem mittere in alienam messem: quasi nō sæpè medici sit consulere quædam, quorum tamen confectio, perfectioque ab alieno petenda est artifice. Ita consulit certa condimenta, vestes, ædes, affectus, quæ tamen alimenta cōdiat culinarius, vestes sartor cōficiat, ædes lapidarius erigat, affectus moralis inducat. Nec verò auctor ea excusatione indiget.

Tertij.

Nam affectus hîc omissos ante finem capitis recenset oportere esse moderatos, nec multum interest, continuòne, an interpollatim quinq; illa scribantur. Sic in soluendo tertio deludūtur nonnulli, supplentes in auctore adhibenda esse temperata, non in omnibus sex, sed in illis tantùm generibus, in quibus datur media temperies: quos tamen oportuerat aduertere, dum motu temperato cōseruamus non adhibere nos cōseruationi solum motum, sed permixtum quendam statum ex motu & quiete: si non per somnum tantùm, sed per vicissitudinem certam somni, vigiliæq;. Cùm ergo in ea complexione contrariorum, pro varia portione coëuntium quandoque sequatur moderantiam actionis, nonnunquàm calefactio, alibi infrigidatio: potuit Galenus reperire in singulis his sex, quod præciperet moderatum temperati conseruationi appositum.

Hi verò

Hi verò sunt mediocritatis termini, in aëre quidem ambiente, vt neque horreat propter frigus, neque sudet propter æstum. In exercitijs autem cùm primùm lassari cœperit corpus, confestim quiescere. In cibo autem coctionis perfectio, & excrementorum modus, in quali, quantóque conueniens. Æqualis verò in his quodammodò est coctioni appetitus. Quare neque præside egent, qui singulorum, quæ assumuntur, quantitatem metiatur. Optima siquidem natura quantum appetit, tantum etiam concoquit.

ACcedens iam particularius ad propositam conseruationem, docet inuenire mediocritatem, quã ostendit paulò antè huic corpori conuenire in quantitate aëris, motus, ciborum, paulò post eandem in reliquis demonstraturus. Primò in aëre, colligit temperantiam ex effectu, si non cogit hominem in eo conuersantem, vel præ frigore horrere, vel præ æstu sudare: In motu, si adhibetur citra lassitudinem: In cibo, si natura integrè coquit, quod ex excrementorum moderantia & coctione desumi potest. Secundò, quoniam in alimenti mensura sæpiùs ob voluptatem peccatur, videbaturque res exigere plures coniecturas, respondet in proposito corpore optimè sano ferè abundare quantitati moderatæ in sumendo alimento indicia: eò quòd ob probitatem constitutionis suæ respondent mutuò naturales facultátes appetendi & coquendi, ita vt fames ipsa præscribat sibi conuenientem alimenti modum, nec infra coctionis vim subsistens, nec eius potẽtiam excedens, vt medico ductore parum opus sit.

GALENVS quidem sic. Nostræ verò partes sunt de propositis per ambiguas rationes disceptare, de aëre, exercitio, cibo, de responsu illo facultatum inter se. Igitur de aëre illa occurrũt, qui fieri potest, vt in aëre inquirat moderatam quantitatem qui in omni statu circundat hominẽ, neq; ampliùs progreditur: aut quomodò quantitatis

Aëris moderantia quæ. 5. sympt. vlt.

metæ sunt, non horrere, non sudare. Deinde latitudinem temperamenti in aëre immodicè extẽdit. Si enim primus frigoris gradus finitur immanifesta refrigeratione, latitudo frigescentis vsque ad horrorem, aëris primum frigiditatis gradũ complectetur. Sed & illud dicẽdum est, si temperatus aër tuetur cutis temperaturæ mensurã, quomodò idem aër tuebitur salubris cordis colorẽ tantò intensiùs cùm feruẽtis? Postremò si vernus aër conseruat salubris corporis temperamentum, cur nudatus veri, expositúsque horret & læditur? Soluũtur autem concedenti in aëre quantitatis scopum

Solutio primi.

locum non habere, Iu cuius vice author qualitatem expressit temperamenti. Vel, quod satius est, etiam in illo quantitatem duratione metiamur, non aëris ipsius duratione. Quemadmodum somnum duratione somni metimur, sed duratione hominis in dato aëre. Cum enim vitari non possunt aëris in qualitate per anni tempora lapsus, quantitatem moderatam paramus ex pauca mora in aëre æstiuo ante sudoris initium, in hyberno ante inceptum horrorem. Iam quod de horrore

Secundi.

obiiciunt, in hunc modum expediendum videtur. Reperitur Galenus nonnunquàm verbo (manifestè) vel (sensibiliter) paulò latius vti: vt quando senes & pueros cum conualescentibus ait ideò esse neutros, quia immanifestam patiuntur functionum læsionem, quæ tamen non modò sensu agnoscitur, sed etiam magnitudine sua curatione refugit. Sic alibi vinum album austerum sensibiliter refrigerare fassus est, cùm tamen primi gradus frigiditatem vinum difficulter admodùm recipiat, secessit nunquàm: hîc verò tẽperamenti metas producit ad sensile, vsq;, imò & lædẽs frigus, aut æstum. In quibus locis prima solutio est: Significatione non ita angusta & coacta venire ea vocabula. Altera solutio huic loco propria: non definit hîc Galenus latitudinem temperati aëris, tantùm manifestat, qualem cupiat aërem temperato corpori adhibendum, cùmque iuxta senis consilium præstet ad insueta permutari, non vult conseruari id corpus perpetuò Inexquisitè medio aëris temperamento, sed ita tantùm eligendum moderatum, vt non ad valde extrema periculosè accedat. Conseruat autem moderatus aër cutis

De euch. 19.

2. Aph. 50.

Tertij.

temperiem præsentia sui temperamenti, cordis verò multò aliter, & quemadmodum paulò antè per temperatum somnum illud tuebamur, id est, per complexum ex somno, vigiliáque certa proportione & mensura coëuntibus ita hîc temperiem cordis tuemur aëre moderato, id est, vicissitudine, complexúque attracti aëris, & expulsi. Quia enim non semper trahitur aër à pectore, quando autem non trahitur, excandescit cor, & vltra naturalem statum inflammatur, à sequente aëre inspirato, moderatóque reducitur in moderatum, refrigeratúrque, & ea refrigeratione simul cum ocio attracti aëris in temperamento durat: nõ secus quàm corpus hoc moderata hyeme iuncta æstati sanitatem suam tuetur, ita somnus perpetuò humectat, siccitus vigiliæ cõseruat, aër temperatus perpetuò cor refrigerat, iunctus expulsioni tuetur cordis moderãtiam. De eo verò qui nudus verno aëri exponitur, nõ est operosum soluere. Pars veste cõtecta tarescit, ideò aëri peruia est: cúmque per eam accedat, ad carnes, aër quandoque etiam ad viscera infrigidat, & horrorem infert: quantò siquidem carnes cute extima calidiores sunt, tantò aër cuti similis carnibus frigidior.

Quarti.

EXIGIT ordinis ratio, vt de exercitio inquiratur vsus, quantitas, & occasio. Igitur multiplicem ad tuendam valetudinem exercitij vsum & testimonijs ab effectis stabiliemus, & ratione à causa petita. Testimonia sunt, quòd mechanici, & villici victum sumentes improbissimum, sola exercitij ope cursum vitę incolumem transigunt, quem nobiles multi selectissimo victu vtentes ægerrimum ducunt. Quod membra, quæ occasione quauis ociantur, gracilescunt, inualida fiunt contrahuntúrque, exercitata verò vegetantur, & in omnem dimensionem crescunt. Quod homines carcere detenti pallidi breui, & facie cachectica euadunt, aues in auiarijs, pisces in viuarijs insipidi, insalubrésque. Quod inter animalia leuissima sunt agilissima, pisces non ita magni, auésque, grauissima excrementitiáque, pedestria, & ex auibus palustria, ex piscibus cetacea: demum videtur hic, quod in reliqua vita, euenire, vt non conueniat animæ cum corpore, vt quemadmodum anima quiescẽdo fit sapiens, ita corpus exercendo sanum, robustúmque. Inter medicinæ verò proceres Hippocrates, duos sanitatis tuendæ cardines esse docet, ad labores impigrum esse, ad alimenta verò insaturum. Galenus pollicetur, & suo, & amicorum obtemperantiũ exemplo, neminem in vita ægrotaturum, si integrè ante cibum exerceatur, & in cibis abstineat à prauis, crassisq;:

Exercitij vsus

2. Collect. 2.

6. Epid. sect. 4. 23. De euch. 3.

conferénſque duo illa ſanitatis capita mutuò, exercitium præfert: niſi quis, ait, ſatis exerceatur, nulla ciborum parſimonia tueri ſe poterit à morbis immunem, niſi per interualla dierum inopiam exercitij purgatione, vel ſanguinis miſſione compenſet: ſin integrè exercetur, etiam aliquando in alimēti ratione peccans, durabit, nec morbos experietur vnquàm. Ita ferè vniuerſa ſanitatis ratio in exercendo corpore ſita eſt, non ſolùm benefaciens ipſa, ſed emendans victus errores. A priore verò non minùs firma demonſtratio eſt, corporis alendi, tuendíque in ſanitate, vis omnis in alimenti poſita eſt appetentia, coctione, diſtributione,

2. Aph. 17.

purgatione. Siquidem alimenti excrementa per moram in calido humido loco putrent morborum ſeminaria: quæ omnia exercitium appoſitiſſimè præſtat, appetentiam augens reſolutione, coctionem calore, diſtributionem motu ipſo, expurgationem delatione & meatuum reſeratione.

2. De ſanit. 3.

Cur autem eiuſmodi opera edat, Galenus ait, cauſæ priores ſunt, durities membrorum, quæ diſſolutionem laxantis humiditatis ſequitur, calor ex attritu membrorum mutuo, delatio ſpirituum extrorſum multo ex motu concitatior.

Exercitij modus.

Sed quænā eſt iuſta moderatáque exercitij menſura? Illud ante omnia exploratum conſeſſúmque eſt, motum, qui non cogat ad crebram anhelationem, non ſolùm non eſſe mediocre exercitium, ſed ne exercitium quidem eſſe. Ita enim Galenus

2. De ſan. 2.
Tertia 1. doct. 2. 1.
De euch. 3.
Libr. 1. 2.

cum Auicena definiuit, quòd ſit exercitium motus laborioſus reſpirationem mutans. Quocirca meritò deridet eos, qui leues deambulationes exercitij nomine compellant. Quod autem iam exercitium eſt, poteſt eſſe mediocre poteſt & à mediocritate recedere ſiue per defectum, ſiue per abundantiam. Mediocritas quibuſdā notis agnoſcitur, vna eſt, & ea maniſeſtiſſima Celſo, laſſitudo citra fatigationem: ita diſcriminat fatigationem à laſſitudine, quaſi excedens à moderato exercitio. Nec recedit Galenus hîc docens moderantiam motus & quietis accommodam temperamento corpori, cùm primùm cœperit laſſari, confeſtim non antè, non pòſt, quieſcere: id quod

Lib. 2. 14.
Tertia 1. doct. 2. 3.

in libris De ſanitate tuenda explicat, cùm primùm grauatæ moueri incipiunt, & alacritas illa, iucunditáſque motionum minui incipit. Altera nota mediocritatis non ſolùm Celſo traditur, ſed & Auicenæ explicatior, cùm ſudor effluit copioſus. Diligenter ſeparat ſudorem ſufficientis exercitij ſequentem ad viſcerum calfactionem, vnde alimenti vapor vbertim ad cutem accedens, defluit à madore leuiuſculo, qui in multis & hominibus & iumentis viſitur, cùm primùm moueri adoriuntur, detruſo ſero vaſorum ad cutem præ impetu commoti humoris. Vt enim hic prior, pareúſque nondum exercitij ſignum eſt, ita poſterior ille abundánſque moderatum definit. Nam quæ addit Auicena de carnium rubore, tumoréque, aliunde de ſumpta videntur, nec in proprium tranſlata locum. Cùm enim de frictione moderata ita doceat Galenus, quando ſola adhibetur

2. De ſanit. 14.

augendæ carnis gratia, eò vſque in fricando perſeuerandum eſſe, quò vſque incipiat caro & detumeſcere, & ruborem amittere: vbi verò adhibetur præparatoria functio, tāquàm exercitij pars, multò antè ceſſandum à frictione eſſe: Auicena transferens ad exercitium vniuerſim, putat continuari oportere exercitium, vſque ad carnium detumeſcentiam. Quæ ergo ſit mediocritas in motus & quietis genere, explicatum eſt, non quaſi ſemper obſeruanda ſit, ſed in ſolis moderatis hominum naturis, quales impræſentiarum nobis proponuntur. Nam ſicut in reliquis neceſſariis, etiam in motu pro temperamenti varietate, non eadem omnibus conueniunt, ſed ſunt quibus parcum, ſunt quibus nullum, aut etiam amplius moderato præſter exercitium, fameſcens & inanitus, dicebat Hippocrates, laborem non tolerat. Qui verò

2. Aph. 16.
2. de ſan. 4.

ætate, aut morbo fractus eſt, vel etiam cui pars aliqua infirma, vt aliis crura, aliis brachia, iuſto exercitio non indigent, ſed ſola vel geſtatione, vel frictione partis infirmæ. Pituitoſæ naturæ, excrementorum nomine, amplius requirunt moderato: biliofis quandoque conuenit in totum exercitiis parcere, ſolíſque leuibus motibus contentos eſſe, quandoque admittunt, ſed infra modum, quem anteà expoſuimus: videlicet ſi calor immodicus eſt, ita vt iam deurat, abſtinere conueniur,

Ga. de motu quieteque.

acres enim fuligines, dicebat rectè Tacuinus, per motum humoribus permixtæ excalſaciunt, febréque inducunt: ſin calor non immodicè ſuperat, concedendum exercitium eſt, ſed parcum. Demum idem de exercitio in calidis naturis, quod de vino cenſendum videtur, nam & Hippocrates vtraque coniunxit, dicens in calida natura refrigeratio, aquæ potio, quies, & in eum modum conciliari queunt aduerſantes Galeni loci, dum aliquando talibus prohibet, aliquando cautè conſulit exercitia, viniq́; diluti potionem.

6. Epid. ſect. 4. 15.
Exercitij occaſio.
3. de ſanit. 15.

Occaſio verò aggrediendi exercitij omnibus eſt matutinum tempus, non tamen ratio eorum recipienda eſt. Sumunt enim oportere ante exercitium tres coctiones perfectas eſſe, vnde conficiunt manè conuenire, quoniam eo tempore coctiones præceſſerint non iam antè actæ cœnę, ſed heſterni prandij. Si enim, inquiunt, alibi demonſtratum eſt ventriculum decem ferè horis coquete, etiam ſi ſingulis ſequentibus ternas tantùm tribuamus, poſt ſedecim horas à cibo laborādum eſt, ſedecim horæ nō interponuntur cœnæ & matutinis. Hæc illi, in quibus & malè colligunt, & falſa aſſumunt. Si enim laborare non concedunt,

23. 3. Tract. 3. 8.

niſi poſt tres prandij coctiones, quomodò nō magis offendet cœna adhuc in ventriculo nō percocta? Nec verò oportet, vt tres pręceſſerint coctiones: ſed ſi diſtribuatur tempus intercedēs duas cibationes in partes tres, in prima vētriculus apponit ſibi alimentum: in ſecūda vnit, apponitur verò hepati: in tertia aſſimilatur ventriculo, vnitur hepati, diſtribuitur membris, ſequitúrque ſumendi nouum alimentū tempus, in hoc tertio non antè, non pòſt, opportuniſſimè exercemur. Si enim anticipat, exercitatio rapit incoctum ad membra, ſi tardat, non rectè diſtribuitur percoctum: ita fit, vt matutina ad prandium vſque ſaluberrima ſit exercitatio. Pariter & illud intelligitur à cibo ſumpto nobis locum exercendo corpori non ſupereſſe. Si enim prandium (quod priſci faciebant) eſſet parciſſimum, paulò pòſt incolumiter cōmitteremus nos labori: nunc autem egregiè pranſis non ſupereſt interuallum ad cœnam vſque conficiendo integrè alimento in ventriculo, & iecore, Ita fit, vt accedens labor alimētum ex dimidio coctum, quod à vigilia mandatur, cogat, detrudátque ad membra futurum obſtructionum, & omnigeni morbi ſeminarium. Nam quod Auicena &

2. De ſanit. 3.
1. Criſ. 12.
3. Natu. 13.

Haly

Aui. tertia 1 doct. 2. 7. Haly. 1. partic. 13. Hipp. 2. acut. 22.

Haly commendant à cœna deambulationea & Hippocrates in cruditate, non sunt exercitia, sed motus quidam detrudentes alimantum non ad membra, sed ad ventriculi fundum, vbi magis festinat coctio: non propter partis carnulentiam, quod multi opinantur, sed quia nil intercedit actionem ventriculi impediens, & magis accedit alimentum iecori, lieni, omento non parum coctionem promoturis. Cur verò non similiter à prandio deambulatio laudatur? Scilicet obuiamus his, quæ secuturæ sunt, noxis: & quia prandium ferè sequitur noxius motus, somno coërcemus in ventriculo alimentum, ne facilè crudum deferatur: post cœnam verò, cùm ea decubitu magis timeamus fluctuationi alimenti in ventriculo, conamur illud lenta deambulatione detrudere, deprimeréque ad somni quietem.

Tertia 1. doct. 2. 4.

An autem verè scripserit Auicena horam diei eligendam temperatissimam, quam vult per ver esse meridiem, per æstatem ante, per hyemem post meridiem ad vesperam vsque, nisi quid impediat, non est facile decernere. Nam in hyeme, præterquàm quòd vespertina exercitatio cogit ad cibationem tardissimam, molestámque, etiam videtur conuenientius, vt in subsidium algentis aëris matutinis horis exerceamur.

2. De sanit.

Nec se Galeni authoritate tutari Auicena potest, qui in alia necessitate & ratione eligit veria meridiem: cùm scilicet primùm adolescens pueriles annos egressus, nudandus est ad frictionem, quam exercitium sequuturum est: timet enim, ne insolita nuditas puerilibus carnibus horrorem incutiat: vbi verò iam exercitium abiit in consuetudinem, iure etiam peragendum est recto indutóque corpore, temperaturæ continentis cōsideratio superuacua.

2. Aph. 48.

Est & quod in Galeni sententiam obiectari possit, dum lassitudinem quiete curat, cum Hippocrate scribente, *In omni corporis motu cùm cœperit quis laborare, quiescere confestim remedium est.* Nam si quies nō affert lassitudini contrarium, sed solam lædentis causæ cessationem, quomodò curat, maximè cùm totus liber

2. Ther. 2.

quartus De tuenda valetudine in eo versetur negotio curandæ per aduersa remedia lassitudinis. Sed meminisse oportet ex affectibus eos qui essentiam suam in generatione habent, vna causæ ablatione sanari, qui verò geniti sunt, nō nisi contrarij pugnantis accessu. Cùm autem quis laborare incipit, in generatione lassitudo non fixa genitáque est. Sed demus quiete lassitudinem sanari, qua ratione adiectione nouæ lassitudinis cessabit.

De vict. acu. 25. 2. Aph. 46.

Quod Hippocrates scripsit, *Qui lassus est currendo, luctet, qui luctando, currat:* Galenus exponens authorem ipsum, sui dicti causam afferre inquit, quę librarij incuria fortè excidit, nec tamen valde obscura est. Sicut enim ex duobus doloribus, qui non secundùm eundem locum fiunt, vehementior obnigrat, tollítque è medio alterum, quoniam reuellitur defluxio opposito dolore: sic accedente oppositorum musculorum ex nouo exercitio fatigatione, & calore, reuellitur colliquamentum omne, lassitudinis fomes, & ad reuulsionem prior tollitur lassitudo.

Alimenti modus.

MODERATAM alimenti copiā colligit Galenus ex coctione sequente: tantum enim sumendum est, quantum integrè conficitur. Nam in sanitate corporis tuenda exercendum vsque ad lassitudinem, cibandum verò citra cruditatem est: ita enim pinguescit corpus, & athleticum euadit. In animo excolendo multo minor & exercitiorum, & alimenti modus necessarius est: similiter, & dum ægrotamus, ne grauata vis impotens expugnandæ morbi violentiæ reddatur. Ita verò temperandum est hoc indicium, si sequitur cruditas ad alimenti excessum, non ob aliam quampiam causam. Potest enim modicum alimentum, sed vitiosum, vel intempestiuè sumptum, in vētriculo corrumpi. Alterum indiciū excrementorum moderata quantitas, & qualitas, & de quantitate quidem ratio manifesta est, si respondent ea, quæ deciduntur, ei, à quo separantur, quātitas quantitati. Qualitas verò coctionis ideò ostendit nil in quantitate sumpti alimenti peccatum esse, quia quod immodicè sumitur non solùm ipsum malè conficitur, sed & excrementa remittit crudiora.

Tertia 1. doct. 2. 7.

Sed satius est dictis adiicere duas alias ex Auicena notas insignes & manifestas. Prior, Omnis, inquit, qui rationem habet valetudinis suæ, nō edat vsq; ad satietatem integram, sed reliquiis famis nondum cessantibus surgat à mensa. Altera, nō sumatur vsque ad respirationis paruitatem, pulsus verò magnitudinem. In quarum vtraque est, quod merito dubitari possit. Si enim temperatum hominem, cuius & ventriculus temperatus est, dicente Galeno, tantum oportet sumere, quantum appetit: calidus verò ventriculus minus appetit quàm coquat. Quapropter ne membrorum humiditas dissipetur, plus aliquanto quàm appetat, insumat, oportet. Conuincitur Auicenæ sententiam in solo frigido ventriculo locum habere, cuius appetentia vincit coctionem. Sed prudenter intellexit Auicena, trahi penè vniuersos homines voluptate alimenti, & non vera fame plus ingerere, quàm natiua ventriculi expetat appetentia. Quapropter consulit, ne appetitui ex toto concedamus, illi, inquam, appetitui, qui imaginationem & memoriam retroactæ voluptatis sequitur, non veræ ventriculi appetentiæ, de qua iuxta variam vētriculi temperaturam, iuxta explicata, sentiendum est. Iam quod de magnitudine pulsus affert, nullam admittit excusationem.

3. de caus. puls. 25. De vsu pulsus, initio.

Si enim moderatus cibus pulsus edit maiores, vehementioresque, largior moderato non maiores, sed inæquales, non secus, quàm congeries lignorum aceruatim opprimens igniculum, oportebat pro nota moderati alimenti scripsisse pulsus magnitudinem, immoderati autem inæqualitatem. Nam Galenus alio & loco, & tempore potuit docere, exsatiatis respirationem paruam fieri propter compressionem septi, pulsum verò magnum, aucto innato calore, qui licèt inæqualis sit, plures tamen habet maiores moderatis distinctiones. At quod pro indicio immodici cibi memoretur magnitudo pulsus, multo certius, familiariusq; indicium moderato, quàm immoderato alimento, nulla ratio recipit. Ergo in hunc sensum Auicena audiendus est: Paruitas respirationis cum pulsu magno iuncta (est enim bona parte magnus cum inæqualitate) indicat erratum esse in alimenti excessu: multo tamen certiùs scriberetur, Paruitas respirationis cum pulsuum inæqualitate.

Ars conseruatrix an vtilis.

CVM verò Galenus hic in temperatis corporibus solam naturam sufficere doceat, ad valetudinem tuendam, arcendósque morbos, meritò expenderetur, sitne aut vtilis, aut necessaria satis pars, hęc artis conseruatrix: allatis primùm in medium multorum è plebe verisimilibus probatio-

nibus,

nibus,quibus sentẽtiàm suam muniint, inutilem esse asserentes. Primùm, eitant in medium plebeios homines; rusticos, mechanicos, vtentes victu sordido & prauò, nec vnquàm medicũ adeuntes, conferúntque eum nobilibus & magnatibus, quorum est alimentum, & viuendi ratio exactissima, quibúsque perpetuò assidet medicus: & tamen priores illi robusti sunt, & rarò ęgrotant, posteriores valetudinarij semper, erebrò autẽ morbo experiuntur. Addunt & illud vulgare, Qui viuit in puncto, viuit in dubio. Afferunt in medium conditionis humanæ incertas vicissitudines, quas cùm oporteat aliquando experiri, cum summo vitæ discrimine ab inexperto tentantur. Illa verò ratione potissimùm vrgent, quòd natura prouidit animalium saluti, dum natiuos indidit ad necessaria instinctus, iudiciáque, quibus singula eligunt locum, & aërem familiarem, aues volare, pedestria ingredi, pisces in aqua nare. Quin & natura duce multa commutant hyemalem aërem, commigrantia in alienas, tepidioréisque sedes. Alimentis verò seligẽdis iauttix lingua posita est: sicut somno, vigiliæque dimetiendæ vis illa toti præsidens, somnũ pro tempore, & expergefactionem imperans. Vel ergo talibus inuentis obtinet, quod oritur, & abundat medicina conseruatoria, vel non obtinet, & manca est, deficiénsque in necessariis, quæ cupit natura. Sed quid oportet, inquiunt, rationibus conuincere, cùm testimoniis medicorum celebrium res confici possit? Hippocrates alicubi docuit praua, modò in consuetudinem abierint, non lædere, sed insolita, bona licèt, ideò oportere sanos homines ad insolita permutari. Alibi verò particularius. In sanis, inquit, periculosa est valde tenuis & exquisita victus ratio, quoniam errores grauiùs ferunt. Rursum de aquis agens, Qui sanus est, ait, vtatur aqua obuia, nullam deligens, qui ægrotat, meliore vtatur. Celsus verò ita: Qui sanus est, nullus se legibus obliget, nullum cibi genus fugiat, quo populus vtatur, nunquàm vnam, aliquando etiam teprobam viuendi formam sequatur. Demum, nec medicum, nec pharmacopolam consulat. Galenus ipse sua (inquit) vnicuiq; animanti natura satis est ad proprias, conuenientésque excitandas appetitiones, quibus salutem tueatur. Hæc aduersarij dum obiectant, libenter vulgus amplectitur homines genio indolgentes, nec ferentes continentiæ rigorem, legésque illas carnem impugnantes. Nos verò contra paucioribus, firmis tamen, & statis rationibus vrgemos.

2. Apho. 50.
1. Apho. 5.
Lib. De aër. & aqua.
Lib. primo 1.
1. De san. 11.

Ratio prima.

Viri celebres rerum vsu, & virtute conspicui, conscribunt tractatus de tuenda valetudine non minùs quàm de morbis curandis, nimirum intelligentes fructum non quemuis ex illis comparari humanæ vitæ. Experimentò verò frequẽti & suo, & amicorum fide iubet Galenus, neminem in vita ægrotaturum nullum ante maturam senectam periturum, quamuis infœlici natura præditum, qui præceptis conseruantibus medicorum ob secundauerit.

Secunda.
Libr. 6. De sani. 6. cap.
De euch. 1.
Tertia.

Quis verò est tam contumaci & præpostero ingenio natus, qui inficietur aërem insularium, & palustrium locorum solum reddere insalubre, alibi aquis incolas efficere pallidos, gutturososque, alimenta verò quædam cruditatem & flatum gignere, alia fœliciter coctionem experiri? Quæ ergo singula vim ad sanitatem habere conceditur,

Quarta.

eur iuncta negabuntur? Cur verò ars nulla illis præficietur recipiendis, reiiciendisque: quæ quid possit, quantúmve vitæ intersit, illud abundè magnum argumentum est: oportebat senes viribus labefactatis succumbentes crebriùs iuuenibus ægrotare, & fœminas maribus. Contra tamen euenit experimẽto & Hippocrate testibus: quoniam senes suo malo nouerunt cauere morborum discrimina, quæ adolescentes cõtempserant, & serò intelligunt quàm vera doceamus: muliebre verò genus ex vitæ instituto cauet eiusmodi, vt nostra opera in multis non indigeat. Ergo quid præsens ars de proposita difficultate decernat, tribus docebitur propositionibus, iuxta tres victuum differentias, prauum, moderatum, exquisitum. Propositio prima: Si quid aliud, omni homini necessaria est à prauo victu in 6. rebus cautio. Mõstrãt enim crebri euentus potissimùm corripi lethalibus morbis, aut mirè rebellibus, eos qui sunt natura salubetrima: quoniam præ libidine & intemperantia nil non adeuntes, neq; ex erroribus propter naturæ benignitatem offensi, perdurãt in errore: quousq; semel vniuersim vincãtur immedicabiliter, cùm alij imbecilles, valetudinariique, quia confestim ab erroribus superati admonẽtur & resipiscunt, longã ætatẽ citra periculosos morbos degant: quod medici illi prisci, licet frustrà, curauerunt homines monere. Galenus quidẽ sic: [*Illud perpetuò memorandum est, quod pertinaciũ cuiusque edulij, quamuis fœliciter à quopiam conficiatur, succus tamẽ ipse in corpus digestus antiquam naturam mordicus sit retenturus: proindè omnibus praui succi edulijs, quamuis probè ob particularem substantiæ proprietatem à quibusdam conficiatur, abstinere in totum consuluerim. Clam enim, sensimq; longa dierum serie prauus in venis succus ex ipsis suggeritur, qui leuissima accepta occasione morbos sæuissimos, & mirè contumaces excitabit.*] Auicena verò etiam in senecta lui adolescentię peccata refert, oporteréque neminẽ ideo prauo victui assuescere, quoniam lõgo tempore nil inde aduersi patiatur. Illud soluẽdum est sentẽtię Galeni paulò antè citatę aduersum, quod scribit idem Auicena, inter hominẽ & alimẽtum certũ, intercedere nõnunquàm præter rationem, vel familiaritatem, qua iuuatur à noxio, vel pugnãtiam, qua læditur ab vtili: esséque talia obseruanda, & sequendum experimenti dictamen, non rationis. Galenus item in eum sensum suadet, vnumquemq; amplecti ea, quibus iuuatur, fugere ea, quibus læditur: cùm Galenus & idem Auicena doceant fallere præsentes euentus, sed rationi standum. Conciliandi autem in hanc mediocritatem videntur, vt si lęditur quis ab alimẽto, quamuis natura vniuersali probo, abstineat, si iuuatur improbo, potest aliquanto plus concedi, propter eam, quam euentus monstrat, proprietatem: non tamen citra temperamentum & indifferenter, sed valde noxiũ victũ perpetuò timeat, ignorãs, quid futura pariat dies, leniter verò suspecto, de quo facilè sperat ob intercedentẽ familiaritatem correctionem, non sine timore vtatur. Propositio secunda: Qui temperata, robustáque natura cõstat, mediocri victu vtatur, non exquisito, & perpetuò selecto, sed in quo leues vtrinque excessus nonnunquàm committantur, nõ ex arte pendeat. Nam & natura ipsa, quæ in similia, hoc est, temperata, lucratáque fertur, nõ concupiscet, vnquàm immoderata. Et prætereà temperaturæ propriæ beni-

2. Aph. 39.
Propositio prima.
2. alim. ca. De cocum.
Tertia. 1. doct. 2. Cap. 8. 9.
Auic. 3. 1. Doct. 2. 7.
2. Can. cap. de lacte.
3. Can. cap. De asth.
6. De sanit. 6.
Propositio secunda.

benignitas, & robur errores illos nõ ad modùm graues euincet, emendabitque, vt maius sit ex assuetudinem lucrum, quàm ex peccato damnum. Euidentius autem minutulas illas obseruationes in victu caueri oportet ab his, qui cùm pro-

Propositio tertia. ba constitutione partium vigeant, degunt tamẽ seruilem vitam, nec vbi volunt, copiam medici habere possunt: aut sperant se longiùs abituros, & multa tentaturos esse. Tertia ob contrarias causas: Qui vel totius habitu, vel partis alicuius infirmitate intemperamentóve laborat, decet selectè viuere, & vsquequaque præceptis medicorum parere, quoniã in immoderata per naturã fertur & intemperatura etiam ipsa moderata vitiat, tantũ abest, vt vitiosa emendet, multo maximè, si exercitio integro non vtitur. Ex quibus in-

Li. De Fach. 1. 5. De sanit. vlt. telligitur, non siue causa rusticos & mechanicos obuio alimento, ciues magis selecto vti. Nam si Galeno creditur, nemo eorum qui laboriosa opera exercet, intemperatus est, adhibentque non moderatum tantùm, sed & vehemens exercitiũ, vitámque agunt seruilem, nec ob rei familiaris angustias, & loci incommoditatẽ, medico vti facilè queunt. Quapropter & per sanitatem ab exquisito victu abstinere, & per morbos à multa

Soluto obiecti primi. curatione decet. Illas verò versutas magis, quàm veras vulgi rationes haud difficulter ex dictis reiicias licet. Non enim plebei homines, quia cum medicis rem non habent, robusti citra morbos viuunt, quin potiùs idcircò medicos non adeunt, quia robusti sine morbis agunt. Cur verò non ægrotent, causa est nostræ obseruatio artis. Vide, quàm parum sua illa argumentatione promouerint: cùm enim obseruent duo illa artis conseruantis capita, frugalitatem & exercitium, sani viuunt, & firmi, sine medico quidem, sed nõ sine medicina. Nec verò ars nostra angustas illas,

Secundi. & momentaneas viuendi leges præscribit, sed amplissimas, tantùm cauet, ea quæ citra ægrotandi discrimen non admitteret: quas leges quicũq; excesserit, cõuincitur incõtinẽtiæ imprudẽtiæq;.

Tertij. Nam illa assuefactionis, quam obtudunt, occasio ita demum à nobis recipitur, si de frequentibus agant euentibus. Propter rarum enim, &, qui fortè nunquàm eueniet, casum, imprudentis consilij fuerit, salutem traducere præsentem & certam. Aliquantò magis vrget naturæ instin-

Quarti. ctus, & innatus salutis tuendæ conatus. Sed tã in hac parte, quàm in reliqua vita, boni omnis initium, & semina natura præbet, ars complet & perficit. Sic scientiæ omnes, artesque ingenita habent dignitatũ principia, humana autẽ industria illarum integritas cõparatur. Sic ad vitam tuendã scopum illum præcipuum appetitionis similium per sanitatem, oppositorum per motum, natura indidit. Multa tamen negata sunt sanitatis tuendæ subsidia naturæ, arti concessa: multo plura in morbis abigendis. In eo enim, quod instat, tuendæ valetudinis negotio, non præstitit irrationalis potentia naturæ, & discursu vacans, membris, perspicere similium qualitates, quantitates, tempora, assumendi ordinem: minus præstare potuit artificia coctionis, conditurræ compositionum, quibus alimenta ex se dissimilia, similia euaderent, & familiaria. Deinde intemperatæ naturæ feruntur, sicuti decet ingenito impetu, in congenera & affinia, ex quibus tamen, nisi adsit in sumendo modus, interponantúrque ad securitatẽ contraria, lapsus proportionalis meritò timeri potest. Hoc moderamen & illam oppositi intercalationem ars nostra facit. Deinum, quod Gale-

1. De sanit. 11. nus aliquãdo queritur, plurimi hominũ praua educatiõne, & rerum voluptate allecti, naturæ donum amiserunt, neque ingenitam prudentiam, sufficientiámque in adhibitis quærunt, effrænes motus libidinosæ consuetudinis sequuti: in quibus ars abolitas naturæ leges præscribit rursum, & reparat intercidentes. Ita fit, vt nec natura culpam mereatur, quæ naturalibus, id est, non discursuris membris largissimè, quod poterant ferre, prouidit: nec ars ociosa sit, quæ rationis adminiculo non mediocriter illius vtilitates adauxit. Authorum verò placita præstat amicè definire, quàm morosè redarguere. Hippocrates

Quinti. 2. De caus. sympt. 5 exquisitum illum exactè victum reprobat, non, quem hìc recipimus, amplum. Aquam verò sano homini non esse diligendam in eundem sensum accipiendum est, modò non sit simpliciter vitiosa. Similiter Celsus abigit à medicis & medicamentis omnibus sanos homines, qui & bene valent, id est, temperati sunt, & suæ spontis, id est liberam, vitam agunt, potentes deligere toti vitæ meliora. Quod autem consulit nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur, nisi per hyperbolem dictum sit, periculose admittitur. Consultius est enim cum Galeno ab vniuersis cibis praui succi abstinere per vniuersam vitam, à fructibus omnibus, ferè etiam oleribus, leguminibus, quadrupedibus. Nam quod ex ipso Galeno citatum est, naturam sufficientem esse indere animãtibus appetitus, quibus tueantur vitam suam, nõ tollit artem. Appetitus enim illos indidit, moderãtiam illorum, & occasionem in omnibus cum ordine indere non potuit, sed ab arte expectat.

Sic & in somno modum ipsa natura praefinit, his, qui optimam corporis constitutionem sunt sortiti, & tunc à somno excitantur, cùm corpus ampliori quiete non eget. Cumque talem victus rationem adhibuerint, nullum est in eorum excrementis delictum, quæ vel per ventrem vel per vrinæ meatum, vel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum, quæ assumantur, temperantur: totum verò corpus salubriter perflari facit exercitij vsus moderatus. Liquet autem ex ipsis caueri oportere, omnes animi immodicos affectus, videlicet iram, tristitiam, furorem, timorem, inuidiam. Hæc enim alterant, atque à naturali statu corpus auertunt.

CAP. LXXXVI.

Venereorum verò: iuxta Epicuri sententiam, nullus est vsus salubris. Reuera autem confert, si tantum interualli in eorum vsu adhibeatur, vt neque resolutio aliqua sentiatur, ac ipse seipso homo quodammodò leuior factus, ac melius spirare videatur. Tempus verò ad vtendum opportunum, cum in excessuum omnium mediocritate corpus fuerit constitutum, cùm scilicet neque supra modum plenum, neque vacuum extiterit, aut in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit corpus. Quod si aberrare contigerit, paruus sit error. Melius autem illi calefacto magis quàm infrigidato, & pleno, quàm vacuo, & humecto potius corpore, quàm exiccato vti venereis.

PRosequitur indagare quantitatem reliquorũ triũ. Primùm, in somno & vigilia medicũ ferè abundare docet homini temperato, cuius natura metitur amborum pro exigentia mensuras.

Secundò,

Secundò, in vacuatione & retentione sequitur, ait, necessariò moderantia ad obseruata priora. Nam si in cibo nil peccatum per quãtitatem est, excrementum & humidum potui, & siccum alimento respondebit, tertium verò excrementi genus, quod insensili perspiratu per cutem difflatur, à sufficiente exercitio integrè dissipatur. Tertiò animi affectus moderari non esse operosum ait. Constat enim, vt eorum immoderantia permutet, viriétque temperamenti probitatem, quicunque is affectus fuerit, iræ, timoris sollicitudinis. Quartò quoniam de venere vertebatur in dubium, num necessariis esset annumeranda, censet aduersus Epicurum, non esse in totum damnandam, sed cum temperamento ad sanitatem conducere: id temperamentum, sicut in omnibus sex rebus, quantitate metitur, & qualitate. Quantitatem moderatam coniectat, vbi tantum interponitur spacij, quanto corpus ex accessu reddatur leuius, & meliùs spirans. Qualitatem ex corporis temperie commoderatur: id enim melius est. Quòd si labendum est, præstat repletum inanito, & calefactum refrigerato,

De somno itaque disputandum est, quando, & quomodò ad sanitatem cõueniat. Proximè de residuis duobus. Postremò, indicia accessus examinanda sunt. Igitur de tempore somni ita sentiendum est. Optimum esse nocturnum, potissimùm post horam noctis tertiam: parũ diurnum. Inter diei autem partes minimum noxæ accedere ex matutino, maximam ex vespertino, mediocrem ex meridiano: quæ singula suis sunt confirmanda probationibus. Nocturnum somnum tria commendant, tenebræ, frigus, copiosum alimentum. Fugit enim spiritus tenebras, ceu sibi oppositum, ait Auicena, vnde somnus conciliatur. Frigus verò exhalationem in cerebro congelat, spirituum autem meatus densat, & commeatum prohibet. Cùm verò exercitatio diurna dissipet corpus, sequitur ad inanitionem fames, ad famem copiosum alimentum: accedente ideò nocte, semicoctio in tempore adhibetur. Vigilia enim exsatiatis noxia est, non enim permitit cibum liquari, nec coqui. Cùr verò expectari iubeant horas noctis 3. ea videtur origo, quoniam illud spacium concedunt refrigerando capiti, concrescendisque in capite halitibus. Diutnum porrò somnum multa mala circunstant. Primum, cùm constet sanitas vicissitudine somni per noctem alimenta coquentis, & vigiliæ per diem resoluentis excrementa, si diem somnus occupat, necesse est aliquid excrementi in corpore relinqui, atque ita plethoricis morbis originem præstari, quod Hippocrates dixit. Prætereà diurnus somnus prolixus esse non potest, qui alimentum ad exactam coctionem perducat, nisi si cui toto dormiendum die, nciandúmque est. Ostensum est autem somnum minorem moderato mouere flatus & cruditates non concoquere. Reprobus est igitur diurnus omnis somnus. Est & quidam aliud in diurno somno, quare vitari debeat. Per diem cerebri meatus, neruorúmque patẽt, cúmque ascendit per somnum cibi exhalatio calens, perforat meatus illos, & effœminat, emollitque neruosum omne genus cum cerebro ipso. Vnde est illa membrorum laxitas & eneruatio, capitisque grauitas interdiu dormientibus. Cui damno multo minùs patet nox refrigerato, densatoq; cum neruis omnibus cerebro. Quemadmodum enim corrigam, si frigida perfundas, non emollies, sed si calida: & aquæ potu, licet humidiore, ebrietatem non induces, sed vini, quia calens humiditas penetrat, non frigida sic corporis halitus dormientis, calentia per diem cerebrum & neruos percutit, obtinétque, non per noctem refrigerata. Accedit, cur interdiu interdicatur somnus, quia profundus, quietusque esse non potest, qualem potissimùm ad coctionem facere docuit Galenus. Inter lucem enim retrahentem, & continentis calorem, & tam crebras excitantium voces, quę potest excogitari in somno profunditas, Ita cõfecta secũda pars est. Nam inter partes diei, concessit Hippocrates ad tertiam diei partem, Celsus verò ad quartam diei horam interpretans veteris mentem. Quarta enim diei artificialis hora, (de his enim creber erat veteribus sermo vnde est illud Domini: Nónne duodecim sunt horæ diei?) tertia est artificialis diei portio. Is ergo somnus nimirum lædit, id est interpretante Galeno, aliquid, sed admodùm parũ. Addit Celsus, si per noctem non est alimentum integrè confectum, non solùm non lædere, sed si quid aliud, summoperè conducere, vt matutino dormiatur, saltem conquiescere in lecto calentem eum, qui cruditatem passus est, nec committere se aut aëri, aut negotij. Quod obseruatum tanti facit, vt etiam si vrgente negotio ad publicum procedendum sit, oportere putet rursum confecta telectum petere, & si fieri potest, ad integram vsque coctionem redormire. In his verò, qui per noctem integrè coxerunt, præstat prima luce surgere. Constat enim, vt somnus per id tempus excrementi copiam in capite aceruet, & occasionem crebris præbeat catharris. Cur tamẽ minùs quàm in reliqua die lædat, facit continuitas non interrupti somni, prætereà natura ipsa temporis somnum conciliantis. Quod enim antecedit solem, tempus vehementer alget, & concretione vaporis caput refrigerat. Exoriente verò sole, è corpore multus & clemens halitus, sicut ex reliquis corporibus conscendens caput replet, & ad somnum inuitat: vnde suauis est matutinus somnus. Iam aurora ipsa, cur magis antecedente nocte frigeat, Aristoteles dubitauit, & multa excogitans, non satis persuadet. Refert enim causam ad prolixiorem solis absentiam: ad pruinam tunc decidentem, & aërem infrigidantem: ad ventos, qui frequenter orientem solem antecedunt, ad inanitionem corporis celebrata coctione. Sed repentè imminente solis ortu frigus non sensim sicut ante, increscit, idque vel inanito, vel repleto corpore molestè percipitur. Quocirca illa est & manifestior ratio, & vero similior. Quacunque sol voluitur, antecedunt fugientes solis ardorem concreti vapores, & quicquid caliginosum aërem obsidet: non secus quàm ligno ad ignem ardente contenta humiditas opposita cuspide guttatim defluit, fugiens accedentem flãmam: & flatus latus obsidens adhibito calente fomento, secedit in locum alium caloris impatiens. Argumentum, hæc ita in aëre habere, quoniam si qua nubes cœlum obsidet, licèt tota nocte, licèt per diem non pluat, accedente sole cœlum tenebrosum redditur, & concreta nubes in pluuiam soluitur, pruináque multa cadit. Cur verò vespertinus potissimùm damnetur somnus, referri potest ad horæ

Marginal notes:
Occasio somni.
Lib. De med. cord. 2.
Hippo lib. De affect. in fine.
Oribas. lib. 6. 4.
Lib. 3. De diet.
1. Alim. 1.
2. prasa. 18. Lib. 2. 4.
4. acut. 95. Celsus lib. 3. 2.
8. probl. 10. 25. probl. 5.

ad boræ maliciam. Recedente enim sole, quo calor innatus mirum in modum recreatur, noxia omnia plus incommodant. Potest & ad temporis increscentem frigiditatem, quæ facit, vt non excitetur, atque adeò duret offendens illic somnus. Medius est meridianus, quem & Hippocrates & Celsus in debilibus permiserũt lõgis, diebus, magis in studiosis propter nocturnas lucubrationes, & Galenus ipse in patiente diariã febrẽ ita assueto cõcessit. Sed hæc rara exẽpla sunt: frequẽs est vitati oportere etiam ab assueto, sicut & prauæ aliæ consuetudines. Sed nec cùm conceditur, liberè licet, sed paucus, ab homine magis sedẽte, quàm decũbẽte, quominùs caput grauetur, pedibus autem nudatis, vt perspiratio illa retrahat conscendentem exhalationum copiam.

Hippo. 2. diet. Cels. lib. 1. 2. 8. Ther. 2. Tertia prima tract. 2. 9.

Dormitari situs. *a probl. 7.*

QVO verò situ dormienti cubandum sit, idẽ Aristoteles docuit, supra dextrum latus suauiùs soporari homines; vel quoniã ita magis quiescit, immotaque cõstituitur dextra pars diurno motu fatigata, quam esse motionis initium mõstrauerat libro. De communi animalium gressu. Ideò autem magis ita dormienti quiescit, quia non pẽdet, nec mouetur: vel quoniam ita decũbenti dexter oculus occluditur, nec à lumine percutitur, atque ideò prorsus ociatur, qui in videndo nõ secus, quàm dextra alia laborabit magis. Sed habeant vim suam & authoris pondus dicta: oportet mentem conuertere ad inanitates liquido humore refertas: hæ enim vario decubitu cõrenta conuertunt. Nam solida, quia semper manent, aër, quia leuior est, non pẽdent. Ergo occurrit vna ventriculi, alia cordis; ambę autẽ faciunt, vt suauiùs supra dextrum dormiatur: ventriculi, quia iacet obliquè ore in lęuam inclinato, ita vt si recumbatur in læuam, alimentũ offendat, grauétque sensile illud ventris orificium, vnde turbatio, somniique interruptio expectanda est. Argumẽto est, quòd iis, qui purgatoria medicamẽta sumpserunt, aut in quibus quauis ex causa vomitus timetur, præcipitur supra dextrũ cubare, prohibetur supra sinistrum. Cordis verò vẽtriculi ad situm dormientis non leuiter faciunt, cùm enim sinister ventriculus multò præstet dignitate, à pendẽte ex dextro sanguine premitur, vbi in læuam inclinat corpus, facultásque vitalis ita laborat, vt à cardiacis nullo modò, à reliquis insuauiter toleretur in læuam somnus. Suauitatis itaque in eo situ dormientis ratio ita constat. Coctionis verò vtilitas, docẽte Auicena, magis expetit eam varietatem, vt incipiat à dextro, quo alimentum descendat, nõ innatet & fluctuet: progressu verò noctis in læuam conuertendum corpus est; tum quia ea mutatione, sicut & quæ ad ignẽ coquuntur, fœliciùs, æqualiúsque conficiuntur; tum maximè, quia incumbens iecur ventriculo potentiùs excalfacit, non secus quam gallina oua fœcundat: matutino verò elaborato iã in vẽtre alimentò, si rursum vertimur ad dextrum, alimenti ductum ad intestina opportunè consequimur, vt vndequaque laboranti ventriculo opẽ feramus.

Tertia 1. doct. 2. 9.

Moderãtia vacuationis.

MINOR est in postremis duabus rebus moderandis laboris. Nã vacuatio tũc quãtitate media est, quando tempus nec præuertit festinatione, nec prætetit tarditate: quorum primum imbecillam retentricem arguit, postremum excretoriã deficere ostẽdit; quando nec maior modo, nec minor est: si enim maior, secretio non fuit absoluta: si minor, resolutio præcessit immodica. Qualitas verò vacuati ex constitutione sumitur exeuntis, & loco. Si enim purum exit excrementum, natura ociata est, nõ conflixit cum extraneo calore putrefaciente: si valde impurum, plurimũ obtinuit extraneus. Quod verò meatus natura purgationi dicatos obseruari in vacuatis oporteat, apertius est, quàm vt probari indigeat. Affectus autẽ animi immodicos reiicit Galenus, nec tamen inter tam multos numeratos gaudium recenset, quæ res quosdam interpretum induxit, vt opinentur in vniuersum Galenum numeratos hic affectus respuere tristitiæ, iræ, sollicitudinis. Quibus tamen accedere non oportet, sed magis Galenum audire, tã primo libro. De valet. tuend. quàm 6. Epid. asserentem in tribus animæ partibus, animali, concupiscibili, irascibili, affectuum moderantiam sanitatem tueri. Est autem moderantia, inquit, cùm non ociantur per hebetudinẽ animi, per lætitiam perpetuam, per abolitam sollicitudinem, & concupiscentiam, qualia crudos succos in corpore augent: nec verò immodicè exerceantur plurima meditatione, effreni concupiscentia, frequenti excandescentia: sed ita vtrũque extremum, oppositi interuentu, temperatur, vt ex ambobus vna in corpore mediocritas temperamenti consistat, & duret.

Moderantia perturbationum.

Cap. 31. sect. 5. 11.

DE Venereis paulo latiùs agendum est. Quæ ideò quidam censent affectibus animorũ amouendam esse, quoniam vident Galenum cum illis ea iungẽtem. Verùm cùm multò plùs moueat Venus vacuatione, quàm iucunditate, par est, vt cum Haly & Arabibus inter vacuationes cõputetur, & idcircò credatur à Galeno inter vacuationes suprà omissa, quia non constabat eã vnam esse ex necessariis rebus, quas solas hîc prosequitur. Quod autem aliquãdo sanitati necessaria sit, hac inductione explicãdum est. Infractuosi meatus ad testes à natura mandantur, plurimum sanguinem deferentes, non in testium alimentũ tantùm, illis enim alendis vasa recta sufficerent, non flexuosa, varicosaque crearentur: superest ergo, quod fœtui generando per accessum faciat. Id si retinetur, calidum humidum in loco item calido humido putreat, necesse est, & nõ quauis, sed pessima putrefactione. Talis enim corripere solet optimas quasque, & moderatissimas substantias, vbi semel computruerunt, sanguinem, lac, semẽ. Nec infirmat rationem, quòd in puerperis nõ lactantibus nil succedit mali, licèt ad vbera nõ minùs anfractuosi meatus deriuentur in fœtus, non tantùm in vberum alimoniam. Nam ex vberibus idcircò commeatus patet ad vterum, vt per vices ab vberibus ad vterum, & ab vtero ad vbera sanguis vbertim confluat. Pensatis ergo lactandi meatibus per menses dissipata abundãtia à morbo tuetur: In testibus verò cohibitum semẽ, quò confluat, aut quẽ expurgationis inueniet modũ? Quidam verò eandem rationem conuellunt allato in medium mulo, qui ob accessus abstinentiã multò est parẽtibus asino, & equa viuacior. Producunt & mares passeres, & gallos citiùs fœminis propter venerem senescentes. Sed aliud est in totum abstinere, quod ad corporis sanitatem nonnihil incommodat, aliud esse temperantem, quod perpetuò confert, & vitã prolongat. Mulus nõ in totũ abstinet, sed minùs est parentibus salax, sic fœminæ illæ maribus collatę. Ergo pluri-

Haly. 5. Theo. 1.

2. Apho. 13.

Venus an vtilis.

Libr. De euch. 6.

mis morbotũ,ſenij,&mortis occaſionẽ immoderantia libidinis dedit;quoniam œſtro voluptatis pletique omnes effetantur:& quemadmodum in magna hominum parte,ad vitam præferimus vinũ aquæ,& tamẽ quia plus in vino peccatur,plutibus vinum,quàm aqua obfuit. Scilicet in quibuſdam acceſſum præferat continentiæ medicus corporis,non animorum,multò tamen plures ex venere,quàm ex continentia & periclitati ſunt, & petierunt. Adde,quòd in homine ſemine inter animalia refertiſſimo magis, quàm in brutis timenda eſt ſeminis cohibitio perpetua. Ita cõfeſtum eſt,venerem nonnunquàm ſanitati conducere:ſed quanta,qualiſque?Galenus quantitatem ex ſignis coniectat leuitatis in corpore , faciliorisque ſpirationis: qualitatem ex opportuno tẽpore indicat.Eſt autem opportunũ , cùm corpus in exceſſuum moderatione fuerit cõſtitutũ calotis,frigidi,humidi, ſicci, præterea vacuati,& repleti.Quoniã verò ea mediocritas ſæpè ſubterfugit medici iudicium, in quàm cum minore dãno partem inclinandum ſit,docet;præponens repletionem & calorẽ aliquanta corporis contra- 6.De locis. rio ſtatui.Cur verò ita doceat, non eſt promptũ, tentandum tamen expedire eſt. Cùm ergo oſtẽſum ſit, ſemen per moram retentum abire in frigidum venenum,cuius vapor cordi accedens, eò vſque minuat reſpirandi vſum, vt propemodùm eum tollat:accedens verò ad cerebrũ ita vias ſpirituum obſepiat,vt cõſtituatur hyſterica immota citra vocis,manifeſtæque reſpirationis vſum: meritò intelligimus, neceſſariò acceſſiſſe nos ad venerem , vbi ex ea ceſſant initia ſymptomatum illorum,ſuccedentibus in eorum locum lenitate mortuum,reſpirationiſque facilitate. Ex quibus Veneris occaſio. notis ſimul , & ex lib. De ſanit.concedente ſolis florẽtibus,intelligitur quãtoperè in venere pec- 2.ſan.cap 2. 6.Aph.47. cetur.Iam moderantia corporis , quam requirit, duplicẽ cauſam habere videtur:ſiue quia vacuationi omni vites labeſactanti temperantia corporis exigitur.Quibuſcũque enim,docebat Hippocrates, venam ſcindere,aut corpus purgare oportet,his verè ſãguinis miſſio, aut purgatio adhibenda eſt.Si enim coit cum temperamẽto tobur,& validis vacuationibus ſanguinis,humorũ, ſeminis tolerandis benefacit robuſtum corpus: prorſus tẽperatũ corpus veneris tolerãtius erit. Altera ratio:Venus repleto nocet agitatione multa,inanito vacuatione,calefactum motu inflammat,refrigeratum ſequente refrigerio vehementer offendit.Nullo itaque meliore ingenio vitabuntur illius damna , quàm ſi in medio eorũ exceſſuum corpus fuerit cõſtitutum. Scrupuloſius eſt quod conſulit, vbi peccandum eſt,meliorem per plenitudinem , quàm per inanitionẽ lapſum coëuntis eſſe. Vir enim magnus Oribaſius,& quẽ hæc Galeni non fugiebant , ita contrà pronun- Lib.6.vlt. ciat: [*Veruntamen magis ſalubriter fameſcenti concũbitur,quàm cùm quis ſe expleuerit:ſed imbecillius corpus redditur.*] Inter quos in hunc modum pax cõponenda eſt. Si confertur valida repletio inanitioni pari, imminet lethale repleto periculum. Nam ex conferta agitatione humorum in ſaturo multis reſolutio ſequuta in noſtro æuo eſt, etiã in ipſo concumbendi articulo; mors etiam quibuſdam repentina:nõ ſecus quàm ex triſti repẽtino nũcio mutitas.Memorat Galenus,referente Alexandrino(nam Galeni commentarij intercideruut)quẽdam, cùm diſtento ventre habetet rẽ cum meretrice,repentẽ expiraſſe, conuocatã ad iudicium mulierem,quaſi homicidij teã , falſam 6. Epid.sect. 6.com.3. eſſe,quod accideras : & quia ſubſcripſerũt medici,indemnatam fuiſſe,quoniam conſentanea diceret.Ita periculoſa res eſt à multo cibo venus:vt meritò Oribaſius illud potiſſimùm caueri monuerit.Galeno hîc alius eſt ſcopus,vult obſeruari ſummam mediocritatem ſubdens] *quod ſi aberrare contigerit,paruus ſit error , melius eſt autem pleno quàm vacuato corpore*]ſcilicet,de paruis agit erroribus.In quib⁹ cùm nec mortis, nec reſolutionis periculum vertatur , ſupereſt vt damna illa duo comparẽtur,hinc refrigerij & inanitionis, illinc caloris & plenitudinis: & quoniam agitatio inflammatioque corporis modica ſponte ſua citò ſedantut,atefactio & frigiditas non item , eligit plenum magis quàm vacuum, calefactum quàm refrigeratum. Quã ergo hora iuxta dictas indicationes coëũdum eſt ? Galenus cum Hippocrate volũt ad auroram : quoniam peracta coctione 2.De ſan.2. opportunẽ excrementis omnibus corpus purga- 6.Epid.ſec. 6.com.6. tur. Itaq; in ea ſententia luculenter & argutè diſponit victus humani ordinẽ,labor,cibus,potus, Lib.1.35. ſomnus,venus , omnia moderata , Paulo placet ante ſomnum concumbere,quoniam ſuccedens ſomnus abſumptas viri reparat vires,quiete verò fœmininum vterum ad conceptum parat. Aliter Loco citat. diſponit Oribaſius. Quoniam enim excrementorum agitationem ad auroram timet,ſimul & ſequens refrigerium corporis propter cœnæ diſtãtiam,vult expergefactos primum aluum veſicãq; purgare,purgatos leui ientaculo muniri, ita mutuum congredi. Nec enim communicat noxius corpori vapor,& alimenti calor eius, qui coiuit, refrigeriũ prohibet. Quæ omnia,vt cõiectuatalia ſunt,& recipi digna, ita diligentiſſimè prouiſum ab Oribaſio videtur. Nec enim oportet , vt religioſè obſeruetur acceſſũi hora , quæ & reliquis excremẽtis. Nam non exit ſemen à proxima cœna,ſed multò antè & confectum,& paratũ : alioquin oporteret nos poſt quamuis cibationẽ coire non ſecus quàm exerceri. Supereſt vt illud tẽpus obſeruetur , quo humorum excrementotũq; corporis agitatio periculoſa nõ ſuccedat:id quod potiſſimùm cauit Oribaſius. Auicena verò non incommodè adiicit ex conſuetudine petendum, quo tempore corpus cuiuſque leuius redditur. Secundo.j.13.

Horum autem ſingulorum, quæ dicta ſunt, qualitas in optima corporis conſtitutione eſt eligenda. Exercitiæ quidem, in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur,ita vt non alia quidem vltra modum fatigẽtur,alia verò citra. Cibi autem & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturæ conuenientiores, quæ optima fuerint præditæ temperatura. Eadem in reliquis etiam eſt ratio adhibenda.

Qualitates in ſex rebus apertè explicat,talem oportere eſſe in quouis illorum docens, vt ab illis optimè corpus diſponatur,id eſt,in ſua ſeruetur temperie,particulatim exercitiũ,cùm multas qualitatum differentias patiatur, partitur per æquale , quod ſingulas partes corporis ex æquo exercet,& inæquale,quod variè alias magis,alias minùs præſerens ſingulas:eò quòd vſum exercitij ſingulæ partes ex æquo poſtulant & expectant:in reliquis 5. ſimiliter.

Exercitij qualitas.

De exercitij qualitatibus memorandum ex Galeno est, quantum possit æqualitas, vt reliquis differentiis omissis vnam hanc explicuerit. Plurimum enim in eo interest: nam inæquale exercitium, & vniuersis partibus non prouidet necessarij motus: & quasdam fatigat, dum vniuersi corporis colliquamenta ad laborantes, concalfactasque partes deflectit, ita vt duplici nomine noceat. Sunt autem exempla exercitij æqualis, leuis, vehiculum, moderati, pila, validi, lucta, vt meritò, seu æquali, moderatoque generi, librum ludo pilæ dicauerit Galenus.

SECTIO SECVNDA.

CAP. LXXXVI.

4. At si quod ab optima constitutione defecerit corpus, 1 non autem vehementer, & hæ, quæ ipsius sanitatem causa conseruant, proportione mutabuntur. Sed cùm multa sint huiusmodi corpora, per singula genera seorsum dicendum. Quod igitur intemperatura euarìat, instrumentariarum autem partium seruat commoderationem, duplicem habet salubrium causarum formam. Alteram quidem earum, quæ ipsius conseruant temperaturam: Alteram verò eam, quæ ad optimam transferunt. Quæ itaque ipsius temperaturam conseruant, tantum à causis optimè temperatæ naturæ distabunt, quantum & totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora siquidem corpora calidioris victus rationem exposcunt, frigidiora autem frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris, ac secundùm coniugationem calidiora, ac sicciora calidioris ac siccioris: eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione seruata. Rectè siquidem causarum vtetur materia, qui naturales earum potentias agnouerit. Veluti quòd motus, defectus alimenti, vigiliæ, exercitio, & 2 omnes animi affectus corpus exiccant. At quæ his contraria existunt, humectant. Ita verò & calefacientia, & refrigerantia vita instituta, & ciborum, & potuum. Atque, vt simpliciter dicam, omnium, quæ corpori afferuntur, materias quis noscens, atque potentias, salubribus vtetur causis, similia similibus afferendo. Siquidem eius propositum fuerit in eodem, in quo acceperit, corporis seruare temperaturam. Quod si permutare, atque in melius traducere statuerit, alterũ est hic salubrium causarum genus, his quidem, quas nuper diximus, contrarium, æqualiter verò declinans ad alteram partem à bene temperatis & medijs, quæ optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior siquidem, & siccior temperatura à calidioris, ac siccioris victus ratione ad exactissimum bonæ temperaturæ habitum minime transferitur. At talium erit vsus necessarius, quæ tamen eis, quæ bene temperata existũt, frigidiora sint, atque humidiora, quantum & natura naturam in caliditate, & siccitate superabit. Nam tale causarum genus naturales corrigit intemperantias: alterum verò, de quo supra diximus, temperaturam conseruat. Est autem vtriusque vicissim apud medicos vsus necessarius. Nam cum plurimum suppetit otij, corrigere oportet, ac sensim ad meliora transferre. Neque enim natura patitur eas, quæ subitò fiunt, alterationes: hominem autem necessarijs occupationibus districtum, in eodem præstat habitu conseruare. Quo pacto igitur & hoc ipsum, primum causarum genus conseruatiuum appellamus? Nam fortè magis alteratiuum, & curatiuum, & naturalium defectuum correctiuum vocare conuenit. Quoniam ad vniuersum sanitatis genus referentes, non ad eas, quæ secundùm speciem differentias, quæcunque sanos conseruant, conseruatiua omnia vocamus, siue præter id, quòd sanitatem conseruant, ad melius totam traducant temperaturam, siue pristinum tantummodò habitum tueantur: at quæ deteriorem statum efficiũt, insalubria.

Transit ad conseruationem lapsę sanitatis. Primùm quidem per intemperamẽtum: mox per compositionem cap. 87. tãdem solutione cap. 88. Cumque intemperatura duplex sit, æqualis vna, inæqualis altera: Primùm de æquali per omnia membra intemperie agit, Deinde sequenti sectione de inæquali §. Quæcunq; igitur. De intẽperamento æquali primo ostendit duplicem eorum prouidentiam: vel enim cõseruantur, qualia sunt, vel ad optimum traducuntur, fitque conseruatio similibus, sicut traductio oppositis: sed paulatim adhibitis, quę natura ferat. Secundò docet, vtrum duorum magis sit exequendũ, ostẽdens pro varia conditione intẽperati alterutrum dictorum magis conuenire, si in negotio est, conseruationem, si in ocio, reductionem. Tertiò, de verbo dubitat, quomodò in tractatu conseruatricium causarum, quem modò prosequimur, habet locum reductio. Non enim videtur reductio nomen conseruationis recipere posse, cùm magis sit alteratio, & immutatio. Soluit, Conseruatio dicta generatim respicit totum genus sanitatis, quo significato etiam reductio conseruatio est, quia nõ mutat à sanitate ad morbum, aut è contrario, sed à sanitate ad sanitatem. Speciatim verò dicta conseruatio respicit non vniuersam sanitatẽ, sed eam, cui adhibetur: in quo significato reductio dicitur contra conseruationem: conseruatio enim ita dicta tuetur statum illum sanitatis, cui adhibetur, non mutat.

1. *Non autem vehementer.*] Indicat agere se de intemperamentis, quę nondum constituunt, corpora neutra, multo minùs ægra.

2. *Omnes animi affectus corpus exiccant.*] Videlicet antea relati: nam gaudium ibi prætermiserat, & spẽ quę magis humectant spirituũ expansione.

3. *Primum causarum genus.*] Vocat reductionẽ primum genus, ordine proximè obseruato: nam paulò antè exarato ordine reductio posteriorem locum habebat.

Lapsorum gubernatio. Propositio prima.

Magna & cõtentionum plenissima est præsens ambiguitas de lapsorum gubernatione: cui propositionibus quatuor satisfacere tentandum est. Prima, In quouis mixtorum temperamentum actionibus accommodatissimum est speciei medium, vt quod illi formæ sit aptissimum: prætereà quod per signatam materiam contractum est, vt in Petro calor, vt vnum: & tandem quod consuetudine, & viuendi vsu inoleuit, vt assuetus aëri Indo in eo rectè, in alio malè operatur, sic assuetus huic, vel illi alimẽto, aut victus generi. Nec enim reperire est quartum, quod vicem instrumenti commodi præstet formæ operanti. Igitur vbi tria illa in vnum Petrum coierint, sitque idem secundùm speciei humanæ exigentiam temperatissimus, pariter & ab ortu id temperamentum ex sua obtinuerit materia, tum etiam viuendi consuetudine, vitæque continentia assuefecerit sese temperatis & medijs, nulla residua est in conseruãdo dubitatio. Constat enim vniuersa illa tria bona simili sex rerum, id est, moderata adhibitione fore seruanda. Multa verò relinquitur, vbi pugnant mutuò duo ex illis, maior, vbi tria. Si Paulus, qua-

tenus homo temperamentum medinm ad functione requirit, sed ea ortu labitur ad calorem, vt vnum, finge etiam ex assuetudine contraxisse calorem vt duo: difficile est decernere, quódnam ea tribus per sibi similia seruandum, quę per contraria euertenda sint, appetendáne sint temperata simpliciter homini, an calida in primo propter Pauli naturam, an magis in secundo propter assuetudinem ad eum caloris gradum.

Propositio secunda.

7 Ther vlt. 3. de sam 34. 35. 6 Epid. sect. 3. 1. 4. Epid. sect. 2. 26.

PROPOSITIO secunda: Præstat reducere ad id, quod à tota specie optimum est, vitiosam vel naturam, vel consuetudinem, si modò conueniunt tria hæc, vt valeat, non quæratur de se, qui reduci postulat, alterum, vt vacet, tertium, vt obsequatur. Nam qui laborat, cùm à sua, qualis qualis est, natura & consuetudine auxilium expectet, si verum est, quod scripsit Hippocrates, naturæ morborum medicatrices, à reducentibus autem vim patiatur, & infirmetur, apertum est nullum esse reductioni locum, cùm quispiam laborat, nó magis quàm remediorum, cùm vrget accessio. Quòd si lapsus in negotio est, non potens implere reducendi præcepta, frustrà laborat. Expedit enim reducenti, ait Hippocrates, vt contraria sensim adhibeat, & interquiescat, id est, medias quasdam, veluti ferias, interponat, in quibus respiret ocians natura à reducendi labore fatigata: eas leges cùm negotiosus implere non possit, fatigabitur, nec fructum inde consequetur vllum. Postremò, sicut in animi prauis & motibus, & assuetudinibus, nisi quis vim sibi fecerit, seq; abnegauerit, nihilo plus efficiat, quàm si cesset, ita in vincendis corporis vitiis opus est parere præcipienti medico, non suo quemque arbitrio, & impetu duci.

Propositio tertia.

Propositio tertia: Vniuersale pronuntiatum est non medicis tantùm, sed & philosophis cóncessum, conseruationem fieri ab his, quæ non solùm qualitate & forma, sed etiam gradu & quantitate paria sunt: cùm par in par nó habeat imperium, quò respiciens Galenus hîc docet, conseruare lapsos talium applicatione. Sed illud in primis vel maximè considerandum est, interuenire in opere multa euertentia experimentum placiti huius, seorsum modò explicanda. Primum cùm natura duce singula etiam speciei comparatione intemperata ferantur in id, quod à natura habent, quò perducerent, qualia nata sunt, neque tamen natura, quæ huiusmodi impetum, aptumq; principium membris indidit, potuit irrationalibus partibus exactũ iudicium quantitatis & numeri imprimere: fit, vt sæpè in ea appetitione labantur, & spe fruendi similis allecti nonnunquàm ferantur, vel ad intensiora gradu, vel ad similia, sed quantitate & frequentia excedẽtia. Quoniam autem inferior gradus aucta vel quantitate, vel numero eusdit intẽsior, sequitur ex his, quæ forma & gradu similia iudicabantur, intemperantia, & furor pro conseruatione. Est & illa occasio, vt simile intendat, non conseruet, quòd valida intemperies quæuis omne passum euincit, & sibi attemperat. Sic ingentem flammam etiam ferrum, etiam lapides alunt, non minuunt, & compositio omnis stupefacit, quæ opiũ recipit, etiam insensile, quoniam commixta reliqua in naturam suam commutat: sic infignitet lapsus à remissiore, non solùm ab æquali augetur quantitate, quare magis intemperatur id, quod potissimùm contingit in his, quæ potentia, non actu talia sunt. Nam cùm ea ab innato calore ad actum perducãtur, variata innati caloris mensura, & ipsa variè alterant, vt medicamẽtum, quòd ideò iudicabatur in primo calidum, quia intemperato corpore eum calorem comparabat, applicitum Petro in primo calido ascendat ad vlteriorem secundi gradus calorem, à quò Petrus in primo calidus inflammatur: & causoniaantem idcireò non modò mel remissius calẽs excalfaciat, sed aqua ipsa, & cucurbitæ nonnunquam succus. Sed & cohibitæ transpirationis interuentu similia & remissiora intendunt: ita homo hominem, imò vestis & calceamenta hominem remissiùs, licèt calida, excalfaciunt: ita in aceruo triticum triticũ deurit, & frigidus aër igniras pernionum pustulas excitat: scilicet eiusmodi omnia non sunt per se tota similaria, sed diuersa partium mixtione constantia. Cùm ergo applicita retinent ignitos halitus, in medio vniti dentũt, & putrefaciũt. Ita non agit triticum in triticũ, sed occasione tritici aceruati vapor igneus triticum putrefacit & vrit. Postremò, cùm id, in quo tres calidi partes vni frigidi permiscentur ad vnius alimenti naturam, agit in corpus ad simile, (est autem simile, cùm paribus constat calidi & frigidi portionibus) fit nonnunquàm, vt tres illæ caloris in alimento portiones, tanquàm superiores, valentioresque in vnam frigoris Petri biliosi agant & per actionem minuant, quò fit, vt Petrus ex similis accessu inflammetur, & furiat. Cùm enim partes calidæ Petri ab vna forma prohibentur in sibi iunctam frigiditatem operari, deficiatque ea ratio in alimento efficiens, ne operetur, sequitur, quod quærebamus. Quibus etiam rationibus suprà adducti, fassi sumus nonnunquàm in dissimilaribus sequi effectũ præstantiorem agente. In hunc modum, si vtrinq; pendantur rationum vires, & pondus, conficitur, sæpe similibus & plantas & animalia conseruari aëre patrio, assuetis alimentis, ferrique singula ad similia, vt durent, alia ad natationem, quædam ad volatum, nonnulla ad gressum, ob dignitatem illam per se veram similibus in forma, & gradu seruari omnia: sæpe verò febrientes, & valde biliosos inflãmari, etiam moderato aëre, cibo, potu, exercitio, multò euidentiùs, si caleant, licèt illis remissiùs ob interuẽtum vnius, vel plurium ex quatuor illis enumeratis: quæ cum intercedunt, euertunt vniuersale illud pronunciatum. Ita ratio, ita experientia monstrat. Nunc ad auctores, & quomodò secum ipse vnus Galenus conueniat locis, qui pugnantissimi videntur, spectãdum est, primúmque in medium loci ipsi proferendi sunt. Scribit Galenus nonnunquam iuuenes hyeme, senes æstate valere demum intemperatas omnes vel naturas, vel ætates contrariis: alibi verò lapsas in actiuis qualitatibus, siue tueri statum propositum sit, per contraria gubernãdos esse, in passiuis verò lapsos per similia. Quin etiam, dum senum victum pertractat, vniuersos calidis & humidis perpetuò alit & fouet senili licèt temperamento frigido & arido aduersantibus. Accedit, quod idem Galenus biliosos homines in sanitate conseruat iugi bilis, mollique deductione, pituitosos similiter pituitæ purgatione. Ostensum est autem omnis excrementi vacuationem contrariam temperiem corpori imprimere, infrigidat itaque, & humectat biliosos, excalfacit verò, siccatque pituitosos. Tandem si similibus seruantur temperamenta, natura, quæ perpetuò

Cap. 28.

3. Apho. 1. & 3. Proœmio. Aliment. 1. de ocelis. 6. de sam 3. L. 1. 5. de sam. I. 2. 6. de sam. 5. de signis cordis.

confer

conseruate, non euertere nititur partium temperamenta, quomodò in corde per calorem lapso respirationē frequentat, magnificatq́; ad copiosi aëris tractum, in frigido angustat, & rarefacit? Sanè horum omnium dissolutio ex tribus his fontibus petenda est. Prior, Non est hic Galeni sermo de omni lapso, sed de leui tantùm nondum constituente hominem neutrum. Ostendit hanc mentem series ipsa libri, in qua modò de causis, quæ ad homines etiamnum sanos adhibentur, traditur, sicut in postrema de neutris, quos præ-

Cap. 9.

cautionibus gubernat, non conseruat similibus. Monstrat & idem auctor lib. 8. Therap. præcipiēs non solum ægris adhiberi contraria, sed & his omnibus, qui de sequeruntur, quos constat non habere secundùm naturam, sed vel præter naturam, vel non naturaliter, quibus verbis apertè significat neutros. Ergo valde lapsos, quos Galenus sæpe nomine intemperamentorum designat, contrariis oportere vti, alibi docet, hic minimum lapsos & similibus & contrariis. Alter locus solutionis. Si omnia sea aduerso applicentur, conseruatio expectari non potest. Ideò hic ex professo docens methodum conseruandi per illa sex similia suadet: alibi proponens vnum ex illis tantùm, neque id perpetuum, docet meliùs habere ex aduerso: videlicet, quia & in parte reducitur, & prohibetur facilis lapsus ad proportionale ex similibus sea, quæ natura duce lapsi insequuntur. Postremus soluendi locus. In hoc opere capita tantùm rerū tradere pollicitus est Galenus in proœmio, quæ sine suis determinationibus sæpè in opere fallunt. Nam & de curatione docebit, perficiendam esse per æquata contraria, quæ in ægris rarenter afferuntur propter periculosam medicamenti vehementiam, & quia naturæ adminiculo compensatur remedij infirmitas: reductioni verò pariter æquata ea postulat contraria, cùm tamen propter contractam cōsuetudinem vitentur perpetuò repentinæ illæ mutationes. Sic in lapsis cōseruatione similia exhibet in compendio, quæ in magnis tractationibus ad exercitium deducens, ostendit non carere discrimine, tutiúsque ex parte aliqua opposita administrari.

Obiectorū solutio.

HÆC in genere præfati, nullo negotio aduersa diluemus. Quem enim sensum, rationemq́; testimonia illa habeāt, in quibus bene habere contrariis edocet, explicatum est. Cùm verò considerasset periculum verti aliquod in similiū applicatione, eò magis, si potentia sunt, talia sunt actiuæ qualitates, multò magis, si per alimenta offeruntur, quorum non sola qualitas, sed & substantia mouet, putat consultius, vt alimenta per agentes qualitates similia, ceu suspecta, caueātur, contentosq́; nos esse debere similitudine in reliquis seruata ad conseruationem. In victu verò senum peculiare quiddam spectādum est, non minùs quam in pueris, vitæ duratio ea calida pendens humi-

1. De sanit. 5.

ditate. Eam ob causam pueros calidos humidos intemperatè, per calida tamen & humida alimus, non vnquàm per contraria temperamus, ob eandem senes calfacimus, humectamusque tanto maiore indigentia, quanto minor est in illis, quàm tueamur, humiditas. Quicunque verò vrgente temperamenti malitia, vel bilem coaceruant, vel pituitam, quia immodicè lapsi sunt, contrariis gubernantur. Postremò, quod de cordis respiratione propositum est, in hunc modum expediri potest, quemadmodum inter varias corporum naturas, quæ modicè labuntur, tolerant similia, quæ immodicè, minimè: ita inter corporis membra, quæ non admodum à cute recedunt, conseruationem admittent per similia, quæ plurimùm per contraria cautionem exigunt, talia sunt ex frigidis cerebrum & dentes, ex calidis cor & hepar. Vel certè sic, cordis temperiem non tuetur solus aër ingrediens, sed permistio illa, vicissitudoq́; ea egrediēte, ingredienteq́; aëre: ergo cutis, quia perpetuò aëre tangitur, vt conseruetur, temperiem illius requirit: Cor, quia non semper aërem trahit, & quoties ociatur expirans ab aëris tactu, innata promptitudine inflammatur, expetit inspirans non similem, sed refrigerantem, reducentemque aërem, tantoque frigidiorem, quanto citiùs propter natiuum temperamenti proprij calorem immodicè incaluit. Propositio

Propositio quarta.

quarta, de reductione lapsorum. Habet & ipsa difficultates non paucas. Primùm, si fit per contraria æquata, non stabunt duo illi medici actus, curatio, & reductio. Deinde nō fit reductio ęquato contrario, si sensim, docente Galeno, exercenda est. Quæ enim potest esse magis repentina reductio, quàm paris contrarij conflictus? Quid, quòd daretur reiuuenescere, si hac arte qualitas omnis excedens etiam siccitatis in pristinum, moderatumque habitum reuocari posset. Iam si, docente Aristotele, contraria non succedunt sibi, nec in se mutantur, vbi vnum eorum per naturam

In post prædi ca. De oppos.

inest, inest autem temperatura per naturam biliosa Petro: non mutabitur igitur. Si verò reducenti per contrarium offerendum est, à paribus autem colluctantib. fit vtrinq; ad medium recursus, vna simultanea actione tota res conficietur, & quod maximum est, supplet contrarium aliquid demit intemperamenti de medio. Cur ergo si rursum & tertiò accedat, non tandem euincet & superabit excessum? Adiiciūt & illud, cùm minùs possit frigidum, vt duo, in calidum, vt duo, quam possit in moderatum: moderatum autem solis duobus gradibus immutat; impotens erit reducere ad moderantiam calidum corpus, vt duo. Sed & dubitant, vbi primo remedio pars euersa est intemperamēti, vel insistimus in æquata contrarietate, & excedimus vim reducendi, vel minuimus, & non obseruamus placitum æquatæ cōtrarietatis. Illud verò subtiliter quærunt, vbi in bilioso ea lactuca caro recens genita est multò frigidior residua, si demum offertur lactuca, caro recēs antè refrigescit, quam antiqua: non ergo totus homo redibit ad temperamentum. Postremò, si, dicente Ga-

Cap. 87.

leno, omnium est natura operatrix, quæ in corpore natura non operatur, ne fient quidem vnquàm: non operatur autem natura sui interitum per reductionē: non fiet igitur vnquàm reductio. Tā multis scatet præsens doctrina ambiguitatibus, nisi explicētur, remorantibus, turbantibusq́; nos, quorum explicatio non est ita multum operosa. Nam quod similiter curationi reductio requirat parem ad oppositum recessum, vna ostendi in vtroque ratio. Opposita agentia, dum in se mutuò agunt, trahuntur ad medium intercedentis interualli. Atqui, vbi æquè vtrinque re-

Solutio primi.

ceditur, siue ab optimo temperamento, siue à cuiusquam propria sanitate, scopus est ad medium transferre. Opus est igitur applicatione paris contrarij: sed vt in eo conueniunt ambo,

ita dissentiunt, quoniam curatio ea & potest, & debet nonnunquàm semel, confertimque adhibere, quoniam morbus soluendus non abiit in habitum: reductio progressus facit ad integram vsque reductionem, quoniam mutat habitum aut naturalem, aut assuetudinarium, quam mutationem natura ęgrè fert. Quod verò sequitur, Secan ti. contradictionem esse in adiecto, dum præcipiuntur æquata contraria, quæ tamen sensim adhibeantur, non vrget, quoniam pronunciatum illud primo loco a Galeno positum de æquato contrario tantum sumit, id quantumcunque est, quod reducit habere locum & vicem paris contrarij. Potest autem eã vim obtinere vel vehemens contrarium semel, vel inualidum, sed crebrò repetitum. In summa priùs ostendit vniuersum reducens oportere esse æquatum, posteà descendens ad magis particularia, eligit eam potentiam in reducente, non simultaneam, sed per partes & incrementa progredientem. Tertij. Nec verò ideò à senecta vllus erit ad iuuentam redditus, quia siccens lapsus naturalis ex Galeno hìc ad mediocritatem redire potest. Nam qualitas humida etiam in senem Quarti. induci potest, si aquam intercutem patiatur, humida verò substantia ad opus vtilis per senectam absumpta, vt regenerari non potest, ita nec à senecta ad iuuentam redditus est vllus. Aristoteles verò, dum cõtraria finit, docet ex duabus contrariis qualitatibus, si vna inest ex natura speciei, vel formæ, (id enim subaudiendum est) mutari in oppositam non posse: manẽte, scilicet, forma & specie. Quod enim ab specie inest, omni indiuiduo speciei inerit. Tẽperies autẽ Petri naturalis materiam sequitur, non formam: ideò manente specie mutabitur in alteram, licèt per naturam insit. Cur verò vno remedio tota protinus reductio non Quinti. completur, duplex ratio est, & quia ostensum est, non esse ordiendum ab eo valido & æquipotente remedio, & quia id remedium vigore qualitatis par, mole tamen, quæ plurimùm operatur, à corpore vincitur, vt oporteat mensibus & annis durare, & remedium identidem adhibere. Sexti. Nam aër non statim cum suo tempera- 5. Simpl. vlt. mento corpus totum peruadit & superat, non alimentum semel sumptum, aut somnus, aut quiduis aliud, sed per longa temporum interualla. Septimi. Licèt autem remissius contrarium repetitum temperet lapsum non proinde euertitur, vniuersale illud egere pari contrario: eò quòd languidiùs & inferiùs aucto, vel numero, vel quantitate crescit in superiorem gradum, vehementioremque. Cùm verò obiectant, non posse duos frigoris gradus Induci corpori in secundo calenti, à medicamento in secundo frigido, si intelligunt ita induci, vt maneat in eo corpore, quibuscum operetur refrigerando, verum assumunt: si verò sentiunt non aboleri ab eo medicamẽto duos illos gradus excedentis caloris, falsum. Ita fit vt plus imprimat medicamentum in secundo frigidum in moderatum corpus, quàm in calidum in secundo, & tamẽ corpus in secundo calens ad moderãtiam redigat. Nec verò in pari medicamento reducenti perse- Octaui. uerãdum est, sed sicut intemperies ipsa indies mitescit, & magis temperato approximat, ita modus curantis remedij minor adhibendus est molliorque. Ergo cùm in bilioso ex lactuca recens nata Noni. caro antiqua frigidior esse conceditur, non est audienda caro aliqua à priore seposita, sed per se tota apposita, vnitaque præexistenti, ita vt tota illa ob aduentitiæ frigiditatem minùs caleat, accedente ergò altera lactuca, aliæ partes carnis magis, aliæ minùs refrigerãtur pro varia aptitudine & temperamento, veruntamen tota ipsa indies frigidior redditur occasione partiũ frigescentiũ. Postremò, etiam si daretur naturam reductionem fugere, non operari, nõ colligunt artem nu- Deciml. gatoriam esse, quæ reductionem pollicetur. Multa enim negata esse naturæ, arti concessa, etiam sanitati attinentia docuit Galenus. Sed quod ma- Lib. De const. artis. 14. ius est, natura ipsa ignorãs reductioni opitulatur. Dum enim altioni corporis incumbens, lactucam mutat in carnem, inscia temperamentum suum euertit, & ad temperiem commutat. Sed de his satis. Illud verò nonnulli mouent, quomodò constabit naturam non ferre repentinas mutationes, si bonas morborum crises, quæ nil sunt, quàm repentinæ illæ mutationes, non solùm facilè fert, sed & iocundè amplectitur. Sed interpretandus est præsens locus de mutatione eorum, quæ in consuetudinem abierunt, qualia natiua sunt, & assuetudinaria temperamenta. Et si fortè ex diutino medicamenti vsu membrum habitum contra- 5. Ther. 10. xit: quæ verò repentè mutantur, cùm ipsa etiam mutationem corpori attulerint repentinam, opportunissimè conserta & subita contrarij applicatione sanantur. Vni enim magnæ mutationi dicebat Hippocrates, bene habet alteram æquè magnam opponere. Est autem magna, quam infert acutus morbus, corporis mutatio, cuius est pecu- 2. acut. 17. liaris, fœlixque terminatio crisis.

Quæcunque igitur similem habent omnibus corporũ partibus intemperiem, eadem egent procuratione: quæ verò dissimilem, dissimili. Nam fieri potest, vt ventriculus frigidior sit, quàm oporteat, caput verò calidum, atque vtrunque proprij egeat auxilij. ac ratione eadem singulæ aliæ partes cùm fuerint, aut præter modum humidiores, aut sicciores, aut calidiores, aut frigidiores, suæ intemperiei victum exigunt accommodatum. Neque igitur modo eodem omnes tales corporu partes exercebimus, neque æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliquid quippiam agemus. Pleniùs autem de his diximus volumine illo, quod De salubribus inscribitur.

ALTERVM genus intemperamenti lapsi varium, & inæquale breuibus claudit, relegans ad librum sextum De valetudine tuenda. Vnica autem methodo continetur traditio: oportere in vario partium intemperamento, vtramuis duarum viarum sequi videtur, inæqualiter 6 illa partibus accedere: ita enim fiet, vt quęuis illarum à similibus conseruetur, ab oppositis reducatur, corpusque vniuersum perduret, vel quale natum est, vel præstantius.

ILLA breui expedienda sunt, vter lapsus ex Inæquale intemperamentum an deterius. relatis incommodior est, & insalubrior: tum quæ potest esse illa varia sex rerum adhibitio in corpore, & tempore vno. 6. De san. 14. 1. Crisi. 12. 2. pulsag. 2. 3. Aphor. 1. De primo, siue spectentur illæ in sano corpore compositiones temperamẽtorum, siue in ægrõ morborum, seu tertiò in continente statuum, semper vituperantur & deteriores ęquali, simplicique lapsu indicãtur: Videlicet, quoniam naturæ difficile est, accommodare se duobus variis, pugnantibusque excessibus, & cum vtrisque pugnare, contrariaque simul euincere

arti

arti verò propemodùm impossibile: quoniam quicquid offertur in alterius vtilitatem, alteri officit, & dum vnum ex affectibus minuit, oppositum augeat & exacerbet, necesse est. Neque verò redarguit dictam sententiam, quòd ex illa pugnantium temperamentorum vnione corpus in vnum peruenit temperamentum, cuius per componentium coalternationem, mutuámque proportionem vna elicitur temperatura, quam constat mediam esse in eo, cuius duo membra oppositis qualitatibus deflectunt, plurimum autem à medio recedere, vbi ambo membra eodem vitio laborant. Non enim quærimus solùm imaginariam illam & numericam ex partibus compositionem, sed magis quàm bene suis membris constet, neque illorum vitio promptè succumbat, in quo vno corporis salubritas sita est.

Secundi. Nihilò plus illa ratio potest, quod conueniente in vnum dicta contrarietate vtraque pars ex altera intra suos terminos, ne furiat, cohibetur. Multò enim plus priore illa de causa lædere varia temperamenta possunt, quàm ex hac conferant posteriore.

Tertij. Postremò, si quando Hippocrates accessum oppositi morbi laudauit, quod facit in febre superueniente apoplexiæ, ebrietati, rigori, conuulsioni, catarrho, torminibus, epilepsiæ, non complicationem affectuum recensetsed successionẽ commutationémque. Ita enim accedit talibus febris, vt præsentia sua eliminet, explodatque, non comitetur eam, quæ præcesserat, affectionem.

4. Aphor. 51. 5. Aphor. 2. 5. Aphor. 70. 4. Aphor. 57. 6. Aphor. 40. 6. Epid. sect. 5. 10.

In ægris intēperamentis prouidentia.

SED quo artificio, siue tueri placet, siue in melius vertere, in ea varietate vtendum est? Neq; enim varia, aër, cibus, motus, somnus, affectio, excreta distribui possunt. Superest, vt vel per interualla primùm vrgentioris ratio habeatur altero non neglecto, deinde conuertamur ad oppositę partis prouidentiam, vt quod simul peragi non potuit, interpositis vicibus tentetur: vel certè externis remediis, quæ diuersis diuersa accommodari possunt, res tota peragatur. Postremò, inquirendum est, si inueniri potest ea medicamenti materia, quę in proximam partem, & cui primùm obuiat, vim suam exerat, eam vbi pertransierit, non similiter possit exuta suis facultatibus in primo illo membrorum congressu. Eiusmodi quiddam, si Galeno credimus, compositio ex tribus piperis generibus habet, insigniter calfaciẽs ventriculum, tam tenui tamen calore, mobilíque, vt à ventriculo exiens hepar non inflammet, non corpus, non reliqua viscera. Ita fiet, vt dum proximum, viciniúsque membrum alteramus, distantius non lædamus contrariè affectum.

4. De sanit. 11.

CAP. LXXXVII.

Instrumentariarum autem partium causæ salubres, quemadmodum & hic ab optima constitutione delinquitur, ita & inuicem distabunt. Alia enim sunt salubres erroribus, qui in formatione consistunt, alia in his, qui in magnitudine, vel numero, vel positu. In formatione igitur plures contingunt errores: nam & figura partis, & si qua in ea cauitas est secundum naturam, vel meatus, vel orificium, vel asperitas, vel lenitas, quando à naturali mediocritate recesserit: si quidem parùm hoc patiantur, salubrium corporum retinent appellationem, si verò amplius, insalubrium. Quòd si tantus fuerit excessus: vt operationi afferat detrimentum, iam ægrotare dicentur. Secundùm autem quantitatem excessus atque defectus ad easdem ducit differentias. In numero verò, siue vna, siue plures, quæcunque ex similaribus partibus fuerint, aut deficiant, aut superabundent. Ex hoc genere etiam sunt, quæcunque in nobis substantia præter naturam consistunt. Reliquum est aliud genus quod ad situm cuiuslibet simplicis attinet partis, in quo & ipso quatuor sunt omnes differentiæ. Prima quidem, quæ optima existit: secunda verò, quæ parùm euariat, atque ideò salubre adhuc efficit corpus: tertia, quæ insalubre, quando amplius à modo recesserit: & quarta, quæ iam ægrum recessu plurimo reddit. Quæcunque igitur partes in figura delinquunt, veluti quæ blæsa, vara, & obliqua appellantur, hæ quum nuper natus adhuc tenellus est formatione atque alligatione, ad naturalem traducuntur habitum: quod si iam aucto infante ad duritiem peruenerint, emendari non possunt. Sic & errores quidem, qui ad cauitatem attinent, cùm adhuc augeri perseuerant, correctionem admittunt. Cùm autem iam ad vltimum peruenerint, nullus est remedio locus. Cauitates igitur quiete atque alligatione paruæ redduntur: magnæ verò partium operatione, & spiritus retentione, sic & quæcunque foramina, oráque. Et quidem quæ naturalem magnitudinem partes exuperant, quiete ac commoda alligatione minores redduntur, augentur autem & naturali motu, & frictione moderata, & quibuscunque alijs plus sanguinis attrahere natura aptis. Deficientes verò partes, quæcunque ex sanguine ortum habuerunt, corrigi quidem non est impossibile, quæ autem ex semine, propemodum existit impossibile. Licet tamen aliquando loco eorum alia facere, quæ visum aut dissimilem præstent. Earum verò omnium natura opifex est, medicus verò minister. Quæ verò numero excedunt, his ablatio causa salubris existit. Inspicere verò oportet, in quibus id fieri possit. Nam si impossibile appareat, transponere tentandum est. Eadem est & eorum, quæ in situ vitia sunt, emendatio. Neque enim obscurò est, quòd duo sæpiùs aut tria vitia eandem partem possint occupare, sicuti in eo qui ventriculum paruum simul atque rotundum, atque aduersus septum habuit incumbentem. In ipso etenim magnitudo, formatio, ac situs erant deprauati, temperatura quoque frigidior existebat. Hic nullo artificio ad naturalem habitum transferri poterat. At ne adeò infestaretur, erat remedio locus. Nam quoniam repleto ventriculo difficultate spirandi premebatur, minus cibi, at magis alimento, opportuni, & qui non difficulter subduceretur, ter die assumebat. Alteri verò, cui obstructio in iecinore ob vasorum angustiam sæpius contingebat, extenuans victus pro remedia inuentus est.

DE causis tuentibus naturam instrumẽtariam sequẽti ordine agit. Primò, numerat naturas ipsas quot sint, & quoduis genus rursum partitur. Esse enim naturam organicam quadruplicem, & supra dictum & modò repetitum est, formatio, quantitas, numerus, situs. Formationis membra recenset, figuram, ventrem, meatum, orificia, superficiei modum. Cùm ergo tot sint ipsæ naturæ humanæ erga quamuis earum cõstitutio vel optimè habet, vel deficit, lapsu tamen leui & intra salubritatem contento, vel paulo maiore, quem vocamus insalubrem, quarto multò maiore, quem morbosum. Secundò, prouidet lapsę figurę ab ortu in pueritia, (pòst enim nõ sperat) prouidet autem plicatione æquali in oppositã figurã deligationéque cõtinente inductam membro formam: cauitati verò (ea est altera formationis species) subuenit, si parcitate peccat, exercitio sui ope-

tis & anhelitus cohibitione: si amplitudine labitur, oppositis ocio, & deligatione. Tertiò, lapsus quantitatis defectæ exercitio partis emendat, & dropacipus, quæ sanguinem parti alliciant, auctam verò quantitatem quiete & deligatione reducit. Quartò, numerum deficientem carnis semper resarcire sperat, solidorum etiam per adolescentiam, eam, vbi quis excesserit, frustrà sperat solidi regenerationem, sed substituetur tantùm, quod vicem deficientis præbeat & supplet, cuius tamen generationem naturæ, non medico tribuimus. Quæ verò pars numerum naturalem excessit, si fieri potest, tollatur è medio, saltem transferatur in locum, vbi cum minore incommodo immaneat. Sic enim lapis collo vesicæ impactus, in vesicam artificio detruditur, ne vrinam impediat. In situ verò vitia nil nouum requirunt, sed vel ablationem, vel transpositionem. Quintò memorat, ne in artificioso ordine doctrinæ quippiam prætermissum sit, iungi nonnunquàm varios lapsus, qui compositam requirunt prouidentiam, facilè tamen à simplicium cognitione tradita sumendam. Proponit in medium exempla duo, de quibus suprà lib. 2. præcessit sermo: de eo, cui ventriculus erat rotundus, paucus & in septum eleuatus, adde etiam, frigidus: iungebanturque lapsus intemperamenti, figuræ, magnitudinis, situs quoque illi, (quando veram curationem nagabat compositio) consilio subuenerit: iubens euio vti cibo pauco, alente, facilè descendente, nec immorante ventriculo crebrò autem sumpto: quo consilio cauebat difficultatem, qua facilè premebatur, spirandi. Alter ille vasorum hepatis angustia laborabat: huic attenuantia sumenda esse præcepit, caueri verò vel crassa, vel flatulenta.

OCCVRRVNT verò in proposita serie latiùs disputandi loci. Primum, de numero naturarum, quæ in compositione spectantur. Alterum, de emendatione figuræ. Tertium, de cauitate corrigẽda. Quartum, de numero. Quintum, quod omnium horum operationem ascribit naturæ, non medico. Reliqua enim manifesta sunt. Igitur de numero organicarum affectionum dubitari potest, Cur ordinem cõseruandi temperamenti non obseruat: is autem ordo in temperamento cõseruando seruatus est, vt optimum seruaremus, lapsum pro varia temporũ ratione, vel seruaremus, vel ad melius traduceremus, in organi verò conseruatione, solam reductionem lapsi docet? Præterea, Cur quatuor facit omnes differentias corporum in quauis ea dictis natura, optimam, salubrem, insalubrem, ægram, qui non ita dudum secauerat in septem sanorũ classes & octauam neutrorum, nonam verò ægrorum? Dum verò formationem partitur in quinq;, & à seipso recedit, qui agens de morborum differentiis tripartitò secat,

Cap. 7. Auic. secunda 1.3. 4. Topi. 5.

& ab Auicena, qui quadripartitò. Sed cùm morbos additi numeri diuidat in additionem rei naturalis, & rei præter naturam, obuiat topicæ regulæ, Si genus generi opponitur, & species speciei. Si enim morbus additi numeri, & deficientis opponuntur, estque species eius per additionem, excessus rei præter naturam, constituenda species est deficientis in numero morbi per absentiam rei præter naturam: quod ne intelligi quidem potest. Et quidem de differentiis affectionum ita dubitari potest.

Solutio primi.

Solui verò sic. Conseruatio temperamenti, siue optimi, siue lapsi, propterea præceptis medicis indigebat, quia cùm temperies, & intemperies actiuæ qualitates sint, habent illa temperamenta contraria agentia sex, à quibus euertuntur & mutantur, nisi præscripto medico caueantur, compositio, qualiscunque obtigerit, caret euertente. Per se itaque citra medici auxilium durabit, siue optima fuerit, siue deficiens ab optima. Superest sola lapsæ reductio medicam manum expostulans.

Secundi.

Cùm verò cogunt Galenum perstare in numerosa illa corporum sectione, nimis quàm molesti sunt. Magis enim decebat in compendiaria disciplina, non referre eas sectiones, quarum immodica præcessit disputatio. Condonari potest, quod quædam, potioráque membra in memoriam reducat. Sine culpa autem exactiora membra prætermittit, qui cum laude potuit vniuersa præterire.

Tertij.

De partibus verò formationis varietas, neque omninò de nomine est, neque de rerum varietate, sed ex medio quodam genere, de optimo scilicet docendi ordine. Nam & qui eas partes tres facit, nullam omisit, & qui quinque, non adiicit. Sed aliquanto artificiosiùs numerantur tres, vel quinque cum Galeno, quàm quatuor, cum Auicena. Cõstat enim membri formatio ex externa dimensione, quam appellamus figuram, & ex superficiei conditione, quam asperitatem & leuitatem nuncupant, & tertiò ex interna cauitate. Cauitas ipsa rursum in tres illas secatur differentias, ventrem, meatum, orificium, ita fit, vt & tres numerentur, & quinque. Cur verò numerantur ea cauitatis speciebus, venter, & meatus reiecto orificio, non video.

Quarti.

Nam quod attinet ad locum topicum, quem ea Aristotele citant, etiam in multis aliis fallit, fierique potest, vt opponatur species subalterna specialissimæ, inæquale æquali, ægrum sano, morbus numeri additi, morbo numeri diminuti. Ita fiet, vt secetur inæquale in maius & minus, non æquale: & ægrum in tres naturas morborum, non sanum: & additio numeri per rem naturalem, & præter naturam, non numeri defectus.

Dabitatio.

ILLVD quid magis mirabitur, quod Galeno placuerit appellare lapidem; vel lumbricum morbum, non morbi causam: bilem verò in tertianario præter naturam illis similiter auctam, non morbum, sed morbi causam. Sed non frustrà in eam descendit sententiam, intelligens id oportere insigniri appellatione morbi, cuius præsentia lædit functionem, & absentia tuetur & sanat: id quod conuenit lapidi & humori obstruentibus. Obstructio enim illa, quæ media intercedere videtur, cùm non sit medico amolienda post lapidem, vel seorsum à lapide, non iudicatur medico, res alia interposita: bilis tertianarij, interuentu intemperamenti membris impressi lædit, sicut sanguis in inflammatione: id intemperamentum, cùm peculiarem præbeat indicationem curandi, possitq; manere, excluso licèt humore, valde meritò compellat eam bilem tertianæ causam, obstruentem verò lapidem non causam, sed morbum. Sed hęc alterius sunt & loci, & considerationis. Propria verò huius contemplatio est, cur ex duobus illis primis vitiis, figuræ emendationem in solis speret pueris, cauitatum verò etiã in adolescentibus Cuius ea est verissima ratio, quòd figuram ossis substitari inflexio vitiat, respondentibus cum cute musculis ossis formationi. Cùm itaque

que ossis durities non concedat in torquenti, nisi per æratem tenerum sit, & molle, post pueriles annos nullus reliquus est correctioni locus: cùm cauitates membrana intus tactę natura & contrahibili in angustum, & in amplitudinem distensibili, toto adolescendt tempore spein prębeant reductionis iniustam mediocriratem. Ita ratio pręsagij constat. Reducit verò figuram, ptimùm manu, deinde deligatione.

Cauitatam emendatio.

Cùm enim consuetũ omne tequirat vel frequentem, vel continuam ad opposiium deductionem, in lapso rempetamẽto repctebantur, hic cõrinuantur emendatia, quoniam difficilius vincitur ossis incliuatio, quàm rempoaramenti. Ideò autem exempla viriosæ figuræ ptoponit blæsos, quibus genua carrorsum, & vatos, quibus introrsum flectũtur, & obliquos, quorum dorsum incururum fit, quoniam illæ duæ partes corporis molem sustioenr, ctuta pet motum, dorsum per quietem stante aut sedẽte homine. Cùm ergo præ labote farigara deficiunr, intorquentut. Cauirati verò emendãdæ duo adhibet remedia & strenua, & gnaua: dilarãdæ quidem operationem, & spiritus cohibitionem, è quibus opetatio est materię aptę io cauitatẽ receprio. Ite enim membranæ omnes, & vesicæ amplificanrur, dum interiot membrana à cócepta mole distenditur, & dilatarur. Ergo ventrieulus copioso alimeoto grandescit, vt adulti, nisi plurimum insumant, nó ex satientur, thorax vociferatione, cetebri veutres meditatione, sic vterus gestatione, vbera lactando, seminaria vasa vsu coëundi latiora fiunt. Vnde euenir, vt quanto quis fuerit incontinentiot, minùs indies cõtinere se possir, quò magis abstinuerit, magis possit.

6. Epid. sect. 5.11.

Cohibitio spiritus.

Nam opetarione ipsa distẽta vasa, quantò plus seminis capiunt, tantò veneri ptoniorem hominem teddunt. Esse autem talia ventrium illorum eaercitia etiam Hippoerates scripsit. Cohibitio verò spirationis pręstans, & ipsum expurgandis, dilatandisq; corporis mearibus eacogitatum temediũ est. Cùm enim thoraa in medio corpore locetur, si aëre impletut magna aliqua inspitatione, clauditúrq; ligulæ opere supremum laringis osculum, & terrio musculis pectoris thoraa rotus premitur: necesse est pressum vndique copiosum aërem meatibus corporis inseri, & inttusum ea teddere & putgatiota, & latiora,

3. De sanit. 3.

ventris, capitis, brachiorum, crutum. Quinetiam pto varia pectoris constirutione in eo opere machinamur detrusionẽ, & imperum aëris, vel deorsum magis ad ventrẽ, vel sursum ad caput. Si enim cohibito, quemadmodum explicatum est, spititu septum tendatur, & adventtem prematur, aëria cõtenti vis ad venrrem, & quæ in ventre sunt pellenda, cogitut, sin septum laxè demittitur, aër sursum conscendens, faciem, collum, frontémque Inflar, hoc tubicinibus, ptiùs illud parientibus, & deiicientibus ea vsu est. Accommodatè itaq; tetenti aëris intermedio angusti natuta venires, mearus, ora latescunt, & maiota fiunt. Quòd si dictæ inanitates fottè amplitudine peccant, contrariis auailiis ad moderanriam redibunt quietè, faciliq́ue, & parua spirarione. Ita ventrieulum angustat parsimonia, seminaria vasa pudicitia, omnia verò, parua & libera anhelatio, non cohibita,

Tertia. c. 2.

non iutenta, non magna. Sic obstructis consulimus accliues ante cibum conscensus. Infantibus per quædam intetualla plotatus laudamus, scilicet validè conscendendo exercitatis, pariter & lachrymantibus tespitatio etebtò magna, cõtentáque fit. Multus autem aër per expitariones ptessus, cùm vniuersus pet arteriã effundi non possit, per corporis vniuersas cõpages, meatúsq; discurrens reserat & expugnat ieiunum hominem. Nam cibato magis detrudit ad mẽbra incoctũ alimentum. Lachrymæ verò prætet vtilitatem dictam, etiã humiditatem exhauriunt, qua pueri turgent.

SEQVITVR, vt de morbis in numero deficiente Galeni sententia disputetut. Habet enim carnosas partes per vniuersam vitam tegigni posse, solidas minimè. Caro etgo tam facilè deficiẽs sucerescit, vt in vulneratis etiam senibus sæpè cogat adhibete, quæ carnis augmentum coëtceant, tam pettinaciret augetur, neq; solum, quod quidam sctipsetunt interpretes, alteri carni vnita, sed & supra rasam caluariam, quoniam secuudùm naturam carne tegenda est, illius opere ossi adnascitut, propter & agentis & materiæ copiam.

Carnis generatio.

3. De temp. 1.

Nam ex sanguine in carnem prompta versio est, cuiq; sufficiat per totam viram etiam senescens facultas. At sanguinis in solida mutatio, nisi intercedente media quadam transmutatione medullæ, aut glutinis, aut seroinis, nó fiet vnquàm: cui morosæ, difficiliq́; actioni post pueritiã facultas succumbit: præsettim ait Galenus, quoniam vis in formattix, à qua regenetatio speratur, deficit in genito à pristino robore, quo in vtero valebat duplicitet, tum quia intra oculos maternos fouebatut, iuuabatúrq; in formandi opere ab altera formatrice pet totum vterum distributa, tum quia in vtero formatrix intra semen ipsum continebatut, agénsque materiam pet se totam occupabat: in edito verò fœtu, licèt vis hęc in formato osse maneat (manere enim alibi ostensum est) non tamen intrò occupat materiam fingendi membri, sed attingit tantùm.

1. De semine 10. & 13.

6. De locis. vbi tom.

Ob has necessitates labantis facultatis caro etiam senibus reparatur, solidum, nisi paucum & puero, non tenascitur. Materiæ verò affluentia caro fit, non os, quoniam sanguis in membris nunquàm nó adest, semen verò vel nullum est, vel paucissimum. Ita Galenus de ptoposita difficultate interrogatus tespondet. Aristoteles verò in agente conuenit, in materia licèt non tecipiat semen, verùm & ipse opinatur sanguinem parua mutatione abire in carnem, longa & multa alteratione in solida. Cùm ergo pręuertat opetatio naturæ sanguinem in carnem vertentis, nó relinquitur solidorũ generationi materia.

1. de fract. 41.

1. De artic. 63.

Sed præstat dictis causis adiicere tertiam alibi à Galeno explicatam: frigiditas, inquam, cum siccitate, & duritie solidorum facit, vt cesset in illis cõfestim regeneratio abscissi, quæ eadem in causa sunt, vt per senium deficiat etiam ipsarum iam genitarum partium nutritio. Quod enim ætas toti affett incõmodũ propriæ alitionis, spetmaticis ipsa natiua temperies quodammodò præstat, non tollens in totũ nutritionem, sed deficientis tegenerationem, & quod maius est, in fractis, vel diuisis mutuis vnionem. Non enim extra pueritiam cõtingit, sed per ora tantùm extrema medio quodam glutine diuisa cohætent, & ferruminantut, nó vniuntut, cogente hac, quæ modò allata est in quibusdam membris, causa duritiei, siccitatisq́; innatæ. Ea enim impedimẽto est, quominùs sicca illa per se tota in vnitatem mixtionis deueniãt. Placitum ergo Galeni in hunc modum confirmatum est. Nunc aduersariorum excutienda sunt argumẽta: quorum

quorum primum eſt, oportere, ſi caro perpetuò renaſcitur, vt non ſeneſcat vnquàm, neu pereat: alterum, ſi continet forma ſuperior vires omnes

2. de anima. 3.

inferiorum, quod Ariſtoteles docuit, ſicut trigonum in tetragono: quomodò plantæ & inſecta in totum abſciſſas partes reponere poſſunt, perfecta animalia non poſſunt. Cùm verò etiam dentes, non ex ſanguine, ſed ex oſſium mandibularum alimento formati, toti decidentes, quod plus eſt, quàm mutilati renaſcuntur, etiam 20. anno, etiam

Solutio primi.

30. nonnullis 70. Cur non igitur & reliqua ſolida reparabuntur? Poſtremò, ſolida augent ſeſe præ confecti alimenti copia, cur non itaque & reponent deficientem partem? Quibus ita ſeriatim ſatisfaciendum eſt. Senij ratio, & neceſſitas non eſt ſita (quod alibi oſtēſum eſt) in parte reparata, ſed in reſidua fæculenta, quæ ab ortu indies exhauſta magis, & in cinerem verſa, aditum alimento non concedit, nec accedentem ſanguinem præ frigiditate & ſiccitate ſibi vnire, aſſimilatéve poteſt. Et quemadmodum antiqua olineta, vbi cæduntur, pulcherrimè germinant, fructificántque, non tamē ideò minùs ſeneſcunt, quia defectus & marcoris cauſa in antiquo trunco eſt, non in germine: ſic carni abſciſſæ in animalibus euenire certū eſt. Adde, quod marcor & ſenium non tam ſequitur carnium, quàm ſolidorum, in quibus ratio allata locum non habet, innutritionem. Cur nō poſſint perfecta animalia, quod imperfectiora il-

Secundi.

la, multa afferri queunt. Primùm, ſolet natura ita cunctorum incolumitati proſpicere, vt variis ingeniis omnibus rebus ſufficientiam præſtet, durationémque. Itaque quædam armis múnit, magnitudine alia, nonnulla robore, ſunt quæ æſtu ſolo polleant, alia pernicitate currendi, fugáque ſalutem ſuam tuerantur: nec vni generi cōcedit omnia, ſed quæ his donat, illis negat; cúmque plantæ non ſentiant noxia, neq; motu vitent, patent iniuriis: quod videmus per hyemem procedentibus foliis, fructibus, ramis etiam in multis, & rurſum per æſtatem exuſtis. Ne ergo citò perirent, conſuluit illis vi valida generante, qua partes neceſſariò caſuras ſubſtituerent, in perfectis autem animalibus, quorum ſenſus, motúſque vitam partiū tuentur, hanc vim multo cōſtituit imbecilliorem. Po-

Auerroes 7. Collect. 1.

teſt & ita ſolui ambiguitas. Cùm priora illa viuāt excrementitio humore paratu facili perpetuò reponūtur: eadem de cauſa, qua animalium carnes: perfecta animalia, & potiſſimùm homo miſcibilium ſuis, plurima mixtione conſtantia, difficulter, & ex magnis interuallis materiam obtinēt regenerationi appoſitam, ideò nec regenerant. Sed & ita nō perperam explicari poteſt. Plantæ & inſecta magis ſunt animatorum congeries, quàm vnū ſuis partibus conſtans. Nam homo, aut equus variis partibus varia ſubit munera, neque eadem eſt pedis, quæ manus, aut capitis functio: in arbore verò vnuſquiſque per ſe ramus edit ſtolones, folia, fructus, ſemina, quæ omnia vni trunco cohærent. Sic inſectorum circuli ſua quædam animalia ſunt, & ſuis reguntur ſinguli viribus, in vnū inſectum connexi, appenſique; ideò & vis generandi, ſicut reliquæ omnes per partes ſparſa eſt, & germinant illorum nō ſolum ſemina, ſed & rami, & cortices auulſi. In animalibus perfectis, cùm vires per partes diſtribuantur, illa gignendi, teſtibus affixa eſt, in reliquis admodum exigua, & ob-

Tertij

ſcura latet. Iam quod de dentibus opponebatur, diluitur cogitanti excrementicias has partes, dentes, vngues, pilos ideò ſemper augeri, quia excrementa per ætatem non minuuntur, ſed eo augentur magis, quo minùs coquitur alimentum. Quæ autem nunquàm non augentur, abſciſſa neceſſariò renaſcentur. Nam quod non ſequatur ſolida

Quarti.

regenerari, quia augentur, hinc intelligi poteſt. Facultates naturales iuxta præſcriptum naturæ ordinem, non aliter operantur. Eſt autem ordo in alendo, vt primùm ex alimento reponatur, quicquid ex membris diſſolutum fuit: ſi quid ſupereſt, in omnem dimenſionem membrum incrementum ſuſcipit. Si adhuc reſidua eſt alimenti portio, ea abit in partem deficientem. Cùm ergo ſemen ſolidorum alimentum malè ſufficiat, totúmque expendatur in priores vſus, non ſupereſt regenerationi copia. De his ergo ita definitum eſt.

IN CALCE expoſitionis videndum de ſententia illa [*Omnium natura opifex*] quem ſenſum habeat. Videtur enim aër frigidus & alimenta ſimilia emendare feruidam intemperaturam, nil agente natura. Naturali enim qualitate talia neceſſariò immutant. Quidam putant ſatis magnum in eo opere ingreſſum obtinere naturam, dum refrigerantem aërem cordis, arteriarúmque pulſu trahit, apponitq; membris, alimentum verò refrigerans diſtribuit & vnit. Sed quem locum præſtabunt naturæ, dum manu fracta oſſa vniuntur, vel luxatum os in cauitatem reponitur? Oportuit au-

Lib. de consti. artis 14.

dire Galenum explicantem nonnulla eorum operum, quæ boni gratia in homine fiunt, ab arte expectanda fore, non à natura, alia è contrario, quædam ab vtroq;: & præſentem ſententiā nō ad omnia opera referre, ſed ad ea tātùm, de quibus agebatur, regenerationē ſcilicet deficientiū partium. Hippocratem autem dicētem naturam eſſe mor-

6. Epid. sect. 5. 1.

borum medicatricem, ita explicare, quòd plurima, non quòd omnia ſanet natura. In his ergo, quæ ab vtroque ſperantur, præſtantúrque, docet in præſenti Galenus opificem, potiúſque agens eſſe naturam: medicamenta verò inſtrumenta ſunt proxima operanti naturæ, remotius eſt ars medica, remotiſſimum medicus. Quænam autē ſit illa natura regenerāſ, nō eſt facile dictu. Præclarè enim dixit in Hippocratem Galenus, ſolere eum, quæ-

9. De plac. 15.

cunque cauſarum in rebus abditæ ſunt & minùs in ſe cognitæ, naturæ nomine occultare. Ita Deū, animam, naturales facultates, informatricem, ipſam mixtionis proprietatem naturam compellat. Vis autem regenerans, vel nutritoria eſt, vel informatrix. Aliarum enim nulla eſſe poteſt. Atqui nutritoriæ vires excedit. Nam nutritioni præſidens ſola abſumpta reparat, & auget. Hæc etiam

6. De loc. aff.

dentes & cornua, quæ non erant, producit: Relinquitur eſſe informatricem in membris omnibus reſiduam, ſed obſcuram, in teſtibus verò eminentem, illam, quæ vnam tantùm partem, hanc, quæ omnes effingere poſſit.

CAP. LXXXVIII.

Reliquum igitur id morbi genus eſt, quod & ſimilaribus & inſtrumentarijs partibus commune exiſtit, ſolutio ſcilicet continuitatis. Quam quiſpiam fortè his vnquàm adeſſe negaret, qui integra ſanitate fruūtur, quoniā ſemper ſit paſſio. Quem ſanè latet eandē in omnibus generibus fore dubitationē. Niſi enim operationis læſio ſenſibilis ſanitatē ab ægritudine ſeparet, ſed qualitatē

ſanitam

tantùmmodò dispositionis introspiciamus, perpetua passibilitatis dogma necessariò recipiemus. Cùm nullus sit qui omnes optimas, operationes habeat. Sed de hoc quidem, vt quod ad Logicam magis pertineat contemplationem, seorsum consideretur inculpatè sanu,]Id est, qui nondum sunt aut neutri, aut ægri.

DE causis conseruantibus tertiã naturã perfũctoriè agit, eò quòd rarissimus casus est, & qui facile sponte sua sanetur. Est enim solutio intra sanitatis limites, quæ famescenti & sitienti in ventriculo adest, aut quæ purgaturo excremẽta in intestinis & vesica: quare solsm mouet de appellatione dubitationem, quam ceu dialecticam reiicit, num possit, qui resolutionem patitur esse adhuc sanus non æger.

De solutione verò illa memoranda sunt. Differentia est solutio vnitati opposita, quarum tamen genus innominatum est, cùm duæ reliquæ naturæ etiam generis nomen obtineant, temperatura, & compositio. Differentiæ autem illæ ita secant genus apud Galenum, vt diuisio morbum constituat, vnitio sanitatem. Et euenit quidem illud frequenter, sed aliquando vnitio morbus est solutio sanitas, in eo qui vel ore, vel podice clauso ortus est. Quod verò ad Galeni placitum spectat de contemnendis dialecticis difficultatibus, licèt ab eo sæpè commendatum, nostris raro admodùm obseruatum video. Sentit ergò doctissimè simul cum Platone in Timæo, dum agitamus disciplinas, quæ de rebus sunt, non esse immorandum, non disputandum, non difiniendum de multis quęstionibus, quæ erga verborum proprietatem mouentur. Nisi enim ita talia valere sinamus tardè, aut vnquàm ad metas doctrinæ perueniemus. Cùm enim Theoremata dialectica disciplinis omnibus necessaria sint, nec simul cum illis addiscenda, scientia, scilicet, & sciendi modus: conuenit ante disciplinas de rebus agentes perspecta esse, & ea in disciplinis seruari qualia ars syllogizãdi, finiendi, diuidẽdi. Quæ verò cùm dialecticis muneris sint, ibi non sunt integrè, quia tot non potuerunt, explicata definitaque, quæ nomina & rationes significent subiecta omnia & materias artificum omnium: talia præstat per ocium speculari, non in scientiis, vel certè logicis committere determinanda. Is verò, qui disciplinam tradit, præfatus nil sua interesse nominum proprietates distinguere, vti liberè potest, modò hac, modò illa pronunciandi ratione, tantùm res ipsas nulla prætermissa integrè assequatur, & doceat. Quod institutum sequens Galenus nonnunquàm tribus nominibus significat corporis humani habitudines, neutro, sano, ægro, quorũ singula latitudinem habeat amplam; nonnunquàm duobus, sano, ægro, amplis item, aliquando sanitatem insectilem, indiuiduàmque opponit morbosis affectibus, re ipsa ostendens extra dialecticam contemnendas esse eiusmodi ambiguitates, & pro arbitrio nominibus vtendũ.

Nominum disceptatio. 1.Topi.1.

SECTIO TERTIA.

Salubres verò causas, vt his, quos nemo dubitat ægrotare, deinceps percurramus à mala temperatura exordium facientes. Hic verò priùs distinguamus, quæ omnes ferè medici prætermittunt, alias quidem esse salubres causas eius temperaturæ quæ iam facta est, alias autem illius, quæ & adhuc fit, sicuti etiam alias eius, quæ futura est. Huius itaque postremæ, hæ quidem in præseruatiua artis parte continentur, hæ verò in salubri. Prima autem inter omnes in curatiua tantummodò, sed eius, quam mediam inter vtranque locauimus in præseruatiua & curatiua. Iam enim factam atque existentem ægritudinem curare oportet, sed quæ nondum, quidem adest, at futura est, prohibendum est, ne fiat ab ea, quæ est in corpore, dispositione Eius autem, quæ adhuc fit, quod quidem factum est, curare opus est: quod autem futurum prohibere ne fiat. Prohibebitur autem sublata ea dispositione, quam sequi natura apta est. Talis verò dispositio causa antecedens appellatur. Facta autem ægritudo curabitur, soluta ea dispositione, à qua primùm ea, quæ secundùm naturam læditur, operatio. Quam quidem & ipsam morbi assentiam dicimus esse.

ABSOLVTA tractatione conseruãtium causarum transit ad efficientes in ægris: & ex more definitiui ordinis præmittit diuisionem, vt per membrorum essentiales finitiones doctrina perficiatur definitiua. Cum ergo præsenti sectione curandi proponantur intemperamenti morbi, primùm diuidit morbosa intemperamenta. Secundò, §. Curatio verò, docet curare factum intemperamentum. Tertiò, §. Quæcunque igitur, curat fiens. Quartò, §. Si igitur ipsi reddit absoluere facti curationem. Hic diuidit in factum, fiens, futurum fieri explicans singula exemplis membra. Secundo facto inquit deberi curationem, ablatione morbi, futuro præcautionem, ablatione antecedentis causæ, fientis, ceu ex vtroque remedio constantis, prouidentiam omittẽs.

PRIMVM de Galeni serie disputandum est, tum de diuisione, tandem de methodo curatoria. Ergo inter morbos meritò primum locum obtinuit intemperamentum, eò quòd proprius est similarium partium morbus, quas naturas & origine priores organicis esse constat. Cùm verò fienti intemperamento partim pręcautione subueniat, partim curatione, non concedens vocari curationem prouidentiam, quæ causæ adhibetur morbificæ, recedit à vulgi vsu. Curari enim se tum maximè fatentur, cùm in febribus, vel purgante medicamento, vel vena secta vacuantur. Recedit & à seipso, qui in methodo eam operam ideò appellat curationem, quia exercetur in homine decumbente & ægro, curationis autem verbi vis ea esse videtur, applicatio remedij releuantis ab ægro morbum. Sed nunquàm non habendum ante oculos est, ne de proprietate verborum anxiè dissetamus, sed sicut illæ difficultates in vtranque partem trahi possunt, in neutram demonstrari, ita nos modò hac, modò illa significatione, prout res & occasio fert, variè in vsum trahamus. Dum verò factum inquit curari ablatione intemperamenti, quod morbi causam appellans, difficilis locus a quibusdam in hunc sensum explicatur. Quoniam morbus temperamenti aliud est, consequénsque ad intemperamentum, Galenus nõ appellat hic illud temperamentum morbum, sed causam morbi. Verùm si est vnusquisque author ex se interpretandus, neque Galenus separat eiusmodi rationis discrimina, vt febrem opinetur esse aliud, quàm calorẽ immodicum, hydropem verò intẽperiem hepatis frigidam, non est verosimile eu hic obiter seiunxisse, quæ nunquàm ex professo agens separat, quæque separare non modò nil interest medici, sed obest etiam, dum præter intemperamẽtum

1.Ther.2.

tum quiddam aliud consequens abigendum esse arbitratur. Accedamus itaque magis Leoniceno doctissimè suspicanti librarij imperitia verbum *οὐσίαν*, id est, essentiā in *αἰτίαν*, id est, causam commutatum fuisse, qua lectione sensus euidens est.

D a diuisione verò res est maioris & operis & laboris, intentóque egens animo. Frequentes enim sunt, celebresque apud medicos subsimiles intemperamenti morbosi, & febris diuisiones, quæ quia subsimiles sunt, multos deludunt, quasi sint vna. In separando enim ea, quæ multa similitudine cohærent, rerum omnium doctrinam versari dicebat Hippocrates. Prima intemperaturarum quædam æqualis, alia inæqualis est: æqualis hectica, inæquales reliquæ. Secunda, quędam dispositio, vt diaria febris, alia habitus, vt hectica. Tertia, media, vt putrida. Tertia, presens, alia facta, vt presens diaria, vel hectica, alia fiens, vt putrida. Tertia futura, quæcunque nondum actu adest. Variate autem diuisiones dictas, vel exemplis allatis ostenditur. Ratione verò sic. Æquale temperamentum siue probum, siue improbum, occupat partes omnes temperati, ita vt nulla inter eas actio, pugnáue sequatur. Inæquale verò contrà, vnde fit, vt æquale citra externum adiutorium non vincatur, deficiente scilicet interno agente, sad inæquale, ideò hectica ab interna causa incurabilis, & ferè omnes febres intẽperaturæ sunt inæquales. Quæ autem sint omnes illæ partes, non satis conuenit inter authores. Galenus explicat proposito exemplo de ligno, quod ita ardet, vt exemptum à foco nulla parte repræsentet lignum, sed totum habeat in prunam, & cineres, vel in lana, quæ eò vsque imbibit turgentem succum, vt nulla parte colorem pristinum seruet. Quidam per æquale temperamentum obtineri credunt omnes partes, tam minimas mixti, quas vocant formales, quàm componentes minima illa, quas dicunt materiales. Sed si verum est in mixto manere elementorum vires, tẽperamentáque, nõ potest extendi per partes materiales mixti temperamentum. Mitto, quod paucissima sunt mixta, in quibus vel destillatione, vt vinum, vel lotione, vel tempore, non separentur partes varij temperamenti. Sufficit æquali temperamẽto partes omnes etiam minimas mixti, sicut vna forma, ita & vno temperamentu possideri, quarum altera non agat in alteram, sed omnes mutuò se tuantur. Nam elementales illæ portiones ab vna forma mixti eam varietatem partium, licèt inuisilem exposcente, citra pugnam continentur, non aliter quàm in animatis ad sensum organorum dissensio & pugnantia. Sequens diuisio manifesta est in dispositionem, habitum, & vtriusque medium. In postrema penitùs consideranda est verbi fientis, apud Galenum multipliciras, quam qui nnn intellexerunt, multi fœdè lapsi sunt. Est enim vna fientis morbi, vel intemperamenti species, dum quippiam ira à causa oritur, vt ablata causa confestim cesset, non requirens vllam ad factum prouidentiam: de quo genere & lib. Ther. 8. meminit, dicens: *At quæ in generatione febris est. sola efficientis causæ ablatione cessat*, & libr. priore De locis affectis, Hoc genus fientis morbi aliud esse à præsenti apertissimè apparet, cùm illud causæ tantum indicatione præbeat amouendæ, hoc verò & causæ & facti. Aliud est fiens illud, quod ideò dicitur, quia in motu est nondum ad terminum perfectionem, æqualitatémque perductum: quo significato lib. De differẽt. febrium, & sæpè alibi, putridam & diariam febres, vocat fientes calores, vel intemperamenta, quoniam nondum accessit in illis eò calor, vt æqualitate partes omnes possideret: demum fiens hoc cum inæquali intemperamento conuertitur, factum cum æquali. Distare autem etiam fiens hoc à præsenti ex eo intelligitur, quod hîc diariam vocat factam, quæ illo significato fiens est, non facta. Sensus verò fientis in præsenti est, id quod nec ex toto productum est, nec omninò non ortum, sed cuius aliquod effectum iam apparet, aliquod in posterum expectatur.

Margin notes (left column): 1 libr. De medicat. 1. — Intemperaturę sectiones. — 6. Epid. sec. 2. 47. — Lib. De inæqual. intemp. 1. — 1. probl. 33. — 3. Simpl. 15. — Fientis multiplicitas. — Cap. 1. — Cap. 4.

Margin notes (right column): 1. De differentiis feb. 1. — 2. De præs. puls. 2. — 1. ad Glau. 3.

D a methodo verò curatoria à Galeno tradita, ita dubitari potest. Non videtur fiens intemperamentum perpetuò duas illas exigere indicationes, facti & futuri. Si enim nõ datur in homotono & peracmastica, quas nemo fientes esse negat, reditus vllus nouæ accessionis, sed febris ab initio constans, vel par durat ad solutionem vsque, vel minor est, quid est futurum illud, quod timetur, cuique vacuatione causæ prouidetur? Facti verò scopus post vacuationem locum habere non videtur, si verum est distare fientem à facto morbo, quia quod fientis factum est, à causa pendet, non simpliciter factum. Si enim factum fientis ab humore pendet, cõsequitur, vt à vacuatione sua sponte cesset citra medici operam. Methodus verò curandi facti intemperamanti verti etiam in dubium potest. Constat diarias & hecticas factos morbos oriri nonnunquàm à causa quapiam iræ, aut mœroris, nec sanari manentibus causis illis, sed oportere abiici illas priùs, amouerique, vt etiam horum curatio composita, non simpla euadat. Quibus ita satisfaciendum est. In finitione fientis, verbum futurum ex noto dialecticorum principio non infert actum, sed solam potentiam, & aptitudinem. Illi autem synochi cùm sanguinem contineant vitiosum inductutum nouam febrem, si præsens cessasset, dicuntur componi ex facto, & futuro intemperamento. Quòd verò de parte facta opponebatur, quasi penderet à causa inficiendum est, si pendere intelligitur conseruatio rei permanentis ab humore. Quod enim primo de locis ostensum est, morbus nec causam continentem habet, nec pendet aliunde induratione, conseruationéque sua: si verò actione naturæ sæpè cessat calor, vacuato humore, fit non raro etiam, vt humoris ipsa purgatio à natura, non à medicamento prodeat: nec tamen proinde ociosè consulitur medico, vt vtrique operi incumbat, vbi natura ociatur, aut impotentior est. Cæterùm factum intemperamentum, quatenus factum est, iunctam causam non habet, ideò non includit compositam intentionem: nil obstat tamen manere agentem causam simul cum facto intemperamento, quo tempore priùs causa auferenda est. Sed id ceu rarum, in ampla tractatione artis ad Glauconem commonuit Galenus, non in præsenti cõpendio.

Curatio verò vnam præcipuam, ac communissimam habet intentionem, ad id quod est dispositioni auferendæ contrariam. Ex hoc si quidem genere sunt causæ illæ omnes, quæ sanitatem efficiunt. Secundum partem verò ex vnicuique dispositioni contrarijs. Calido igitur affe-

ctui

Qui cauſa frigida contraria exiſtit, frigido autem calida, eadémque in cæteris proportione. Etenim ſi omne immoderatum eſt, præter naturam, moderatum verò ſecundùm naturam, neceſſe eſt omninò, vt immoderatum ab immoderato contrario ad mediocritatem redigatur. At manifeſtum eſt, quod ſecundùm potentiam, non autem imaginationem, & calefaciens, & refrigerans, & quæcunque alia huiuſcemodi oportet aſſumere. Voco autem ſecundum potentiam, quod re ipſa verè tale exiſtit, quale eſſe dicitur. Secundùm imaginationem autem, quod ex prompto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur, cùm tamen verè tale non ſit. Sed quæ ſint hac ratione diſtinguenda, diximus in libris, in quibus de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur. Ad inuentionem autem ſalubrium cauſarum, quæcunque quidem vt ad eam quæ iam facta eſt, ægritudinem cauſæ ſalubres exiſtunt, via illa doctrina inueniendam, qua id quod imaginamur, ab eo, quod talem habet poteſtatem, ſeparatur.

In curanda facta intemperie primùm in genere docet, applicanda eſſe cõtraria intemperamenta: ſecundò, oſtendit ratione. Morboſum intemperamẽtum eſt, immoderatũ, nec curabitur, niſi ad moderantiam redigatur. Atqui reductio, niſi à contrario, ſperari non poteſt: nõ curabitur igitur citra cõtrarij adhibitionem. Tertiò addit, cùm duplex ſit contrariè intemperatum, quoddã ſecundùm ſenſum, & exteriorem ſuperficiem, quomodò vinum & piper frigent; quædam potentia & virtute; adhibenda eſſe curationi, non ſenſu, ſed potentia contraria.

Curatio nũ contrariis perficiatur.

Vna propoſitio huius loci, & ea curatoriarũ omnium maxima, perfici curationem omnis facti exceſſus contrario exceſſu, primã diſpoſitionem habet probationis, alterã veritatis. De probatione Galeni, quoniam videtur medicis principium; qualia ſupra demonſtrationem ſunt: de veritate, quòd multa contrà opponantur. Et de probatione quidem pronuntiatũ hoc, Conſeruari ſimilibus omnia; deleri verò contrariis, vel primum eſt artis concluſum, vel certè principium. Et quemadmodũ Geometræ poſtulata ſua, indemonſtrabiléſque finitiones, nõ per priora aliqua cõficiunt, ſed inductione aperiunt, manifeſtántque; ita Hippocrates, Quicunque morbi, inquit, ex vacuatione fiũt, repletio ſanat, & ex repletione, vacuatio, & aliorum cõtrarietas: & alibi. Qui morbi ex ærumna fiunt, quiete ſanantur; quibus verò quies originẽ dedit, laborem. Quòd ſi Galenus hîc per priora aſſumpta oſtendit, phyſicũ agit, non medicum; quod in libris De elementis, & de temperamentis non rarò præſtat. Obiectis verò integrum volumen Galenus pollicitus eſt ſoluendis quæ hîc breui explicare operæpretiũ eſt. Non habent, inquiunt, morbi omnes contraria; cùm tamen morbi omnes admittãt curationem, vbi immodicè non exceſſere. Reiicit Galenus: quoniam contraria Ariſtoteli preſſiùs dicũtur in ſola qualitate, extra quã multi morbi viſuntur: cui definitioni verbi ſi ſtandum eſt, verbũ contrarium in oppoſitum commutandum eſt. Sed obtinuit vſus, vt contraria latiùs pateant, ita vt nec Ariſtoteles ipſe anguſtas illas leges verborum obſeruauerit, dum formã priuationi, deinũ principia naturaliũ rerum contraria eſſe docet. Opponunt & illud. Qui dum valet, calidus eſt in primo, vbi per alterum caloris gradum ægrotat, morbo laborat calido; qui tamen ſolis temperatis, non frigidis conualeſcet. Si enim temperatum medicamentum tantum labitur à ſanitate ſua ad frigidum, quantum ad calorem morbus ipſe, nimirum curare poterit. Sed medicamẽtum illud, vt toti ſpeciei humanæ temperatum eſt, ita Petro laboranti non temperatum, ſed frigidum. Quidam etiam ita inſurgunt, Si acceſſus frigidi tollit ab homine præexiſtentem calorem, quoniã incompatibiles ſunt: quomodò non magis præſentia caloris prohibebit acceſſum aduenientis frigoris? Minus eſt enim ſe tueri, quàm aduerſarium abigere. Cæterùm ita natura comparatum eſt ob non contemnendos vſus, vt cõtrariæ qualitates mutuò ſe à ſubiecto abigant, ſeſe autem tueri, ne deficiant, acceſſu contrarij etiã remiſſioris non poſſint. Si enim contraria ſe non abigerent, nunquàm rerum ſpecies, manente materia, perirent: ſi prohiberetur nouæ qualitatis ingreſſus, nunquam noua ſubſtituerentur, quò ergo in inferiore orbe generatio, corruptióq; perennarẽt, ita inſtitutum proinde à natura eſt. Dubitant nonnulli, ſi non ceſſat naturalis actio vſq; ad inductionẽ ſimilitudinis ſuæ, non ſecus quàm animata, anteà quàm ſuo ſemine vitam in altero ſubſtituant: medicamentum in ſecundo frigidũ non temperabit tantùm, ſed infrigidabit, intemperabitque febrientem. Et id quidem verè concluderent, ſi curante remedio diu, & vltra temperamenti metam medicus vteretur. Nunc verò contrà euanit eouſq; perſeuerante medico, quoúſque ad mediocritatem corpus redigat tantùm. Idcircò etiam ſequitur actio à medicamento, nõ ſuperiore, ſed pari morbo. Quæ enim agunt ſuperando, & in ſuam trahentia ſimilitudinem, ſuperent paſſum neceſſe eſt. In actione verò perfectiua & mutua non oportet: ea eſt, quæ à medicamento in ægrum corpus proficiſcitur. Iã permulta ſunt, quæ imaginatione ſimilia ſanant: ſanant autẽ, quia exhauriunt à corpore cauſam mali, ita quatenus contraria vacuatio. ſ. repletioni, non qua parte ſimilia ſunt, ſanant, fluxus alui fluxum, vomitus vomitum, tuſſim mouens tuſſim, ſcamonium tertianam, narcotica verò dolores ſanant: non quia tollunt doloris cauſam, ſed ſentiendi vim. Tantundem eſt autem, quod attinet ad doloris leuamen, noxam doloris cauſam, aut ſenſum noxij è medio tolli. Quædam ſanant, nõ vacuatione noxij humoris, ſed diuerſione eius: ita ſcriptum eſt ab Hippocrate duorum dolorũ, qui non ſecundùm eundem locum fiunt, vehementior obſcurat alterum, ſic labor ex lucta curſu, ex curſu lucta ceſſat, frictio verò exercitatum recreat. Alia, ideò ſanant, quia noxiam cauſam non vacuant, non reuellũt, ſed coquunt. Ita multos eorum, qui dormire non poterant, quia citò lectum petebant, alios, qui non appetebant, quia immodicè eſitabant, prudenter curat Galenus, imperatis vigilia & inedia. Sic pinguefcunt animalia, dicebat Ariſtoteles, triduo inanita. Si quãdo verò Hippocrates negat refrigerantis calefacientia in timore hæmorrhagiæ, non conuellit perpetuum pronunciatum: ſed docet in cõplexu affectuum non ſemper incipiẽdum ab intemperamenti curatione, præſenti vrgentiore hæmorrhagiæ malo, aut etiam imminente.

Secundi.

Solutio primi.

4. Top. 3. 11. The. 12. 1. Phyſ. 7.

2. Aph. 22. 2. De nat. hum. 1.

Tertij.

Quarti.

Quinti.

Sexti.

2. Apho. 47. Lib. De vict. prin. 25.

6 Epid ſect. 4. 16.

Septimi.

8. De hiſt. 10. 5. Aph. 10.

Quæcunque verò, vt ad eam quæ adhuc fit, & i hac eadem via, atque illa præterea, ex qua ægritudinum

ti cauſa

causa inueniuntur. Esto enim, si ita contigerit a tribus humoribus putrescentibus accendi febrim: indicatio in huiusmodi est enacuatio atque alteratio. Hac quidem, qua putredinem finiat, manente adhuc substantia: euacuatio verò, qua totam ex corpore substantiam educat. Sed dicta quidem alterationis species concoctio existit, quam vbi inuenerimus, à quibusdam causis fieri contingat, tunc vtique eorum, quæ hoc pacto salubria sunt, scientiam tenebimus. Euacuationes autem fiunt & per sanguinis emissionem, & clysteris vsum, & per vrina vias, atque eam, quæ per cutem fit, transpirationem, ac præterea per eam, quæ fit ad partes oppositas, attractionem, atque ad alias propinquas deriuationem. Nam & ad hoc idem genus pertinet citare menstrua, atque ora venarum, quæ Græci hæmorrhoidas appellant, aperire, ac per palatum narésque expurgare. Quum igitur & hic materias inuenerimus, quibus in qualitate, & quantitate & modo vsu adhibitum, enacuatio fit, in ipsa artu parte salubria inuenientur, atque eorum omnium inuentio traditur in eo volumine, quod De arte curatiua inscribitur. Eadem ratione in aliis tribus intemperaturis, si vnum commune præceptum obseruabimus, vt vnamquanque primùm, quæ efficit causam, rescindamus: deinde ita ad illam, quæ ab eadem causa facta est, agritudinem accedamus, causarum salubrium inuentionem faciemus. Secundùm verò compositas intemperaturas ex simplicibus compositio commonstrabit salubria præcepta, cùm hic quoque studuerimus pro magnitudine intemperatura eidem conueniens inuenire remedium. Veluti si ita contigerit, quod in decem quidem numeru ad caliditatem maiorem, ea quæ natura conueniat, decidat corpus, septem verò ac siccitatem maiorem; tunc salubrem causam in huiuscemodi affectibus esse oportebit, decem quidem numeru frigiditatem, septem verò humiditatem.

In fientis curatione primò docet compositã habendam considerationem;& ratione facti separandum esse temperameotum medicamenti potentia tale, ab eo, quod imaginatione tantùm tale est: ratione verò futuri prouidendũ esse causæ. Secundò, in putridæ exemplo docet prouidentiam futuri, eò quòd facti prouidentia ex superiore doctrina habetur. Causæ ergo subueniẽdum esse, inquit, partim vacuatione, partim coctione: definiens vtrũque horũ, & explicans, quæ sint & alterantia & vacuantia remedia, quæ causas salubres nũcupamus. Tertiò, eandem methodum in curãdis reliquis fientibus intemperamẽtis tam simplicibus, quàm compositis seruandũ esse docet; tantùm oportere seruare ordinem in ea complicatione facti, & futuri componentium fiens intemperamentum, vt non priùs ordiamur à facto ad futurum, sed à futuro ad factum.

1. *Hac eadem via*] qua separatur potentia medicamenti ab actu.

2. *In humoribus putrentibus*] Durè dictum videtur, febrem esse in humore; sed cùm ostensum sit Galenum fetè non sæpe febrem ab extraneo calore, sitque extraneus calor in putrẽte humore, potest recipi abusus verbi.

Dvo humorum putrentiũ remedia exactiùs expendenda sunt. Inuenienda etiã & concoctoria, & vacuatoria auxilia. Postremò ordo in applicatione rimãdus. Duplicem itaque remediorum formam putrenti humori conuenire, sufficiente monstrat exẽplo Galenus in methodo [*Externa, vbi putrere incipiunt, hanc sanationis legẽ sequuntur:* quicquid ex toto computruit, resecatur, quod non transit incurabile vitium, alteratione emendatur, ventilatione, motuque.] Quidni igitur eadem lex in humore intra corpus putrente locum habeat? Alio exemplo in Aphorismis ita suadet. Sicut vinitores vinum, quod planè coacuit, seu inutile effundunt, quod incepit tantùm viciari, loci & dolij mutatione mansuefaciunt, & attemperãt: sic medicum oportet, quod humoris insanabile vitium concepit è corporis vasis haurire, & effundere, quantum verò spem præbet, & castigari patitur, coctione reducat, & in corpore ad alimoniam conseruet. Atque dare duo illa putrẽtis remedia humoris hac necessitate compellimur. Sed Galeni finitiones calumniam patiuntur. Cùm enim in dolore capitis, & phrenitide humorẽ ad crura retrahimus frictione, ligaturis, cucurbitis, causæ subuenimus, non coctione: vacuatione igitur. Siquidem non sunt posita plura duobus causarum remedia. Quin Galenus ipse paulò pòst, eas diuersionũ species vacuationibus annumerat. Cum ergo talia sint vacuationes, nec tamen educant à corpore humorem, non conuenit vacuationis finitio. Coctionis verò finitio ita conuelli potest. Si coctio dicente Aristotele perfectio est, nõ est motus, via, & alteratio, sed magis terminus ipse, finisque alterationis. Præterea, quomodò cessare faciet coctio putredinem, cui contraria non est. Intelligitur non opponi illa contrariè, partim ex natura sua, essentiáque, putrefactio mixti generationi opponitur, coctio cruditati: partim ex causis. Coctionis causa est, robur innati caloris, siue adsit, siue absit extraneus, putredinis verò robur extranei cũ innati debilitate. Sed non euertunt obiecta Galeni sententiam. Definit enim non omnem vacuationem, sed eam, quæ in proposita febre adhibetur. Cumq; febris morbus totius sit, vacuatio febri accommodanda ex toto corpore humorem abigat, necesse est. Quod si vexat partẽ morbus, est suus vacuationis modus ab effecta parte aliò humorem traducere, licèt extra corpus minimè trahatur.

De coctione autẽ, sit ne magis motus ipse, an terminus, non satis constat. Illud constat controuersiam esse de nominis proprietate, in qua apertè Galenus motũ esse putat. Aristoteles ipse, licèt viri docti nonnulli secùs interpretentur, eò magis etiam inclinare videtur. Nam & ipse subdit finitioni, terminum coctionis in quibusdam esse naturam. i. substantialem formam, vt in alimẽto, in quibusdam vtilitatem quandam, vt in pure purgatio, & fructibus maturis esus. Quòd si separat terminũ coctionis à coctione, coctionis verbo motum ipsum, non motus finem significauit, motum autem ipsum duplici nomine perfectionẽ appellare potuit, siue à perfectione finis. Nã motus omnis à fine solet appellationem sumere. Ita enim à B. Thoma explicatur perfectio, id est, transmutatio ducẽs ad esse perfectum: siue à perfectione caloris, quem, quæ coquuntur, omnia etiam ipso coctionis motu recipiunt, qui quò est frigore præstantior, eò reddit id, quod coquitur, toto ipso coctionis tempore perfectius. Est autẽ magnum argumentum coctionẽ motum ipsum designare, quod verbalia in, io, omnia motũ important, non muratum esse, ambulatio, locutio, meditatio, oratio. Quod verò aduersus finitionis differentiam oppoebatur, licèt detur non esse contra-

Marginal notes: 2. Aphr. 17. — 4. Meth. 2. — Solutio Primi. — Secundi. — Tertij. — 11. Ther. 8. Coctionis finitio.

contraria putredinem & coctionem, habeot inter se pugnantiam quaodam, quam curantibus remedijs adesse oportere, sufficereq; mõstratum paulò antè est. Agnoscitur pugnaotia ex eo, quod coctio roborat calorem innatum, cuius robur putrefactionis causam tollit. Est enim innatus calor temperatus, atque ita excessum tollit extranei. Est & robustus, & cessat causa altera putredinis, nempe debilitas innati caloris. Sed certius est putredinem, quam io humore intelligimus non iam putrefacto, sed putrescente, nõ esse corruptionem miati & mutationem, sed motum, & viam quandam ad corruptionem. Neque dum enim humor in vasis putrẽs formam suam amisit, aut mutauit. Opponunt autem duo illi motus aduersantes, coctio quidem via ad miati generationem, putredo verò similiter via ad mixti corruptionem & interitum.

SEQVITVR, vt duæ auxiliorum materiæ, quæ ostensæ sunt, sanare putrentes succos particulatim, primùm coquentia, secundò vacuantia, explicentur. Alterationem omnem semiputridos succos temperantem, reducentemq; Galeno hîc coctionem vocati placet. Libro verò methodi vndecimo mediocribus motibus, & libera perspiratione emeodat. [Cap. 8. Cap. 13.] Paulò verò pôst vberiùs & exactiùs idem argumeotum tractans recenset refrigerationem, ventilationem, concoctionem. Qui loci inter se pugoantes ita conciliari possuot: vt & præsens, ceu compẽdiosus, & prior ille methodi, ceu doctrinæ initium, partes quasdam auxiliorum, non differentias omnes proponant, postremus ille absolutam, integramque omnium partium cognitionẽ edoceat. Nam motus, & perspiratus ventilationis nomine cõtinentur: ita sanantia semimalos succos tria sunt vniuersa, refrigerantia, ventilantia, coquentia, quæ singula, qua vi opereotur, demonstrandum est. Cùm enim constet putrefactio robore extranei caloris, infirmitate verò innati, refrigeratio excessum caloris refrigeratio excessum caloris retundit, & cohibet: [De constit. artis. 14.] ventilatio innatum promouet, & confirmat. De coquẽtibus maior difficultas est, eò vel maximè, quoniam coctio ad medicum pertinere non videtur, vt quę singulatim à solo proficiscatur innato calore, non à medicamento, aut artificio externo quopiam: quod vltra Galeno finitio ipsa monstrat, qua explicatur perfectio humidi ab innato calore: non ergo ab externo medicamento. Quidam magis argutè, quàm verè, ita distinguunt cõcoquentia: vt quoniam quæ coquuntur, ab externo calore tracto humido secundùm extimam superficiem humescunt, intrò verò deficiẽte calore cum humiditate refrigerantur, siccaoturque: duplicia constituantur coquentia putredinem abigeotia, alia frigida sicca extimam intemperaturam euertaotia, vt acetum, vt arida omnia: alia calida humida internam emendantia, vt quies, vt fomenta. [1. Epid. sect. 2. 44. 2. acut. 44. & 48.] Inter quæ duo, quoniam maior ratio sit habenda interni, quàm externi excessus, frequentiùs Galeno coquentia pronuntiantur calida humida. Hæc illi suam, non auctorum, mentem interpretantes. [Auic. 1. 4. tract. 2. 4.] Nam apud Galenum & Auicenam concoquens sola natura est, cuius est alimentum in membra commutare, instrumentum innatus calor. Per quendam autem consensum, & cõmunitatem noonulla medicamẽta etiam cõcoquere dicuntur, quotquot leni quodam calore cum humiditate iuncto coqoeotem natiuum calorem fouent, roborant, & augent, quãtitate, nõ qualitate. [Coquentis significata. 4. Meth. 5.] Numerantur Galeno, fomenta, operimenta, balnea, quies, modica exercitia, vinũ, cataplasmata, moderata cibatio. Quemadmodũ enim fructuum maturatio, & abscessuum primariò ab interno calore perficitscitur, à simili tameo cœlesti, aut externo non parum promoueri, & experimenta, & Aristoteles edocẽt: ita humorum vitiosorum, aut crudorum coctio, dictorum accumulatione, accessuq; velocior fit, & fœlicior: quo nomine, ceu augentia agentis potentiam coquẽtis, & ipsa coquere dicũtur. Legitur etiam nonnunquàm apud probatos auctores, aliud magis è longinquo coquentis significatum: quo scribit Auicena psylliũ bilem erysipelatis concoquere, & Galenus febrẽ quartanam melancholiam concoquere, & cùm medicamentum tollit ab humore coquendo ooxas, impedimentaque inducẽdæ coctioni: vt non sint damnandi, qui violaceo syrupo bilem coquere intentant, oaymellite melancholiam, quoniam talia expungunt immoderantias humorum naturæ repugnantes. [Secunda 4 3. Aphor.] Demum, quæcunque vel agens fouent, vel materiã coctioni parant, quia coctioni auxiliantur, coquẽtia nuncupari placuit. Quæcunque verò frigore & siccitate humidum calorem putredinis auctorem extingunt, non coquentia bonis auctoribus, sed putredinem arcentia nominantur: sicuti, quæcunque purgandis ad purgationem corporibus potantur, non coquere, sed prępatare purgationi: qua itaque ingeoio humori in febribus semiputrenti subueoiendum sit, dictũ est. Qnod verò planè putruit, vacuari præcipit. Illud mirũ est, cur discurrẽs per omniũ vacuationum differentias & vniuersales, & particulares, intactã omisit frequẽtem, celebrem, multiq; vsus purgationem. In quo liberum est cõiectanti æstimare, scriptam esse à Galeno, omissam posteà librarij vitio. Si tamen, quod semper faciendũ est, cõpeodium huius operis ex libris magnæ cõpositionis commẽtamur, multò vero similius est, non placuisse Galeoo frequentes nostræ ætatis in febrientibus purgationes. [1. Ther. 8.] Nam in methodo, cùm polliceretur tradere integram, & particularem febrium omniom curationem, cùm ad minima omnia & indiuidua descendat: de purgatione neque semel meminit. Et cùm præmisisset vacuatione circuncidendũ esse, quidquid humoris ex toto computruerit, subdit eligenda fore vacuãtia, quæ sine calore educant, & nominatim recenset, mulsam, ptisanam, clysterem. [Purgatio an febrienti commodo.] Libro verò ad Glauconem, etiam in continuarum curatione purgãtium non meminit. In intermittentibus, cùm timore & leuitate, concedit. Nam in tertianariis præstare ait attemperare medicamentis alterãtibus, quàm quomodolibet vacuare. Et in pituitosa intermittente per interualla leuia tantùm purgatoria admittit. [1. Apho. 23. 2. acut. 10.] Sed in Aphor. & in victu acut. oon dissimiliter. In Aphorismis enim etiam Hippocrates oõ coocedit, acutè ægrotantes purgari, oisi conueniant turgentia humoris, corpus in morbi initio non imperatum purgationi, & æstimata vtilitas maior ex vacuatione, quàm ex calore noxa. Rarissimum autẽ est cõire dicta tria. Iam in victu acutorum Galenus Hippocratis sententiam, ceu licentiosam, moderatur & coërcet, consulens io acutis contentos nos esse debere phlebotomiis, purgationibus parcentes. Reliquos scriptores si

consideramus, mutuùm dissentiunt, prout cuique experimento bene, maléve cessit. Quidam in totum prohibeores, alij, quod nostra ætas & regio cum Arabibus ferè obseruar, temerè febricitantes non minus quàm si febre vacarent, pharmacie exagitantes. Medius, iustúsque, vt in cæteris propè omnibus, quæ ad artem spectāt, processit Trallianus, in hunc fermè modum decernens. In pari cacochymia, leuiùs, cautiúsque in febre intermittente, quàm in morbo non febrili purgādum est, propter calidissimorum viscerum cordis & hepatis feruorem, propter calorē ex motu cōtractum humorum, propter deleteriā qualitatē, qua principalia membra expurgatorij inficiūtur. Si febris continua est, adhuc cautiùs, leuiúsque. Si vltra cōtinuitatem etiam momentaneam magnitudinem habet, verēda omnino pugatio est. Nā licèt Tralliano, Galeno, horūq; similibus rarò admodùm initio acuti, pręcalidiq; morbi sanauerit purgatio, qui tres illas coëuntes conditiones potuerūt sine vllo errore, & trepidatione perspicere: tamē eisdē auctoribus, vulgaribus & mediocribus medicis pręstet abstinere, propter ingēs, quod annectitur, periculum. Expectandum magis est febris languescente humorum ebullitione, digestáque parte tenuiore decremenū, in quo cum maiore vsu, minore damno peragatur. Hæc Trallianus: quibus tātò nos magis lege quadam astringi necesse est, quantò abundamus lenientibus, mitibusq; deiectoriis cassia, manna, tamarindis, Alexandrinarum succo rosarū, rhabarbaro, minùs validis illis deiectoriis, sed incolumiter innaniētibus corpus.

Ordo curādi fiens intēperamentum.
7. Ther. 11.

RELIQVVM est, quod in disputationē trahatur, de ordine curationis in fiente intemperamento Galeni præceptum, à causa ordiri, tum ad factum accedere. Multò enim videtur exactius præscriptum in methodo, sępè cum humore ipso, sæpiùs paulò pòst cessare factum: vt superflua facti prouidentia iudicari queat. Addit ipsum, quod relinquitur, non semper purè contraria alteratione abigi, manere enim non rarò portionem succi membro immersam, quam nisi digerentibus medicamentis dissipauerit medicus, frustrà admoueat alterantia. Quidam verò aduersus Galenum obtrudunt, obstructionem ab humore, quam esse fientem morbum tanquàm confessum, sumunt, & consequens ad habere causam: obstructio autem causam haber, ablato obstruente humore nullam relinqui, nec ad factum conuersionem. Conuellitur igitur etiam hac parte auctoris dignitas. Addunt non semper esse à causæ curatione ordiendum proponentes in medium vulnus ventris cum procidentia intestini: incipienda enim curatio à repositione est, vulneris effectu. Postremò, qui tandem sunt, aut quales numeri decē caloris, qui vniuersi quatuor numerati sunt. Nec tollit quæstionem diuisio gradus cuiusque in classes tres, quas vocant metas. Ita enim recepta numerorum significatione pro gradus meta, nullum est medicamentum, si Mesuæ credatur, septeni numeris humidum, quia nec excedit humiditas gradum secundum, cùm tamen Galenus præcipiat curare frigidis, vt decem, humidis verò numero septenario.

5. Simpl. vlt.
Ca. de psyllo.
Solutio primi.

Soluenda verò nobis sunt, intelligētibus non oportere (quod præueniens auctor in procemio admonuit) in cōpendio sperare elaboratam partibus omnibus doctrinam, sed hinc rerum capita, ex magna compositione doctrinæ determinationes petendas esse: quales illæ sunt, quæ ex methodo citabantur, de abolitione facti spontanea, & de duplici remanentis facti specie. Minùs mouet, quod de obstructione circumferunt. Primùm enim, quandiu fit obstructio, defluente ad meatum humore, morbus est fiens. Quamprimùm autem fluere destitit, relinquiturque medius humor distributionem impediens, & commeatum, factus morbus est. Quominùs mirum est, si ablato eo humore nullum relinquitur ad factum negotium. Est enim duplex ea prouidentia fientis propria, non facti.

Secundi.

Deinde quod humorem, vel lapidem obstruentem causam vocant, non morbum ostensum est, dum de differentiis morborum ageretur, vsum esse nominis à Galeno alienum: apud quem id, quod sine re vlla media functioni officit, morbus est.

Cap. 6.
Tertij.

Iam dum vulneratum ventrem cum prociduis intestinis nobis obtrudūt, alienas, & longè petitas sententias huc traducunt. In coniunctis enim affectibus docuit Galenus obseruandam esse curandi legem, vt præcedat sanatio eius, quod causa est, vel magis vrget, vel sine quo alterum curari non potest. Et siquidem tres illę indicationes in vnum affectum coëunt, acta res est. Si separantur affectibus, ita vt vnus causæ rationem habeat, alter sine quo non, vel vrgentioris: præpollet dignitate indicatio vrgentioris, vel sine quo non, causæ indicationem. Ex quo fit, vt in dicto vulnere à repositione intestini aggredienda curatio sit. Sed quid hæc ad intemperamentum fiens, de quo solo sermo propositus est, in quo humor noxius habet causæ locum, & eius, sine quo facta intemperies curari non potest.

3. Ther. 9.
Quarti.

Potest etiam addi, vrgentioris, quoniam à manente putrido humore in corpore contagio timetur, nō à facto intemperamento. Nam obiectio illa de numeris minor est, quàm vt nos remorari aut debeat, aut possit. Per numeros enim tres illas gradus partitiones intelligere nil cogit, sed cùm sit gradus omnis in semper partibilia partibilis, per numeros, quascunque collibitum fuerit, portiones significauit. Adde, quod etiamsi metæ intelligantur exempla, satis est, si aperiant rem, non necesse est, vt vera etiam sint. Postremò, licèt demus humiditatem frigori iunctam, gradum secundum non excedere, potest ad Galeni præscriptū componi medicamentum, ex frigido in gradu quarto, & alio quodam humido in tertio. Si enim datur humiditas perimens, planè dabitur etiam tertij gradus. Sed prosequamur sequentia.

CAP. LXXXIX.

Si igitur ipsi particulæ patienti admoueatur tale remedium, tanto erit frigidius, atque humidius, quantum exigit partis affectæ indicatio. Quòd si particula affecta in penitioribus locis sita sit, machinari oportet in super tale inuentio salubre remedium, cuius vis nequaquàm anteà in itinere soluatur. Si itaque calidum esse oportuerit ee, quod est moderatum, non solùm tantam habeat caliditatem, quātam exigit morbus, sed vltra eandem mensuram tantum adijciatur, quantum ex situ, vt pertingere possit ad locum patientem, necessarium sit. Si verò frigidius, non simpliciter tantùm frigiditatem oportet augere, sed & materia quoque priùs est animaduertenda. Si enim crassa sit, non admodum poterit ad profunda penetrare. At potiùs contrarium præstabit effectum spissando superficiem, atque densando.

At si

At si tenuioribus partibus constet, poterit sanè plurimum subire profundum. Idem in humectantibus, atque exiccantibus accidit, in quibus crassitudo, atque subtilitas partium substantiæ est inspicienda. A situ quidem loci, vt nuper diximus, inuenit indicatio salubre remedium. A formatione autem, & situ simul, quando effluxus sensibiles, atque ad alium locum foraminibus patentes habuerint, aut his omninò caruerint. Quos enim effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atque ad illas impellemus, quæ nullum habent principatum. Illud verò manifestum, quòd earum, quæ intemperaturam efficiunt, causarum curatio fit per euacuationem. Nam ipsæ intemperaturæ sola alteratione sanantur.

REDIT complere facti curationem, quam per omnes indicationes non absoluerat, sed antea contentus vna indicatione temperamenti morbosi exigentis contrarium, adiicit duas alias. De prima, habet à situ loci curandi sumi etiam oportere curatoriā indicationem. Nam si superficiarius est, medicamentum æquatè contrarium medetur. Sin penitiùs iacet, augenda est medicamenti vis, quantum æstimatur, in interuallo exolnenda. Augetur autem vis calefacientis medicamenti intētione maiore: reliquorum, infrigidantis, humectantis, siccantis non sola intētione, sed & innata conditione substantiæ in medicamento tenuium, non crassarum partium, vt accedat ad affectum locum vis admota. Altera illa indicatio à figura membri petitur: ex qua intelligitur, quò membri materia abducenda, vacuanda, aut reuellenda sit, quò non sit. Sed ex his duabus, vt prior facti temperamenti propria est, ita posterior fientis, & causam habentis.

[7.Ther.14.] IN QVA sententia, quod in toto præstat opere, ita iungit curatorias indicationis facti, vt conetur nullam omittere ex momentaneis. In methodo enim tres alias non omisit, à tēperie membri sana, vnde remedij quantitas elicienda est, à loci dignitate, ne imprudentes, aceruata aliqua vacuatione, facultatem principem offendamus cum incommodo non membri tantùm, sed & totius, à loci sensu, ne irritemus mordentibus, validísve remediis partes sensus acrimonia pollentes. [Indicatio à situ.] Sed indicationes hæ suo loco agitabuntur. Quæ verò instat à mēbri situ, in dubiū multis reuocari potest: partim quoniā auctore vel Galeno ipso, [2.Medic. local.1. 11.Simp.11. Infrà 92. 3.Simp.11.] in affectibus neruorū frigidis sanādis euforbium & fibrium testes nunquàm non recipiendi sunt, eò quòd inter calida medicamenta summa valent partium tenuitate, pertingente ad profundas neruorum sedes, tantoperè curat etiam in calidis auxiliis profundarum affectionum, tenuitatem: partim, quia in calidis medicamentis, quantum mutet facultatem, operationemque substantiæ modus, non sola intensio, monstrat illa Galeni oratio, qua docet amara omnia, quia calorem habent in crassa substantia extra imposita obstruere, intro assumpta reserare, cùm calor partium tenuium & extrà, & intrò aperiat. Illud verò etiam non sine causa obtrudent, cùm damnum illud in frigido affectu ex situ penitiore profectum, possit reparari maiore admoti calidi vehementia, in qua periculum est, ne intermediæ partes offendantur: possit & compensari quæsita certa, tenuique medicamenti materia sine periculo, cur præfert periculosam incolumi compēsationem? Nec non & illud addubitat Thadæus, cur non in via etiam medicamentum vehementiam & robur comparabit nonnunquàm, non semper amittet? Si enim frigidis renibus medicamentum modicè calidum ingerendum consulitur homini, cuius hepar immodicè caleat, ex eo transitu & iecoris commercio calidius, quàm fuerat assumptum, euadat necesse est. Nostræ verò partes sunt eiusmodi obices ad apertiorem rei veritatem demoliri. In omnibus quatuor intemperamentis profundis summoperè cōfert admoti remedij tenuitas. Vnde illa prodierunt miracula in diuturnis, quæ profunda esse solent, malis destillatorum, aquæ ardentis, quintæ essentiæ, auri potabilis. [Solutio primi.] Chymica enim arte summa comparatur mixtis tenuitas. Ea dupliciter penitioribus malis facit: & quia accedit ad imum, radicesque mali, & quia cum toto affecto loco conuersatur, & miscetur ita, vt facilè alteret & euincat. Nec commune hoc ignorans Galenus de solis frigidis curatoriis admonuit, sed significans in frigido medicamento, nisi prouideatur substantiæ tenuitas, noxam expectandam pro commoditate esse. Dum enim ab intenso frigore, crassoque intercedēs pars tota densatur, cohibitus in imo calor vnitur & ebulit. Indicio sunt perniones infantum: cùm in reliquis tribus qualitatibus crassities medicamenti minuat vtilitatem remedij, non etiam morbum augeat. [Secundi.] Quòd verò proximè citabatur mutare vim suam calorificam etiam paria, mutata substantiæ cōditione, vt de quibusdam aliis calidorum operibus, verum est, ita in calefactione ipsa parum potest. Hic autem non quærimus ex calidis rarefactionem, aut deobstructionem, sed puram excalfactionem. [Tertij.] Vehemens autem medicamentum in quemuis excessum periculosè adhiberi temperatis partibus certum est: sed quid requirat curatio, quæritur, non si cum aliquo periculo adhibetur. Et quemadmodum intemperamēta superficiaria æquata cōtraria postulant, quæ tamen imminentis periculi gratia rarò imponuntur, præferturque remissius, quod quantitate, frequentiaque debilitatem suam compēset: non secus in penitioribus per languidiora, frequentiora tamen, tutiùs medicamur. [Quarti.] Postremus rarissimus casus est, vt in via vis medicamenti augeatur. intermedia enim, vtpotè sana, moderatiora sunt, & affecto loco, & curante remedio. Quę autem qualitates immoderatæ sunt, à mediis moderatis, & sanis ad moderantiam, non ad excessum trahuntur. Quare de curatione facti, fientisque intemperamēti, ita in compendio agere Galeno visum est. Nam de futuro ideò tacuit, quoniam alio loco, & commodiore de eo tractatum est. Futurum siquidem intemperamentum vel in sano est, aut optimè, aut lapso, de quo præcessit disputatio, vel in neutro, de quo ad calcem libri futura est.

SECTIO QVARTA.

CAP. XC.

Continuitatis autem solutionis curatio intentionum quidem habet vnionem, quæ in partibus quidem instrumentariis impossibilis est: in similaribus verò non semper possibilis. At quandoque, sicuti in carnosis, sanitas conglutinatione perficitur, nil verò differt, neque si coalitum appellaueris. Ipsam verò antecedit, quando vulnus manus extiterit, partium applicatio distantium,

qua ex formationum genere existit. Vt autem hac ipsa firma, ac stabilis fiat, & alligatio cogens in vnum, qua distant, & fibula, & sutura vtiles sunt. Coalescere autem facit ea, qua inuicem distant, ac pristinam reducit vnitatem ipsa natura. Nostrum verò opus est, vt diximus, applicare extrema distantium partium, atque ita vt in vnum coacta sunt, conseruare: & tertio loco, ne quid labris vlceris intercidat, cauere: & quarto ipsam partis substantiam conseruare salubrem. Sed quo pacto primum & secundum impleamus officium, dictum est. Tertium verò in cogendo in vnum partes distantes exequemur, si nihil extrinsecus incidere permittamus. Quoniam sæpiùs vsu venit, vt pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens earum, qua copulanda sunt, partium vnitatem impediat. In eo autem, quod sequitur, tempore per suffluxiones tertia intentio retinetur. Ipsam verò suffluxionem ex eiusdem & contrary loci diuisione, & figura opportuna comparandum. Partis autem substantiam salubrem cum mediocriter exiccantibus conseruabimus. Hac quidem est soluta continuatis curatio, cùm ipsa sola seorsum in carnosa parte constiterit. Quòd si alicui alteri morbo coniungatur, plures sunt indicationum intentiones, quas in compositorum, vel complicatorum, siue, vt cuique appellare libuerit, doctrina deinceps tradenius. In præsenti autem sermone ad reliquas vnitatis solutiones accedendum.

MORAORVM solutionis curationes ita disponit auctor, vt priùs de simplici solutione in carne, mulli scilicet membro agat. Inde de solutione pariter simplici in durissimo, quale os est, capit. 91. Tertiò, in mediocri, vt nerui, & vasa, capit. 92. Quarto, quoniam rarum est, vt non iungator solutio alteri affectui, compositam eractat 5. In compositis igitur. De carnosa primùm, quod in omni motbo faciendum est, præsagit, docens solutiooem organi non admittere curatiooem, similaris autem spermatici similiter esse insanabilem: sanguinei membri sanabilem. Secundò, quatuor exequitur auxilia vnitionis in carnosa solutiooe: applicationem extremarum orarum: conseruationem eius applicatione, siue deligatura, siue fibulis, siue suturis: cautionem item, ne medium quid intercedat, vnionem prohibens: postremùm, exiccationem vulneris modicam conglutinatiooi parantem. Tertiò, his administrationibus naturam inquit vnituram vulnus sperandum esse, non medicum, neque medicamenta. Si verò, quod frequens est, iungatur inflammatiooi, vel intemperamento, vel cuipiam alteri affectui, inter compositas solutiones numeranda infrà est.

TRACTATIONIS ordo primùm, tum quatuor illa auxilia explicanda latiùs sunt. Et ordo quidem exigit, vt sicut similaria membra antecedunt organa, ita morbi intemperamenti organicos. Sicut enim similaris forma & ratio, temperamentum est, ita organi compositio: media intercedit solutio, quoniam similaribus pariter, & organicis communis affectio est. Illud intere non oportet, oon esse, quod quispiam facilè suspicari posset, totam hanc de solutione disputationẽ à physico medico ad chirurgum relegãdum: Imò verò inter internos morbos, quorum est vniuersum genus physicum, nulli magis fatigant, maiorémve eruditionẽ medici requirũt, quàm ij, quos interna, aut hulcus, aut inflammatio creat: ita necessaria est agnitio, veraque methodus curatoria horum affectuũ medico. Ex eo enim genere sunt phrenitis, pleuritis, phtisis, suppuratio, puris mictus, plurimique alij. Nec dubium est, quin possit externas has affectiones medicari eum, qui ad occultas, difficilioresque sufficiẽs est. Sed quoniam minus est in externis sapientiæ, magis operæ, manuumque, delegatum est à medicis id muneris chirurgis: vt neminem debeat pœnitere operæ, studiisque huic sectioni impensi. Præsagium verò, quod præmittit, habet, insanabilem esse organi solutionem: partis verò similaris aliquando tantùm sanabilem. Quid autẽ per organi solutionem intellexerit, haud constat. Multis placet esse organi a corpore separationem. Nam quæ sectio partes aliquot organi diuellit, non soluit organum, quà organum est, sed partes aliquot organi. Manifestum est autem instrumentum à corpore diuisum vniri non posse, cõfestim siquidem perit priuatum principiorum vitæ communione. Alij interpretãtur ex Galeno, ipso libro De artis constitutione, solutionem organo tribui, cùm vincula partes in organi vnitatem deuincientia tota soluuntur. Ea enim solutio organi est, sicut si vel illa ex parte, vel similaria alia vtcunque soluuntor, affectio similari tribuenda est, non organo, nisi per accidens, sed prior expositio apertior est, & verior.

Hulcera physico attinere.

Solutio organi quid.

Cap. 6.

DE carne verò dubitant, nam ex quatuor differentiis sola glandosa spermaticis non atteritur. Simplex enim fibras seminales continet: confusa & fibras & membranas: sicut lacertosa ligamenta & neruos, quorum gratia vniri non possit. At carnis nomine, veteres hi rubrum, illud mole ex sanguine citra medium genitum significant, ea pars soluta coalescit, non tamen proinde, quę carni vel coniuncta, vel inspersa sunt fibræ, ligamenta, membranæ. Accedẽs verò ad curationem Galenus admonet, non esse artis munus coalitom, quem quęrimus, sed naturę. Quod enim libro De naturalibus facultatibus edocuit: sicut sensus animalium solam superficiem rerum attingit, nil internum agnoscens: ita ars omnis summum hoc, & superficiem efformat & mutat, non rei substantiam & internas partes: quare non pertingit ars ad speciem rerũ mutandas, aut substantias, aut veram mistionem, nutritionem, formationem: neque itaque ad vnionem, quę nutritionis ope & intercessu consistit. Superest itaque erga vnionem arti ministeriũ, & præparatio agenti naturæ. Eam præparationem quadruplicem esse auctor ostendit: primam cooiunctionem dissidentium in vulnere orarum. Secedunt enim mutuò præ innata grauitate ad varia latera, non ampliùs vnitate mẽbranæ, & partium suarum cohibitæ, retentæque, multò autem magis, vt secedant mutuò, fibræ ligamentorum faciunt: quæ dum ex natura ad suas contrahuntur origines, medius locus vt vacet, necesse est, & quia, nisi vna alitione, verè coïre scissæ partes non possunt, coniungi ambo, simulque esse oportet. Alterum est in conseruanda coniunctione facta medici auxilium, in parua distantia sola digitorum ope, in maiore adhibitis etiam fibolis, quarum in cincturis vsus frequens est, in multò maiore futura.

Dubitatio.

Solutio.

Lib. 2-3.

IN TERTIO verò auxilio cautionis ab incidẽtibus multiplex oritor ambiguitas. Primùm, cõprehensa videtur in prima præsens intentio. Si enim applicantur mutuò diuisa latera, simulque constit

Dubitatio.

cōstituuntur, nil medium relinquatur necesse est, vt qui primæ satisfecerit, huic tertiæ satisfecisse

Solutio. videatur. Sed illud animaduertisse oportet, primam illam intentionem solam cōiunctionem distantium laterum expressisse, tertiam medici expurgationem, puritatémque. Præstat autem duo illa separare, quoniam in hoc loco causarum curantium numerus inuestigatur, distántque plurimùm duæ illæ curantes causæ, laterum per manus coniunctio, & intercedentis, puris per suffluxionem expurgatio.

Dubitatio. Cvr verò ad vulneratum locum tam multa confluant, ad sanas & integras nil, multæ causæ sunt. Nam locus ipse vulneris depressus est, si lateribus conferatur. Humores igitur vtrinq; innata grauitate delabantur oportet, & ea circunstantibus grauia omnia. Infirmatur præterea contentria partis facultas, tum quia multæ fibræ in retentione contrahendę sectę sunt, tum quia à continētis commercio temperies euertitur membri: cúmque contineri humida vtrinque non possint, ad locū diffluunt medium. Sed & concoctio, quæ solutionis vitio oblæsa est, cùm alimentum assimilare non possit, excrementi copiam adauget. Postremò, ad debilē ea solutione locum, frequenter etiam dolētem, confluxio fit ab vniuerso corpore. His de causis tam multis excrementis hulceratæ partes scatent. Ipsum verò, quod interponitur, duplici nomine vnionem prohibet & quia, caro, nisi carni vniri nequit, & quia, dum in loco

6. Apho. 20. calido humido alienum continetur, quod Hippocrates docuit, suppuretur necesse est, pus tantùm abest, vt toleret vnionem, vt erodendo hulcus amplificet.

Dubitatio. Cvr ergo lauantur vino vulnera, imponūtúrque vulnerariæ herbæ plurimæ solutis partibus? Scilicet qualitas horum, facultásque sine materia quęritur, moles ipsa excluditur. Lotum enim vulnus ad viuum siccatur, ne vini humiditas maneat, sed calor cum ariditate. Puri verò expurgando membri figura prona sufficit, si rectum vulnus est, & os amplum: si verò angustum, amplificandum est, vt sufficiat, quòd si pus alio tendit ad ima delatum, paretur alterum in imo foramen, si aduersum petit, in opposito: demum, quò natura tendit, eò ducere, iuxta senis consilium.

5. Apho. 21. Dubitatio. Sed quomodò propositi immemor Galenus, dum simplex vulnus tractat, purulenti adiutoria interponit? Ductus videlicet orationis cōsequentia, & affinitate, ne separaret illa, quæ valde cohærent, suntque, cautio, ne incidat in vulnus quidquam, & expurgatio iam defluxi, quorum vnum opus est. Et de tertia quidem intentione satis dictum: nunc quarta agitanda est. Conseruanda, inquit, est partis temperatura laborantis, adhibitis modicè siccantibus. Huius doctrinæ monstrata

Cap. 3. causa tertio methodi est. In coctione tertia, qua sanguis abit in membra, succrescit excrementum duplex, alterum tenue, quod in sudorem & halitus abit, alterum crassum, quod in sordes & pilos, quę quoniam sanguinis versioni in alimentum impedimento sunt, dum per imposita siccantia absumuntur, paratur materia futuro alimento, & quod solùm potest ars, ita ministrat virtuti per altionem naturæ. Hæc Galenus. Nec malè tamen addunt alij, facere exiccantia consolidandis vulneribus, quatenus humiditatem necessariò à continentibus ad vulnus defluxuram dissipant, ne coalitum impediat, prohibeántq; putrescere, cui malo humiditas omnis in vulnere contenta patet. Dum itaq; siccantia in vulnere materiam parant nutritioni, vnionique, tueri dicuntur naturam, à qua vnio expectatur, & conseruare partis substantiam: obseruandumq; est in omni simplici vulnere, de quo præsens sermo institutus est. Nam vbi iungitur contusa caro, quia sanæ vniri non potest, & sanguis omnis vasa consertim exiens suppuretur necesse est, eo citiùs festinabit vnio, quo citiùs contusum omne suppurabitur. Danda itaque in 6. Apho. 20. talibus opera est, vt calidis, humidisq; sugillatum omne putreat, & expurgetur, ad sequuturam per siccantia vnionem. Sed éstne arte faciendum vul- 4 Ther. 5. nus externis tātùm remediis, quod tertio metho- Cap. 3. di scriptum est, an etiam intrò sumptis, quod pau- Cap. 91. lò post in osse fracto sanādo monebit? Sanè, cùm ob traditas nuper rationes ex vniuerso corpore ad vulneratas partes colluuies defluat humorum, obstaculo futura sanationi, multò præstat etiam vniuersum corpus inanire, extenuaréque, si plethoricum est, inedia & phlebotomia, si cacochymicū, inedia pariter & purgatione. Ita enim inanito corpore externa remedia exhaurient cōtentam in vulnere, nec aliunde defluentem humiditatem. Quantam verò siccitatem cōsolidantia re- Cōsolidantiū siccitatiū gradus. media exposcant, non satis ex Galeno cōstare potest, qui hìc modica tantùm requirit, in methodo 3. Ther. 3. cùm præmisisset, oportere esse in primo gradu sicca, prosequens eorum exempla quędam secundi, quædam etiam tertij gradus enumerat siccantia. Sunt enim finitimæ facultates remediorum epulotica, colletica, sarcotica, id est, cicatricem inducens, conglutinatoria, incarnatoria, omnia genere siccantia, sed vehementia siccitatis differentia, cicatrici inducendæ maxima, quæ carnem in callum cogendo vertant, durentq; mitissimam requirit carnis generatio, quanta absumat excrementa, vtilem sanguinem carni formandæ non minuat: moderatam consolidantiam agglutinatio, siquidem & carnis generatione, & eiusdem quadam exiccatione constat, perficitúrque. Agglutinantia itaque vulnus, si & membrum temperatū est, & vulnus, ferè in primo gradu sicca sunt, sed, quod idem subdit Galenus, magna habenda ratio est innati partis temperamenti, vt similibus seruetur, adscititij verò in vulnere, vt contrariis debelletur. Quo ergo pars siccior, vulnus verò sordidius, laxiusq; constiterit, eo ssiccioraconsolidantia paranda sunt, vt nonnunquàm ad secundum & tertium siccitatis gradum conscendendum sit, non semper in primo consistendum.

Cap. XCI.

Fractio igitur est continuitatis in osse solutio, quæ quantum ad intentionem primam, insanabilis existit. Quoad secundam verò, quodammodò sanabilis fit. Prima igitur intentio est coalitus partium, qui ob ossis duritiem fieri non potest. Secunda alligatio, quæ fit callo superuato partes fractas alligante. Calli autem generatio, quæ quidem ex materia, & à natura fit, est & ad alia communis: quæ verò formam ossi vicinam habet ex eiusdem fit alimento. Molle verò, & puerile os, coalescere potest. Sed per rarò fit talis affectus, quin cum altero societur. Magna enim ex parte musculi adiacētes vnà cū corporibus alijs fractis ossibus patiūtur. Quare & curationis intētio oritur duplex, quarū altera quidem

circa os, altera verò circa corpora adiacentia versatur. Sed hæc quidem in carnosarum partium complicatu dicetur affectibus. Nunc verò de fractionibus dicendum. Quoniam enim harum sanitas callositate procuratur, vt callus generetur, proprij ossis alimenti superfluitatem natura suggerere oportet. Hanc verò superfluitatem in qualitate, ac quantitate seruare modum, est necessarium. Vnde & ratio victus est adhibenda, quæ tantum, ac talem influere ossibus sanguinem præparet, qualis & quantus generando callo sit opportunus. Quoniam verò per fracti ossis cauernas idem effunditur sanguis, eiusdem qualitatem, ac multitudinē animaduertere oportet, atque ita vel ficciorem, vel humidiorem victum instituere. Sed hæc omnia in libris, in quibus de curandi ratione tractatur, pleniùs sunt explicata.

De vulnere verò ossis (transit enim ad simplicem ficcissimi membri diuisionem) primò præsagit esse verè, vel prima intentione incurabilem, cùm non solùm sit spermaticum, sed ex spermaticis durissimum. Secundò, ait sperari tantùm calli generationem: quæ si in generali spectetur, quoad agens, vim nutritoriam, & materiam accedentē sanguinē, nil distat à reliqua quauis vnione in corpore. Si verò particulatim spectetur agens, nutritoria ossis: materia sanguis ossi alendo dicatus, peculiarisq́; sua quædā habet præcepta, & victus formam. Tertiò, interponit sententias concernētes eam fracturā videlicet, puerile os quandoque verè vnitum esse, post pueritiam nūquam: & raro accidere, vt fractio ossis simplex reperiatur, frequenter coïre cum carnis & cutis vel solutione, vel contusione. Quartò, præcipit obseruantiam in callo gignēdo, vt per oras diuisi ossis spectetur resudantis excrementi & copia, & qualitas, vt ita tale, tantúmque per victum procuretur, quale & quantum gignendus callus exposcit.

De membrorū coalitu primùm, tum de calli generatione & materia differendum est. Causæ, (Causæ difficilis coalitus.) cur quædam vulnera difficulter, quædam nullo modo sanentur, ferè sex habentur. Prima, ex Galeno (5. Aph. 18.) hîc durities, quoniam enim non fit vnio, nisi per mixtionem, mixtionem verò arida nō admittunt: fit, vt dura non coëant, quale os est. Secunda, tenuitas diuisæ partis, ideò vesica soluta, præterquàm ad ceruicem, vbi carnosa est, non sanatur, & abit in fistulosum sinū. Cùm enim perexiguus sanguis ad oras tenuis membranæ descendat, sufficere non potest vnioni peragendæ. Est & tertia (6. Aph. 19.) integra partis decisio, de qua etiam Hippocrates meminit, nec enim facilè ita ex toto decisa iunguntur, vt coëant. Additur Galeno quarta iugis (5. Ther. 9.) (5. Ther. 9.) soluti motio, nec enim permittit vel vniri, vel glutinari perpete motu, vnde septi & pulmonis vlcera raro sanantur. Quinta verò maioris adhuc momenti, quando suffluxionem membrum nec à natura habet, nec ab arte patitur, vt venter spiritalis. Cùm enim sanari non possit, nisi expurgetur hulcus, nec purgari, nisi deorsum constituto foramine, in capite substant foramina multa caput inanientia, sic in ventre naturali per intestina & vesicam: pectus parte inferna occlusum solam admittit per tussim purgationem, (5. De loc. 2.) sed ea incommodat vlceri vehementia compressionis, dilacerans hulcus, & morbum augens. Postrema occasio est, nobilitas visceris, cuius scissio exhaurit spiritum, priùs quàm vniri possit, quod in corde & cerebro subinde euidens est. Ossa ergo (habet Galenus) fracta ex prima soliditatis causa veram vnionem recusant, nisi aliquando in pueritia. Vnde intelligitur aliquantò faciliorem esse vnionem, quàm (1. De semine 18.) (5. Ther. 7.) reparationem partis, nam abscissa ossa ne in pueritia quidem reparari dixerat idem Galenus, qui modò vniri posse concedit.

Calli verò generationem ita procurat Galenus: Considerentur, inquit, oræ fracti ossis, quid, qualeq́; in scissuræ locum confluat, & iuxta confluentis exigentiā attemperetur alimenti modus, & substantia. Qui discursus primam dubitationem habet diluendam, cur nō memorat intentiones illas solutæ carnis non minùs hîc, quàm illic exequendas, coniunctionis, cōseruationis, expurgationis, exiccationis. Prætereà genitus callus, si animatus est, quomodò non coit cū reliquo animali, si inanimus, quomodò citra alitionē perpetua vita durat? Succedit illud, si sanum os alimentum non conficit & sibi & alteri, quomodò conficiet ægrotans? Iam influens ex oris ossium sæpè latet in occulto, nec videri, quod vult author, potest. Postremò in methodo multò hæc (6. Ther. 5.) doctrina & artificiosior, & verior exprimitur, vt durante dolore fracti ossis, tenui victu & sanguine misso inflammatio auertatur: ea postquàm cessauit, pleno victu, crasso, lentoq́; æger alendus est, in quo callum quęrimus, trahendumq́; est ad partem alimentum crebra lotione, non morosa calidæ, emplasticisq́; remediis, à qua doctrina tam longè abesse intelligitur præsens, quàm à veritate, vtilitatéque curandi. Nunc propositum solutiones audiamus. (Solutio primi.) Galenus post traditam superiore capite methodum vniēdę solutionis vniuersim quatuor remediorum generibus, annectit de osse & neruo, nō tam allaturus harum solutionum integram curationem, quàm docturus, si quid præter dicta harum partium scissuræ requirunt. Quapropter in osse fracto (quod solum proprium habet) calli generationem edocet: in neruo secto, ligamentóque conuulsionis cautionem, cui malo neruosum genus, ligamentosumq́; obnoxium est. Quis enim negabit in portionibus fracti ossis mutuam applicationem antecedere oportere, conseruationémque non futuris, sed machinis & funibus, quæ multiplicia Hippocrati & Oribasio (Lib. De fract. & machinis.) parantur. Expurgationem verò integram, & abrasionem vitiati etiam leuissimè ossis tantò magis hîc necessaria esse, quantò ab ossis duritiem minùs dissolutioni & purgationi patet. Quocirca validis pressuris, scalpellationibus, calidæ lotionibus, quicquid purulentum, aut sordidum inciderit eluimus: quæ omnia ex superiore capite in hunc locum transferri, subaudiriq́; Galenus voluit. (Secundi.) Callum verò animæ expertem multo esse, est verosimilius: tum quia animatum illud cum animali, non vnitum agens separatum requirit: tum quia vis informatrix ossis infirmissima etiam in sene callum grāde gignit, quæ os ipsum sufficienter alere non potest, multò minùs animatum os aggenerare, augeréve. Nec tamen ad durationem requirit alitionem animati propriam, sed eam, qua certum est lapides, metalliq́ue externa superficie augeri, accrescente perpetuò materia & in illorum permutata substantiam: in osse verò per ossis vtrinque poros exudante.

Cur redundet fracto ossi alimentum non sano, (Tertij.) quidam ad conatum trahentis naturæ in calli (4. De caus. puls. 1.) etiam materiam referunt. Constat enim naturales

vires

vires magis defectas, vbi ab vsu coactæ sunt validiùs operari sanis, robustisq;. Sed nil opus est isthoc subsidio. Nam callus non requirit coctum, & vtile alimentum, satis est abundans etiam excrementicium, quod à vicinis propter loci debilitatem copiosum mandatur, non minùs, quàm ad vulneratam carnem. Quarti. Quòd si fracti ossis delitescunt oræ, coniectura defluentis fumi ex eo potest, quòd ea pars citra dolorem & ruborem protuberat immodicè, aut subsidet, vt cõfluentis alimenti copia & modus æstimari possit. Quinti. Nec idcircò reprehensionem meretur compendium, quoniam latiùs exactiusque in magna idem traditur compositione, hîc sat habuit admonere, parandum ossi vberius alimentum. Sumere verò argumentum ea defluente ad victus mutationem vtiliter hoc loco admonemur, nec incommodè doctrinæ in methodo traditæ adiicitur.

CAP. XCII.

Nerui verò, & chordæ punctura propter sensus vehementiam. & quoniam hæc pars principio continuatur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandam, actum præsertim, cùm nihil extrorsum expirat, obcæcato cutis vulnere. Aperiendum est igitur, atque exiccandum substantia tenui, quæ vsque ad ima nerui offensi possit penetrare. De his verò exactè diximus in libris De arte medendi conscriptis. In simplicibus quidem huius generis affectibus salubrium causarum forma talis existit.

DE tertia simplici solutione in neruo, ligamentóve, primum ea more præsagit, tradẽs in punctura nerui, quam peculiariter prosequitur, frequentem immiœre cõuulsionem propter sensus acrimoniam, & consensum, quem cum cerebro habent, eamq; in curatione medico cauendam. Secundò, itatri illi obuiam ostendit, si puncturæ foramen amplius fiat, qua humor defluat, nõ immaneat: mitteodumq; esse medicamentum tenuis substantiæ, qua meet ad profundum vsque neruum, calidum expurgans, attrahensq; ex profundo humorẽ. Si quid verò curationis residuum est, relegat ad methodum lectorem.

PRÆSAGIVM Galeni primo loco, mox curatio tractanda est: Cur inter mediocrium membrorum vulnera elegit neruos, & ex nerui solutionibus pũcturam, vna causa est: quia ea solutio peculiarem exigit præ reliquis à conuulsione cautionem. Nam nerui, ligamentaq; partium maximè conuelli soluta apta sunt, & inter neruorum vulnera puncturæ magis. Possunt enim secundùm fibrarum lõgitudinem, possunt & transuersim discindi, possunt & transuersim, sed ea parte, secari, tandem etiam punctim cædi. Cumq; genera hæc omnia offensæ pateant, multò maximè patet nerui pũctio occlusi foraminis gratia. Illa discutienda in pręsagio sunt: Cur neruus acri tactu polleat, cùm sit instrumentum à moderantia qualitatum valdè lapsum, nec capers sensilium, quæ percipere habet. Tum ratio Galeni secunda, quomodò stabit cum prima. Quia, inquit, neruus magnam habet cum cerebro communionem, ideò etiam vulneratus accersit conuulsiones: atqui nisi ita communicaret, non obtineret acrimoniam sentiendi, quæ propriore causa relata est, ita fit, vt non sit illa communio altera, diuersaq; à priore causa, sed primæ occasio. Tum etiam, qualis è tribus generibus fit conuulsio, è neruo secto genita referendum est. Igitur, quò obiecta aperiantur, oportet ea Galeno præmittere, sensationem omnem constare ea suscepta sensilis imagine, & susceptæ agnitione, ea quibus posterius vnum est, & omni sensili commune animalis facultas per neruum delata: prius varium hac necessitate, quoniã enim actio requirit materiæ familiaritatem ad passum, estque externum agens varium, partem aliquam in corpore dari necesse est, quæ materia cum imprimente, agentéque obiecto conueniat. Hanc corporis partem, sensorium, vel sentiendi organum nuncupamus. Cùm verò tangibilia contactu, quod nomen ipsum indicat, operentur sentiantúrque, nil prætereà proprium exigentia, fit, vt, quia omnibus corporis nostri partibus commune est esse terrea, afficiq; ab his, quæ ea tangunt, nullum habeat hic sensus separatum in corpore sensorium, sed omnibus commune sit impressionem tangibilium suscipere, diiudicare verò his, quæ animalem spiritum à cerebro manantem intra se suscipiunt. Cùm tamẽ nullum sit simpliciter tactus instrumentum, duo à Galeno, quasi instrumẽta, numerantur, cutis volę manus, & ventriculi os: volæ quidem cutis qualitatum primarum index sincerissimus, quoniam omnino excessuum omnium capers est, in mediocritate earum constituta, os verò ventriculi solutionis ad membrorum tractum consequendæ. Oportebat enim in fame non leniter dolere animal, sed œstro molestiæ in alimenti remedium ferri, quò vita duraret. In quem vsum postremum illum circuitus totius in tractu terminum, os, inquam, ventriculi multis neruis vallauit natura, tam eximiè solutionem percipientibus, vt eam partem, quasi instrumentum tangendi, Galenus appellauerit, & hîc eximio sensu punctos neruos affici dixerit. Alteram verò obiectionem mirum est quibusdam suasisse, vt authorem accusarent, cum mererẽtur ipsi multò magis accusationem. Quòd enim duę causæ sint conuulsionis in puncto neruo, non vna, inde colligi abundè potest. Fieri poterat, vt neruus pars esset acri sensu prædita, nõ tamen cohæreret cum cerebro, nec ab eo oriretur, & eo cessaret, adessetque tunc neruo prima illa conuulsionis accersendæ causa. Nunc cùm vltra sensus acrimoniam accedat communia illa, commeatusque ad neruorum originem, meritò annumerantur Galeno duę non vna, conuulsionis infecto neruo rationes. Conuulsionis autem genus ferè ea plenitudine est. Occlusio enim foramine, & aucto intus dolore, copia humoris, quam dolor allicit, cohibita neruum inflammat & replet. Potest & puris vel vapor, vel noxia qualitas neruum, aut cerebrum per neruum offendens, excitare vim animalem, quæ inimicam qualitatem deuitans neruum conuellendo contrahit.

Neruus cur tactu valeat. Solutio primi. 7. De plac. 14. 1. De gener. 5. 1. De temp. 17. De instru. odorat. 2. Secundi.

IAM verò si curatio expenditur, quæ & hîc traditur, & lib. Methodi sexto; sicca etiam valentia imponenda sunt. Nam pręter vniuersalem vulneris canonem sicca expostulantem, ipsa nerui conseruanda natura vim siccantium adiungeri postulat. Eadẽ oportet substãtia tenui cõstare, quoniam curãda affectio in profundo latet. Iuxta ossa enim nerui iacent. Calida verò & actu & facultate, cur præcipiantur, multæ à multis causæ redduntur. Alij quidem hanc. Quemadmodum vulne-

Cap. 8. Calorifica Cur neruis.

vulnerata caro, natura licèt humida, medicamenta quærit, non quæ humectando conseruent, sed quæ exiccando a lapsu prohibeant: sic neruorum frigida temperies calida ad præcautionem medicamenta, magis quàm ad conseruationem frigida. Alij verò sic. In neruo est conseruanda moles ipsa nerui frigida, est & contentus spiritus calidus, & hic multò canali præstantior, ideò in opere vincens, huius gratia magis calefacimus, quam canalis refrigeremus. Licet & ita soluere. Assuetudinarium temperamentum, quo sanitas illæsi nerui perdurat, tepidus calor est vicinæ, circundantisq; carnis: cùm ergo saucius est, nisi infundatur, quod parem carni pristinæ calorem habeat, euertatur hoc, cui insueuit temperamentum, neruusq; laboret necesse est. Nam nec pectus tantò facie calidius ferre potest nuditatẽ, qua facies sanitatem, incolumitatemq; tuetur suam. Nisi magis ita placeat. Quemadmodũ ex corporibus parum lapsa, atque adeò adhuc sana rectè similibus gubernãtur, ampliùs lapsa, neutráque præcautionem perpetuã requirunt: sic ex membris quæ non valdè à curis mediocritate vtrinque distant, similium adhibitione sæpè tuemur, quæ verò immodicè recedunt planè contrariis. Sed omnium est illa facillima ratio: quòd hîc nõ tam quęritur per iusum temperamenti conseruatio, quam sordidi, purulentiq; dissipatio & attractio, quæ opera, vt frigidum auersantur, ita calido perficiuntur.

Cap. XCII.

In compositis verò complicatur hulceribus. Prima quidem cauitas, quam non alterum affectum, sed hulceris differentiam esse arbitrantur. Est autem non differentia huiuscemodi rei: sed alterum aliquod 1 totius ægritudinis genus, in quo ipsius substantia iactura facta est. Et quidem curatio in duplici morbo duplicem exigit intentionem. Nam continuitatis solutio, vnitate, substantiæ autem iactura, generatione indiget. Paulò verò suprà generationis intentiones exposita sunt. Quòd autem primùm quidem hunc affectum oporteat sanare, demum vnitatem restituere tentare, ipsa rerum natura commonstrat. Cùm itaque repletum fuerit cauum, hulcus verò ad æqualitatem perductum, alteram intentionem abolere contingit. Nam media existente inter labia hulceris ea carne, quæ nuper est genita, partes quidem distantes vniri est impossibile, vnde fit, vt alia intentio sit perquirenda. Intentionem autem consequemur ex eo, quod est secundùm naturam ipsi parti comparando, erat autem eidem cute obduci naturale. Quare hoc ipsum à nobis procurandum aut si hæc intentio effectum sortiri non potest, simile aliquid cuti, carnem scilicet, quæ cutis natura vicina sit, instaurandum. Est autem huiuscemodi, quæ & sicca, & callis similitudinem præ se fert. Ad cicatricem igitur obducendam necessaria erunt exiccantia, & sine mordacitate astringentia medicamina. Ita & si sordicies aliqua fuerit adunata, intentio quidem erit abstergendi, & erit medicamen salubre abstersiuum. Eorundem verò materiam in libris, in quibus de medicaminibus agitur, scripsimus. Et quidem si aliqua inflammatio, vel attritio, aut tumor prædurus, vel mollis, vel laxus cum hulcere fuerint, priùs eorum curationi intendere oportet, 2 sequendo eas vias ac rationes, quas priùs exposuimus. Sic & si aliquid illabitur, ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo si aliqua intemperies hulceratum locum obsederit, ad eiusdem intemperiei remedia veniendum. Sed de his quidem satis.

POstremò, de cõposito hulcere docet primam compositionem esse cum cauitate, quam multi differentiam hulceris esse opinabantur delusi. Est enim cauitas defectus substantię morbus organicus, solutio verò communis morbus, quare toto genere distant duo illi affectus, non est alter alterius species. Secundò docet curationem eius, oportere, vt duo duobus affectibus contraria applicentur, regeneratio carnis cauitati, vnitio solutioni, ex quibus natura ipsa docet ordiendum esse à regeneratione carnis. Nisi enim precedat caui repletio, distantes partes vniri qui possint? cumq; repleta cauitas fuerit, hulcusq; planum, nulla residua est, quę vniri postulet solutio, solàque superest cutis per astringentia citra morsum generatio, eam si cutis natura negat, substitui illi oportet vicarium, sicut in osse callosam carnem. Tertiò, in reliquis compositionibus eandem methodum obseruari oportere scribit, vt inueniantur opposita, priusq; coniuncti affectus, sordes, inflammatio, intemperies sanentur: ita tandem ad vnientia accedatur, quandoquidem impedit illorum præsentia speratam vnionem.

1. *Totius ægritudinis*] Legendum est, *alterius* 3. Ther. 4.
ἄλλου non ὅλου.

2. *Sequendo eas vias*] Scilicet naturæ dictamen ostendens priùs curandum esse id, sine quo reliquum curari nequit, non potest autem curari hulcus, non persanato tumore. Sigillatim verò, quæ maiorem operam requirunt, tractanda diligentiùs sunt. De compositione hulceris, curandi ordine, cutis generatione, hulceris sorde, aut inflãmatione. Igitur compositionem vlceris & hîc & in methodo paulò latiùs accipit, quàm alibi affectus intelligatur compositus. Non enim solùm 3. ad Glauc. 14.
compositum vocat, vbi alteri iungitur affectui, sed etiam, vbi symptomati, & vbi causæ morbi. Compositionem enim recipit hulceris cum sorde, & cum defluxione, quorum primum symptoma est, alterum causa, neutrum morbus: quomodò componi cum accidentibus febrem nonnunquàm fatetur. Solet autem efferri hulceris appellatio de sordido, vulneris de recente. Inter multas verò compositiones, primam inquit esse cum cauitate, siue ordinem significans docẽdi, quoniam placuit ab ea ordiri: siue etiã temporis, quoniam nonnunquàm cauitas ab initio ipso vulneris, & simul cum vulnere occupat, reliqua multò pòst inflammatio, pus, intemperatura. Cùm verò non admittit cauitatem pro vlceris differentia, videtur pugnare communi vsui recipienti hulcus, cauum esse hulcus: in quo enunciato hulcus, in quid prædicatur de cauo, tãquàm de specie. Sed admittuntur nonnunquàin enunciata illa non propriè. Exactè enim genus de specie prędicatur, febris diaria febris est: minùs propriè ens per se de ente per accidens, homo albus est homo: homo enim albus 3. Ther. 5.
vnum est per accidẽs: adhuc magis abusiuè vnum de duobus, quæ nullo modo constituunt vnum, hulcus cauum est hulcus, cùm magis dicẽdum esset, est hulcus & cauitas, nec enim hulcus subiacet cauitati vt constituat vnum per accidens, sed hulceri pariter, & cauitati subest vnum membrum. Quòd si aliquando appellat cauum hulcus vnum morbuns, confert ad idẽ inflammationi iunctum. Sed qnisnã morbus est cauitas? potest esse in numero deficiente, si pars aliqua tota ablata est, potest & in figura, si figuræ vitio actio membri oblædi-

Cauitas an hulceris differentia.

oblæditur, vniuersim autem est in diminuta magnitudine, quoniam saltem portio aliqua similaris membri abscissa est.

Dubitatio.

Cvm igitur morbus ipse diminutio sit, diminutionique è regione augmentatio opponatur: Galenus non augmentatione, sed regeneratione subueniri præcipit. Videlicet vera augmentatio secundùm tres fit dimensiones, vera item diminutio similiter, qualis in tabidis & marcescentibus apparet, diminutio verò carnis in cauitate impropria est, vnius tantùm partis ablatio, cui non augmentatio vera aduersabitur, sed absumptæ partis (quam author præcipit) regeneratio. Est ea de causa victus hic vberior non secùs, quam in callo gignendo offerendus, nisi quod magis cautè & parciùs, quàm in callo, tum quoniam sponte sua, ex moderato licèt alimento, ad mollem partem, laxam quę multum excrementi defluere solet: tum quia vberius alimentum cruditates auget: sanguis autem crudior non abit in carnem, sed fluxiones concitat; cùm callus ex excrementitio humore non minùs, quàm ex percocto augeatur.

Sed expendamus, quæ de curationis ordine docet. Duo, inquit, morbi duas indicationes præscribunt, inter quas naturæ ordo exposcit, vt ab eo initium curandi sumatur, quo non curato, reliquum curari non potest; tale est in proposita complicatione cauitas: ab ea igitur ordiendum, tum ad vnientia veniendum, cúmque ita collegisset, multo aliter curat, repleta siquidem cauitate, vnientia ampliùs locũ nõ habet. Sed non pugnat secum Galenus. Nam ratio consultatoria duo remedia excogitauit pro affectuum numero: Accidit autẽ, vt cum primo simul fuerit alteri affectui satisfactũ, etiã nõ conante, nec curãte medico. Cessante itaq; solutione præmeditata vniẽtia ampliùs adhiberi, neq; potuere, neque debuere. Quod verò à cauitate replenda initiũ sumi oporteret, ex ea doctrina paramus, qua docuit Galenus in omni affectuum complicatione, ordiendum ab eo, qui ad alteram causæ rationem habet, vel vrgentioris, vel eius sine quo non. Sed operæpretium est audire Turisani calumniam, qua tanto authori, si Deo placet, refragari non veretur. Oportuit, inquit, omnes ocasiones inchoãdæ curationis, non in scopos tres, sed in vnum tantùm eius sine quo non reducere, contraherẽque. Nam causa & vrgentiùs rationem habent ad effectum, & ad minùs vrgens eius, sine quo non. Frustrà enim curaueris febrem, manente putrido humore, nouam febrem producturo: frustrà phrenetici febrem minuas, interim ex phrenetica inflammatione pereunte ægro. Tres ergo illæ causæ vna illa includẽtur prima vniuersaliq;. Hæc Turisanus dum colligit, non aduertit aliud esse, id sine quod alterum absolutè curari nequit, quod Galenus pro tertio numerat membro, diuersumq; à duobus superioribus est: aliud, id sine quo alterum ritè curari non potest, quod duo superiora cõplectitur. Quod si Galenus vnũ tantùm scopum recenseret, id sine quo reliquum rectè curari nõ potest, complecteretur ille quidem tres omnes indicationes, sed nõ doceret curandi, quod in arte maximè interest, ordinem. Nil enim plus promouit, qui nouit inchoãdũ esse ab eo, sine quo rectè alterũ curari nequit, quàm qui agnouit incipiendum ab eo, quod commodius est, ita

9. Ther. 12.
Ordo in cõplicatis affectibus curandis.

id conatur Turisanus, ne nos doceat Galenus, quod cognitu cum primis necessarium est. Sed procedendum est ad subsequẽtem sentẽtiã, qua cutem non regenerari scribit. Et quidem in pueris posse nemo dubitauerit, qui ex superioribus perspectum habet, etiam vasa neruósque per pueritiam nonnunquàm renatũ iri. De adulta ætate quædam suadent. Nam Hippocrates genę & præputij cutem non regenerari dicens, significat reliquas cutes renasci. Iam serpentem annuæ exuuiæ cutis denudatio sunt. Postremò, in cauo hulcere caro nascitur fibris neruorum contexta, cur ergo non similiter cutis? Neruos verò per carnẽ renasci inducunt, eò quòd pũcta caro dolet. Sed contrà in adultis veram cutem non renasci monstrãt certiora argumenta. Cicatrices callosę sunt, ita vt difficiliùs reliqua cute exulcerentur, læuitate multa, duritieque. Nec capillatur vnquàm in homine (nam in equis tenues cur prodeant, Aphrodisæus respondit) prohibente, immodica densitate. Demum, cum nil sit cicatrix, nisi quæ occalluit caro, solet etiam ferè subsidere vicinæ cuti cicatrix, quoniam caro, quæ cicatrici materiam præbet, infra cutem est; & fit, vt multis exanthemata passis cicatrices cauæ faciem deturpent. Nam quod Hippocrates annotauit, in cute illa tenui negauit & regenerationẽ & coalitum, significãs in crassa, quæ videlicet carnem habet substratam dari vel regenerationem, vel coalitum; quorum prius in pueritia, posterius etiam per sequentes ætates expectari potest. Iam senecta anguium epidermis est, quam non, magis mirum est augeri semper, regignique ascendentem quàm vngues, dentes, pennas, squamas.

Cutis num regignatur.

6. Aphor. 19.

1. Probl. 11.

Solutio primi.
Secundi.

Tertij.

In hulcere verò cauo neruũ nõ gigni, conueniũt omnes: quomodo caro ipsa genita sentiat, nõ cõueniũt: Thadæus putat nõ dolere carnẽ ita pũctã, sed cõdolore tãtùm neruum in profundo situm, cui cõmunicat solutionis species, cùm sit multò facilius ex Galeni doctrina, sicut in sanguine deferẽdo, ita & in sensifica facultate opinari eã breui spatio per carnẽ citra neruos diffundi, non per lõgũ: cumque caro noua non valde magnũ interuallũ occupet, potest à neruo facultatẽ etiã citra neruũ traducere, si profundior est sensus, torpidus erit, aut nullus. Sed sentitne cutis, quod Galenus putat an magis expers sensus est, quòd Aristoteles? Sanè, quod in plurimis alijs, quę ad functiones, vsusq; mẽbrorũ pertinẽt, verior est Galeni sententia. Nam cutis ad sentiendi vsum præ carne reliquisque membris multas commoditates habet, situ occursantibus vicinior, temperamento excessuum omnium expers in medio constituta, neruis etiam ipsam inferna parte perreptantibus donata: vnde fit, vt non modò sentiat, sed etiam quasi instrumentum sit tactus inter partes omneis. Est autem apertum argumentum non sentire vi carnis cutem: quoniam secto neruo ad carnem delato motus abolerur, manente in cute sensu, secto verò eo, qui ad cutem fertur, protinus perit cutis sensatio. Neque obstat, quòd nuda caro magis dolet, quoniam propter raritatem laxitatemque magis iniurijs patet, & propter dissuetudinem molestè fert accedentiam. Nec probat, quod cutis operimentum est operantium membrorum, non ipsa operãdo creata est. Solet enim natura eo quòd ad vsum aliquem formatum est subinde vti ad alios, quod institutum

6. De vsu. 17.
1. De temp. 17.
De hist. 11.
Cutis an sentiat.

in cute

in cute obseruat. Nec verum est capitis cutem sensu carere, quoniam & carne, sed durior & minùs, neruosa ideò formata est, quia oneribus ferendis aptior, eum exacto sensu ineptior euasura erat. Ita corruit cum suo inuento Aristoteles, quò carnem potissimam animalis partem, tactúsque instrumentum esse astruit, cutem verò eo munere destrui. Frustrà enim quidam eò Aristotelem detorquent vt sentiat curam propria vi non sentire, sed à carne communicata. Præterquàm enim quòd Aristoteles simul cum osse & cartilagine, pariterque eũ illis, cutem, & proinde in eodem sensu tactu priuat: monstratum etiam est non accedere cuti à carne eam vim, sed ex temperamento proprio, delatóque neruo in ea oriri. Postremò, cum enumeret inter compositos affectus hulcus putulentum, aut tumidum, inducit nos fortè in eam suspicionem, vt opinemur malum esse, si in vulnere talia apparuerint, cùm tamen admoneamur ab Hippocrate ingens malum esse, si in momentaneo vulnere desint, imminere etiam magnum aliquod malum ex delatione noxij humoris ad viscera deserto vulnerato loco. Quin & Auicena inopiam puris condemnat, ceu indicantem abolitionem suppurantis innati caloris, culus penuriam refrigerario & sphacelus membri cum extinctione sequitur.

5. Aphor. 65.
2. Prosa. 68.
Aui. quarta 4. tract. 5. 2.
Recursus humorum noxius.
3. Natu. 15.
2. De differentijs febr. vlt.

Sed oritur non contemnenda dubitatio. Si verum est, quod de facultatibus membrorum traditum à Galeno est, exonerare se membra omnia in partem omnium infirmissimam, qua ratione eueniet, vt à vulnerata dolente, languentéque, in viscera non solùm sana, sed natura sua multò quàm externa sunt robustiora, excrementa mandentur? Eam ita sedari oportet. Accidit, vt vel medicus astringentia remedia parti affectæ adhibeat, quorum vi intrò materia pellatur, vel casu accedat infrigidans, vt si aëri exponatur, qui exanthematis scatet. Altera verò occasio talis est, quoniam ad afflictam partem & grauiter offensam compatitur, condoletque viscus aliquod, natura de nobilibus membris solicita, ad illa conuertit sanguinis impetum prauis teferto humoribus & subuenire conata opprimit. Fieri etiamnum potest, vt vulnerati membri vis, licèt languida, & abiecta, quia multùm ab humore irritatur, plurimùm conetur, & assumptis ex conatu viribus abigat à se noxia, quæ cum confertim facto impetu viscus aliquo appetierunt, quandoque ita premunt, & quasi suffocant vires, vt ampliùs se colligere non possint: sed succumbat malo pars fortior, quia prohibita est eorendit ab irruente humorum agmine, & peruicacia. Nisi forcè credibilius est noxium humorem, cùm putrue cit, nonnunquàm subite vim deleterıam adsimilem exrernis venenis, cuius nomine non minùs, quàm externa illa peculiari quadam, & abstrusa facultate, relictis ignobilibus mambris vitæ primordia, & origines inficiat. His de causis potest ab effecto (quod frequens est) loco commigrare humor ad valentem, robustúmque, quod cùm sit pestilentissimum, nec possit in magno vulnere non defluere à corpore humor: sequitur, vt laudetur in talis pus & tumor. Nam licèt constituã compositum affectum, nonnunquàm melior est simplici & sanitati vicinior, vt, cùm rigori febris, epilepsiæ quartana accedit.

Sectio v.

Cap. xciii.

Nunc verò transeundum est ad formationis genus, quod in plures secatur differentias. At ab eo, quod euidentissimum est, exordium sermonis faciendum, quod ex figuræ permutatione contingit. In his igitur, qui adhuc crescunt, possibile est plurium partium figuram emendare: In his autem, qui iam aucti sunt, minime. Intentio tamen, quoad fieri potest, curationem adhibere, ad contrarium euersionis adducendo. Si verò fractione aliqua non rectè conformata, alicuius membri figura fuerit vitiata, cui substantia callosa innasci preuenerit, siquidem hac adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rursus rectè afformare, deinde callum superinducere.

Penultima sectione organicorum curationem tradit, primùm disserens de vitio figuræ. §. verò proximo, cap. 94. de vitio in meatu. Tertio, §. Humiditatis autem, de morbi conceptaculi. Quartò, vitia superficiei sanantur, cap. 95. Quintò frequentem compositionem organici morbi cum intemperamento, vel solutione in exemplo inflammationis edocet, quam curare aggreditur à totius vacuatione §. Sufficiet autem. Sextò, eandem iam particulari vacuatione inanic §. Quo protectò. Septimo, reliquas iungit curatorias inflammationis indicationes, §. Quòd si summæ. Octauò, sequens agitat genus organici morbi, quod in numero versatur, capit. 96. Nonò, proponit morbos in magnitudine, cap. 97. Decimò, situs vitia, cap. 98. In præsenti lapsus figuræ ait in pueritia & per adolescentiam totam emendari etea transacta durare. Secundò, emendatio patanda est ex reuocatione manuali ad oppositam figuram, additis continentibus ligaturis. Tertiò, de particulari vitio, frequenti autem ex callo, incuria medici, figuram membri peruertentis peculiarem prouidentiam docet, si recens est. Nam in antiquo desperata sanatio est, in recente frangatur, & denuò coëuntibus ritè oris, apta calli generatio procuretur.

Cur inter formationis multiplices differentias à figura initium sumpserit, autbor respondet, qoia euidentissima est à noris verò disciplina inchoanda est. Spectatæ enim cuiusuis formæ meatus, cauitates superficies non statim diiudicabis, figura verò spectanti se, prima obuia est. Difficilius est conciliare prædictionem hanc cum ea, quæ suprà sectione secunda pronuncianda est. Cùm enim illic proposuisset, curandum in figura lapsum, sed paruum, non morbosum, in sola dixit pueritia sanari posse. Hic in maiore iam morbosoque ideò difficiliore per totam spectat adolescentiam. Rudis est enim Thadei solutio, vt illa prior prędictio de facili curatione, hęc posterior de difficili intelligatur, cùm vtrobique absolutè, admodúmque pugnanter intra breue spatium præsagierit. Satius est meminisse exactum libelli ordinem, quem, dum obseruat iuxta libri primi diuisiones, in sectione prima huius libri, quem enarramus, tertij de gubernatione simplicitec salubris agit. In secunda verò de reliquis sanis actu, sed simpliciter talibus, vel neutris, vel ægris, Quòd autem corpus est simpliciter tale, ab ortu tale est, ita fit, vt lapsus organici, qui sectione secunda numerati sunt, omnes ab ortu contrahantur. Difficile est autem vitiosam ab ortu figuram

Vitia figuræ num curabilia.

figuram etiam modicè emendare; quòd si casu successit ex fracto, vel intorto osse, aut etiam ex carnis inæqualitate, aut nerui conuulsione, per integram adolescentiam, quandoque etiam post adolescentiam, vt in spasmo cynico sperari sanatio potest; eò quòd nō abierunt talia in assuetudinem, nec occaluerunt in eo situ partes, vt mutationem non admittant. Et de prædictione quidem sic. In curatione verò mouere potest, quòd lapsam figurā non emendat reductione ad natiuam & mediam, quod sperabatur; sed ad oppositam, quám & ligaturis tuetur, id quod magis videtur commutatio, quàm emendatio corruptę figuræ. Sed opus est recordari, sicut in morbis intemperamenti curandis non moderata adhibentur, sed æquata contraria: sic in figuræ lapsu. Scilicet si adhibētur talia immoderata membro tēperato, aut modicè figurato intemperant, & vitiosam figuram imprimunt: quoniam verò adhibentur ægro, quod in oppositam immoderantiā deflexit, immoderātia illa remedium prioris est: ita tamē, vt intelligatur certo, definitoque tēpore applicanda, quantò tollat è medio priorem noxiam consuetudinem; non quæ recente praua longitudinē moræ inducant. Nō luxatum membrorum, quia repositum in articulum ab eodem articulo conseruatur, ne excidat; non eget deductione ad oppositum situm; quod male figurata requirunt. Postremò, calli recentis fractura & regeneratio, vt in adolescente pulchra est, & multis curantibus fœliciter cessit; ita in sene timenda, nec admodùm tentanda est; vel Haly exemplo in commento testantis senem ex ea curatione periisse. Præstat sequi ducem Galenum ita di-
3. de sanit. 13. centem. *Senex, si posset longo tempore sensim malam consuetudinem mutare, propterea quòd, quo tempore meliore frueretur, habiturus non esset, frustrà laborem insumeret: non aliter quàm si quis artem discere quampiam octagenarius inciperet.*

Cap. XCIIII.

Est verò & obstructio ex eodem genere ægritudinum, quæ quidem ex crassis, & lentis humoribus fit, vnam & ipsa habens intensionem morbo contrariam: dico apertionem. Causa verò salubres sunt, abstergētia, atque incidentia medicamina. Quæ verò fit à stercore duro, quod intersepit intestinum, primùm quidem habebit duritiei remedium ex humidis, pinguibusq; clysteribus, denique ex acribus euacuationem exposcet. Quæ autem à lapide fit in vesica, in præsenti quidē transpositionem requirit, integra verò sanitatis causa incisionē, & extractionē.

TRIPLEX enumerat obstructionū genus: Primum, vasorum ex humorū crassitie, vel lentore: alterum intestinorum ex stercoris duritie: tertium viarum vrinæ ex impacto lapillo. Curat verò primam illam medicamentis attenuantibus & abstergentibus: secundam primùm lenientibus infusis, extráque applicitis, postea etiā acribus: postremam transpositione lapidis ad vesicæ amplitudinem, quam sequatur lapidis per incisionem extractio.

SED repetendæ sunt narratæ sententiæ. Obstructiones tres in corpore gigni ea ratio est, quòd tres sunt viæ deferēdarum in corpore materiarū, quas liberas, patēntésque esse oportet: vnā vasorum, qua vtilis alimenti succus ad membra defertur, intestinorum altera, qua alimenti sicca purgantur excrementa: tertia vreterum, per quas humidum trāscolatur, ita triplex obstructio colligitur. Eius, quæ ad vasa fit, afferuntur causæ, crassities, & lentor, omissa copia, quæ in methodo pro tertia numeratur: quoniam (est enim sępè 1. Ther. 14. eò in hoc libro confugiendum) capita rerū, frequentésque euentus, nō omnes in hoc opere recensentur. Rarum est autem, vt sola copia non iuncta crassitie, aut lentore vas obstruat. Quòd verò & hîc & illic non opponat obstructionis affectui deobstruentia, vel aperientia, (dari enim modò numeratas facultates, lib. De simplicibus medicamentis ostensum est) sed attenuantia & 11. Ther. 8. abstergentia, illud in causa est, quòd non satis est 3. Simpl. 14. Galeno veram curationem docere, nisi etiā doceat sufficientem & absolutam: cúmque obstructionis huius causa sit, crassities humoris attenuante curanda, vel lentor abstergēte, meritò ita Obstructionum remedia. subuenire pręcipit affectui, vt à causa ipsa, & eius oppugnatione curatio initium sumat. Iam obstructis ex fæcis duritie intestinis subuenit emollientibus infusis, quibus aliquandiu immorādum est, quoniam quæ dura sunt trahenti non cedunt: neq; verò humectatio aridi breui propter ignauiam in alterando humiditatis sperari potest, vt 7. Ther. 5. nullo modo sint excusabiles inducti quidam, qui etiamnum in tam aperta luce cæcutiūt, cholicorū remedia, & à validis, & acribus infusis auspicantes. Num verò acria subiungenda sola irritatione, stimulationeque talia euadant, an etiā admixta purgatoria facultate, Thadæus ita respondet, Si intestina humore obsidentur morbi causa, cōuenit permisceri vim soluentem: sin secus obest, nō modò non iuuat ea mixtio. Dum enim pellicit ad intestina ex vasis humorem, præsentē obstructionem auget, non solùm nō amolitur. In tertia verò obstructione sananda, primùm transfert ad vesicam obturantem lapidem vrinę meatus. Quoniam enim conueniunt curāda cohibita vrinatio, & lapis præter naturā contentus, cohibita vrinatio præceps malum, multoq; vrgentiùs cogit à tralatione lapidis ordiri, vt commeet vrina, ne retenta perimat. Fit ea trāspositio quādoque detrusione lapidis ad imum, vbi vreteris impingitur, quandoque retrocessu ad superiora, vbi colem obturat, vtrobique scilicet ad eū locum, qui amplissimus patet. Per ocium deinde lapidi prouidendum est, ne in corpore maneat, sed perinæi scissione è corpore trahatur. Et potest quidem antecedere, vt per medicamenta cōmunitio tentetur. Ferè enim postremo loco, nec nisi coacti ad chirurgiam accedimus. Sed rarum est, vt in vesicæ lapide remedia comminuant, tū ob loci interuallum vim medicamenti lāguefaciens, tum quia in amplo loco ad immodicā augentur magnitudinem lapilli.

Humiditatis autem, quæ præter naturam cōtinetur, sanatio in omnimoda euacuatione consistit, quemadmodum etiam in suppuratis. Immodica autem repletio immodica euacuatione curatur, vt cùm sanguis intra venas redundat. Sic & quibuscunque, vel in ventriculo, vel in intestinis, vel aspera arteria, vel in pulmone, pus aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria. Superflui autem cibi, aut potus adhuc recentis assumptio euacuatione corrigitur. Quæcunque igitur in pulmone, vel pectore continentur, cum tussi educuntur,

aut a medicaminibus extenuantibus. Quacunque verò in hepate, vel venu, vel arteriis, vel renibus, aut per vrinam, aut ventriculum. Sed per vrinam quidẽ ab bis, qua vehementer extenuant: per ventrem verò ab bis, qua attrahendi, aut aperiendi ora vim habent. Quacunque verò in superiori ventre comprehenduntur, per vomitum: qua autem in inferiori, per subductionem. Sed quacunque sub cute, per sectionem, vel ignem, aut medicamenta adurẽtia. Sic verò aliquãdo quacunque in naturali aliqua concauitate, vt in thorace. Et, vt summatim dicam, quicquid prater naturam in aliquibus partibus continetur, sanationis intentio est ablatio: qua si fieri non posit, transpositio. Qua verò non sunt ex genere prater naturam, at quantitate damnantur, in bis intentio est abuacuatio. At inuentio eorum, qua ad ipsoram sanationem perducunt, partim quidem ex affectu, sed pracipuè ex ipsis affectis particulis sumitur.

Conceptaculi morbo generica vacuatione in primis, postmodùm etiã peculiaribus pro variis speciebus tractat. Generica curatio est, vt quidquid continetur præter modum, si præter naturam est, integrè vacuetur; si naturale vnà superãs quantitate, minuatur, quod abuacuationẽ vocat. Speciatim deinde pectus tussi purgat, ventriculũ vomitu, intestina deiectione, reliqua naturalia vel deiectione, vel vrina, cutem sectione, denum singula accommoda vacuatione & parti effectæ, & contentæ materiæ.

Observato igitur Galeni ordine de vacuatione in genere priùs, de particularibus posteriùs differendum est. Morbos cõceptaculi interpretatur author repletionem eorum; paulò antè verò meatuum morbos, obstructionem. Oportet enim perpetuò meminisse scopũ illi esse, potissima & frequentia tangere, infrequẽtia sæpè, nec memorari. Est autem infrequens vitium meatus per distensionem, & inanitatis per vacuationem. Frequentia ergo pro perpetuis numerat, citra errorem in compẽdio, dum solos morbos meatuũ, ventriúmque recipit. Neque verò expectare oportet, quod paulò antè fecit, vt & hic post vacuationem facti rationem habeat. Nam illic propositum erat, curare intemperamentum fiens, cõstabátque curatio ex vacuatione pariter & têperatione facti intemperamenti. Hic scopus est inanire conceptaculum. Est enim sanandus conceptaculi morbus. Ideò facta vacuatione in totũ cessat medici munus, & intensio. Cùm verò vniuersim, quod præter naturã in membro continetur, integrè vacuari præcipit, subaudienda illa sunt (Sine quibus doctrina non constaret) vt, quòd tale vitium sit, cuius nõ speretur emendatio: prætereà integra illa vacuatio, ne simultanea sit, sed, per vices seruato virtutis tenore, quod in sectione suppuratorum, & aquam inter cutẽ patientium, præcipit Hippocrates dicens: [*Quicunque empici, aut hydropici vruntur, aut secantur, si pus, vel aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur.*] Addidit etiam Galenus ad Glauconem, Modò ne ea symptomate morbi immineat dissolutio, cui portio humoris aliqua seruãda est; vt si vigilia morbo iungitur, aut frequens conuulsio, aut pruritus. Postrema conditio, dum ex vacuatione eius discrimen vitæ non vertatur, vt ex lapide renum, ex nodosa podagra. Præstat enim cum illis noxiis morbidam vitam agere, quam sine illis nullam.

Sect. 3.

6. Aphor. 26.
2. ad Glauc. penult.

De altero verò mẽbro peccati per quantitatem, non integram contenti inanitionem, sed diminutionem præcipit, quæ proportione plenitudini respondeat, parua paruæ, magnæ magna, extremæ, extrema. Ita enim, quod ostensum est perficitur contrario æquato curatio. Sed si est extrema aliqua repletio vasorum, vltra quã vasa citra rupturam aduentantem sanguinem nõ suscipiũt in athletico habitu, dabitur, vt par inanitio, nẽpè extrema, conueniat, cõtra & Hippocratem ab ea deterrentem, & rationem monstrantem cum extrema vasorum inanitione, ea est integra sanguinis vacuatio, vitam minimè durare. Apparens argumentatio, sed sophistica. Nã remedium æquatam contrarietatem habeat necesse est, si persanat ad solum morbum, non ad morbum sanitati iunctum, morbus est in extrema plenitudine nõ totus sanguis replens, quod ratio sumit, sed is solus, qui naturali statui accedit. Deceptio est igitur in plenitudinis verbo, quæ vniuersa, ceu lapsus, supponitur, cùm lapsus non sit, sed portio eius. Quòd verò nonnullos angit, cur vitij in qualitate non meminit, contentus diuidere materias in rem præter naturam, & in id, quod sola quãtitate peccat, facilius est. Nam præter naturam vocat qualitatis vitium inemendabile. Quicquid verò vel sola quantitate labitur à medio, vel iuncta etiam praua, sed incipiente, & correctionem ferente qualitate, plethora, multitudo, & quantitatis vitium appellari author est Galenus in eo Aphorismo, [*Vbi cibus præter naturam ingestus est, hic morbum facit.*

3. Simp. 10.

1. Aph. 3.

Extrema inanitio an conueniat aliquando.

2. Aph. 17.

Sed transeundũ ad particulares ventriũ purgationes est, à pectore orsis: quod tussi ideò sola vacuandum est, quoniam impertusum est infernè septum, non concedens commeatum recepto humori. Attenuantibus verò medicamentis proritari vult expectorationẽ in hoc loco, qui tamẽ alibi remorata in pectore expurgationẽ attenuãtibus in crasso humore, crasse faciẽtibus in tenui mouei. Sed distat locus vtrobique contenti humoris. In arteria enim humor minùs cedit efflationis conatui, & iacto per impetum aëri, si vel crassitie grauis est, vel tenuitate diffluit, labitúrque. Alia est hic puris extrahẽdi in suppurato ratio. Continetur in thoracis amplitudine suppurata ideò crassa materia, nec extussiri potest, nisi per angusta bronchiorum ora ad extimum pulmonem hiãtia cõpressione pectoris premarur. In quem vsum attenuantia admouentur oribus quidem illis recludendis, puri verò attenuando. Iam hepati, vasis, & renibus, accommoda purgationi loca memorat ventrem (corruptè enim vertunt nõnulli *ventriculum*) & vesicam. Sunt enim illa, licet non sola, appositissima tamen loca horum membrorum vacuãdorum. Iecoris quidẽ gibba, renes, & vasorum liquens humor magis per vesicam, caua verò hepatis, & vasorum humor crassior per ventrem magis exhauriuntur, eò q cum illis meatibus dictæ partes maiore affinitate cõmunicãt. Par est autem, vt humores, quò vergãt, eò ducantur, nisi malè vergant ex senis doctrina: ita tamen, vt si abundans humor amplior est, & magis si crassus est, vbi sit, iungatur etiam, quod Galenus docuit, per ventrem communis purgatio: quoniam ille locus excrementorum capacior est, & decliuis, naturaque sua, & consuetudine excipiendis corporis excrementis comparatus. Ita fit, vt multa materia communi illo simul & particu-

4. De loc. 9.

Particulares vacuationes.

1. Aphor. 21.

7. Therap. 13.

particulari cõceptaculi meatu integrè citra dam- *3.Cris.3.* num expurgetur. Galenus verò alibi propriam etiam hepatis inflãmationibus iudicationem sperat ex naris dextræ hæmorrhagia, & humoris vasorum tenuis ex sudore totius calido. Sed hic frequentia cautùo vacuationum loca, quod semper facit, enumerat. Cum verò per ventrem vacuantia medicamenta esset recensurus, numerat aperientia, & purgantia. Quid verò per aperientia intellexerit, apertum non est. Nam Thadæi interpretatio, *2.Apho.10.* qua putat significari aperiẽtes syrupos purgationi præparantes, iuxta Aphorismi sententiam, abundè exploditur nomine, anastomatica, quo hic vtitur, id est, ora vasorum aperientia. Talia enim nõn parãt purgationem Alterum ergò duorum necesse est, vel vt significauerit eo verbo, quę intestinis hærentia acrimonia sua meseraicarum venarum ora adaperiunt, vnde superpurgationes *3 Simp.28.* sequi auctor est Galenus: vel certè ora hæmorrhoĩdum intellexit, quæ aperta per sedem expurgant vasorum, & hepatis redundantiam. Addit Galenus ventriculi plenitudinem vomitu, intestinorum deiectione amoliendam esse, ex superiore scilicet vacuationum omnium communi præcepto, quo naturã non errantem imitari, illũq; adiumento esse, non repugnare docemur. Si verò ad- *4 Apho.18.* uersari dicto videtur Hippocrates illud, supra septum dolores purgatione indigere per superiora significant, qui verò inferiora infestant, per inferiora: meminisse oportet vẽtriculi positum superiorem esse multa septi parte, quãta est & ad dorsum, & ad latera, antica tantũ parte substare. Cùm igitur septo suprà feratur maiore sui parte, inter superiora membra iure locabitur, Illud non temerè huic loco adiicietur, multò oportere nostrã *Vniuersaliũ.2* ętatem, quàm illam Hippocratis, vomitoriis, tan- *Vomitoria periculosa.* quàm suspectis, abstinere, ob varias, nec contemnendas causas, quarum Mesues nonnullas recẽset. *Causa prima.* Humores enim innata grauitate descendunt ad intestina faciliùs, quàm ad ventriculum conscendant, suntq; multò plures, latioresque meseraicæ venæ à porta ad intestina, quã ad ventriculũ delatæ: tu intestina natura ipsa excrementorum susce- *Secunda.* ptioni parauit, cumq; sint mẽbra ventriculo ignobiliora, incolumiùs eò deferentur noxia. Adde, *Tertia.* quod breuior via est à corporis mole per meseraica vasa ad intestina, quàm ad ventriculum, tractus verò humor cùm medicamenti vi extrà pelli non *Quarta.* possit, sed recipientis membri, tantò maiore facilitate ab intestinis excernetur, quàm à ventri- *Quinta.* culo, quantò maiore commoditate intestina in *Sexta.* excernendo præstant, ob duplicem, qua pollent excretoria vtraque membrana. Illa verò ratio vel *Septima.* validissima est, quòd, etiam Hippocrate ipso auctore, robustiorem naturam requirit vomitio de- *7.Aphor.62.* iectione. Inquit enim purgandos esse robustos *2.Fract.27.* quidem suprà, debiles verò infrà. Sed & Galenus cautior in vomitoriis, meticulosiorque. Iam si Galenus timet afflictationes vomituum, quare consulit commutari in deiectoria, nobis tantò, quàm Galeni tempore, infirmioribus meritò cauenda sunt, nec nisi cautissimè aggredienda, relinquendaque agyrtis & circulatoribus illa cum multorum interitu temerè consulentium.

RELIQVVS est vnus sub cute locus, cui' proprias constituit vacuationes, incisionem, ignem, caustica medicamenta. Resoluentia verò omisisse indicant Thadæus & Haly, quoniam de suppurato loco agebat, in quo frustrà tentantur resoluentia. Qui tamen in eo dupliciter peccant. Nam & Galeni sententiam, quam ex libri insti- *13.Ther.5.* tuto oportebat extendi ad mala omnia plenitudinis sub cute, inflammationes, tumores, flatus, abscessus, ad solos abscessus coarctant & cogunt: & contra auctorem supponunt in suppurato loco nunquàm esse digerentia remedia tentanda. Ex tota verò serie illud considerandũ medico est, vt singulis, particularibusq; plenitudinis affectib. tãquàm sufficientes Galenus commendat particulares per propios effluxus purgationes, non semper communes illas secto vase, vel aluo purgata. Quòd enim magnus vir Trallianus etiam in ce- *A particulari an ordiẽdum.* phalæa commendauit particulares affectus, vbi facti sunt, nec ampliùs à corpore pendent, particulares expurgationes, easque solas requirunt, in quibus nullum corpori negotium fiat. purgationes enim & phlobotomiæ vires talium labefactant & frangunt citra vllum affectus emolumentum. Itaque vt vetum est sæpè conuenire, vt præcedant vniuersalia illa, siue ad curationem, vbi affectus membri etiamnum à corpore fouetur & augetur, siue ad cautionem, vbi ex curationis dolore molestiaque noua confluxio timetur: ita crebrò non oportet eò accedere, sed affecti tantùm loci rationem habere.

Cap. xcv.

Quæcunque verò partes ob id, quod exasperata neutralem amiserunt habitum, his leuitas naturalis est restituenda, ossa quidem leuigando. arteriam autem, & linguam leniendo humidis, quæ nihil mordeant, & lentorem habeant. Sed quibuscunque leuitas inest non naturalis, asperitas naturalis est reuocanda medicamentis, quæ sufficienter abstergant, & parum adstringant. Quæcunque verò 1 vel abstructiones, vel angustia meatuum, aliæ sequuntur ægritudines, ab illarum curatione priùs est incipiendum. Ostensum siquidem est in libro De differentijs morborum, quòd & inflammationibus, & duris, laxisq; tumoribus, & siccitatibus aliquando immodicis, ac præterea vitiosis partium continentium figuris, ea, quæ nuper diximus, sæpiùs adueniunt: sicuti & quibusdam tumoribus eorum, quæ sunt in ambitu corporum. Quòd si nonnulla ex proximè dictis inuicem complicentur, varias habebunt indicationes.

DE ASPERITATE & lenitate primùm reducit in memoriam, non esse talia semper morbos, sed tantùm, vbi pugnant naturali partium constitutioni, & restituendam esse in exasperatis lenitatem naturalem in osse abrasione ferrea, in mollibus verò membris medicamentis humidis, lentis, nil mordentibus: leuibus verò præter naturam, conciliandam asperitatem per sufficienter abstergentia iuncta leui astrictione. Secundò, addit de omnibus quatuor dictis speciebus accidere, vt eueniant non iam primaria morbi ratione, sed ad alium morbum sequentes, sicut & reliqua symptomata, vt obstructio, vel praua figura ad inflammationem. Sicut autem euenientia peculiarem curationem non desiderant, sed simul cum morbo, cuius sunt symptomata, abolentur.

1. Vel obstructiones, vel angustiæ.] Significat per obstructionem, coarctatoriam, & carnosam,

quia de illis frequentiùs dicitur, per angustiam autem, attenuatoriam. Ideò autem hic agens de obstructione per consensum ad vicina, meminit de ea varietate, quia obstructio orta ex consensu, est ferè attenuatoria, non coarctatoria.

DIFFERENTIÆ hæ morborum primùm considerandæ, tum eorum curationes sunt. Ergò non sunt, sicut intemperamenta vniuersim morbi dicta, sed in illis tantùm membris, quæ oppositam habitudinem natura exposcunt. Ventriculus enim & intestina ea de causa obtinuerunt asperam, rugosamque internam cutem, vt alimenti descensum retardarent ad exactam vtilis excoctionem. In quem vsum etiam pylorus sublimis locatus est, & intestinorum plexus, & cæca intestina, & in quibusdam animalium ventriculorum multus numerus. Vbi ergò accedente læuitate amittunt natiuam constitutionem, pariter vsui incommodant, & opem requirunt exasperantis medicamenti. E contrario, nisi aspera arteria læuis fit, vox raucescit & clangosa euadet, moraturque in transitu inæqualiter. Ossa præterea, si promineant apicibus, vicinam carnem offendent, & cum dolore perforabunt, in his ergo morbus est exasperatio, sicut in prioribus læuitas. Curat autem asperitatem in osse ferro, quoniam durities ossea medicamentis rarissimè cedit. Rarum est enim, vt tusæ peucedani radices desquamationes ossium euellant: cùmque in ea partium inæqualitate fieri non possit, vt imæ partes ascendant, id solùm superest, vt abrasione eminentium æquentur. Nam in mollibus medicamenta valent humida, quoniam tollunt ariditatem exasperantem, lenta, quoniam mucor medias opplens inanitates ad æqualitatem superficiei perducit, nil mordentia, vt non modò sensilis illa & tactilis humiditas medicamenti leniat, sed & virtus eius, efficaciaque morsu asperitatem non concitet. Quocirca in febribus Galenus (est enim febris totius propter sparsum calorem inæqualitas, aspredoque) vetat adhiberi acida, acria, austera, quia mordent & morsu asperitudinem augent. Mollium itaque membrorum asperitas talibus emendanda est, si non ab exasperante pender humore per superficiem sparso. Eiusmodi enim abstergentia magis exposcit, quàm humida, si modò commune illud præceptum obseruandum etiam hic est, vt vnamquamque causam abscindamus priùs, posteà ad factam deueniamus discrasiam. Quæ verò morbosa læuitate peccant, causam leuitatis habent illam eandem, quæ asperitatem sanare dicta est, affluctum lenti, lubricique humoris. Hunc sanant abstergentia remedia, non quæuis, sed momentanea. Lentum enim non, nisi valido auxilio, obtemperat & secedit. Quia verò diutina membri cum mucis consuetudo partis vim labefactat & emollit, addit robur & natiuum habitum per astringens, facilè tamen, ne impedimento sit abstergenti, quam oportet in curatione eminere facultati.

Læuitas vbi morbus.

2. De victu ...

*Sufficiet autem in vno exemplo habuisse sermonem, quoniam de omnibus in libris De arte curandi plenius sumus executi. Supponatur cuipiam particulæ multitudinem sanguinis influxisse, adeò vt intendantur in ea venæ, non maiores tantùm, sed etiam paruæ, quæ priùs sensum effugiebant. Nunc verò iam plenæ visu comprehenduntur, sicuti plerumque in oculis ob tunicæ albedinem manifestissimè patet. Par siquidem est, quod & alia vasa, quæ latent sensum, iam plena distendantur, nondum & ipsa ob paruitatem visui manifesta. Et iam periculum imminet, ne, quod ex vasis exudat, ad spacia vacua, quæ in medio sunt, effundatur, ac ne iam paucum aliquod sit effusum. Huius quidem affectus sanatio intentionem habebit euacuationem, aut, vt manifestiori vocabulo vtamur ab euacuationem: siquidem morbus erat immoderata partis repletio. Necessarium igitur est, vt aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut per ipsam patientem particulam. Retrocedet autem, vel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horum vno aliquo modorum, vel omnibus. Per locum verò patientem euacuabitur, partim quidem manifestè, & sensibiliter, partim verò in vapores resoluta. Si igitur vniuersum corpus plus æquo plenum fuerit, per patientem locum minimè euacuandum. Nam si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus ratione excitati doloris attrahemus. Si verò calefacientibus dispergere tentabimus, plus erit id, quod vi caloris ad partem attrahetur, quàm dispersum. Quòd si in eo elaborabimus, vt quod influxit, retrocedat, corpus plenum non admittet. Ad hæc igitur ambo totum corpus euacuare oportet, aut omninò ad contraria loca retrahere, quod patienti particulæ influxit.

IN EXEMPLVM compositi affectus proponit in medium inflammationem, quam ostendit corporis vacuationem ante alia requirere, id quod hoc epilogismo colligit. Effectio inflammationis est sanguinis copia in parte contenta. Curatio igitur erit illius diminutio, siquidè quantitate sola excedit, non ipsa substantia præter naturam peccat. Vacuationis species parti duæ adhiberi possunt, recursus ad originem defluxus vna, extractus à cute altera: cùmque neutra vtiliter ante corporis inanitionem locum habeat, relinquitur initium ab vniuersali venæ sectione sumendum esse. Siue enim extrà trahatur manifestè secta cute, dolor fluxionem concitat: siue insensili perspiratu resoluente medicamento, calor tantundem efficiet. Neque verò recursus opportunitatem pleno etiamnum corpore habet. Siue enim pars ægra mandet, siue sana trahat, siue repellens medicamentum impellat, plenum corpus, & quod in se exonerando laborat, non recipiet mandatam copiam. Ita confectum propositum est, initium curationis inflammata parte quærendum à corporis vena secta inanitione faciendum.

QVAM verò ob causam in medio cursu organicorum morborum, & eorum simplicium, auctor sermonem de composito inflammationis affectu interposuerit, æstimandum est: qualis item generatio phlegmonis sit, quóque temperamento vacuationis in ea afferendum auxilium sit. Igitur, cùm præcessisset curatoria methodus quatuor specierum, quæ in formatione numerantur, adiecissetque cómodè in calce tractationis fieri nonnunquam, vt ea vitia formationis succedant ad tumorem membri, non exigētia particularem prouidentiam, sed instar aliorum symptomatum sola tumoris curatione cessantia visum est in hoc loco, ne quid deesset morborū formationis curationi, de frequentissimo & difficillimo inflammationis tumore curando differere, vt accedens præsens superiori doctrinæ vniuersam contineret eorum vitiorum sanationem, siue primario inuadant, siue consensu inflammatæ partis succedant.

De generatione verò eius ita habet. Causam inflammationis arbitratur confluxum ex fortioribus ad bilem quampiã in corpore particulam. Scilicet inflammatio aut rarissimè, aut nunquàm aliter eueniet, quoniam sanguis, vbi aceruatim vnitus est, confestim putret, nec paritur moras paulatim ad iustum tumorem congestionis. Itaque licèt detur ex reliquis humoribus nonnunquàm citrà defluuum ea paulatino partis excremento, tumorem oriti præter naturam: non dabitur tamen, vt inflammatio. Accedens ad partem sanguis replet ampla, deinde etiam angusta & cõspectum effugientia vasa, id quod testimonio ophthalmicorum apertum facit: in quorum adhęrente tunica inflammationem patiente vasa manifesta fiunt. in sano oculo delitescentia. Apparēt verò in ea inflammatione, quàm in aliis, manifestiùs, quia sanguinis rubor contenti in alba membrana admodū perspicuus est, qui in rubris cute & carne subterfugit conspectum. Et poterat quidem Galenus hunc commeatum labentis sanguinis à toto ad vasa membri ampla, ab amplis ad exigua, ab illis rursum ad membri poros, aperta ratione ostendere, quoniam cùm non cessent plana vasa sese exonerare, nec vasa illa maiora vltrà distendi possint, necesse est, vt ad minora tegurgitet, & transfundatur: sed solet Galenus demonstrationi adiicere ea his, quæ manifestè apparent, necessarias ac cogentes probationes.

5. Natural. 2.

Cvm verò accedens ad curationem præcipit exordium sumi à venæ sectione, quoniã plenum corpus non recipit recurrentem humorem, quòd si vacuatio locum non habet, supplendum reuulsione esse, dubias docet sententias: primam, quoniam humor in parte tumens ad vasa nõ recurret, secta vena vacuandus: alteram, quia præstantiorem causam, cur vacuatum esse oporteat corpus, prætermittit, nempe, ne noxius humor ad viscera rapiatur. Postremò verò, illa separat reuulsionem à vacuatione, ceu oppositam, quæ tamen nõ modò illi non opponitur, sed subßat illi, ceu vacuationis species. Ergo humorem in tumore contentum ad vasorum inanitatem remeare, & secta vena purgari, frequentia attendenti monstrant experimenta. Puerorum exanthemata, & tenuia illa, & crassiora quæ vocant morbillos & variolas crebro repercussu frigidi aëris repentè occultantur, & non sine magno discrimine excipit occultatione ardens febris, malignaq́; Cucurbitæ mammis imposită ar secta cubiti vena retrahit, & sursum euocat menstruum sanguinem, nec est vasis ductus aliquis continuus, cohærensque ab vtero in mammas, sed fibræ vasorum in carnes cessant, per quas medias permeans sanguis in descēdētes alias à pectore venas ingressus euocatur. Sic inflammatio lienis, aut caui hepatis sectio cubito sanatur, licèt in hepate cogatur è porta sanguis per poros carneos dispergi, & ab illis ad fibras caue venæ transuehi. Imò verò alimenti succus perpetuò ab hepatis non vasis, sed carne in cauæ radices permeat. Quid, quòd pus ipsum per media ossa & sanguinem mandate nonnunquàm naturam diait Galenus. Quomodò verò aliter ex pleuritide cõmigratio fit in pulmonia, ex pulmonia in anginam, nisi humor partem vnam opplens ex ea ad vasa, à vasis ad nouam partem remigret. Pus suppuratorum, & humor pleuriticorum, nisi ora, fibrasq́ue asperæ arteriæ ingrederetur, nunquàm tussi reiicerentur. Si vena vna cubiti secatur, vicinæ exhauriuntur cõmigrante per medios meatus ad inanitam sanguine. In his verò, qui ex achoribus, scabie, morbo gallico inunguntur, mirum, quàm repentè crassæ illæ pustulæ, tumores, nodi per vasa ad os capuenda mandentur. Ratione verò ita induci potest satis probabili eadem illa ex poris membrorum in vasa commigratio. Tumor ille externus, manifestúsq; membri non sola cõstat meatuum plenitudine, sed bona etiam parte cailium vasorum distensione, dum sanguine infarciūtur, cúmque vasa omnia inter se reciprocent & confluant, defendente exiguorum vasorum sanguine ad venam sectam, pars decumescat necesse est: humor verò, qui in membri meatibus retinetur, & ipse per vasorũ quidem latera, magis adhuc per ora, non difficiliùs recurret, quàm ad membrorum alitionem per eadem vasorum & latera, & ora perpetuò delabitur. Est & tertia illa recurrendi via, qua ea meatibus dictis non iam ad vasorum inanitates permutatio, sed ad poros internos, & eos latiores humor commeat. Par est enim, vt credatur toto latiores patere ad viscera, quàm ad cutem, quanto interiora illa calore maiore, amplioreque spiritu pollent, & ab externis iniuriis continentis magis tuta sunt. Ita confecta tes est, & experientiæ & rationi innixa. Nec verò nos remorari debet id, quod non semel Galenus scribit, crassum humorem non recurrere, idcircò in eo curando repellentibus locum nõ esse. Quoniam aliud est inquirere, non retrocessus ille fieri possit, quod ostensum est, longè aliud, num commodè tentãdus in reliquiis humoris crassi sit, prę ferendáq; illa curationis ratio inter multas & faciles. Nam, sicut crassum posse ad vasa remeare, verum est, ita difficile esse & tardum, vehemensq; medicamentum expostulare, ideò reiiciendum curanti esse, certum est. Sicut verò aliquando humoris crassitiem scripsit contemnere repellentia vim remedij, ita è contrario nonnunquàm, quod planè, inquam, tenue est, humoris præterlabitur, medicamenti ansas effugiens, & in parte figitur, haud etiam retrorsum, sicut quod crassum est, repulsum. Quod nõ magis admirationem meretur, quàm si quispiam id, quod planè leue est: impetus vim non substinere ad lõginquum locum dicat, sicut quod grauitate sua constat: alter verò id, quod planè graue est, longiùs proiici posse neget, sed quod leuitate innata iacēris vi vincatur. Quod enim modicè graue est, subit ambas extremorũ appellationes. Ita fit, vt condemnentur vtraque extrema ad eam iactationem, quæ impetu fit, cõmendetur mediocritas, quam quidam leuitatem appellant, alij grauitatem. Non dissimiliter in repercussu astringētis medicamenti ea materia obsequitur prõptè, quæ media substantiæ constitutione pollet, quam eandem & leuem nuncupamus, & grauem. Quemadmodum enim intestinorum vi, cùm præmitur fæa, pelli quandoque non potest propter immodicam fæcis liquorem, qui pressuram eludit & frustratur, quãdoque propter immodicam ariditatem præmentis vim superantem, vt vterque excessus dolori cholico occasionem præbeat, non aliter humor in inflammatione astringente medicamento impulsus, tunc facilè paret, cùm modica crassitie cõstat. Neque deterret à tradita curandi ratione: quod licèt, quòd paulò antè disputatum est, possit ægra pars ad sanam

Recursus humorum possibilis. Dubij primi solutio.

7. Aphor. 55.

Infrà §. Si igitur. 13. Ther. 6. 14. Ther. 10. 9. simp. 26.

nam humorem remittere, rarum est id tamen, & ob infrequẽtes quasdã causas nonnunquàm euenit. Curatio autem, sicut & scientia, non docet ea, quæ rarò, sed quæ vel semper fiunt, vel frequenter. Nam licèt inflammata pars morbi nomine concedat in robore sanis, verum beneficio accedentis remedij, quod astrictione roborat partem & confirmat, euadit ferè potentior & ad sanas remandare potens.

3 Natura facult 13. 5. Poste. 24.

Solutio Secundi. 14. Ther. 2.

SEQVITVR, vt quæ de duabus aliis sententiis huius loci obiecta sunt, breuiter perstringantur. Licèt alibi digniorem censeat eam causam à vacuatione inchoandi, ne noxius humor à parte repercussus ad viscera periculosè transponatur, hic quoniam inflammatio propusita erat, tumor à benigni sanguinis copia ortus, in quo ea ratio locum habere non poterat, prætermissa est memorata illa alia, quod plenum corpus nõ recipiet. Ex quo intelligitur in inflãmatione corporis non pleni securiùs a repellentibus inchoari curationẽ: periculosè in omni alio tumoris genere, eò magis, quò fuerit contentus humor deterior. Nam quod de reuulsione addubitatur, faciliùs est. Cùm ex reuulsionibus quædam, quia simul vacuant, sub vacuationis communitatem veniant, aliæ, quia ita à loco retrahunt, vt non extra corpus trahant, reuulsiones tantùm sunt vacuationi oppositæ, quas hic auctor commemorat, qualia frictio, ligatura, lotio, siccæ cucurbitæ in aduersa parte fixæ. Nec verò difficilè est conciliare, quod hic recursus tres differentias numerat, cum loco illo Methodi, vbi duæ tantum scribuntur. Secatur enim repulsio ab ægra parte, vel sua sponte, vel medicamenti repellentis ope: ita euadunt siue pugnantia locorum recursus species, illic duæ, hic verò tres.

Tertij.

13. Ther 9.

SED maior machina, gradúsque negocium aggrediẽdum est, vt occasione vacuationis, quam in curanda inflammatione exercere præcipimus, de loco exercendæ in particulari omni affectione vacuationis ea professo semel disputetur ita, vt breuitas cum differendi methodo, quantum rei obscuritas dederit, in disputationem seruetur. Affectus itaque vniuersalis distribuitur in plethorã & cacochymiam, omnis vacuatione sanandus. Ex quibus plethoræ aptissima est cubiti ea communi vena sectio, quoniam ea vena iecori, & venis omnibus ab ea ortis, in quibus plethora intelligitur, omnium est vicinissima, & consentiens magis: sicut cacochymiæ appositissima per secessum purgatio. Est enim inter vacuationes cacochymię & facillima, & copiosa cum incolumitate, ob causas paulò antè latas. In particulari verò plenitudine, tria separanda tempora sunt. Primũ, quandiu in parte non est supra naturam plenitudo, siue corpore adhuc sano, sed in quo ob consuetudinem timetur partis affectio aliqua ex plenitudine, siue iam ægro, incipientéque ad partem defluxione, sed nondum ita obsidente partem, vt abundantiæ in parte ipsa iam indicia appareant. Secundum, vbi impactus est parti humor, qui negocium facit, simplex tamen est affectus, non iunctus defluxioni, siue quoniam paulatim increuit nulla defluxione pręuia, siue quia pręcessit quidẽ, sed cessauit: præstantque duo hæc tempora vnam tantùm in curando indicationẽ: Primum ad corpus ipsum, ne fluat ad partem abundantia. Secundum, ad partẽ solam, vt eius inaniatur plenitudo: Tertium, compositam requirit indicationem, sicut & composito constat affectu, parte quidem pleniore, quàm secundùm naturam, corpore verò ad eandem demandante, & præsente abundãtiam partis augente. Qualis autem in singulis temporibus adhibenda vacuatio sit, ita ferè expediendum videtur.

Locus vacuandi in communi affectu.

In primo tẽpore particularis. Com. 15.

IN primo tempore distantissimus simpliciter locus accõmodatissimus est. Ita enim habet Galenus lib. De victu priuatorum. Iam abundãtibus; id est, vbi iam continetur in parte supra naturam abundantiam, purgatio, qua vergunt, adhibita medetur: quæ verò ab incremento prohibere velis per opposita reuellere conducit. Et libro De natura humana, à longissimo, ait, in talibus: sicut & lib. De sanguinis missione de vacuatione agẽs, quæ præcautionis gratia initur, vertigini & epilepsiæ obnoxios ex cruribus, podagræ verò excubito vacuat: allata ratione, vt assueta natura distantissimę parti mandare dessuescat à priore, prauaque consuetudine, & consuetudo consuetudine, sicut clauus clauo pellatur. Assuescit autem ad sectam partem mandare duplici nomine: & quia inanita pars eò magis à toto trahit, quò ob inanitionem cõatur magis: & quia ad partem secari assuetam exonerat se corpus, vbi simili plenitudine grauatur. Experimẽto enim & Auerroo testibus, qui ex consuetudine, quæ Æthiopibus frequens est, frontem scarificant, vbi sanguine redundant frontis pruritu infestantur: qui magis assueuerunt spatularum scarificationi, in spatulis, sicut qui cubiti sectioni, cubiti prurito vrgentur.

Sect. 2. 9. Cap. 19.

4. Col. 10.

In secundo tẽpore particularis.

IN secundo tempore, affecta vacuanda pars est, quoniam in ea sola supponitur sananda plenitudo. In quo tempore intelligenda loca sunt, quæ per affectum locum vacuationem suadent. Subaudienda est tamen illa conditio, modò per ipsam partem commodè fieri possit, neque vacuatio ipsa noui fluxus auctor sit. Ita enim conciliabuntur loci quidam, qui cum dicta sententia pugnare vidẽtur. Nam lib. 2. ad Glauc. impacto humori & partem obsidenti deriuationem consulit: sicut & lib. Methodi 4. quæ tamen vel durante pauco, tenuique fluxu manet, vel si ex toto cessauit, de qua occasione modò agimus, in illis tantùm partibus, in quibus commodè pars ipsa secari non potest, confugimus ad vnam aliquam ex vicinis, in quam se affecta exoneret. Sic quibus in locis inflammatæ linguæ curandæ, vel affectis oculis vomitoria negat, deiectoria commendat: è cõuerso in priapismo, nephritide, sciatica, podagra, vomitoria deiectoriis pręfert: ideò facit, quoniam vniuersales illæ vacuationes noui fluxus ciendi potentiam habent, vt meritò vitari debeant, etiam cessante in totum fluxu. Quòd si aliquando in descendente pleuritide inferna purgatio laudatur, fidit magno inter costas & infernam purgationem interuallo. & quia superior est affectus locus sede, qua purgatio exercetur.

Lib. De phlebotomia 19. 13. Ther. 9. Cap. 2. Cap. 6.

6. Epid sect. 2. 7. 14. Ther. 7. & 8. 10. Localis medic. 2. 2. Acut. 10.

In tertio tempore. 13. Ther 11. 1. Ad Glau. 14

DE tertio tempore, quoniam prolixior tractatio, & difficilior est, propositionibus quibusdam res absoluetur. Appello autem tempus hoc tertium doctrinæ ordine, in quo simpliciora, ceu notiora, antecedunt. Nam in opere ipso ferè secundùm est, in quo durante adhuc fluxu pars humore supra naturam abundat.

Propositio prima.

PROPOSITIO prima. Licèt Galenus sæpè eligat in hoc tempore distãtissimum locum, nulla

addita

addita distinctione, quod est in eo authore frequentissimum, vt multis locis omnia, vno semel rarissimè doceat: alibi tamen non semel addit necessariam determinationem, ea est, si vacuatio secta vena tentatur, benè habet, vt non absolutè distantissimum eligatur: sed distantissimum ea his locis, quæ seruāt cum affecta parte rectitudinem, & communitatem. Obseruanda enim illa in sectione sunt, non modò, vbi vacuare partem animus est, sed etiam, vbi reuellere: videlicet, si (id enim tempus modò propositum est) in affecta parte adest supra naturam abundantia. Si enim ea deest, quod in primo tempore accidit ea longissimo absolutè iam venæ sectione, quàm reliquis ingeniis vacuandum esse ostensum est: quæ vbi adest etiam præsente fluxione, nisi communes venæ secentur, non sanabis affectum, perpetuò autem, quod sanum est, lædes: dicebat libro De palpitatione, vacuato nempè vtili pro noxio sanguine. Sed quid tandem est rectitudo, & communitas: deinde, quid operantur: tertiò, cur in venæ sectione obseruanda sunt. Rectitudo (Hippocrates vocat κατ' ἴξιν) consensus est inter partes vnius lateris, demum obseruatio longitudinis. Communitas verò consensus per vasis ductum à secto loco ad venam, quæ partem alit. Ita ergo demum seruatur in sectione rectitudo, si ea latere eaerretur affecto: ita communitas, si vena eligitur, quæ cum affecta sede communicat. Superiores siquidem partes cum brachiorum vasis, inferiores cum crurum vasis communionē habent, nec omnes brachiitū cum superioribus omnibus, sed ex cubiti vasis, cum capite & ceruice humeraria magis, nigra minùs: cū pectore & naturalibus membris axillaris magis, nigra minus consortij habet. Ita intelligitur, si in venæ sectione, quæ vel vacuandi, vel auertendi gratia initur, rectitudo pariter, & communitas seruanda sunt, oportere, vt affecta corporis quadra seretur. Quod ergo Auicena monet non esse transeundas duas in sectione venæ diametros; si interpretans hanc Galeni determinationem facit, iniquum interpretem agit. Nam seruata etiam vna integra diametro, perit vel rectitudo, vel communitas. Quadram enim transire non oportet, non diametrum. Sin exponit suam aduersus Hippocratem & Galenum opinionem, oportuerat eam rationibus munire. Si verò quispiam opponat, sectionem affectę quadræ non obtinere nomen reuulsionis; cùm oporteat toto defluxus tempore non absolutè vacuare, sed cum reuulsione; est enim composita affectio compositam insinuans indicationem, partis plenitudo vacuationem, defluxio verò auersionem; ostendat autem non esse reuulsionis speciem, quoniam nullam implet earum contrarietatum, quas reuulsionem includere in Aphorismis Galenus scribit: sursum deorsum, dextrum sinistrum, antè retrò: sciat non omnes auersionis differentias eo loco à Galeno numerari, sed quemadmodum in methodo solas duas priores recenset; in Aphorismis adiecit tertiā; ita lib. De reuulsione, apposuisse quartam, vbi ab interioribus ad exteriora, vel è diuerso reuocatio fit: quam etiam intra vnā quadram seruari constat. Ita verò intelligendum est, hanc oppositionem constituere reuulsionē, si interuallum intercedit momētaneum affectionis, sectionisq; loco. Sicut enim contrarietas anterioris ad posteriora, integra licèt, si interstitium exiguum est, vt frontis ad occiput, non implet reuulsionem: ita nec ab internis ad externa euocatio, alioquin nulla esset non reuulsoria vacuatio.

Lib. De phlebotomia 15. 16. 18. 13. Ther. 18. 3 Ther. 3. 1. Prorr. sect. 3. 53. Ætius lib. 12. De podagra. Lib. De palpit. 5.

Rectitudo quid.

Quarta 1. 3.

5. Apho. 68.

3. Ther. 3.

Iam quid operetur in sectione rectitudo, cōsiderādum est. Communitas enim vasis secti cum affecto loco, cur non magis exhauriat eam partem? Sed quod in pari communitate ad affectam sedem venæ dextræ & sinistræ, sola lateris conseruatio magis partē vacuet & mutet, id verò ostendendum est: primùm, experimentis, vt credatur; deinde, ratione indagandum, vt euentuum causa perspiciatur. Rem igitur ita habere, frequentia monstrant experimenta. Vteri, dicebat Galenus, dextrum, tantò est sinistro calidius, vt caloris aucti nomine mares formet, sinistrum fœminas. Sic dexter testis ad sinistrum collatus. Est autē caloris aucti causa rectitudo hepatis. Vicinitas enim, & per vasa communicatio, non sunt vtrique parti disparia. Resolutio frequens medietatem exactam corporis corripit illæsa reliqua: & tamen humor illabitur à tertio & quarto cerebri ventriculis, in quibus nō est dextri à sinistro secretio. Si inflammato hepate ea dextra nare sanguis erumpit, sanatur; si ea sinistra, non iuuatur; cùm vna ad nasi radices ab iecinore vena pertingat. Si cubitus sinister secatur, vacuatur sinister cordis ventriculus, repletióque illius vaporosa, lien inflammatus, pleura sinistra, quæ omnia ex dextra axillari non succedunt, sinistra tamen, si venarū communitatem spectes, non nisi interuentu iecinoris, ea sinistro exhaurit. Per rectum fiunt morborum permutationes, & crises, & abscessus, dicebat Hippocrates. Si hepar incaluit, dextra manus, pésque hulcerantur, ardent, exasperantur, si lien, sinistra: lien tamen nullam ad sinistra hæc venā mandat, nisi per hepar. Si caput ex vtero dolet, vertice dolet, quoniam è regione recta suprapositus vtero; si ex ventriculo, frons; ex iecore dextrum latus vrgetur, ex liene sinistrum, ex renibus occiput, brachia, crura. Partes omnes dextræ calidiores, maiores, robustioréque, sunt leuis propter iecoris rectitudinem. Ita verum est, plurimum posse in corpore rectitudinem. Cur verò tantum possit, non facilè dixeris; id quod ex respondentium varietate colligere est. Quidam meditantur, ne fortè vis trahendi sanguinis in vasorum villis oblongis insit, quod omnibus conuenit, non aliter quam trahenti ferrum magneti: nam & ita quandoque assimilauit Galenus. Quemadmodum ergo, vbi magneti accedit suo cuspide acus, in sublime trahitur, & pendet, magnetis vi hærens, & immota: quòd si accedat alia priori, recta tangens prioris illius finem, hærebit similiter, & seriatim prima secundam, secunda tertiam retinebit pendulas, si recta sibi applicantur, non ad latera, quoniam ea est facultatis illius natura, vt recta tātum defetatur: sic, cùm axillaris dextra continua filaménta oblonga habeat cum latere dextro trunci per pectus ad iugulum ascendētis, non cum sinistro; trahet, quidquid in dextro sanguinis continetur, non quod in sinistro. Alij confugiunt ad situm partium sanguinis intra truncum illum pectoris. Sicut enim in flumine suum ductum obseruat, defluxúmque aqua, quæ citeriore ripa delabitur, suum item & proprium, quæ vlteriore, nec communicant sibi mutuum fluentis aquæ latera, non aliter intra truncum medium pectus

Rectitudo cur operetur.

14. De vsu. 7.

3. Crisi. 3.

Vndecima 3. 7.

6. Epid sect. 2. 12.

6. Epid. 2.

1. De locis aff.

perreptantem, sanguinis partes situs suos, fluxusque obseruant, non variantes & imperturbatos. Non desunt, qui nouam rationem excogitent: Ignis, inquiunt, motus ea natura, qui inuerti non potest, sursum est: is cùm in sanguine abundet, facit, vt sanguis ipse eò feratur: ideò aduersę sectioni per lateralem motum non obsequitur, sed rectæ per rectum. Hæc illi: quæ tamen argutiùs dicuntur, quàm verè. Nam cùm oporteat causam quæsiti communitate sua quæsitum complecti: rei autem experientia monstret, non modò intra vas sanguinem, sed humorem quemcunque, adde etiam vapores & alterationes promptiùs deferri multò per rectum, quàm ad aduersum latus: quomodò causa illa recipietur, quæ in solo vasorum sanguine locum habere potest? Prætereà, si ignis in sanguine facit, vt sursum rectà, non obliquè ascendat, quę causa faciet, vt rectà descendat, non obliquè? fluente enim à dextra nare sanguis promptè retrahitur, cucurbita iecori affixa, vel dextra incisa humeraria; non cedit autem, vel cucurbitæ, vel sectioni sinistris: an idem ipse ignis in sanguine vincens author erit recti, sicuti ascensus, ita & descensus? (quasi verò sanguis naturæ suæ relictus sursum conscendat, & non magis grauitate sua deorsum feratur.) Illæ verò de vasorum filamentis imagines, & de situ sanguinis intra truncum corruant necesse est, si spectetur cessare illa omnia ad hepatis conuexum, vbi & caua in exiles fibras distribuitur. Inflammato ergo liene, cur secta læua axillaris magis exhauriet vitiosum lienis humorem, quàm si dextra secetur? cùm inuenta illa omnia in gibbo hepatis cessent: hepar autem inanitum per portę venas à liene hauriet pro inanitionis ratione, vndecunque ea inanitio contrahatur. Verosimillima ergo paulò antè dictorum euentuum ratio ea videtur, quod corporis nostri longitudinem multi oblongi meatus perreptant, & distinguunt: per quos sursum deorsum promptus est omnium in corpore contentorum commeatus; qui tamen non perinde per latera distribuuntur. Huic dogmati firmando prima illa ratio ex fine desumpta facit. Sollicita natura durationis rerum non solùm prouidit indiuiduorum caducitati, seminum creatione, quorum vi noua & viuentia pro veteribus & pereuntibus substituerentur: sed etiam animalia ipsa, semina etiam plurima, gemina constituit; vt ea ope tueretur ab irruentium iniuriis facilè peritura indiuidua. Dum enim infortunio vnus oculus, auris, brachium perit: altero oculo, aure, brachio vita seruatur: ita duo, quasi animalia, dextrum, sinistrúmque in vnum animal coniungens, diuturniorem illis vitam comparauit. Nec verò solùm animalibus, sed & seminibus, ea duplicitate consuluit; nisi fortè, vbi numero resarcit duplicitatis inopiam, vt in milio, in piscibus. Nam fabæ, cicera, triticum, & cerealia omnia manifestam seiunctionem habent, vel per intercedentem membranam, vel densitatem, vel certè appositionem citra agglutinationem: ita, vt continua non sint duo latera. Cúmque huc tendat ea duplicitas, vt diutiùs talia perseuerent, neque possint perseuerare, si similiter communicant sibi, consentiúntque mutuò duo latera, non minùs, quàm partes vnius lateris, quæ inter se rectitudinem seruant, conficitur, vt dicti canales credantur, asserantúrque. Altera ratio ex sensus euidentia ita desumi potest,

Ratio prima.

Secunda.

In cerebri, testiúmque medulla, vel testimonio oculorum percipiuntur ductus illi, tanquàm angustissimi alueoli sanguine pleni, rubentésque. Imponunt autem multis, quasi sint vasa, quæ tamen non sunt, sed secundùm rectitudinem meatus alendis partibus, communicandisque per rectum materiis creati. Eosdem hos canales in plantis perspicere licet. Ligna enim omnia per longum nullo findes negotio, transuersim non nisi plurimo. Videlicet, ductus ipsi canalium diuisione cedunt. Tertia fides ex euētu petitur. Repentè enim, & frequenter permutatio fit à dextro pede ad dextrum, vel brachium, vel humerum, & ab his rursum ad dextrum pedem: ad sinistra verò, vel rarissimum est, cúmque ea sita in rectum transsumptio per canales nullum habeat in corpore commeatum, relinquitur per meatus expositos tantùm deductio. Quid rectitudo in sectionibus operetur, & quam ob causam dictum est. Superest, vt ex propositis tertium expediatur, ostendatúrque iam oportere, vt conuenientibus fluxione, & partis abundantia, venæ sectio, non absolutè in distantissima sede exerceatur, sed in parte remotissima earum, quæ communitatem simul, & rectitudinem cum laborante particula obseruant: id quod sequentia suadent. Ea est reuulsio vtilissima, quæ humorem à termino defluxionis ad originem reuocat. Ostensum est autem plurimùm defluxiones fieri à locis communibus, rectisq́;. Sectio igitur ex recta, communique vena reuulsionem implebit, quod fluxio indicat. Eadem verò etiam cùm seruet affectam quadram, partem plenam inaniet. Satisfiet igitur vtrique vacuationis scopo, ea ingenia. Accedit, quod cùm in inflammatione sanāda coëant plenitudo partis, fluxio, fluxionis causa, sicut curationis ordo exigit, vt ante vacuationem partis fluxioni subueniatur, ita eadem mouet, vt fluxionis causam amoliri anteuertamus. Est autem vel maxima fluxionis causa, partis dolor, calórque ea putrefacto, & distendente sanguine. Ab illis igitur vacuatione auspicanda curatio est. Non vacuabitur ea absolutè remotissimo, sed cum dictis conditionibus. Dictus itaque locus seruandus est. Nec leuiter etiam mouet, quod Galenus reuellentibus summoperè commendauit præceptum vulgo medicorum incognitum: vt nō insistamus toto fluxionis tempore reuulsoriis, sed interponatur medium tempus vacuationi noxij humoris, in parte contenti. Ita enim demum fluxio cessabit, si & è longè reuellentibus auertatur confluens materia, & proxima vacuatione dolor, calórque partis, tollantur fluxioni causæ. A qua sententia non ita multùm recedit Auicena, dum in reuulsione, & ante reuulsionem doloris in affectu sedandi rationem haberi monet. Si ergo cōfluente humore simul datur vna modicè remota sectione reuellere simul, & vacuare; quomodò nō erit amplectenda? quod Galenus in iecore inflāmato, & alibi perpetuò sequitur. Quid multis? si solus fluxus curandus est, distantissima secanda pars est: si sola partis plenitudo, vicinissima. Ex quo conficitur, vt vbi pariter iunguntur, mediam quandā distantiam longinquæ communitatis obseruari necessum sit. Cur ergo nō etiam reliqua præter venæ sectionem reuellentia, quorum in hoc, de quo agimus, tempore vsus est, similiter modicè distātia recipimus? Quoniam illis omnibus

Tertia.

Vnde secādum fluxa durante.

Ratio prima.

6. Epid. sect. 2. 12.

Secunda.

13. The. 5 6.

Tertia.

6 Epid sect. 2. 8.

Quarta 1. 3.

Quarta.

13. Ther. 10.

omnibus fluxionis augendæ vis inest. Dolorifica enim, vel calorifica sunt frictio, ligatio, cucurbitæ. In secanda verò ab affecta quadra vena, nulla fluxionis augmento præbetur occasio: non dolor, calor, non (quod fortè videretur) inanitio. Cùm enim supponatur in parte supra naturam abundantia, & ea vitiosi, à quo se conantur vasa exonerare, humoris: quomodò eius diminutio faciet, vt læsa pars trahat alimentũ, quo supra mensuram abundat? Ex vniuersa autem propositionis serie confectum est, in tertio inflammationum tempore, vacuantia reliqua distantissimè conuenire, solam venæ missionem moderato quodam interuallo. Quod tamen postremum in opere faciendum perpetuò non est, nisi conditiones iungãtur, duæ. Prior, modò ea sectio fluctionem non moueat. Fieri enim potest, vt gratia loci affecti moueat, vt si vel humerus, vel manus dextra laboret, quãdo cogitur ob interualli breuitatem dextri cubiti sectio magis locũ implere. Si enim alia reuulsoria, huius discriminis gratia relegamus ad loca distantissima, cur non similiter sectionem, vbi ex ea non dissimile malum metuimus? Et id

14. Ther. 5. & 11.

est, quod Galenus significauit in crure affecto, præcipiens aduersum crus, vel rectum brachium scindi: in quorũ primo rectitudo, in altero communitas petit. Altera conditio, modò ne origo fluxus, cuius, (quod paulò pòst constabit) non minor, nisi fortè maior habenda consideratio est, alio impellat. Cur enim in naris dextræ hæmorrhagia sistenda reuulsionem adhibet Galenus ex

5. Ther. 3. De phlebotomia 19.

Sectio menses mouens.

dextra humeraria: in mensium, vel hæmorrhoidum profluuio, similiter impediendo, non crura secat cum affectis partibus communicantia, sed brachia: nisi quoniam hepar, & caua vena plurimum sanguinem ad eas partes mandantia cum cubito, non cum cruribus communionem habent? Quod verò apponit his vacuationibus prouocandis, crurum vel sacrificationem, vel sectionem facere, in controuersiam à multis reuocatur,

Paul. lib. 3. 61. Ætius lib. 6. 59. 8 Ther. 2. Libr. de ptisa. ad finem.

neque immeritò. Vbi enim infernæ vacuationes præter naturam retinentur cum vasorum plenitudine, ea ferè succedit, cùm retentio prorogata est, si Paulo creditur, & Ætio, primum brachium secandum est, posteà crus, astipulante etiam ratione. Nam si in febrium obstructione abigenda, timet Galenus de obstruentia in corpore pleno, ne fortè plenitudinem ad obstructum locum deducentia ingeminent, non tollant obstructionem: & cùm de ptisana agit, eadem causa ptisanæ abstersionem veretur, nisi antecedat vacuatio: cur non similiter parcas illas, repetitásque crurum, vel sacrificationes, vel sectiones timeat, de obstructioni dicata auxilia, ante corporis per brachium sectum vacuationem? Quòd verò parcę illæ crurum sectiones prouocent, & obstructa ora reserent, causæ sunt. Et quia exhauriunt crassum sanguinem ora vasorum occludẽtem: & quia inanientia infernas partes cogunt à supernis deducere, & quia repentino sanguinis motu, dolore etiá, torpẽtem expultricem irritant, & ad functionem suscitant assuetæ purgationis. Ad hunc ferè modum sectionis venæ fluxus tempore ratio habet.

Lib. De phlebotomia 18. 19.

Obtrudi autem potest ex libro De sanguinis missione vnus & alter locus, interpretationem expostulantes. Prior, vbi postquàm renes magis cum cruribus communicare affirmauit, ideò ad vacuationem eorum crura potiora esse, subdit: *Ad reuellendum porrò magis brachia.*] Alter, vbi de vacuatione præseruatoria agens, quæ vere celebratur, inquit, ex eo loco tunc vacuandum, ex quo incipiente iam affectione: quòd si in præcautione distantissima pars præfertur, pariter in curatione incipientis affectionis conueniet. Est autem interpretatio prioris, vt, quia ex duabus intentionibus reuellendi, & vacuãdi, licèt ambę communitatem exigant, plus requirit vacuatio: cùm renes vtriq; parti consentiant, sed inæqualiter, meritò reuulsioni brachia, vacuationi crura accommodentur. Nam in altera sententia iungit duos homines, eum, qui obnoxius est partis affectui, à quo tamen modo immunius est, & eum, qui iam eo affectu imprę̃sens laborat, docétque ambos in eo conuenire, quod requirunt certa loca vacuationis suæ, non promiscuè ex quocunque, sicut in his, qui nulli malo obnoxij sunt, vacuandi sunt: non tamen proinde in loco vacuationis conueniunt, quod ostensum est.

Propositio secunda.

PROPOSITIO secunda. Sicut in composita hac indicatione, quandoq; citra exceptionem distantissimum locum commendat: non rarò venæ sectionem ad rectum, communémque locum cogit: sic alibi exactiùs etiam ad locum, vnde est fluxionis origo: quò fit, vt si ea origo non conueniat cum recto, & communi, sit nonnunquàm à non recto, aut non communi inanienda: id quod sequentia manifestum facient. In sanguinea sciatica malleolum secat Galenus: idem addit cubitum etiam commodè secari communitatis obseruandæ negligens. Et alibi apertè inflammationũ defluxum vult reuocari, vel ad commune vas, vel ad originis fontẽ. Dum verò lassitudini phlegmonosæ medetur, secat prima & secunda die locum, in quem humor incliuat. Tertia verò etiam, inquit, vacuandum est, si mens est ad alia loca abundantem humorem auertere, transponeréque, innuens sectionem aduersi lateris, vel crurum, quando ex lassitudinis perseuerantia intelligitur origo fluxus altior, remotiórque.

11. Local c. 2. prima. 2. ad Glauc. 14.

4. De sanit. in fine.

Lib. 1. & 7.

Reliqui verò Græci graues illi in medicando authores apertiùs. Trallianus in melancholiæ morbo & hæmoptoisi mittens ex malleolo sanguinem, securiorem reuulsionem sequitur. Paulus in coxendice sanguinea

Paul. li. 3. 77.

nõ accedit ad crus, nisi secto priùs cubito: id quod etiam inflammato scorto, & inguinibus monet, nec aliter inflãmato vtero: cum Ætio in his omnibus conueniens: vsque adeò certum est Gręcos non semper obseruasse sectionum locos communes pariter, & rectos. Sed ratione pars hæc firmãda est.

Ætius lib. 14. cap. 21. 29. Idem lib. 19. 85. 2. Acut. 10. Hippo. lib. De aliment.

Quæcunq; vena secetur, dicebat Galenus, vniuersæ exhauriũtur, quia omniũ in corpore vna est confluxio, & commeatus, Hippocratis testimonio: tantùm quædam venæ exhauriunt certas partes aliis celeriùs. Si ergo fit, vt à toto fluat ad affectam sedem, cur non à toto etiã reuellendum est? Nisi enim ad fluxionis originẽ, & fontem, retrahas, parũ in reuellendo promoueris. Deinde, si pręgressa causa vehemẽter vniuersum corpus turbauit, à toto euocabit, non solùm à communi, retrahendúmq; erit ad totum, nõ ad commune tantùm. Si verò etiam experimenta cõsulamus, quorum semper fides fuit certissima, multi epileptici, & hæmoptoici euidentissimam secto crure vtilitatem consecuti sunt, postquam tentatus non successit cubitus. Frequentes pleuriticorum dolores nil per affectã partẽ leuati, nimirum, quàm

repentè

Galen. De phlebotomia. 19. Trallian. cap. De haemopt. Paulus lib. 6. 40.

Propositio sexta.

repentè aduersæ sectioni paruerint, cessetimque, quibus scilicet humor ab aduerso accedebat. Eò etiam fit, vt seruata rectitudine eatremus, distantissimúsque locus prosit magis, vt ex anulari dextra in iecore affecto, ea sinistra in liene, quàm ex cubito: quod sibi euenisse memorat Trallianus. Paulus verò etiam rationem adiicit, Quoniam è longinquo reuulsio securior est: ideò prestantior: præferretúrque perpetuò eo nomine axillari, nisi tenuitate sua paucum sanguinem funderet.

PROPOSITIO tertia. Quando prima propositione monstratum est, venæ sectionē eaigere communitatem eum rectitudine iunctam: in secunda verò non minùs considerandum esse fluaus initium in reuellendo: Superest tertiò, vtrius maior habenda ratio sit, expedire. Ergo ad quatuor hæc attentum esse oportet eum, cui id diiudicare propositum est. Siquidem causa defluxionis valida est, vt casus ab alto, vt plenitudo insignis, ratio est à toto confluere, secaréque oportet, non modò à recto, sed & à longinquo. Si affectus infernus est, sæpè nō ex solis inferioribus, sed ex superioribus etiam partibus humor accrescet. Nam superior sanguis copiosior est, calidior, tenuior, innata grauitate descendens. Sæpè itaq; cum vtilitate à superiore sectione inchoāda in illis curatio est. Deinde, si larga euacuatio exerceri nō potest, timēda ex proximo loco est. Parcæ enim non inaniunt putrentē humorē fluxionis causam, magis agitatione & vicini loci inanitione proritant defluxum, quo nomine crura ad hæmorrhoidas, & menses ciendos sacrificantur. Postremò, sunt affectus quidam, quod Hippocrates admonuit,

Initio libri De morbis.

qui celeritatem medici desiderant, alij qui tarditatem cum securitate. Qui ergo defluxus securiùs, quàm velociùs auertendi sunt, per distantia etiam aduersa, qui velociùs, quàm securiùs ea recto, communique vacuentur oportet. Et cùm ad quatuor hos scopos curantis acies dirigenda sit, ex primo intelligit in casu distantissimum locum eligendum esse. Ea secūdo, cur superiores inflammationes semper ex cubito seruata communitate, inferiores non rarò ea cubito etiam, non ex solis cruribus, vacuamus. Ex tertia, Cur Græci magis secuti sunt quadram, Arabes aduersum latus: nam fuerunt patriæ intemperamento Arabes in sanguine mittendo parciores: Cur etiam Galenus inflammatum vterum, incipientésque coxendicum dolores sanguineos ex crure, Paulus & Ætius etiam ex cubito, videlicet mittebat Galenus vberiùs: ita enim habet. *Ego*, inquit, *huiusmodi morbos vna die misso plurimo ex cubito sanguine sæpe sanaui.* Ex quarto verò scopo colligit in internis inflammationibus, validis doloribus, sanguinis fluxibus, à communi, rectáq; ordiendum esse, à qua ad originem fluaus descendendum est: vbi verò affectio tarda est, moráque patitur, ad fluxus originem conuertenda curatio est.

De phlebotomia 18.

Propositio quarta.

4. De sanit. in fi. De phlebotomia 17. 4. Acut. 11.

PROPOSITIO quarta. Quando ea communi reuulsio fit, illa adhibenda moderantia est, vt vacuatio non fit eaigua, quæ agitando magis augeat fluxum, quàm ex tractione sedet, dandáque opera est, monente Galeno, vt eodem die, si natura patitur, sin minùs, postero, repetatur venæ eiusdem sectio. Cùm enim prima sectione non liceat exhaurire totum, quod in inflammato loco vitiosum continetur, sed vsque ad mutationem tantùm caloris ex Hippocratis sententia, neque enim ampliorem virtus ferre potest: superest, vt, quod prior transposuit, sequens inaniat. Et cùm inanitos locus affectus ea vicinis vasis sugat, & vitiet, nisi eo beneficio repetitæ vacuationis breui extrahatur, putreat necesse est, & rursum ingrauescat malum. Quam non contemnendam obseruantiam multi cum ægrorum incommodo, surda aure, pertranseunt. Sed iam ea relatis capita quædam concludamus: conficitur enim praué, quosdam ex Arabum schola in curandis internis inflammationibus toto triduo aduerso lateri insistere. Nam & tardiorem efficiunt curationem, & magis incommodam, vacuantes vtilem corporis, vt in noxium sanguinem. Nec proinde, qui opinantes se Galenum imitari, mox ab Initio & toto fluxus tempore, non secedunt ab affecta quadra, non grauiùs quandoque peccant. Vbi enim humor à toto corpore confluit, præterquàm quod fluaum ita non auertunt, etiam promouēt. Intelligitur etiam nouum illud à multis receptum inuentum recipiendum non esse, quo astruunt ferè in pleuritide tundendam axillarem deatram, quoniam rectitudinem habet deatra axillaris cum vena, sine coniuge in deatro latere sita, alente octo infernas costas. Vnde putant obtinere, vt nisi inflammatio tres superiores, easdémque læuas costas obsederit, esse magis ea vsu secare deatram, quàm sinistram aaillarem. Reiicitur enim multis ea sententia. Nam & Hippocrati & Galeno pugnat, monentibus latus affectum, non aduersum scindere, &, quod maaimè potest, frequenti eaperimento monita confirmantibus. Deinde, sectio vasis, cur vacuet magis factum latus, quàm aduersum, ostensa causa est, ea meatuum oblongorum serie, & ex vasis secti ramis pendens, non ea vasis filamentis, vel partium sanguinis ductu. Prętereà, si proptereà quod fons alendarum costarum octo, & dextrarum, & sinistrarum in dextro situs est, benefacit sinistrę pleuritidi dextri cubiti sectio: oporteret similiter inflammatio lieni & laboranti sinistro cordis ventriculo, eandem ipsam dextri præstare, repugnante omnimodis euentu. Siquidem & horum alendorum origo hepar est in dextris locatum. Tandem, cum a iugulo simul cum duarum axillarium diuisione, vna vtrinque vena descendat superiores pectoris partes alitura, finibus suis communicat ramis venę sine coniuge proaimè cessantibus. Eò fit, vt sinistri cubiti sectione hauriatur sanguis, in pectoris sinistra vena descendente cōtentus, & propter commeatum, cùm venæ sine pari germinibus illa etiam inaniantur germina. Commeatum verò illum manifestum facit experientia. Siquidem inflatio alterutrius ex dictis reliquam turgidam reddit, inanitio inanit. Nec omnùs ratio. Si enim descendens hæc per pectus, & vbera vena, licèt nō coēat finibus suis cum ascendente ab vtero: tantùm tamen per medios poros cum illa consentit, vt sibi mutuò materias transmittant. cucurbitaque mammis affixa, vel aaillaris sectio protinus mensalem fluaum reprimat. & continuò alimēti succus per consimiles in iecore poros à vena portæ ad cauam cōmigrat: cur non magis credi par est, intercedere huic descendenti cum attiguis venæ sine pari germinibus eum, quem experimenta mōstrant, consensum? Ita frustrà comminiscuntur quidam, ad orificia horum ramorum membranas quasdam pro tempore & clausas,

Corolariū primum. *Secundum.* *Tertium.* *Ratio prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.*

Corolariũ quartum.
2. ad Glauc.
13. Ther. citat.
De phlebotomia. 19.

clausas,& rursum reclusas, cùm sola & vera per carnis meatus transpositio cõtenti prompta sit, & expedita. Illud etiam ex dictis sententiis elici potest, licèt aliquando Galenus trium vacuationum occasionis definiat reuulsionis quidem per recentem fluxionem, driuationis per antiquam, vacuatione ex parte per nullam: frequentiam tantùm significasse, non perpetuum aliquid & fixum. Fit enim sæpè, vt recens fluxio, quia vehemens est, reuulsionem desideret, diuturnæ, quia languidior sit, satisfaciat deriuatio. Verùm fit nonnunquàm, vt antiqua fluxio, quia rebellis, & in habitum versa, retractione ad remota sananda sit. Ita Hippocrates scribit, diuturnum ventris profluuium vomitus sanat, & rursus in antiquis oculorum defluxionibus occipitis sectio. Nec verò etiam satis est, quam Auicena significauit occasionem: scribens, suarum horarum (de deriuatione agens) dignior est, quando in corpore non fuerit repletio superflua. Sunt quidem vtraque illa ad deriuationem coniectura, si fluxio inueterauit, si plenitudo corporis cessauit: sed illud est certum, perpetuumque reuellendi indicium, si durat fluxio contumax, & vinci peruicax: deriuationis, si languida, mollisque: vacuationis verò per laborantem locum, si ex toto cessauit defluxio, vel fertur quidem, sed qua decet.

1. Aph. 21.
15. Ther. 10.
Hippocrat.
4 Acut. 73.
3 De morbis.

Quod enim docuit Hippocrates, quæ ducere oportet, quò natura vergit per loca conferentia, eò ducere oportet. Igitur totius summa disputationis ita habet. In particularibus affectibus durante defluxu per venæ sectionem vacuatio à distanti, sed intra quadram loco exequenda est: modò seruentur, quæ mox seiungemus. Primùm, ne

Epid. sect. 67.
2 Acut. 11.
Galenus
De phlebotõ. 15. 14.
Paulus lib. 2. 40.
Ætius lib. 3. 32.
Celsus lib. 2. 20.
Auerro. 7. Colle. 29.
Zoar Aui.
Aurel. Cap. De pleurit.

sectio illa non commodè fiat, moueatque ad locum fluxionem. Deinde si iuxta vacuatio imperari potest, repetitaque. Præterea, vbi coniectura est, non à toto defluere. Nam si à toto est, siue ab initio curationis, siue posterius agnoscatur, etiam distantissima pars vacuanda est: sicut, quando quod iustum est hauriri non potest, è remotis parum, cum minore licèt vsu, vacuari præcipiunt Galenus, & libri author De affectuum renum dignotione. Postrema conditio, si quæritur velocior, quàm securior à loco auersio. Cùm ergo nec vniuersim affecta pars eligenda, nec aduersa sit, sed ferè affecta seruatis modò dictis cõditionibus: aptius definisse, & operi magis cõsentaneè videntur Hippocrates, Galenus, Paulus, Ætius, Celsus, quàm inter Græcos, Aurelianus & Archigenes, inter Arabes Auicena, Zoar, & Auerrous. Nã Ætius, quid sentiret, li. 3. exposuit: quid Archigenes voluerit, cap. De pleuritide recẽsuit.

Quo perfecto opere, priùs ad parte repellendum, mox dispergendum. 1. Quantò enim per minora fit, tantò expeditior est euacuatio. A patiente verò loco astringendo, ac refrigerando repellemus. Sed & exinanita loca attrahunt ad se ipsa, quæcunque repercutiuntur. Hoc si quidem ostensum est in eo volumine, in quo De potentiis naturalibus agitur. Et vasa præterea vigore ex medicamentibus astringentibus addito, à se ad alia remittent. Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit, bene se res habet: At si aliquid fuerit in parte retentum, coniecturãdum erit id lentum, ac crassum extitere, atque ea ratione iam coactum, atque adstrictum, vt cum difficultate solui possit. Fieri autem potest, 2. etiamsi non eius natura sit, vt ad spatia, quæ in medio, sit effusum. In quo casu tunc ad id veniendum esse tempus suadet, vt hoc ipsum, quod reliquum est, per patientem locum euacuemus, imponendo supra iacentibus partibus ea, quæ influentem humorem repellendi vim habent. Maximè verò euacuabis, si in spatiis intermediis aliquid contineri coniectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicamentum, quæ vim habeant dispergendi. Sed quoniam hæc omnia vires calidas habent: eiusdem verò temperatura opus est mordere, quando modum excesserit, cauenda ex eis sunt vehementissimè calida, ac tum præsertim, cùm locus patiens inter summa fuerit. Neque enim parum excitabitur dolor, si præter proprium affectum insuper mordeatur, omnisque præterea dolor fluxiones commouet. Quod igitur mediocrem caliditatem obtinet, in his sensum doloris non mouebit, atque eò amplius omni dolore vacat, si humidum extiterit. Et quidem quicquid per summa hæret, potens est id medicamẽ dispergere, quod etiam validas non habuerit ad dispergendum vires.

Accedit ad particularem inflammatæ partis vacuationem. Primò præcipiens recursum, pòst extractum. Secundò rationem ordinis interponit, quoniam resoluentia, nisi humor priùs repulsione minuatur, non valdè multùm proficiunt: Tertiò, repellentia oportere ait esse frigida sicca, astringentiaque. Nam contractione meatuum pellunt ad vasa: & quia præinanita vasa phlebotomia sunt, auidè recipiunt & trahunt: pars verò laborans auxilio firmata pellere, quod non antè, modò potest. Quartò, transit ad extractum præmittens duo priora remedia nonnunquàm sufficientia esse, egere verò etiam hoc tertio, quando, qui confluxit, humor non fuit exquisitè tenuis, & lentoris expers, aut quando receptus est in cauitatem, sinúmve membri, à quo non potest in vasa redire coactus, & copia sua renitens. Quintò, extractus instrumenta numerat scarificationem, sectionem digerentia imposita, ita tamen, vt pars vicina, superiorque, vnde fluxus imminet, eo tempore astringentibus muniatur, ne calore resoluentium irritata fluxio noua succedat. Sextò, resoluentium naturam proponit calidam illam, sed molliter, ne mordeatur pars inflammata, dolensque, eò magis, si inflammatio superficiaria est. Facit autem ad leuitatem calorifici resoluentis, si calori iuncta est, non exacuens siccitas, sed obtundens humiditas.

1. *Quanto enim per minora fit.*] Ferè Græci libri, *maiora* habent, & recipiunt sensum, quasi reddat causam, cur præmiserit iis particularibus vniuersalem corporis vacuationem. Quantò enim per maiora vasorum scilicet conceptacula, fit vacuatio, eò promptior est. Docet autẽ incipere à faciliore, & paratiore remedio, vel certè ita, vt doceat, cur ex duabus particularibus cõmodè præcedit reuulsio, si quidẽ per eam pellitur à laborãte loco materia ad maiores membrorum meatus, per digerentia verò ad externos minores, ideoque difficiliores. Leoniceno verò visum est scriptorem commutasse μείονα in μείζονα, minora in maiora. Habebit autẽ sensum lectio, ideò antecedere repulsionem, quia minorem factam repulsione materiã digerẽtia minore negotio dissipabunt.

2. *Etiam non eius natura fit.*] Quanquàm, inquit, cõtentus humor absit à crassitie, & lentore, si tamen in abscessum concessit, recurrere ob loci incommoditatem nequit, expectatque ab

externa

externa sectione auxiliũ. Occurrit verò in enerrata dictione: primum, num astringentia roborent expultricem membri, iuxta Galenum hîc,

Cap. 5.

an magis retentricẽ, quod lib. 3. De causis symptomatum verè affirmauit. Fieri autem, vt simul retinendo prohibeat materiæ effluxum, & pellendo eandem à membro remittat, non videtur posse. Proximè de localibus remediis disputandum, num in omni defluxione locum habeant. Demũ temporis, cuius Galenus hîc rationem habet, sitne meritò numeranda indicatio.

PRIMVM illud, quidam ita expedire nituntur vt siccitate minori expulsionem iuuari credant, maiore retentionem. Sed ad hunc commodiùs modum astringentia faciunt ad humoris retrocessum, duplici nomine: & quia contrahentia meatus non secùs quàm vis expultrix facit, intrò pellunt: & quia roborant partis vires, quæ ante debiles fluxionem suscipiebant, modò fortiores à se propellunt.

Astringentia roborentne expultricem.

Astrictio autem fluxus cõpescit, & eadem fluxum à membro introrsum proritat, pro varia partis, & medimenti appliciti habitudine: si inanito membro accedit, retentrix augetur, si pleno, propter vasorum contractum expultrix operatur. Sic, si toti ex æquo membro medicamenti vis accedit, retentio, si parte extima, non interna, expulsio promouetur. Cumque in inflammatione accedat plenæ parti, eidémque non vniuersæ, sed multò potentiùs in extimam, quàm in imam imprimat, fit, vt inflammatum locum adhibita astringentia non coërceant, sed exprimant. Adde fieri nonnunquàm, vt pulsio sequatur operante retentrice, vt nil mirum sit ab eodem medicamento & retentionem iuuari, & à membro materiam deturbari.

Occasio repellentis.

Siquidem secto cubito post vlnæ ex attracto per frictiores, & ligaturam sanguine plenitudinem eiaculatio sanguinis sequitur, operante vasorum retentrice, quæ conata retinere, dum omnes villos contrahit, propter foraminis opportunitatem expellit.

SEQVITVR, vt localis remedia, quem locum in curatione habeant, differantur. Principiò de repellentibus monet Galenus, initio defluxionum adhibenda esse, sed sunt, quos ab ea lege excipias, affectus nonnulli sigillatim recensendi.

Exceptio prima.
Secunda.
Tertia.
14. Ther. 2.
Quarta.
11. Ther. 17.
Quinta.
Sexta.
Ætius & Auic. De podagra.
13. Ther. 15.
Septima.
22. tertij tract. 2 cap. 7.

Si plenum corpus est sine vtilitate, tentatur repulsio, quoniam non admittit plenum corpus, dicente Paulo, antè Galeno. Sed etiam si vacuatio antecedat, periculose adhibetur in defluxu vel pestilenti, vel praua infecto qualitate, vt carbo. Præterea, quando affectus locus expurgatorium est membri principis, aut principi vicinum, vnde periculosũ achores siccantur. Item si defluxio critica est. Nec minùs, si locus affectus incapax est fluxionis magnitudini, vt pollex vel talus. Fit enim sæpè talibus rebellis materiæ reditus ad viscera, isque lethalis etiam sua sponte, multò magis, si accedunt repellentia. Iam si ad vile membrum colluuies humoris decumbit, vt ad cutem, vt ad adenes, non iniuria remigratio timetur ad nobiliora. Nec verò malè etiã addidit Auicena in validissimo fluẽtis materiæ impetu frigorifica imposita sistere fluxionẽ, & vim illius cohibere non posse, esséque multò tutius, vtiliúsque consilium leniente remedio doloris fluxionem mouentis magnitudinem obtundere, & extenuare, non humorem compingere, & durum vacuationíque

Octaua.

retinentem reddere. Postremò, profundus locus repellentium vsum detrectat. Qua enim de causa extima pars inflammata repellẽtis auxilio inanitur, eadem, si penitior est, ab eodem repletur. Dum enim contrahitur superficies, & intrò pellit in ima, inflammatáque parte copia humoris colligitur. Vt ergo per partes expediatur propositum, in opere vtile controuersúmque in singulis laborantibus cauitatibus reprimentium, aut cõmoditas, aut incommoditas afferatur. Inflammato cerebro cum vtilitate imponuntur sincipiti momentaneo adiecto aceto, subtriplo, subquadruplóve: quoniam locus non valde ab imposito secedit remedio, tantùm caluariæ obiicit deductione aceti repugnandum. Si spiritalis venter afficitur, Galenus nonnunquàm dissuadet, quandoque timidè concedit, videtúrque eo moderamine procedendum in pulmone affecto, siué pulmonia, siue hæmotoisi, sæpè egregiè læserunt externa repellentia, vt Galeni verbis vtar, quoniam ob interualli magnitudinem pressus à thorace sanguis pulmonis plenitudinem adauget: sin thorax ipse pleura, musculíue, parciùs vtendum esse ait: & si inflammatione tentatur, (pleuritim vocamus) præstat abstinere: si hæmoptoisi, adhibere.

De causis et sig. 21. 11. Ther. 17.

Licèt enim Mesues peritissimus medicus, in primo confestim initio, breui tempore laudauerit, tutiùs tamen omittuntur, & quia periculũ est, ne fluxio à pleura auersa ad internas pulmonum cordísque sedes, & eas nobiliores decumbat: & quia ab astringentium vicinia pleuritidis humor refrigeratus densatúsque, per pleuram colari, & in asperam arteriam expurgandus penetrare non potest.

Cap. De pleuritide.

In sputo verò à pectore sanguinis, astringentia claudendo foramini summopere faciunt, & quia fluxio multà non supponitur, nec expuendus humor, cessant, quæ verebamur discrimina pleuritidis. Sed transeamus ad naturalem cauitatem, in qua licèt Galenus commendet astrigentium vsum propter penetrationis promptitudinem, verùm in renibus propter interpositam corporum molem non est perindo certa. In ventre etiam eorum, qui aruina referti, & immodicè ventrosi sunt, haud immeritò timetur vnctio in flexibus astringens, ne fortè exprimat intercedentem ad intestina humoris colluuiem. Cæterùm & in spiritalibus, & in naturalibus membris aceti modus tantò magis moderandus est, quantò cedit thorax ex dimidio osseus, & venter ex toto carneus, toti osseæ caluariæ, vt quod illic subquadruplum, hîc suboctuplum temperatura iusta admoueatur. Supersunt artuum iuncturæ: in quibus Rasius aliquando cõsiderans loci angustiam, suadet nonnunquàm repellẽdum, reliqui post vacuatum corpus admittunt. Ischiadem excipit simpliciter Ætius ob loci interuallum, quam causam modò agitamus. Auicena non multò aliter, vel debile concedit, vel quod præstat nullum.

Li. De morb. vulg. 18.
Li. 10. primo.
Auic. 22. tertij tract. 2. septimo.

Nam infirmum, quomodò ad tantam intercapidinem vires protogabit suas? aut quomodò conferet, si ad affectum locum nõ accedit? De repellentibus in hunc fermè modum sentiẽdum est. De euaporatoriis, calorificisque, admonuit Galenus in methodo, nunquàm vtendum illis fidenter esse ante corporis purgationem. Nec verò diligẽtissimus author temerè adiecisse putandus est, fiduciæ verbum magis credendus est, in mentem reuocare quod ante illũ Hippocrates, post illum Trallianus summopere commen-

Occasio digerẽtium.
13 Ther. vlt.
2. Acut. 1.
13 Ther. 6.
Tralli lib. 7. primo.

commendarunt artem exercentibus, ne protinus in defluxionis initio etiam sanguineæ etiam internæ, properet medicus ad venæ sectionem; nisi priùs experiatur, num molliatur fomento, cedátque dolor. Id enim nonnunquàm accidit ita, vt citra sanguinis vacuationem sanctur: sin autem non remittitur, magis exacerbatur & acrior fit, aggrediunda missio est. Nec verò solùm tam celebres viri hoc medicinam facientes admonere curauerunt; sed improperant his, qui secùs faciunt, tanquàm aberrantibus. Nec fomenti, initio doloris, admotio eò tendit, (quod multi interpretantur) vt experimento colligatur, sitne doloris in causa inflammatio, an flatus. Galenus enim Hippocratem interpretaturus inquit? Quoniam sæpè flatus, sæpè inflammatio ex sanguine, sed non ita magna dolorem mouet; quæ mala non rarò solùm fomentum tollit. Ratione verò non minùs prudens illotum consilium suadetur. Crebrum est, vt cutis tumeat, subsideátque citra corporis vacuationem tumor; cur non idem internis accidat inflammationibus, quorum est vis ad prohibendam defluxionem validior, & calor resolutioni potentior. Sed fac nil promotum esse fomento incipiente phlegmone; si cognita rei magnitudine statim ad mittendum sanguinem acceditur, non modò nullum ex antecedente fomento malum, sed plurimum comparatum vtilitatis est. Datum est illud non contemnendo Galeni, & Auicenæ præcepto, quo ante reuulsionem dolorem membri sedare iubemur: vt liberè auocet reuulsio, non prædita dolore in aduersum euacante. His & authoribus, & rationibus puto cogi nos, nisi negligentiæ incusari malimus, in defluxionibus, & doloribus præmittere vacuationi, non quidem fidenter, sed experiundi, tentandíque gratia euaporans, mite, leniénsque remedium: nisi plenitudo corporis nobis citra experimētum explorata sit; aut impetus celeritas moram non patiatur, exigátque à nobis remedium citissimè reuellēs pariter & vacuans, collectionemque cohibens; vt in acuta, vel angina, vel hæmoptoisi, vel pleuritide quandoque euenite conspicitur. Postrema localia sunt, quæ alterando partem curant. In quibus animaduertendum est, ne cum medicorum vulgo perpetuò à corporis vacuatione ordiamur; multiplicem esse eum affectum, qui curandus proponitur: nec in omnibus differentiis eam prouidētiam aut admittere, aut requirere. Nonnunquam habitus intemperantiæ parti impressus accedens alimentum vitiat citra humoris interuentum; & curatio alterantibus parti impositis perficienda tantùm est. Fit & sæpiùs, vt humoris fæx, & infixus, ceu in spōgia, vapor aduenientem sanguinem corrumpat. Modicum enim fermentum alimoniam inficit, requiritque id genus affectio non corporis sani, & bene habiti agitationem, sed discussionem, & deobstructionem materiæ parti affixæ, hærentisque per euaporantia, sudorifica, deobstruētia. Hæc affectus species in multis periodicis morbis, & febribus, & febris expertibus, diuturnisque frequēter occurrit. Relinquitur enim fæculētum quiddam, & id exiguum corpore iam puro, purgatóque podagrico in pede; nephritico in rene; asthmatico in pectore; tertianario, aut quartanario

13. Ther. 2. Quarta. 1.1.

Occasio localium curantium.

in loco originis, conseruans periodum lentę, sed diuturnæ febris: in quibus, vt purgationes plus sępè incommodi afferunt, quàm vtilitatis, ita antedicta remedia manifesto auxilio sunt. Est, vbi partis affectio materialis est, pendensque non à toto, sed à superiore aliquo membro, vt oculorum morbus à capitis vitio. In quo genere præcedat oportet prouidentia non totius, sed eius, cui consentit, partis. Sola quarta differentia materialis, pendensque à toto, purgatum corpus expostulat ante localium curationum impositionem: non si immaterialis intemperatura est, non si materialis, sed fixa, aut à parte etiamnum fluēs: vt intelligatur, quàm verè dixerit de alopecia Galenus, particularem affectionem, si leuis est, solis ad laborantem particulam remediis curari, & Trallianus in cephalæa & hemicrania, medicorum errorem detexerit, corpori negotium facessentium vniuersalibus vacuationibus, quæ & vacuant vtilem vasorum copiam, & vires frangunt, & dum turbant, fluxionem concitant, citra affectæ partis emolumentum. Nisi ergo affectio ex quarto genere sit, aut genus localis remedij fluxum irritare potens, quale sectio, aut suffusionis detractio, timenda est corporis per sectam venam, vel purgationem agitatio: quamuis inueterata multitudinis opinione firmata magisque standum est rationi dictæ est, & celebrium virorum authoritati, quàm indocti vulgi experimentis: eò vel maximè, quòd, qui curatur, committit se non mediocri discrimini berbarij pharmacopæi, imò verò pharmacopæi famulo, quorum frequentia peccata prudentem à temeraria medicamentorum ingestione detertere & possunt, & debent.

13. Ther. vlt.

1. De compo. local. 8. Trall. lib. 1. 11.

Qværvnt in hoc loco nonnulli, cur Galenus, quod crebrò alibi facit, non discriminat tumorum remedia per eius tempora, initio mera repellentia, inclinationi sola digerentia, mediis temporibus mixtam medicamentorum vimpręscribens: vincente in augmento repellente, instatu verò digerente facultate? Quidam verò eam causam prætermissæ à tēpore indicationis proponunt: quoniam à tempore curatoria morbi indicatio non desumitur, sed alimentaria. Curatrices enim scopi à morbi, qui curandus est, essentia desumuntur, qualecunque morbi tempus occurrat. At verò alendi ratio ad vires tuendas destinata ideò, libro primo Aphorismorum, plurimum ex tempore pendet, quoniam cum temporis longinquitate vires labefactantur, cum breuitate constant. Ita conficiunt tempus victū, non curationem indicare. Oportuerat autē hos considerare sicut victum primariò vires ostendunt, tantùm morbus non repugnet, & contrà indicetita medicamenta à morbi statu per se sumi, tantùm in viribus experi, ne repugnēt, & fieri vetent. Quare à tempore indicatio non minùs accidentariò accedit victui, quàm medicamento inquirendo. Nec verò Galenus eam in totum à curatricibus reiiciens, recipere potest in diæteticam, cùm curatio perficiatur victu, medicamētis, & manu: ad quorum omnium instrumentorum inuentionum tempus non facere valdè meritò pronunciauit. Cùm enim seiunctæ sint, & plurimum dissideant notæ, vel indicationes significatrices affectuum & conseruatrices cum curatricibus, tanquàm à practico theoricum: Gale-

A tempore an indicatio.

3. Ther. vlt.

nus indicationem à tempore non modò recipit, sed & magni facit inter significatrices, ad dignoscendam affectus naturam, statumque: sicut & eam, quæ à prægressa morbi causa petitur. Inter curatrices verò, cen toto genere alienas, non recenset. Neque enim curanda nobis est prægressa causa, sex præsens corporis affectio; neque tempus morbi, sed conditio ad curationis inuentionem examinanda est. Quòd si quando aliter facit, & inter curatorias eiusmodi numerat, præter rem facit, vulgo concedens, quod sine curationis peccato potest: vt ascribatur therapeuticis indicatio dignoscendi: eò quòd intercessu agnitionis ad curationem facit, quomodò à principio inflammationis, quoniam inducatur ex eo tempore fluxus vehementia, intelligitur repellentium occasio; non principij ratione, sed fluxionis. Ea enim si, morbo inclinãte, postliminio redeat; repetenda esse repellẽtia suadet, longissimè licèt ab initio morbo progresso. Ergo, si quando alibi eum loquendi abusum sequitur, ita excusandus: hic simpliciter recipiẽdus est. In exactissimi enim ordinis compendio, quẽadmodum rerum illatum sea offerẽdatum duos tantùm scopos amisit qualitatis, & quantitatis; quibus alibi tempus & ordinem adiunxit: ita hic curandæ inflammationi à fluxionis statu indicationem ordinatissimè recenset; quandoque faciliorem traditionem obseruans sine errore temporis notam superaddit.

Dubitatio. ILLVD alij mouent, quam consecutionem habet, quod in hoc loco Galenus colligit, quia crassum relinquitur, quod recursioni non obtemperet, per euaporantia externa digeratur; quasi non sint patentiores interni, quàm externi meatus, vt crassitiès, quæ illos penetrare non possit, multò minùs cutis densitatem subire queat. Soluitio. Diluitur verò, quoniam repellentia licèt vincant commoditate meatum innata; afficiunt eosdem meatus astrictoria vi angustantia, humorem verò contentum cogentia, incrassantiaque: contrà euaporantia, & meatuum externorum angustiam amplificant, & crassum humorem attenuando castigant, & dissolutioni parant: cumque crassum semel, confertimque purgari non possit, sed lentè per temporis moram, frigorifica illa, quò plus durant, magis lædunt, calida prosunt magis.

Quòd si summa quidẽ partes omni noxa caruerint, id verò, quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intendendus, atque augendus dispergetis medicaminis calor, cùm dubitandũ sit, ne prius, quam profundas attigerit partes, interim vires amittat. Neque tamẽ ex eo superiores partes aliquem dolorem sentiet, cùm omnis vacent affectu. Quare nunc hac duo simul inuitant id calidorum pariter atque acrium medicamenum vsum, & summa partes, qua tolerant, & profunda, qua egent. Hac igitur ex patiente particula indicatio assumebatur. Deinceps verò, si quid ad sanitatem desitiat, cõsideremus. Neque enim paruum aliquid deesse videtur. Affecta partes, in quibus fluxionis superfluitas retinetur: nonnulla quidem rara, & laxa, & molles natura existunt: nonnulla autem densa, & pressa, ac dura. Priores igitur facile euacuantur, reliqua verò acrioribus euacuantibus, ac prætereà tenuiores partes habentibus egent: atque eò etiam magis, quò profundiorem situm habuerint. Hac igitur tibi rursus sit indicatio; altera, à particula patientis substantia, altera verò à formatione simul, ac situ. Supponatur igitur sicut contigerit, in hepate esse proximè dictum affectum in angustis vasorum finibus, intrusis humoribus, qui vel lenti, vel crassi, vel tenaces existant, vel superabundens. Nónne in promptu est primùm quidem crassitiem vnà cum lentore, ac tenacitate, cibis, ac potibus extenuantibus, ad subtiliorum partium substantiam transferri oportere? Secundo autem loco non per angustos, atque inuisibiles, sed latiores meatus, quicquid infestum existit, esse euacuandum? Sunt enim in hepate 2 vena, non minùs amplitudine, quàm numero excedentes. Terminantur autem ha quidem in gibbo ad venam cauam: ha verò in cauo ad portam. Vnde haud difficile tibi futurum, vbicunque pressi, ac stipati humores fuerint, eosdem expeditè euacuare, trahendo quidem ad ventrem, cum his, qua attrahendi vim habent, medicaminibus, quicunque ex ipsis in venis, ac caua hepatis pertinentibus acervati. Ad vrinæ verò meatus promouendo per venam cauam, quicunque in venis ad eam pertinentibus sunt. Sed prater suprà dictas alia est indicatio à iecinore ipso, velut à venarum principio. Nam cùm non tantùm seipsum regere natura aptum sit, vt pleraque animalis partes, sed venis praterea virtutem largiatur, periculum imminet, ne si eius vigor madefacientibus, ac relaxantibus fuerit cataplasmatibus resolutus, & ipsum primum ad sua opus, atque omnes subinde vena eius ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex astringentibus medicamentis miscere oportet. Sed quoniam in profundo admodum loco situm est, dubitandum erit ne astringentis medicaminis vis debilitetur, nisi ab aliqua altera subtilium partium substantia qualis aromatum est, traducatur. Meliùs verò fuerit, si & ipsum astringens medicamen vnum protinùs ex aromatum genere fuerit. Nam si duas habueris natura insitas qualitates, ac potestates, valentiùs operabitur. Et quidem euacuetur, quod prater naturam in membrum confluxit. Seruet autem humorum modum natura conuenientem. Quare & illa animaduersio à nobis est adhibenda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiusdem membri temperies sit alterata, si pituita naturam retinuerit, ad frigiditatem: si verò bilis, ad caliditatem: vt hanc ipsam curãtes intemperiem sanitati restituamus. Curabit autem cõtrariam ex aduerso offerentes qualitatem, quemadmodum in intemperaturarum curationibus diximus, quantum vnumquodque calidius aut frigidius factum est, tantum refrigerantes, ac calefacientes. 3 Quare, vt hic, rursus agnoscenda est ipsius secundùm naturã temperies. Nam quo pacto sciemus, quantum in frigiditate, ac caliditate à natura modo recesserit, aut quando à frigefaciẽdo supersedebimus, si nos latuerit ea, qua est secundùm naturã, caliditas? Ita verò & si frigidius effectũ calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modum, neque opportunè calefacere, neque in tempore à calefaciendo desistere poterimus.

Indicationes ab effectu petitas exposuit, nũc ab effecto loco numero 5. Prima, à situ. Si locus inflammatus in profundo est, resoluentia oportet esse valida, acriaque. Nam nec leuia ad imum accedunt, neque, valida licèt sint, dolorẽ mouẽt. Neque enim partem dolentem contingunt. Secunda, à substantia inflammatæ sedis: quę si densa est, remedia tenuia requirit, & vehementiora. Tertia, compositio ipsa, formaque partis mõstrãt cõmodos effluxus expurgandæ parti, vt quod in gibbo hepatis renes, in cauo intestina eligantur.

Quarta,

Quarta, ſpectat dignitatem loci:ex qua intelligitur in vili membro inclinante affectione ſola euaporantia adhibenda eſſe,in mobili nunquàm non miſcenda eſſe aſtringentia,quæ vim partis tueantur, ne vtilis ſpiritus ſimul cum noxio humore diſpergatur. Poſtrema indicatio eſt natura membri temperies. Cùm enim ad illum membrum tandem perducendum ſit, iuxta membri varietatem alterari medicamenti curantis naturam, neceſſe eſt.

Rubificātia ηqalia.

1. Acrium.] Significat in profundis, diuturniſque malis vtendum eſſe præcalidis remediis, ita vt iam acria ſint, quæ vocant medici metaſyncritica, id eſt, tranſponentia, traducentiaque ab internis ad externas ſedes: vocant & rubificantia, quoniam partem, cui admouentur, rubram faciunt, tumentemque reddunt, qualia ſinapiſmus, helenium, zinxiber, hiberis. Illud ex libro Simpl. ſexto addendum eſt, cùm in calorificis mens eſt, vt per moram igneæ partes in profundas ſedes meent, non in ſolas eas, quibus admouentur: eligenda calida iunctam habentia multam, lentamque humiditatem, quæ feſtinam calidi euolationem cohibeat, & remoretur, quod genus ſunt dicta auxilia. Vbi contra placet partem, quam primùm contingunt, excalfacere, non vlteriorem, deligendam aduerſam acris medicamenti ſubſtantiam, qualem Galenus in pipere coniectat, dum compoſitionem diarionpipereon en nomine extollit, quòd piper ventriculum, cui primum obuiat, tenuitate calidarum partium excalfacit, ob eandem verò tenuitatem humiditatis expertem citiſſimè illis exuitur, acceditque ad hepar innoxium, & excalfacere impotens.

Cap. De zinzibere.

4. De ſanit. 11

2. Venæ non minùs amplitudine.] Quomodò ergo conſtabit quod ſcribit, venas, quæ ſunt in hepate, omnium venarum, quæ ſparguntur in totum corpus, tenuiſſimas fabricatam eſſe naturam: ita enim ad verbum libr. De vſu partium quarto legitur? Quia craſſities tunicæ vaſorum hepatis minima eſt, vt plurima eſſet ſanguinei contento cum carne hepatis communio, cuius etiam gratia, in cerebro, teſtibus, vberibus, per mediam carnem ſanguinis riuos deduxit. Amplitudo ipſa venarum in hepate, partim magna eſt, quæ facilem reddens hepatis, quam hic Galenus per veſicam venatur, expurgationem: partim anguſta, in quem vſum putat ſerum non ſecerni ab vtili ſucco, ſimul cum reliquis excrementis, in iecoris cauo, ſed penetrare gibbi partes deducturum per eas anguſtias vtilem alimenti ſuccum: multò autem magis facit ea permixtio ad collationem per iecoris non vaſa, ſed meatus.

Cap. 13.

Vaſorum hepatis anguſtia.

4. de vſu. 5.

3. Quare, vt hic.] abundat, *vt:*

QVÒ VERÒ relatæ indicationes quid poſſint, manifeſtum fiat, de ſingulis dubitandum eſt. Priores illæ cur à Galeno ſolis reſolutoriis additæ ſint, non videtur: cùm & repellentia ex illis ſimilem diuerſitatem nanciſcantur. Similiter enim ea eſſe oportet in profunda inflammatione validiora, ſicut in dura partis ſubſtantia, in contrariis ſtatibus infirmiora. Sed potuit eas in repellentium traditione omiſiſſe, ceu ex præſenti diſciplina de diſcuſſoriis facilè colligenda: eò maximè, quòd breuis eſt illorum vſus, plurimus, & diuturnus ad ſanationem vſque digerentium. Nam tertia à formatione repulſioni ideò non facit, quoniam compoſitura membri cognita non variat externa, ſed, quæ ingeruntur, auxilia. Ingeſtis autem reprimi humor ad partem confluens non poteſt, ſiue quia confeſtim calefiunt ingeſta, repercuſſio autem frigido perficitur: ſiue quia per moram & medicamenti quietem, non repentè fit: quæ verò intrò ſumuntur, labuntur, non hærent membris, cùm diſſolutio purgatione humoris, aut vrinæ prouocatione moram medicamenti aſſumpti non exigat. Sed quomodò conuenit huic loco, cum eo, quod legitur ſeptimo Methodi, de eadem in eodem inflammato iecore indicatione? Multa enim inter ambos locos diſcrimina cernuntur. Hic ſumit eam indicationem à formatione, illic à figura. Vtrobique addit ſitum, qui tamen primam conſtituebat ſuperiorem à præſenti ſeiunctam indicationem. Illic inflāmato hepatis gibbo, ſequutus viſceris compoſituram per ventrem vacuat pariter, & per vrinam, hic per vrinam tantùm. Deinde diureticorum vſus in eo affectu ab initio conuenire videtur, non in ſola, quod hic docemur, inclinatione. Poſtremò, aliena eſt à reſolutione remanentis in inflammatione craſſi per vrinā vacuatio, vt quæ magis inter corporis purgationes, quàm inter inflammationis reſolutiones numeranda ſit. Quæ tamen omnia non eſt operoſum ſoluere. Structuram enim partium, quàm hic formationem generis nomine compellat, illic ad figuram formationis ſpeciem contrahit. Nam & figura monſtrat purgationum effluxu, & conceptacula, & meatus, quæ omnia formatio continet. Situs autem verbum ſuprà, diuerſitatem loci inſinuabat penes profundum, aut ſuperficiarium, hic iuncta formatione conſenſum ad quaſdam partes, commeatumque. Quòd ſi in methodo purgatione etiam ventris, gibbum iecoris purgat, rationem curandi edocet, toto morbi tractu, in quo abundans humor (quod ſuprà oſtenſum eſt) vniuerſali ventris receſſu, non ſolùm particulari per vreteras effluxu vacuandus eſt, hic inclinanti iam inflammationi diuretica ad fæculenti per vrinas eductionem admouet. Nec verò quæuis vrinam mouentia ante inclinationem veretur, ſed valida. Quemadmodùm enim vaſorum humor, ſi ante coctionem moueatur, & inflammationes externę, ſi ferro aperiantur ante maturitatem, recrudeſcunt & malignæ fiunt: ita internæ inflammationes, ſi validis, vel purgationibus, vel diureticis ante inclinationem. Poſtremò, conſilium prouocandæ in hoc tempore inflammati iecoris vrinæ, vtile illud, & opere obſeruandum, non reſpondet reſolutioni, quæ in externis inflammationibus ex impoſito euaporante ſperantur, ſed effuſioni puris, quam ferro paramus. Ita enim tenue impoſito cataplaſmate citra ſenſum extrorſum, craſſum per vrinas introrſum diſſipatur. & diſſoluitur.

Cap. vlt.

13. Ther. 14.

TRANSEVNDVM ad quartam eſt à membri dignitate deſumptam. Vt enim in vili membro curatio laxantibus perfici poteſt, ita in nobili citra mixtionem aſtrictorij incommodat. Iecur enim (ait hic Galenus) non ſibi ſoli vim ſanguificantem poſſidet, ſed & venis omnibus communicat. Quare infirmitas illius etiam vaſis officit, dum mandatam ad ipſa facultatem labefactat, & extenuat, diſſoluto vtili ſpiritu pariter cum noxio humore. Quæ hic Galenus verè

Localium ex dignitate partis indicatio. 11.Ther.17.

receoser, nisi quod ratio conseruandi hepatis propter mandatam à se facultatem, augustior est, quàm in Methodo explicata. Illic enim membri cuiusque vim tuendam esse astringente remedio arbitratur, cuius functio in totius vsum cedit, licèt nullam aliis facultatem remittat. Ita hepar propter sanguinis generationem, ventriculus propter chyli, lien etiam, vbi corpus melancholia abundat, non per sola laxantia curari postulant. Illa ergo ex methodo ratio, ceu vniuersalis magis, recipienda, præsens adiicienda est. Cæterum in astrictione profundi membri (tale hepar est) etiam suprà mouerat permiscendam tenuem quampiam substantiam, quod

Cap.vlt.

hîc rursum memorat. Odorem verò eam substantiæ conditionem indicare, libro quarto Simplicium ostensum est. Illud verò consideratè commonefacit, vbi mixtio compositioque facultatum quæritur, siue alentis cum medicamentaria, siue astringentis crassæ cum deducente tenui, siue quæcunque alia, præstare naturalem artificiali: si operatio vna ex illis quæritur.

2: Natu.fac.3 8.Loca. med.7.

Quomodò hîc ex astringente cum tenui vna intenditur in profundo astrictio, scilicet præstat ad vnam actionem mixtionem esse indissociabilem totorum per tota, quæ solius Dei & naturæ est. Ita enim & iugatis, & cohærentibus vtrisque per naturam partibus, fruuntur vniuersæ mutuo aliarum auxilio. Sic aliquando ad hepatis medicamenta laudauit vuam passam, & vinum, quoniam in illis alimentum, medicamentumque per naturam non arte cohærent, quò fit, vt simul cum alimento medicamentosa vis non apponatur tantùm, sed vniatur etiam laboranti sedi.

Prima.4. De hemitritæo.

Vbi verò ex mixtione, variæ & in varia obiecta functiones expetuntur, præstat artis commixtio minor illa, & in quam natura possit, à qua separatio speratur, & ad sua cuiusque obiecta applicatio, vt in hemitritæo piperis cum ptisana.

In postrema indicatione, qua membro conciliatam temperiem emendat, illa remorantur lectorem. Cùm de inflammatione agat, in qua abundans sanguis partem excalfacit, quomodò mentionem facit residuæ in parte frigiditatis?

Infra vlt.

Si verò, quod paulò pòst ostendetur, qui à morbo resurgit, omnis intemperiem habet frigidam siccam, qui fiet, vt post inflammationem

2 De locis.

relinquatur nonnunquàm calida, quod Galenus habet? Postremò, auferre docet sumpta à natiuo temperamento indicatione, quod cùm de curandis intemperamentis egit, supponere monstrauit agnitionem tam morbosi, quàm natiui. Exploduntur autem, quoniam inflammationis verbum, quod alibi ostensum est, nonnunquàm omnem ex sanguine, etiam subdominante, tumorem complectitur, quo significato nil obstat ex pituitosa inflammatione conciliari parti frigiditatem. Nam conualescentiæ intemperatura alia est, hîc non de conualescente ab inflammatione, sed de inflammatione inclinante sermo est. Postremò, apertè quidem solam attendit naturalem membri temperaturam in curanda morbosa: sed insinuat etiam consideranda morbosæ & quantitatem, & essentiam, dum pro varietate defluxi humoris inquit, varium remanere in loco affecto temperamentum.

Cap. xcvi.

Sed quoniam de his satis diximus, transire iam tempus ad ea, in quibus numerus non est secundùm naturam. Cùm autem duplex sit eorum differentia, quibus quidem aliqua particula deficit, his intentio est alteram efficere subministrando natura, eo, quo diximus paulò antè, modo. At quibus superabundat, hanc resecare oportet, aut ferro, aut igne, aut medicamine, quod vrendi vim habet. Hæc igitur omnia sanare possibile est: at non æquè omnia generari possunt, vt in libro De semine diximus. Quædam verò sunt quæ & si generari non possunt, licet tamen pro ipsis alterum efficere: quemadmodum in osse ex toto sublato, alteram substantiam in eius sede reponere à carne, atque osse differentem. Est enim, quæ in eius gignitur loco, quædam veluti caro callosa, vel callus carnosus, & processu temporis magis, ac magis ad calli duritiem transfertur, cùm ab initio carnis potiùs imitetur naturam. Quæcunque verò parte sublata, cùm neque eandem secundùm speciem substantiam, neque similem efficere possumus, tertia nobis intentio, quendam decorem inuenire, quemadmodum in mutilationibus. 1 Communicat verò hoc genus totum cum eo, quod ad magnitudinem pertinet. Nam quodcunque ex eo est secundùm naturam, illi propinquum existit. Id verò tantùm semunctum est, ac separatum, quod inter ea, quæ sunt e genere non naturali, connumeratur. In quo quidem genere prima intentio est ablatio. Si verò hæc impossibilis existat, secunda est transpositio, quemadmodùm in suffusionibus. Quæcunque verò non integris partibus, sed partium tantummodò particulis deficiunt, aut excedunt naturæ modum, refectio quidem, vel generatio in his, quæ deficiunt: 2 ablatio verò, & abolitio in his, quæ superabundant. Quare nec in ipsis altera intentio, neque medicaminum forma genera diuersa.

Absoluto primo genere morborum organicorum, quod in formatione situm est, transit ad sequens in numero, cuius ex more præmittit diuisiones. Est enim alius in abundante, alius in deficiente numero. Secundò, vtrique sua recenset auxilia, abundanti abscissionem, deficienti regenerationem. Tertio, abscissioni perpetuò locum esse tradit, regenerationi non item, Nam solida regenerari non patiuntur, sed oportet vel substituere quod deficientis vicem gerat, id quod in quibusdam datur, vt pro osse callus carnosus reponitur, quandoque non datur, sed decorem paramus mutilatæ parti, vt si non vtilis est, sit saltem non indecora. Quartò, antequàm de altero genere morbi in numero disseratur, quod in abundantia rei præter naturam spectatur: monet morbos numeri siue abundantis, siue deficientis, pariterque similiterque cùm illis numeri naturalis vitiis emendari, vt nil ampliùs de eo morborum genere tractari oporteat. Quintò, de morbo abundantiæ innaturalis curationem edocet per abscissionem, quæ si præstari non potest, transpositione suppler, vt depositione suffusionis, vel lapidis à renibus ad vesicam permutatione.

1. *Communicat verò totum hoc genus.*] præterquàm quod ineptè hîc nouum & caput, & titulus interponuntur. Continua enim series est de numeri morbis: etiam multis imposuit huius loci

interp

interpretatio. Sentit autem Galenus, nõ ad idem genus pertinere morbos numeri, & magnitudinis, neque enim id aut verum est, aut huic loco pertinens, in quo sola agitatur affectionum cognitarum curatio: sed curationis rationem eandem esse in genere numeri naturalis aut abundante, aut deficiente, cuius præcesserat sermo, quæ in magnitudinis vitio excessus, aut defectus.

2. *Ablatia verò & abelitie.*] Et *καθαίρεσις depressio*, legendum est.

TRIA abundantium partium remedia exactiùs pensanda sunt. Primum, de superantis ablatione. Fortè enim obiecerit quispiam. Si ablationem sola ars facit, non natura: deficientis repositionem & ars subministrans, & natura generans, quomodò non est facilior deficientis, quàm abũdantis sanatio? Et efficeret quidem, quod vult ratio, si idem scopus vni efficienti, & duobus propositus foret. Nunc repositio vehemens operatio

14. *Ther. in fine.* est, resecatio facillima. Quibus verò partibus constet ablationis in abundante fœlicitas, in Methodo ostensum est, vt breui, vt sine dolore fiat, vt ne ex opere noxa sequatur par priori, aut etiam maior. Sed cur ablationi addit in additione præter naturam transpositionem, non in naturali? Quia quæ natura insunt, corpori hærent, vt transferri in alterum locum ad instar eorum, quæ præter naturam accreuerunt, non patiantur. Quòd si opponatur transpositionem, morbum numeri sanare non posse, cùm idem maneat, qui antè erat numerus: illud contrà meditandum est, additum præter naturam, non quomodocunque morbum efficere, sed ita tandem, si in loco fit functiones manifestò ostendente. Fieri autem potest, vt translatus in vesicam lapis vrinam non impediat, neque depressa suffusio visum.

SVCCADIT remedium deficientis: verum quidem regeneratio, mendosum substitutio, aut decoratio, & quidem regenerationem in solis carnosis partibus exercet natura, in solidis restitutione contenta, quomodò callum in ossis deficientis vicem supponit: quod, ceu frequens, recipiendum non ceu perpetuum est. Vt enim caluariæ portiones, & fracti ossis agglutinationes intercessu calli indies coalescere videmus: ita nonnunquàm ob impedimenta quædam nó substituitur. Duo talia apud auctores leguntur. Primum, pus in fracta ossis eminentia, libro sexto Methodi. Vbi enim portio ambonis caput articuli recipientis fractura secedit, retentum, neque reliquo ossi vnitum putret, & suppuratum ita vitiat reliquam ossis partem, vt generationem sperati calli prohibeat. Alterum ab Hippocrate memoratum est, per eam sententiam: [*Quæcunque hulcera annua sunt, necesse est as abscedere, & cicatrices canas fieri.*] Siquidem hulcus, cui os non profundè subest, vbi inueterauit, puris contenti acrimonia os exest, & vitiat durissimam corporis partem, intra annum, quod longissimum est, pronunciante Hippocrate, qui exesionem mollissimi visceris pulmonis à collecto pure intret quadragesimum diem præscripsit, dicens: [*Quicunque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur, à die, qua fit ruptio liberantur: si verò non, ad tabem transeunt.*] Ergo vitiata ex annuo vlcere ossis superficie, necesse est, si hulcus sanandum est, vt manus opere abscendant, quotquot vitium contraxerunt ossis squammæ. Deraso autem, & cauato, propter abrasam portionem osse, non sequitur calli substitutio, quoniam anticipat vis carnem, formans ossi iam sano carnem super inducere, non expectans morosam calli repositionem. Cúmque caro virtutis informantis doctrina crassitie pristina prodeat, cui cutis superintenditur eiusdem facultatis opere: colligitur cicatricem eò loci tanta cauitate repræsentari, quanta rasi ossis crassitudo decessit. Ita fit, vt calli formatio nonnunquàm, non semper fracto ossi succedat, siue, quia pus succrescens prohibet, siue, quia præoccupat carnis generatio calli lucum lentè concrescentis.

Callus non semper gignatur.

Cap. 5.

6. *Apho.* 45.

5. *Apho.* 15.

VLTIMA tabula decoratio In mutilis est. Ea tentantur ab arte nonnunquàm, ceu naturæ ministrante, aliquando tanquàm ea sola operãte. Primi generis est, si labri portio deest, turpiter hiante, & vtrinque prociduo labro, ars decorem parat hulcerans ambo latera cicatrice obducta, & hulcerata iungens ad mutuam agglutinationem, quam à natura sperat. Multis olidus, & cariosus dens auellitur, & repentè in foueam mittitur alter integer recente sanguine ab altero euulsus, & pretio emptus: quem natura alienæ carni agglutinet. Tentatum est & in truncata nare, vt fingeretur in vulnerato mutili cubito nasi cuspis, insereturque nari, & vinculis immobilis cubitus adhæsit naso: iamque penè peracta re, succedens infortunatus risus elusit hominem, secedente naso, qui nondum firmiter hæserat. Ars verò sola In oculi orbitam mittit argenteum oculum. In os eburneos dentes, tibiam annectit ligneam: mutila operit, aut suppositis similibus mentitur.

Decoris agens.

CAP. XCVIII.

Sed iam veniendum est ad reliquum salubrium causarum genus, quod ea corpora emendat, quæ in situ sunt vitiata, veluti luxationes, & intestinum in screta. Fit autem hoc ex violenta intentione, atque impulsu, hoc verò ex dilatata, & rupta continente. Quare & duplex sanandi modus: alter quidem ad appositam partem ei, à qua facta est permutatio, intendendo, atque impellendo: alter verò id, quod continet, firmiùs, solidiúsque reddendo. Quibus verò vijs, ac rationibus singula inueniri possunt, in lib. De arte curandi explanauimus.

LVXATIONES aliquando sunt integræ, vbi particula penitùs est diuulsa, aliquando contorquetur tantùm. [*violenta tentione.*] Intellige non semper, vt si iunctura luxetur natura libenter, quia cotylam habet planam, & non profundiùs excauata, & ligamentum robustum non est, aut humores expleuerunt acetabula. (Hinc fit, vt idem os sæpiùs excidat, iuxta Aphorismum Hippocratis) vnde tanta conciliatur lubricies, vt ex facili commotione fiat luxatio. [*Ex dilatata & rupta continente.*] Intelligit intestinum ex rupto peritoneo descendere in scrotum, quod Græcis dicitur ὄσχεον, quod est commune illud velamentum rugosum testiculis circundatum. Luxatio curatur ad oppositam partem intendendo. Quòd si tamen abscessus, aut vulnus accedat, medici practici consulunt esse expectandum, donec mitige-

tur dolor, & abſceſſus perſanetur. Adduceres enim alioqui ægrum ad neruorum cóuulſionem, potiſſimum, ſi iunctura proaimia eſt alicui præcipuo membro. Alter verò id, quod continet. Inteſtinum ea ſcroto retrahitur ſurſum, ſi in calido ſolio ſedeat æger, & lenientia cataplaſmata rupto loco applicentur in peritoneo. Deinde conglutinatur peritoneum ruptum deligaturis quadratis, vt extrema rupturæ cogantur in idem medicinis glutinantibus, & ſiccantibus, cuius farinæ ſunt thus, ſarcocolla, draconis ſanguis, nua cupreſſi, acatia, balauſtium, glutinũ piſcium, & coriorum.

Postremvm ſitus genus ita tractat. Secat in genera duo, luaationem oſſis ab articulo, & procidentiam membri à continente membrana. Sto nda 1.3. Secundò, curationem vtrique generi parat, ex oppoſito cauſæ morbificæ. Luxationi medetur ad oppoſitum impulſio & violentia: caſui inteſtinorum in ſcrotum membranæ laxatæ aſtrictio, aut ruptæ vnio. Patitur tamen vtraque pars contradictionem. Vitiati enim ſitus differentiæ aliæ ab Auicena recenſentur, tremor membri quietem impediens, & ſitum patiinm natiuum: & altera huic aduerſa immobilitas ex nodoſa iunctura articuli motum tollens, atque ideò ſitum varium, Differentijs morb. 10. 4. Ther. 17. vtilemque pro tempore membri. Galenus verò adiecit per conſenſum vitiari ſitum partium, quæ conuulſis neruis cohærent, vt in ſpaſmo Cynico labrorum ſitus, in epilepſia oculorum. Iam ſanatio non videtur, cur à cauſæ externæ oppoſitione petatur: partim, quia antecedẽtem cauſam oſtenſum eſt curatoriam non eſſe: partim, quia ſi febris ab inſolatione orta eſt, aut ophthalmia, non ſoluit morbum quies in vmbra, niſi accedant febrem abigentia, aut ophthalmiam. Sed tueoda eſt Galeni cauſa. Vitia ſitus numerat frequentia, quod in procemio auditorem præmonuit, ne elaborata omnia expectaret, ſolis rerum capitibus contentum eſſe debere. Cùm enim ſimiliter contineantur in natiuo loco oſſa quidem à recipiente cauitate, viſcera à circundante membrana: colligitur duas eſſe illas communiſſimas procideotiæ a natiuo ſitu cauſas luxationem, & membranæ vel rupturam, vel ſi perforata eſt, vt peritoneum laxitas. Sanat verò adhibitione contrarij ad mouentem cauſam. Quoniam ſuppooit non ſucceſſiſſe ad loci mutationem peculiare vitium medici opem requirens, vt inflammatio, refrigeratio, inflatio. Ea enim ſnas, & antecedentes exigunt ſanationes. Quòd ſi ſola eſt loci mutatio, adhibitio contrariæ cauſæ ad oppoſitum, & naturalem ſitum deducens non ſecus quàm ſi quis ea labore fatigatus eſt, quiete ſanatur. Si verò etiam phlegmonoſa laſſitudo, aut febris ſequuta eſt, effectum à cauſa diſtans, propriam, & ſuam oppoſitionem ad ſana-

7. Apho. 59. tionem expectat. Nec verum eſt cauſas, quas Galenus reſpicit, externas eſſe. Nam & peritoneum ſponte ſua etiam vel alimenti vitio laxatur, & in diuturno coaendicum dolore, ſequitur propter aceruatos intra acetabulum mucores coxam excidere, quod Hippocrates ſcribit in Aphoriſmis.

SECTIO SEXTA.

Cap. xcia.

Conſequens eſt, vt ea omnia exequamur, 1 quæcũque in ſuperiori ſermone dicere diſtulimus. Vocant autem ea Præſeruatiua. 2 Eſt autem horum triplex ſecundùm genus differentia. Prima quidem hominis, qui integra fruitur ſanitate. Secunda verò eius, qui non integre valet. Tertia eius; qui ægrotat. Primum igitur genus ad ſalubrem attinet artem, atque in duas, vt antea diximus, diuiduntur partes. Secundum verò ad præſeruatiuam ſpectat. Tertium ad curatiuam. Hoc autem vniuerſum genus circa humores præcipuè negotiatur, quos neque lentos eſſe oportet, neque craſſos, neque aquoſos, neque plurimos, neque vehementer calidos, ac frigidos, neque mordaces, neque putredini obnoxios, neque venenis natura affines. 3 Nam vbi aucti fuerint, generant morbos. Augentur verò nonnunquàm eadem ex cauſa, quæ eos ab initio generauit. Illud autem plerunque accidit, vt ſua alteratione inficiant eos, qui ſunt in corpore, humores. Intentio verò 4 & horum ſanationis duplex exiſtit, alteratio, atque euacuatio. Alterantur igitur vel 5 ab ipſo corpore concocti, aut ab aliquibus alijs facultatibus, quæ vim medicamentoſam habent. Et quorum numero ſunt etiam ea, quæ 6 exitialibus ferarum venenis aduerſantur, ac præterea pharmaca, quæ venena appellantur, tranſmutant. Euacuantur autem ſatis calidis medicamentis, & purgationibus, & clyſteribus, & ſudoribus, & vomitibus. Hæ quidem igitur ſunt communes euacuationes. Propria autem ex locis, in quibus coaceruantur, aſſumuntur, vt in libro De ſalubribus oſtendimus: 7 tertio præſertim, ac quarto, in quibus de laſsitudinibus egimus, ac reliquis diſpoſitionibus, quæ laſsitudini natura proxima ſunt. Promptiùs enim euacuantur per ventrem, quæcunque in primis venis continentur ſuperfluitates. Quæ autem in his, quæ in iecinore ſunt, per vrinæ meatus. At quæ in toto corpore, per ſudorem. Sicuti, quæ in capite, vel per palatum, vel per nares, vel per vtrumque. Quæ verò ſunt in ſpatijs pectoris laxioribus, per guttur ſimul cum tuſsi: quæ in renibus ſunt, vel veſica, per vrinam. Attrahendi ex omni loco ad oppoſitas partes communis indicatio, eſt ad quàm maxima diſtantia: deriuatio verò ad vicina. Quæcunque verò huiuſcemodi curant diſpoſitionem, cauſas ſalubres appellamus: ſicuti inſalubres eas, quæ adaugent: & neutras, quæ neque obſunt, neque iuuant. Poſſet verò quiſpiam nec omnino cauſas appellare, quemadmodum maior pars ſophiſtarum, qui verum quidem differentiam inuenire contemnunt. Plurimum verò temporis in nominibus cõſerunt, contra quos in alijs vberiùs diſſeruimus. At pars quidem artis præſeruatiua talis eſt.

Postrema ſectio cauſas conuenientes neutris corporibus edocet, quæ ipſa inter corpora poſtremum locum cur habeant, dictum iam ſæpè eſt. Cúmque ea neutris quędam antecedant, alia ſequantur morbum: aggreditur à prioribus, de reſurgentibus à morbo, cap. ſequenti acturus. Tandem tertio annectit ad operis cumulum librorum à ſe editorum catalogum §. Quorum omnium. Hic primùm tradit rationem obſeruati ordinis, curque hę cauſę compellẽtur pręſeruantes. Secundò, eas potiſſimùm verſari inquit in moderandis humoribus caſtigaodiſque eorum vitiis, à quibus morbi diſcrimeo imminere intelligitur, idque præſtari multiplici alteratione, aut vacuatione. Poſtremò, peracta re, dubitat de nomine cauſæ neutrius, in quo ſignificato accipienda ſit. Cùm enim definiatur ea, quæ nec iuuat, nec lædit, quidam non recipiũt finitionem, quoniam nulla eſt eiuſmodi cauſa, ſi cauſa eſt. Oportet enim cauſæ dari cauſatum aliquod.

1. *In superiori sermone.*] Cap.88.vbi de curatione futuri dilata ad hunc locum tractatio est.

2. *Est autem borum.*] Sicut conseruans dixit Galenus sumi & in generico significato comprehendente gubernationem omnem sani hominis, siue tueatur eum in natiuo statu, siue traducat ad meliorem,& in angusto pro priore tantùm opposito reductioni : ita hic de nomine præseruantis tradit,latiùs omnem futuri prouidentiam dicere, & eam,quæ in sano,& quæ in ægro,& quæ in neutro corpore adhibetur cauendi futuri intemperamenti gratia:pressiùs de sola ea, quæ neutro corpori adhibetur. Nam priores illæ magis nominantur sanorum quidem conseruatio, ægrorum verò curatio.

3. *Nam vbi aucti fuerint.*] Tacitæ obiectioni satisfacit.Diceret quispiam, si non possunt morbum producere, quorsum præcautio? si possunt, cur non faciunt?

4. *Et borum sanationis.*] Innuit non secus duos in humorum emendatione scopos habendos esse in futuro per se intemperamento, quàm suprà relati sunt in futuro parte fientis.

5. *Ab ipso corpore concocti.*] Significat, quod ostensum est, coctionem soli naturæ, non medicamentis concessam esse.

5.Symp.17. 6. *Exitialium ferarum.*] Duplicia numerantur affinia inter se, alexiteria vim ferarum oppugnantia, & alexipharmaca aduersus deleteria pharmaca.

7. *Tertia præsertim.*] Quibusdam videtur, tertium hic locum habere non posse, quoniam in eo nullus est de purgatione sermo, sed cùm vacuationes hic intentæ perficiantur etiam frictione, balneo, exercitio, quæ in eo libro traduntur lassitudinum remedia, meritò eò relegat lectorem, sicut ad quartum, in quo manifestè docentur vacuationes.

Si qua verò paulò obscuriora interposita sunt, hic expediri seorsum conuenit: qoale est, quod habet præseruatiuum genus circa humores negotiari. Placet enim quibusdam, eam sententiam de præseruatiuo in genere dictam esse. Alius videtur de particulari neutrorum præcautione:quibus magis accedendum est, tum quoniam hic de præcautione agitur,non vniuersa, sed neutrorum tantùm: tum quoniam non conuenit sanorum præcautioni alteratio & vacuatio humorum, nec ægrorum,quod addit augescente vitio humorum tales in morbum incidere. Nam præcipuum cautionis negotium in humoribus versari inquit, significans imminere nonnullis morbos ob partis intemperaturam etiam citra humorum vitium. Sed qui profitetur rerum tantùm capita comprehendere, sat habuit præcipuam partem negotij implere. Humorum verò vitia, quæ hic in aceruo numerantur, in exactum ordinem ita redegeris. Peccant enim quantitate aucta,vel quod addendum est, deficiente. Qualitate item prima

Humorum vitia. frigoris aucti,vel caloris,adiiciendum est,vel humoris,vel ariditatis. Secūdæ verò qualitates sunt, lentor, crassities, serum, tenuitas, & consimilia. Postrema vitia substantiæ sunt,& ea vel vniuersalis mixti,ea putredo est, vel particularis deleteria quæuis facultas. Ita vitia omnia quantitatis, qualitatis, substantiæ, distributa in suas classes vniuersa constant. Nec in eo inconstantia author accusationem meretur, quòd vacuationis formas purgatione, vomitu, clystere priùs pro communibus numerat, paulò pòst inter particulares recenset. Nam vt communes appellari possunt, quoniam à toto vacuant, ita particulares, quoniam inæqualiter: cùm & ipsa sanguinis missio, quæ longè reliquas in ea differentia, & communitate antecedit, non sit eius expers proprietatis. Brachiorum enim sectio superiores magis, crurum inferiores partes inanit, sicut dextra dextras,sinistra sinistras. Quod attinet ad neutrius causæ finitionem, quidam non probant Galeni finitionem,quasi pugnantem cum libri primi finitionibus. Si enim salubris causa intelligitur, quæ sanitatem,aut factam tuetur, aut nondum factam introducit, insalubris, quæ in morbum tantundem operatur:consentaneum erat finire neutram,quæ neutram dispositionem aut tuetur, aut gignit: & ne conueniat finitio causæ salubri, quæ dum sanat morbum, neutralitatem inducit, & insalubri, quæ in morbo inducendo eandem neutram habitudinem præmittit: addunt finitioni neutrius causæ verbum(solum)vt neutra intelligatur, quæ ita neutram habitudinem efficit, vt non vlterius procedat & operetur. Sed Galenus vsus & significati verborum obseruantior, animaduertens salubris appellationem vulgi vsu, quem retinere, non mutare decet,non ea sola complecti,quæ sanitatem integram efficiunt, sed quæcunque illi inducendæ faciant, denium quæ iuuant omnia:id nisi recipias,nec victus probus,nec purgatio,nec exercitium salubria dici concedes: non secus insalubre, quodcunque sanitatem vitiat & in summa obest: relinquitur, si oblata omnia sint salubria, aut insalubria, aut neutra, definiri oportere neutram causam, eam, quæ nec iuuat, nec lædit: quod Galenus fecit.

4.Apho.2.

Neutrius causæ finitio.

Cap. C.

Quæ autem reficit,atque restaurat, in conualescentibus,ac senibus locum habet. Quæ verò sit horum dispositio, & à quibus præcipuè causis ad naturalem reducatur habitum, in libris, in quibus 1 De medendi arte tractauimus,abundè explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Dispositio quidem igitur talis est: 2 intimus quidem,sed exiguus est sanguis, atque vnà cum ipso spiritus animalis, atque vitalis. Ipsæ verò particulæ solida siccioris,& 3 idcirco earum vires sunt imbecilliores, atque earundem ratione corpus vniuersum frigidum. Causæ verò salubres, quæ hanc emendant dispositionem: vt vno comprehendam capite, sunt, quæcunque 4 præsentaneum, atque securum exhibent alimentum: 5 secundum partem autem iis motibus moderatis, & cibis potibúsque, ac somnis consistunt. Sunt verò motus, matería, vehicula, ambulationes, frictiones, & balnea: & vbi non parum se ex his profecisse senserint, paulatim se ad consueta opera transferant. Cibos autem assumant, in principio quidem humidos, & concoqui faciles, neque frigidos: ac cùm progressi fuerint, eos etiam, qui plurimum præstant alimentum. Potui verò opportunus est vinum, ætatem quidem habens mediocrem in substantia autem purum, atque perlucidum, quod scilicet vel sufflauum, vel subalbum existat, atque suauiter olens, gustu verò neque aqueum omninò, neque cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acritudine, aut amaritudine sentiatur. Vt autem proximè diximus, de hisce omnibus in libris De arte curandi conscriptis pleniùs disseruimus.

Nunc enim omnia particulatim recensere non est nostri propositi institutum, sed solum capitum mentionem facere intendimus, eorum, quæ in alijs voluminibus latiùs explicauimus,

NEutrorum conualescentium prouidentiam docet, quibus iungit etiam senes. De vtrisq; primò explicat constitutionem, qualis sit, vt cognito lapsui per oppositum obuiam eatur. Ergo spiritus ait esse exiguos, similiter & sanguinem, non vitiosum quidem, sed deficientem, solida verò moderato frigidiora, sicciorâque. Secundò, curationis summam reponit in veloci, multóque alimento Tertiò, particulatim alitionem hanc procurat cibis validis humidis, similiter & potu, valdè autem alẽtibus, motibus lenibus, quos languentes vires perferant, & moderato somno.

1 *De medendi arte.*] Potissimum libro septimo, in quo ventriculi exemplo curatio edocetur.

2. *Optimus quidem.*] Lege, *vtilis quidem.*

3. *Et idcirco eorum.*] Si ostensum est, intemperaturas simplices non solùm dari, sed & diuturnas; qua consecutione colligit ex siccitate membrorum frigus? Quia ad siccitatis vehementiam non consequitur necessariò intensi caloris remissio: consequitur tamen ad diminutionẽ molis humidæ, diminutio natiui etiam secundum molem caloris: id quod solum hoc loco Galenus concludit.

4. *Præsentaneum atque securum.*] Requirunt quidem dicta corpora velox alimentum, quod præsentaneum significat. Sed periculum est in humectante alimonia augendorum excrementorum: eam cautionem Galenus, securi, vocabulo insinuauit.

5. *Secundùm partem.*] Quomodò ex sex rebus, motum somnum, & cibum cum potu prosequitur, prætermittit reliqua? Quoniam tantùm, quæ faciunt alimoniæ humectanti docere pollicitus, ea recenset alendo conferentia.

Vita an protogari queat.

SED quædam ex dictis subtiliùs discutienda sunt: Illúdque primum, & sæpe quæsitum, & plurimum desideratum: tribuendum ne tantum huic victus rationi sit, vt longior ex ea vita speranda sit, quàm alioquin, vitę ab ortu contracta pręscribunt principia? Nam multis placet conseruatoriam artis partem id nec polliceri, nec præstare, reductoriam verò, in qua præsens refectoria continetur, præstare. Multò tamen exactiore doctrina quæsitum negatur. Nam & Auicena de omni parte medicinæ, non de sola, quod interpretantur, conseruatoria pronunciauit non esse artem, quæ naturalem vitę terminum protoget. Et ratio manifesta suadet. Principia illa calidum humido iunctum, si per se spectentur, nullum vnum vitæ terminum præfigunt, sed sicut citra victum intra paucos consumentur dies, ita cum moderato durabunt annos, exempli gratia, 80. cum refectorio 100. Non ergo est causa ea victus forma extensionis vltra id, quod principia determinant, sed summæ, quam ea tolerant, longissimæque. Tantùm captiunculis quibusdam aduersantibus obuiandum est. Quærunt enim, si potest medicina alexipharmacis remediis impedire, prohiberéq; vim in membris latentis veneni, ne absumat, aut corrumpat innatum humidum: quomodò non magis obstabit, repugnabitq; calido tantò infirmius veneno humidum dissipanti? Addunt, si datur medicamentum vitam per annum protrahens magis, quàm eo non sumpto duraret, repetitum & auctum duplata, triplatáque potentia duplo extendet & triplo amplius. Vltra ergo terminum progredietur vita naturalem. Arguta verò inductione petunt, quali termino humana vita concludatur natura principiorum, si damus longissimum terminum, quo viui potest annum centesimum, conficiunt latitudinem aliquam in instanti corrumpi. Si enim postremo instanti anni centesimi viuitis, qui datus est homo, habet in eo momento excessum aliquem suprà corrumpentes causas viuifica facultas. Quòd si mox ab eo instanti in quouis sumpto defunctus est, amisit eam latitudinem excessus in momento. Transeamus ad alteram partem, detúrque terminus centesimi anni breuissimus, quo degere non potest, colligunt contra datum, eum hominem annos centum viuere, quod suppositio negat. Qui enim vixit partes omnes centesimi anni, quidni fateamur vixisse centum? Falsò itaque asseritur, annos centum terminum esse breuissimum, eorum, qui ab eo homine cum vita non obeuntur. Seriē verò proposita ita diluuntur. Vehementior est veneni in vitam, quàm calidi actio: sed alexipharmaca vetant operari venenum, quia superant, corrumpúntque illius vim calidi: vim si medicamento superes & corrumpas, protinùs vitam adimis: ita fiet, vt conseruando perimas citiùs. Iam medicamenti functio, quæ à qualitate proficiscitur, augmento quantitatis proficit & augetur: alimenti, quæ hîc quæritur, actio à materia est, passio magis, quam actio, ea incremento alimenti non augetur, sed minuitur, & perit. Dum enim à calore copia non obtinetur, tantum abest, vt plus reponat, & nutriat, vt opprimat etiam, extinguatq; calorem. Vita verò naturalem terminum habet breuissimum, quo durare non potest, annum centesimum (si ita libet) completum. Quòd si vsus habet, vt cõcedatur vixisse centum, qui vixit vel omnes centesimi partes, vel plurimas, non ideò complesse annum centesimum affirmandum est eum, qui in postremo anni momento vita functus erat.

Tertia primi 1.

Solutio primi.

Secundi.

Tertij.

Senex an neuter.

SED éstne senex neuter, vt nunc? Dissuadent enim sequentia. De neutris habet hîc Galenus per causas salubres reduci ad naturalem statum. Senectutem verò naturalem statum esse scribit Galenus, lib. De sanitate primo, quo nomine eximit eam à morbi ratione. Quod verò statum habet naturalem, redire ad naturalem nequit. Prætereà natus fœlicissima constitutione corporis salubris est simpliciter semper: si verò talis, per omnes ætates eam tuebitur, ex finitione salubris simpliciter semper: in senecta ergo simul erit salubris semper, & neuter, vt nunc, quæ membra, ceu pugnantia, toto genere libro primo separata sunt. Accedit, quod à neutra dispositione sumitur ad contraria indicatio. Siue enim neutrum decidentem contemplemur, pręcautio per aduersa sanat: siue è morbo resurgẽtem refrigeratum, exiccatúmque, resumptiuus victus calidus, humidúsque: à senecta verò, tanquàm ab ętate vna naturalium indicationum ad similia, docẽte 8. Methodi Galeno. Pugnant itaq;, non cõueniunt ambo. Sed demus neutros esse senes, certè ea significatione qua decidentes. Non secus enim, quàm illi indies in pe-

Cap. 6.

Cap. vlt.

in peiora decidunt ad morbum vsque, senes simili casu ad mortem labuntur, non conualescentibus annumerandi sunt. Illi quidem sic.

Solutio primi. Libr. De marasm. 2. 14. The. 14. Secundi. Nos verò contrà, senectutem naturalem habitum agnoscimus in ea naturalis ratione, qua id, quod ab ortu, & gignente natura ortum habet, naturale nuncupamus. In ea verò qua vtile ad operationes naturale dicitur (nam & ita sæpe venire, in Methodo author est Galenus, non est naturalis status senum, magis in naturalem habitum refectorio victu reduci postulat, quod hic Galenus & testatur & conatur. Transeamus ad alterum: Distare subiecto tria membra corporum, sanum nunc, quod in salubre simpliciter, neutrum simpliciter, insalubre simpliciter distributum est: neutrum nunc, ægrum nunc, vt verum ferè est, ita aliquando non est, sed sola ratione separata in eundem incidunt hominem: quod propositus in

Tertij. argumento ostendit. Quo temperamento autem lapsæ vel naturæ, vel ætates, aut contraria, aut similia requirant, explicatum suprà abundè est. Per sanitatem enim contraria, si lapsus momentaneus est, per morbum similia. Itaque non magis mirari decet, quod in sene febriente, ætas frigida remedij indicet frigiditatem, quàm quod temperatura calida à natura neutra licèt, calorem: quod in eo ipso loco idem author scripsit. Illud admirandum, nec recipiendum esset, si per integram valetudinem aut senes, aut neutros similibus, non

Quarti. contrariis gubernaret. Nam quod de conuenientia in medium adducunt senum, & decidentium, parum mouere debet. Fit enim in illis, quod sæpè alibi, vt vna aliqua dote affinia sint, & conueniant senex cum decidente, in progressu, & infirmiore in dies facultate: parte alia maior fit seni cum conualescente consensus, qua curari postulant calidis, humidisque alimentis citra vacuationem: conueniebat autem huic loco, in quo curandi sola ratio spectatur & inquiritur, vt iungeretur senectus à morbo resurgenti, cui in curatione consentit, magis quàm decidenti, cuius præcautioni pugnat. Vtriusque verò statum essentiali, quod solet, finitione aperiens Galenus, artificiosè habitudinem trium, quibus humanum corpus constat, proponit, continentium, contentorum, impetum facientium. Ex quibus spiritus ait esse exiguos, similiter & sanguinem bonum licèt, membra arefactæ, refrigerataque inoutritione & immodica dissolutione: & quoniam vires nostræ ex triplici constare substantia, monstratum est, solida, carnosa, spiritali, exhaustis omnibus, intemperatisq́; : meritò iungit vitium imbecillitatem in eo, quem quærimus, statu. Bonus autem sanguis eorum prædicatur (non optimus, quod legebatur) decidentibus collatus, quorum vitium purgationem necessariam facit, ne imminuêri morbo occupentur. Nil est enim refugij, quod nonnulli parant interpretum, referentes ad solos conualescentes hanc partem, quasi non etiam in illis sæpè vitia relinquantur humorum, recidiuarum occasiones. Sed & benè habet, vt & hinc obiter colligatur Galeni de spirituum numero sententia tria censentis, non admittentis cum reliquis naturalem.

1 De diff. febri. [margin note beside "solet, finitione aperiens Galenus"]

11. Ther. 3. [margin note beside "modica dissolutione"]

1. De loc. vlt. [margin note beside "gatur Galeni de spirituum"]

TEMPVS est cognitum statum contrariis debellare. Is monstratus est intemperamentum esse frigidū, siccúmque, proinde egere videbatur medicamentis in contrarium ducentibus, calidis humidis. Sed memor Galenus, quod frequenter monet, inueniendo remedio curaturo oportere, vt ad infimas descendatur species, non in mediis gradus sistatur. Cúmque sit genus illud intemperaturæ duplex, alterum intensa supra modum qualitate, altera deficiente sola quantitate, intelligénsq; in proposito habitu, molem humidi alentis, & insiti in eo caloris absumptam, non qualitates illas per intensum creuisse: opponit peculiare contrarium, copiam alentis humidi, quæ deficientem quantitatem & citò reponat, & tutò. Cúmque repositioni faciant alimenti, potúsque natura, tum exercitiorum, & somni, alimenta humida eligit, non frigida & humiditatis quidem numerosæ reddi causæ possunt. Nam quantitas inopiam, quam reparare facilè non licet, solemus nonnulla ex parte qualitatis incremento compensare: ita inopiam innati in ventriculo calidi, apposita mastice, intensiùs moderatè calente ex parte resarcimus, compensantes qualitate aucta, quod copiæ deest. Sic in anodynis remediis 5. Simplicium facit Galenus. Non aliter hic humidi molem optamus quidem alente humido reponere, sed nonnihil etiam supplemus madefaciente, alterantéque qualitate, intereà dum alimento res tota nō conficitur. Nam & in consumptis balnea laudantur ea ipsa de causa. Altera causa humiditatis in alimento laudatæ, vt cóniuentes ex inanitione meatus ea humiditate emolliti aditū præstent alimento facilem. Accedit, quod humiditas alimenti occasio est coctionis, nutritionisq́; festinæ, quoniam, quæ humida sunt, obtinētur faciliùs & vniuntur fœliciùs. Quocirca laudauit in illis Galenus, quandiu ab eo intemperamento obtinentur pisces, à quibus perducit ad mollia carnis aues, & ab illis ad pedestria. Cur non similiter in actiuis commendat calorem? Non enim minùs peccabat intemperies subiecta frigore, quàm ariditate. Quidam recipiunt sententiam, quasi de solis resurgentibus à morbo, nō de senibus pronunciatam. Quemadmodum enim senes, lib. 5. De sanitate tuenda, calorificis fouet, ita in cōualescente propter ebullitionem, quę ex recente febre iure timetur, fugit, contentus his, quæ frigida non sint. Sed tota Galeni series vtrunq; habitum coniunxit, non separat: estq́; aliquid discriminis inter amborum frigiditatem, si siccitati cōferatur: tum quia arefactio illis primariò inest cōsequens tantùm dissipato humido caloris vi, frigus verò ex accidenti propter humidi conseruantis inopiam: itaque potior arcendæ siccitatis, quàm frigoris ratio curanti habenda est: tum quoniam ex humiditate alimenti curando intemperamento nihil timetur, ex calore exiccatio non sine causa. Iam potum ita attemperat. Sit, inquit, vinum album, vel subflauum, (ita enim legendum est, non subalbum) sapore nec insipido, nec valido vllo præditum. Vinum cur aquæ præferat, aperta ratio est, Est enim citissimi alimenti, optimi succi, facilè reparantis collapsas vires, vt non malè lac senum à multis appelletur, & Auicena senibus, inquit, quantum tolerare possunt, da. In colore verò, & sapore pugnare videtur cū eo, quod lib. De euchymia, resurgentibus à morbo aptissima esse vina tradit rubra, simul & dulcia, similitudine ipsa sanguinis attestantia plurimam, quàm corpori pręstant, alimoniā. Sed in consensum rediguntur,

si præ-

Proœm. ad Glauc. Conualescētum alimenta. [margin note beside "dus sistatur ... tatæ duplex"]

Cap. 18. [margin note beside "quod copiæ deest. Sic in anodynis remediis 5."]

7. Ther. 6. [margin note beside "stent alimento facilem"]

Tertia 1. Doct. 2. 8. Cap. 17. Vina senū. [margin note beside "tio est, Est enim citissimi alimenti"]

ſi præſens de iis, qui nuper à morbo emerſerunt, & adhuc neutri ſunt, audiatur: ille alius de habitioribus, & à morbo immunibus. Nam vt proximè à febris receſſu manens obſtructio expedienda, & in vaſis nõnihil vel acre, vel ſeroſum expurgandum, cogunt præferre tenue diureticum, dulci, craſſóque alenti: ita, vbi corpus iam probè purgatum eſt, excrementi expers, tantùm gracile & infirmum nutriri poſtulãs, rubrum dulce aptiſſimè quadrat. Ergo in ſenibus propter & obſtructiones, & excrementa purganda, ſimul & in neutris à morbo, tenue præbendum eſt, neque ſapore carens ob innutritionem, neque vehementi ſapore valens propter membrorũ infirmitatem; odorum etiam, quoniam facit, augétque ſucci probitatem. Et de vino quidem ita. Exercitia verò recenſet non iuſta, ſed exigua pro virium debilitate, deambulationes, & vehicula, à quibus cùm parum proceſſerint ad conſueta, permutat, vt intelligatur non eſſe ſanorum, ſed infirmorum hominum deambulationes, & geſtationes. Annumerat his balnea non tam quòd ipſa exerceant, quàm quòd intercedunt duas exercitij partes, præparatoriam vnam, recuratoriam alteram. Poſtremò, moderantia quam in ſomno commendat, abſoluta non ſit. Talis enim mediocritas decet temperatam naturam; non ſenilem, de qua laudat Galenus, quod dictum eſt à poëta.

Vt lauit atque comedit,
Mollibus in ſtratu dormire, hac vita ſenilis.

ij. De ſan. 4. Sed moderandus eſt pro alimenti vſu, vt ſomni menſura coquentis alimento reſpondeat conficiendo; longus multo, breuis pauco; & de neutris quidem conualeſcentibus, déque neutris omnibus, ægris, ſanis ſatis: atque adeò promiſſis vniuerſis libri ſatisfactum eſt.

Quorum omnium ſi priùs & qualitatem, & numerum expoſuero, finem libro imponam. Diximus itaque priùs, quod alter eſt liber, in quo De conſtitutione artis medicæ diſſeruimus. Antecedunt autem eum alij duo De conſtitutione artium. Sed hi quidem vnà cum hoc, cui nunc extremam manum adiecimus ſeorſum ſunt ab alijs libris, in quibus plenior doctrina explicatur. Illi verò talem inter ſe ordinem habent. De elementis ſecundùm Hippoc. liber vnus. Poſt hunc autem tres De temperaturis, ex quibus quidem duo ſunt, De temperaturis animalium. Tertius verò De his, quæ ſimplicium medicamentum ſunt. Quamobrem & tractatum illum, in quo de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur, nemo rectè intelligentia aſſequi poteſt, niſi priùs tertij libri De temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt & alius liber paruus, qui ordine ſequitur duos priores alios De temperaturis. Inſcribitur autem De inæquali temperatura. Similiter autem & hunc alij duo parui: alter quidem, De optima corporis conſtitutione, alter, De bono habitu. Alius verò tractatus eſt, qui tres complectitur lib. De potentijs naturalibus: quem ſi quis legere velit, poſt libr. De temperaturis, ſiue poſt lib. De elementis, vtrunque erit conſentaneum. Poſt hunc in pluribus alijs lib. de operationibus animalibus diſſeruimus. Sed quoniam ad eorum demonſtrationes non parum conferunt, quæ per ſectiones oſtenduntur, in illis exercitari oportet. Eſt autem maximè inter alios vtilis ille tractatus, qui de ſectionum aggreſſibus inſcribitur. Alij autem ſunt poſt eum plures: duo quidem De diſcordia ſectionis, vnum verò De ſectione mortuorum. Poſt hos ſequuntur hi, in quibus agitur De ſectione viuorum. In alijs verò quibuſdam particulatim ob eos ſcripſimus, qui introducuntur De oſſibus. Sectio quoque muſculorum, & neruorum, & arteriarum, & venarum, & quædam alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtunt. Et liber etiam, in quo quæritur, Nunquid in arterijs continetur ſanguis naturaliter. Qui verò earundem partium operationes demonſtrant, duo quidem ſunt, De motu muſculorum, tres autem, De pectoris, & pulmonis motu. Poſt quos ſequitur lib. De cauſis reſpirationis. Poſt hunc lib. De voce. De principatu autem animæ, & de omnibus alijs, quæ de naturalibus, vel animalibus operationibus in quæſtionem trahuntur, in longo volumine ſcripſimus, quod De dogmatibus Socratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdem generis contemplationem pertinet lib. De ſemine ſeorſum conſcriptus, & ampliùs de ſectione ſecundum Hippocratem. Quos omnes ordine ſequitur tractatio De vtilitate partium. Ad dignoſcendas autem ægritudines, vtilis eſt liber ille, in quo de membrorum paſſionibus agitur. Itidem & ille, in quo De pulſibus ſcribitur, in quo & præcognitiones docemus. Librum verò De pulſibus præcedunt alij duo: alter De vſu reſpirationis: alter, qui De vſu pulſuum. Is verò de pulſibus in quatuor diuiditur partes: primam, quæ eorum differentias, ſecundam, quæ dignotiones: tertiam, quæ eorum cauſas: quartam, quæ illam, quæ per eoſdem fit, continet præcognitionem. Ex eodem genere eſt ille, qui his, qui introducuntur, De pulſibus ſcriptus eſt. At verò in animo eſt alium ſcribere librum, veluti quoddam omnium iſtorum compendium, quem inſcribam vel Artem de pulſibus, vel Compendium. Ad hanc quoque iuuant contemplationem, quæ à me exponuntur, & ſimul indicantur in lib. Archigenis De pulſibus. Ad præcognitionem autem plurimùm confert lib. De criſibus, id eſt, decretis naturæ, quem præcedit alter De decretorijs diebus. Sed liber etiam, qui De difficili anhelitu inſcribitur, & ad dignoſcendum præſentem affectum, & ad præſcienda bona, vel mala, quæ ægrotanti ſunt euentura, conducit. Hi igitur omnes, atque vnà cum ipſis tractatus quidem 1 vno tantùm lib. comprehenſi, cognitu vtiles ſunt. Sicuti illi, qui De præincipientibus cauſis inſcribitur. & De medicinali experientia, & De extenuante victu, & qui De venarum ſectione ad Eraſiſtratum, & qui De tumoribus præter naturam, & qui De multitudine, atque alij præterea ſimiles. Præ cæteris autem ad curandi ſcientiam maximè neceſſarius exiſtit, qui De morborum differentijs agit: & De accidentibus, & tertius præter illos, in quo morborum cauſas explicauimus. Poſt quos ſunt tres alij, qui accidentium cauſas explanant. Sunt etiam De medicamentorum ſimplicium viribus lib. de quibus ſuprà meminimus. Et qui De medicamentorum compoſitione, quos ſequuntur lib. De arte curandi hi, qui De ſalubribus inſcribuntur, ſeorſum à nobis conſcriptis. Quòd verò ante hoſce omnes priùs exercitari oporteat, in lib. De demonſtratione, ſi quis hanc artem cum ratione ſit tractaturus, monſtratum eſt à nobis in libro qui De optima inſcribitur hæreſi. De alijs autem libris & commentationibus à nobis ſcriptis tranſigere nunc minimè neceſſarium, cùm de hiſce omnibus alibi ſimus tractaturi in vno fortaſsis, aut duobus libris, qui ita inſcribentur: Galenus de voluminibus ab eo conſcriptis.

Recenſet medicos libros à ſe editos, reliquos enim, ceu ab inſtituto alienos prætermittit in libro de libris proprijs explicandos.

1. *Vno tantùm libro comprehensi.*] Id est, parua quædã opera, quorum quodque ob exiguitatem in plures libros partitum non est. Cur Galeno visum fuerit annectere arti medicæ operum suorum catalogũ, duplex ratio potuit efficere, siue, vt præsens liber non solùm medicinæ compendium, sed & indicem quendam præstaret, siue, vt

Cur catalogum annectat.

rerum summæ in eo traditæ, ex quibúsnam libris compleri debeant, commonefaciat lectorem: & quod sparsim in toto opere fecit, relegãs ad quædam separatim loca, hîc semel de partibus omnibus doceat. Video autem nonnulli placere, tradi hîc numerum, non seriem, & locum, quo singuli libri legendi sunt. Sed apertum est Galenum, dum qualitatem, numerumq́; librorum explicare pollicetur, per qualitatem ordinem lectionis significasse: eò maximè quod subdit, [*talem inter se ordinem habent.*] & rursum posse hoc, vel illo loco legi. Sed redigamus medicas vniuersas tractationes in artificiosas aliquot classes. Constat tota ars partibus duabus sanorum conseruatrice, ægrorum curatrice! (nam neutros frustrà seiungemus, qui iorer sanos perpetuò Galeno locum obtinent (cúmque omnis ars in triplici consideratione versetur, agnitione subiecti, instrumentorum, & methodi adhibendi eamoderantia instrumenta subiecto, qua destinatam formam recipiat: conficitur tribus partibus continens salubrem medicinæ tractationẽ, totidémque curatoriam esseque omnes numero sex: v-

De const. artis 1.

nam, quæ sanitatem vestigat, compositurámque humanam ex elementis, membris, facultatibus. Cùm enim sit vna refectiuarum artium, dicebat Galenus, necesse haber exploratam habere eius opificij fabricam, quod reparare, & in natiuum habitum redigere conatur. Succedit agnitio sex rerum, quibus sani vtuntur necessariò, & in valetudine durant. Demum methodus applicationis eorum moderatæ, tuendæ valetudinis gratia. Tres non dissimiliter partes in morbis negocian tur, agnitio præsentis morbi, futurique euentus, exploratio medicamentorum, quibus instrumentis morbos demolimur, postrema methodus curatoria. Quidquid extra numeratas classes est, medicum non est.

Obiectio prima.

Sed sunt in Galeni ordine ambigua quædam dissoluenda, explicandáque. Libros De vsu partium postremos statuit inter eos, qui compositionem hominis aperiunt, qui in vulgata æditione Galenicorum operum antecedunt lib. De facultatibus naturalibus. De semine, & Anatomicorum multos. Accedendum tamen magis Galeno est. Nam conclusa anatomica & De membrorum functionibus, principiorum vice sumuntur in illis De vsu partium. Exigit autem doctrinæ

secunda.

ordo, vt à principiis ad conclusa progrediamur, non è contrario. Libros de valetudine tuenda, quos hîc vltimò recenset, eadem æditio secundæ classi adiicit: vtrumque sine errore tamen. Nam potest methodus illa conseruatricia statim à membrorum, & alimentorum scientia addisci: potest & ad doctrinæ finem relegari, vbi

Tertia. Cap. 3.

vtraque methodus & sanorum, & ægrorum iungantur. Est & in introductoriis nonnil inter hunc locum & librum De ordine librorum suorum discriminis: dum in illis De pulsibus, & de ossibus introductiones initiatis commendat: hîc multò posteriús. Sed & in his etiam liberum est, isagogica illa particularia ad tractationes suas seruare, vt introductorius de pulsibus iungatur magnæ de pulsibus compositioni, & de ossibus anatomicis aggressionibus: vel quod illis, ceu artis elementis, imbuatur medicinæ tirunculus. Nam totius artis introductoria, vt De sectis, De constitutione artis, De optima secta, quod in fronte locanda sint nimis, quàm apertũ est. Quòd autem in eodem opere libellos De bo-

Quarta. Cap. 3.

no habitu, & De optima corporis constitutione lib. De medicamentis postponit: non est, quod magnifiat. Quoniam liber est mutilus, ex quo

Quinta. 3 Ther. 3. 2. Local. med. 1. 8. Local. med. 1. 14. Ther. 3.

solidi parum haberi possit, & certum. Nam in eodem ipso, quod hic facit, eosdem libellos libris annectit De temperamentis. Maior est, & iudice dignior de libris compositorum medicamẽtorũ discordia. Hic enim præcedunt Therapeuticos, libro verò tertio Methodi, & lib. Compositionum localium, simplicium cognitionem præponit, compositorum postponit curatorio methodo. Quidam ita componunt pugnantes hos locos, vt compositionum secundum genus tractatio præeat, secundum loca sequatur, ídque putant desumi posse ex libro Therapeutices 14. vbi opus compositionum localium sperat se scripturum, non scripsisse. Sed multa dissuadent, ne recipiatur interpretatio. Primùm sine vlla exceptione, tertio Therapeutices libro, ostendit oportere antecedere scientiam simplicium medicamentorum methodum: compositorum verò pendere ex cognita methodo. Deinde compositiones, quas in eo loco refert, sunt vulnera sanantes de quibus agebat. Eas ait posteriores esse methodo. Vniuersæ igitur compositiones posteriores sunt. Quòd si, dum quartum decimum Therapeutices lib. edebat, nondum compositiones illas locales scripserat: quomodò eiusdem operis lib. tertio eas refert, affirmans legendas à methodo esse? Igitur germana Galeni mens, quanto & ratione, & ex authore ipso libro octauo Loca-

Cap. 1.

lium desumi potest, hæc est, quid possint & polliceantur medicamenta omnia tam composita, quàm simplicia: tam localia, quàm generica: & potest, & debet medicus, antequàm methodum, adeat præcognoscere. Sunt enim curandi instrumenta, quorum commodam applicationem methodus inquirit. Vti verò in opere compositis rectè non potest, qui ex methodo non habuerit perspectum indicationum curatricũ numerum. Tantum enim deest compositioni vsus ad sanationem, quantum ex curatricibus indicationibus reliquum fuit, quod compositionem non ingrederetur natura, ætas, tempus, consuetudo, & eius generis alia. Sed de Galeni expositione satis. Si verò in calce operis licet medicinæ parentem in censuram vocare, & iudicium: fortè autem non modò licet, sed necesse est etiam & libero homine dignum, nemini, quamuis absolutissimo authori, ita sese dedere vt quod amantes mutuò faciunt, etiam oblectẽt & laudentur à nobis librorum nostrorum vel vitia, vel neglectus, ne nos pro rectis perperam scripta capiant, potissimùm, vbi de authore nõdum certò constat: si inquam, de opere pronunciandum est, ordo est absolutus, nullam medicinæ partem intactam prætermittens, quasdam diligentissimè prosequens. Sed sunt,

ſunt, quæ in fuſo homine & Aſiatico compendium cõponente accuſes: te mittere lectorẽ ſæpè ad alios libros, indicis eſt, non compendij. Breuiſſimũ eſſe in agnoſcendis, & curandis morbis, longiſſimum, in ſanitate agnoſcenda, non conuenit. Illa verò multa rerum repetitio, & verborum alicubi copia, & poſt ſimplicia omnia compoſitorum ſingulorum perpetua traditio, à compendij ratione aliena eſt. Iam numeroſa illa diuiſionum membra, non rarò, confundunt magis, quàm expediant rem. Quæ animaduerſiones liberum animum oſtendunt, & vni veritati vacantem: non docent ingratos eſſe nos magnis magiſtris & diſciplinarum inuentoribus.

Finis Commentariorum in Artem Medicam.

COMMENTARII

IN CLAVDII GALENI LIBROS SEX DE LOCIS AFFECTIS.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

NON ſolùm obtinuit conſuetudo, ſed etiam explicandi ratio cogit, vt in operis ingreſſu, quæ lucem lectioni præbeant, præmittantur, quod ſit libri inſtitutum & ſcopus, quæ vtilitas, quis in arte locus, tituli interpretatio, tractatus diuiſio, quæ neque ſine errore omitti, neque ſine culpa extendi poſſunt. Ergo (vt breuis attingantur) ſcopus ita ſe habet. Medicina prima illa & ſuprema partitione in ſignificantem partem, & agentem diſtribuitur: rurſum ſignificans in inquiſitionem præteritorum, præſentium, futurorum: Ipſa præſentis affectus indagatio, vel locum laborantem inueſtigat, vel affectus ſpeciem & qualitatem, vel poſtremò cauſam: niſi enim de affectu tria hæc explorata habeantur, fruſtra ſperatur curatio. Ex numeroſis verò membris, quæ relata ſunt, propoſitum operis eſt ſignificationem præſtare præſentis affectus, maximè quidem quod facit ad laborantis partis agnitionem, id enim inſcriptio pollicetur: propter affinitatem autem materiæ etiam ſpeciei indagandæ affectionis non mediocria adiumenta docentur: nam cauſæ agnitionem, quæ affectum parit, & partim etiam ſpeciei, ex libris de morbo magis & ſymptomate peti oportere Galenus ipſe paulò infrà auctor eſt. Ex quo intelligitur nihil intereſſe huius libri externos affectus dignoſcere, vt qui loci & qualitatis manifeſtam habeant & viſu exploratam cognitionem, ſolam obſcuritatem cauſæ, quæ inuenienda ſit, recipientes, cuius indagationem præſens liber non promittit. Magnifaciendus verò liber eſt, tum promiſſi nomine, magni illius & glorioſi: difficillima enim eſt & diuinationi proxima, dicebat Hippocrates, internarum affectionum, occultarúmque veſtigatio: tum ob auctoris dignitatem. quod enim libro Artis paruæ merito gloriatur Galenus, primus ille hanc partem abſoluit, & abſolutam tradidit prioribus medicis tentatam, non perfectam. auget auctoritatis pondus ætas ſcribentis, teſtatur enim ſe iam ſenio confectum, veteranúmque medicum præſens opus compoſuiſſe. Quo verò loco legendum ſit, nō eſt apertum ob pugnantes locos, quorum alter libro Artis paruæ opus de morbo & ſymptomate inter ſignificatorias tractationes in poſtremis locat: alter ad calcem huius primi libri exigit exercitatum lectorem in opere de morbo & ſymptomate. Sed germani libri ſunt hic & ille, ambo ſimul perficientes, & induſtrium reddentes, in affection agnitione, medicum: neque alter ex altero pendentes, cùm inter ſe, quod oſtenſum

Libri ſcopus.
Artis medicæ cap. 7.
Lib 2. in fine.
Vtilitas.
Lib. de flatibus.
Init
Cap. 81.
Infrà lib 2 c. 3. & lib 4. c. 3 cap. vlt. c. 6.
Locus in art.

est, diuersa habeant agnitionis munera. In Arte ergo parua iunxit libros illos Therapeuticis, non quasi posteriores ordine præsenti, sed quoniam magis cohærent cum Therapeutica tractatione: hic verò exercitatum cupit in illis, non ad horum lectionem, sed vt ex his sedes intellecta, ex illis cum causa affectio, sufficientem reddant curationi lectorem.

Titulus. *Iam titulus quibusdam ita vertitur, de locis affectis, alijs, de membris passis. Et quidem*
1. De hist. anim. cap. 1. *locos melius vertimus quàm membra, si modò, quod Theodorus apud Aristotelem dixit, membra sunt organicæ tantùm corporis partes: nomen verò loci vel partis latiùs patet, etiam similaria cõplectens, de quibus non est in hoc opere minor, quàm de organis disquisitio: nam loci nomen partes corporis significare liber de Locis in homine inter Hippocraticos abundè magnum testimonium est. Sed non perinde verbum, affectis, quòd recipiatur, dignũ est: affectus enim verbũ vel dispositionis, Græci dicũt. διάθεσιν à passione, si in propria*
Lib. De differ. sympt. 1. 6. Therap. 3. *accipiantur significatione, ita distare, ait Galenus, vt permanentẽ qualitatẽ subiectũ denominantẽ, à successiua mutatione: sic albedo ab eo, quod est albescere, & calor ab eo quod est calefieri distinguitur: obtinuit verò consuetudo, vt passio etiam admotus terminum & permanentem qualitatem extendatur, sed præter naturam tantùm: ita dicitur ille calefieri propriè, hic verò pati pleuritidem per abusum. Cúmque libri propositum sit non de solis permanentibus affectibus disputare, quique primariò fiunt, sed etiam eorum notitiam tradere, qui etiamnũ fiunt, & per consensum tantùm infestant, aptè conueniet passionis non affectus appellatio. accedit quòd Græco πεπονθότων respondit passis, non affectis. Præteriti verò voce, passis, vtitur, aut Græcorum more tempora commutans, aut complecti vo-*
Diuisio. *lens etiam factos morbos, per quos membra non iam patiuntur, sed passa sunt. Distribuitur verò tractatio in segmenta duo: primi enim duo libri particulatim signorum genera proponunt, quæ ad omnium morborum genera pertinent in vniuersum: posteriores quatuor particularem de singulis locis laborantibus sermonẽ habent complectentem indicia omnia cuiúsque seorsum loci. ita conatur permutato doctrinæ ordine & lectori voluptatem & vtenti exercitationis commoditatem comparare. Ideo autem inter duos ordines antecedit is qui signa partitur, non locos: quoniam est vniuersalior doctrina minus ad indiuiduas partium & affectionum differentias descendens: sed in quinque tantùm summis indiciorum generibus consistit. Vniuersalia autem ordinatæ disciplinæ præponi oportet. Ex duobus, qui primum locum obtinent, prior elementa huius artis ferè omnia & ea incorrupta continet, quotquot ad signorum locos indicantium cognitionem præscire necesse est: alter quicquid de eisdem principijs vitiosè à moribus scriptum est, admonet improbátque, potissimum de dolore, adijciens quæ in priore libro desiderantur.*

LIBRI PRIMI PARTES QVINQVE ITA SE HABENT.

***

Sectione prima ostendit quanta sit anatomicæ professionis vtilitas ad præsens institutum.

Secunda addit elementum alterum eius cognitionis, ex actione læsa petitum cap. 2.

Tertia explicat, qualis sit lęsio actionis dicta, quę morbum indicat §. [*quod si omnino*] in cap. 3.

Quarta numerat indicia & locos laborantes & eorum affectus significantia cap. 5.

Quinta separat notis morbos primogenios à secundariis & per consensum cap. 6.

SECTIO PRIMA.

NON solùm recentiores medici, sed veterum quoque non pauci, corporis particulas, locos non minare consueuerunt: affectus ipsis euenire solitos, dignoscere studerunt: propterea quòd pro locorum differentia, curationem quoque variari contingit. Sed, quam vtili ad curationem sit huiusmodi notitia, in eo libro, 1 quem de curandi via & ratione conscripsimus, videre est. Nunc verò, quomodo affecta particula possint discerni, explicare duntaxat proposuimus. Igitur partes in superficie constitutæ, 2 vna cum affectuum idea seu specie, facilè sensibus deprehenduntur. Quæ verò in imo corpore latent, 3 exercitatum ratione virum desiderant cùm in partium & actionibus & vtilitatibus, tum vel maximè in 4 præcedentibus eas corporum diffectionibus. Quippe hæ nos docuerunt cùm CAP. I.

alia permulta, tum cuiuslibet partis [5] essentiæ proprietatem. Corpus igitur quoddam cartilagineum est secundum asperas pulmonis arterias, (quod [6] bronchion appellant) cuius proprietatem, hi duntaxat, qui [7] ipsum viderunt, cognoscere possunt. Id si aliquando tussiendo exspuatur, maximum vlcus vel ab [8] erosione, vel putredine, in pulmone esse existimamus. Est enim & per totum collum inter pharyngem & pulmonem medias; talis corporis natura: [9] tam grandis tamen vlceratio in ipso haudquaquam fieri potest, quin prius mors animal præoccupet. In pulmone verò talis fieri potest, vtpote qui ob humiditatem, & facile putrescere, & à vitiosis humoribus promptè erodi consueuit: adde quòd bronchia in ipso exigua admodum sint. Quocirca pars ipsorum putrescere non potest, quin potius totum bronchium rejci necesse est, membranosis vinculis, quæ ipsum cum alijs coniungunt, à sua continuitate absolutis, quæ sane sunt bronchijs multò celerius afficiuntur. Hæc enim & cartilaginea, & dura, & crassa sunt: membranæ verò, quæ ipsa coniungunt, tenues & infirmæ. [10] Quinetiam fructum quoddam vasis, haud ita paruum, tussiendo rejci vidimus, quod ex pulmone fuisse eductum planè intelligebant, qui dissectoriæ artis haud erant imperiti. Quotquot enim ad asperam arteriam in collo perueniunt vasa, omnia capillorum ferè speciem referunt. Proinde non solùm essentiæ proprietas, sed magnitudo quoque, sæpe numero affectum locum haud obscurè indicare potest. Sic enim, cùm intestini tunicam per dysenteriam aluo deiectam conspexeris, sitque & latitudine & crassitudine ijs, quæ tenuia constituunt, multò maior: non abs re conijcies vlcerationem in crassis intestinis consistere. Ita, cùm adolescentulum tussiendo, tunicam lubricam crassámque rejcere videremus, coniecimus eam internam esse gutturis partem, quæ ligulam (Græci ἐπιγλωττίδα vocant) constituit: ac sanatus est adolescentulus, quamuis id non admodum sperassemus: mansit tamen vox vitiata. Præterea per essentiæ proprietatem, à vesicæ vlceribus ea, quæ in renibus consistunt, distingui possunt. Scripsit enim in Aphorismis [12] Hippocrates: Si ea, quæ cum vrina excernuntur, lamarum speciem referunt, in vesica vlcus esse, scire licet; si verò carunculis similentur, id erit in renibus. [13] Neque non à rebus in particulis quibusdam contentis, creberrimè locus affectus deprehenditur. Nam Mitylenis adolescens quidam secundùm sedem vulneratus gladio, vulnere satis profundo, tribus primis diebus, neque cibum neque potum ingessit: quarta verò die, adhibitis prius remedijs, cibum sumpsit, ac bibit quoque; deinde occidente sole, iterum adhibita curatione, vrinæ circiter [14] quatuor heminas per vulnus excreuit, cùm antea, ex quo vulneratus erat nihil vrinæ reddidisset, tum verò ab onere, quo circa pubem grauabatur, se perfectè liberatum esse dixit. Itaque procul dubio constabat vesicam in hoc fuisse vulneratam. Quemadmodum, vbi stercus per vulnus excernitur, intestinorum alicui vulnus esse illatum haud dubium est. Sic etiam, cùm cibus egreditur, in ventriculo vulnus esse manifestum est. Iam ortum supra inguina [15] panum ac suppuratum cùm medicus incideret, stercus subsecutum, in colo abscessum esse declarauit. Atque in hoc genere continetur spiritus efflatus vulnerato thorace, & sanguis ab arteria profluens. Nam cùm interdum vulneratum corpus sensu deprehendi non potest, exactam ab his consequimur notitiam. Igitur, vt ex thorace efflatus inter respirandum spiritus membranam costas succingentem vulneratam esse significat: ita sanguis saliendo eiaculatus, arteriam: [16] sed hic proternus eo, qui ex venis erumpit, & calidior, & magis tenuis, & flauior est. At, veluti horum non incerta sunt notæ: sic eodem modo, si aliquando omentum, aut intestinorum aliquod excidere per vulnus videatur, peritonæum discissum esse nemo ambigere debet. Si verò pulmonis aliqua fibra extremam sui partem à vulnere exerere videatur, thoracem confossum esse ostendit. Atqui nihil refert, siue succingentem membranam vulneratam, siue thoracem confossum esse dixeris. Iam verò ex his etiam, quæ adnascuntur, rebus, affecta sedis nota petuntur: quippe res adnascentes [17] essentiæ proprietatem obtinent, quemadmodum [18] fungi, si fracto capite meninx, id est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Atque rursus alia proprietas conspicitur esse [19] particulæ cuiuspiam vitiatæ. Huius præterea generis est [20] crustula quædam (ephelcis Græcè vocatur) quòd eius particulæ, à qua excerni videtur, vlcerationem procudit: vt vrinæ instrumentorum, si cum vrina: [21] spiritalium instrumentorum si tussiendo rejciatur: gulæ, ac ventriculi, si vomitione excernatur: quemadmodum, si cum aluis excrementis deijcitur, intestinorum aliquod vlceratum esse significat. Est [21] præterea ex indicijs quibusdam alius notitiæ modus, cùm videlicet in alieno spatio aliquid præter naturam continetur, vt in renibus aut vesica lapis, aut pus in thorace: ex eodem genere censetur & sanguinis grumus (Græcè thrombos) vbicunque contineatur, aut alius quidam humor molestus in animalis corpore genitus, vel [23] extrinsecus ei aduenient.

QVANTOPERE faciat ad institutum negocium anatomica cognitio, edocet. Deinde [5]. *Vnde innuerim.*] colligit inutilitatem quæstionis, quæ à iunioribus medicis locum affectum indagantibus contentiosè agitabatur, ad dissectionem pertinens. hîc ergo primum inscriptionis rationem antiquorum testimonio confirmat. Inde necessitatem cognitionis affecti loci curaturo medico ex therapeutica tractatione petendam & manifestandam esse ait: neque, posse quenquam id consequi, nisi satis in anatomicis versatus sit, multis historijs apertum facit, in quibus proprietas membri ex ea doctrina percepta deduxit illum ad quæsitum locum. Post citat exempla, in quibus à magnitudine partium ex eadem intellecta disciplina idem consecutus est: Tertiò ex contento secundùm naturam in parte. Quartò ex his quæ vitiatis partibus peculiariter adnascuntur: Quintò ex his, quæ laborantibus locis non iam adnascuntur, sed ingenerantur vel præter naturam continentur.

1. *quem de curandi via*] in Therapeutico opere cùm alibi tum libro 7. cap. 13.

2. *vna cum affectuum*] visus ipse in externis malis simul locum & affectus speciem agnoscit, licet non semper infirmam, at aliquam: nam vt vlcus esse visus docet; ita differentias omnes eius non perdocet: & durum tumorem tactus percipit, caussam mali non item.

3. *exercitatum ratione*] non satisfacit Galeno cognitio vel consummata doctrina, nisi iugatur

iam perceptę exercitatio. verè enim illud censet, parum profuturas doctrinas ad vtendū iuuētas, quas non exercitatio animis nostris impresserit.

Ordo disciplinarū humanæ compositionis. 1. De vsu part. 9.

4. *in præcedentibus eas*] humanæ compositionis scientiam hoc ordine distribuit. præcedit cognitio formæ & constitutionis partium: sequitur facultatum & actionum ab illis editarum cōtemplatio: postrema consideratio ergà vsus partium versatur. quemadmodum enim ex cognita partium structura ad actionē organi inueniendam deducimur; ita organi actio quid singulæ partes actioni præstent manifestum facit. sic manus forma capiendi gratia creatam eam esse monstrat; moturis verò tendonibus capturum instrumentum quid ossa vtilitatis afferant, quid digitorum sectio, internodia, vngues, per cognitam actionem venamur. Ex his tribus partibus prima: quia corporum sectione paratur; anatomica cognitio appellata est: actiones verò simul cum facultatibus inquiruntur vnde prodeunt, & ad quas referuntur: postrema consideratio de vsu partium dicta, quid commodi partes organi non agentes afferant similari & principi parti in organo agenti contemplatur.

1. De vsu part. 9.

Proprietas etiam sensu iudicatur.

5. *essentiæ proprietatem*] substantiam totam vel essentiæ proprietatem solet appellare certam ex peculiari elementorū mixtione cōstitutionē: ex qua quoduis mixtorum tale est, quale euasit, & Inter mēbra hoc os; illud caro; illud verò bronchium. Nec mirum est hanc visu ex parte agnosci hîc; nam ex coloris similitudine eam quandoque coniectat in magnete & ferro, & alibi ex saporum consensu: qualitates enim hæ secundæ colorum, saporum, odorum, non modò sequuntur in mixtis manifestum duarum qualitatum excedentium temperamentū agentis vnius, patientis alterius: sed multò magis omniū quatuor vel qualitatum vel elementorum certā mistionem, quam substantiæ proprietatē nuncupamus.

3. Simpl. 23. 4. Simpl. 10.

6. *bronchion*] libr. 7. de vsu part. corpus est cartilagineum sigmoides parte posteriore à circulo deficiens, in aspera arteria maius, in pulmone non secus quàm vasa per corpus in multam exiguitatem degenerans.

Initio.

7. *qui ipsum viderunt*) significat quod alibi dixit apertius, nullam esse tantam dicendi facultatem, quæ accuratè illa enarrare possit, quæ sensibus solis noscuntur: plures enim sunt rerum quàm verborum differētiæ, quare exacta eorum, quæ oculorum conspectui subiiciuntur, dignotio, non ex libris, non ex auditu; sed ex cōspectu ipso speranda est: cæcus enim non iudicat de coloribus. eò autem tendit hæc auctoris sententia, vt suadeat medicum anatomicam cognitionem non aliunde quàm ex frequenti dissectorum intuitu petere oportere. nam præterquam quòd illa omnia quæ sensus in obiectis percipiunt, verbis intellectus assequi non potest; etiam imprimit tenaciùs & affigit memoriæ faciliùs visus quàm auditus. indiget enim sensilium memoria rerum continua consuetudine: libro anatomicarum aggressionum 2. In eundem etiam visum paulo post admonebit medicos, quicunque affectiones, ex indiciis sensuum consecuturos se arbitrantur, ne libris solis fidant; sed frequenti laborantium conspectui insistant. tales disciplinas vsu, non lectione perdiscendas etiam nouit Auicena; qui cùm à docto medico vniuersi sui canonis doctrinam exegisset, addit; quòd verò prætereà necessarium est; scribendo comprehendi non potest, significans præter libros & quidquid libris contineri potest, addendam alteram ex vsu cognitionem sensilium, quæ vsu, non doctrina, comparatur.

1. De dignos. puls. 2.

Exercitatio sensus medico necessaria.

Initio.

Infrà li. 5. 7.

In proœmio.

8. *ab erosione vel putredine*] cùm in pulmone tria contineantur, ipsa carnis substantia laxissima, ligamentorum natura bronchia connectentium media robore & soliditate, & tertia bronchiorū solidissima, durissimáque; accedens noxia causa facilè pulmonem exulcerat, tardiùs ligamenta, quorum abscissione bronchium decidere & expui contingit, bronchia ipsa viuenti caedi non possunt. Ligamenta verò dupliciter diuiduntur vel à puris acrimonia caesa, vel ab humiditatis copia putrentia: duas verò has eorum rumpendorum occasiones Galenus appellat ab erosione, & à putredine.

8. De vsu part. 1.

Pharyngis & laryngis discrimen.

7. De vsu par. 11.

9. *pharyngem & pulmonē*] alibi legitur laryngē, sed meliùs pharyngem. licet enim nonnunquam ambo nomina pro eodem accipiantur; magis tamen propriū & vsitatū est, vt significet laryngis vox caput asperæ arteriæ (guttur vocamus) vocis organū; pharyngis verò spaciū aperto ore conspicuum, Latini dicunt fauces: cúmque brōchia à faucibus per collum & vniuersum pulmonem spectentur, meritò hîc recipienda est lectio, pharyngis vel faucium, non, laryngis vel gutturis.

10. *quin etiam frustrum*] licèt plura ex proprietate membri petita exempla propositurus sit, interponit tamen petitum ex altero capite anatomico signum ex partium singularum magnitudine petitum. ductus est enim orationis affinitate: & cum proposuisset bronchia vasa. s. asperæ arteriæ in collo ampla, in pulmone angusta: iungit, contra locari reliqua duo vasorū genera, leues nempe arteriæ & venæ in pulmone magnæ, in collo angustæ sunt.

Ligula quid.

11. *Ligulam*] Iam manifestè apparuit doctorum quorundam animaduersione non solùm multorum Latinorum, sed & Græcorū codicum lapsus interpretantium pro epiglottide ligulam. cùm ligula sit rima in media gutturis inanitate hians γλωττὶς Græcis dicta. ἐπιγλωττὶς verò ligulæ huius operculum corpus cartilagineum modò erectum, modò nutans, pro vario hominis vsu gutturi supereminēs. hîc vtrumque legi potest, nam crassa est quæ circundat epiglottida & quæ ligulam membrana; tenuis quæ per reliquum colli extenditur: vt artificiosè Galenus coniectauerit excretam tussi crassam ex superiore loco, vbi vocis formatio existit, prodiisse; confirmauit verò euentus coniecturam, cùm sanato iuueni vox vitiata remanserit: eò enim tendit exitus explanatio, vt ostendat Galenus se coniectura sua non fuisse delusum.

12. *Hippocrates*] 4. Aph. 76. & 81. quorum interpretatio libr. 6. locum habebit opportuniorem; nec pugnat secum Galenus, qui loco hîc citato negat vidisse se exeūtes è renibus vlceratis carunculas: nam in Aphorismis & Hippocrati credit referenti, & se non vidisse ingenuè fatetur.

13. Nec

13 *Nec non à rebus*] quæ ex anatomia cognita cognoſcendis locis affectis conducunt, quinque numerat proprietatem cuiuſuis partis ex viſu, magnitudinẽ earum: contentum ſecundùm naturam ſiue ſit alimenti pars vt veſicæ vrina, inteſtinorum fæx, vaſorum ſanguis, ſiue mẽbra vt intra membranam caluariæ cerebrum, intra peritoneũ cum inteſtinis omentum. quarto loco quidquid adnaſci ſolet parti viriatæ, nam ſicuti rubigo ſeneſcenti ferro adnaſcitur, ex qua intelligitur ſubſtare ferrum: ſic membranæ cerebri vulneratæ fungus, corrupto oſſi caries, poſtremũ numerat contentum in parte non iam ſecundùm naturã, ſed præter: nam neque ea in omni parte eadem oriuntur, ſicut non omnis fert omnia tellus, ſed lumbrici in inteſtinis, lapis in renibus vel veſica laborantibus nonnunquam continetur. Seiungitur quiorum hoc à priore adnaſcẽtis: quia ibi aliquid præter naturam adnaſcitur parti agglutinatum: hic continetur tantùm, non affigitur & hæret: à tertio verò, quoniam illa continebantur ſanis, & ex naturæ præſcripto, hęc ægris & ex violenta aliqua occaſione orta.

Cotyla quid 6. de med. gen. 10. & lib. 1.18.

14 *quatuor heminas*] cotylas legendum eſt, quã menſuram multi eandem volunt cum hemina eſſe: alij ſuperari ab hemina vncia vna. Heminæ appelatio nobis nomen retinet mea, nõ tamen docente Galeno Attica, quæ fere medicis intelligitur, hemina menſurales vncias capit quibuſdam nouem, aliis duodecim, cùm noſtra mea capiat triginta ſex & eo amplius. Iuxta quã computandi rationem facit vrinæ huius modus libras tres, id quod Galenus refert, nõ tam excedẽtem copiam admirans quam multi in retenta vrina exeſſerunt, ſed inſinuãs forte naturales facultates trahendæ à vaſis vrinæ, & ad veſicam demandandæ non ociari nec interquieſcere, etiã in homine qui toto triduo nec cibum nec potum ſumpſit.

Phyma quid 6. Epide. 12.

15 *panum*] phyma legitur: cuius ſignificatio etiam apud Græcos varia eſt. nã Galenus libro de morbis vulgaribus vult eo vocabulo ſignificari tumorem omnẽ in corpore ſua ſponte ortum, & ſeruarur noſtris appellatio nacido: quoniam ita ex corpore, ſicut plãtæ è terra prodeat. libro verò ad Glauconem contrahit ad ſolos adenes, neque illos quomodocunque tumentes, ſed vbi ex tumore citò inflantur, & ſine mora ſuppurantur. Paulo & Celſo in alia ſignificatione accipiũtur: iungunt enim paruos ſubſimileſque tumores furunculum phyma, phygethlon. Ex quibus furunculum noſtri videntur vocare fruncho, phyma leucenco. phygethlon lencenco negral. pani verò nomen, ſi Celſo credimus phygethlo reſpondet non phymati. quare hîc ſatius erit generali verbo tuberculi interpretari. hiſtoria verò non contemnendi vſus eſt, ex qua intelligitur nonnullos tumores imponere nobis quaſi externos, cùm poſſideant aliquam internam & latentem ſedem, particulatim autem colum inter inteſtina affectum in eo homine fuiſſe, conſpectus ipſe in proforato monſtrauit. hiſtoriam enim narrat.

Ad Glauc. li. 2. ca. 1. 3. aph. 26.
Paul. li. 4. 32.
Celſus. lib. 5

16 *Sed hic possumus*] ſeparatur arterialis à venali ſanguine (ea enim internotio in arteriam, quod accidit, pro vena ſecanti neceſſaria eſt) ex contento ſimiliter ſuperioribus caſibus. exit enim vulnerata arteria cum ſanguine permyſtus ſpiritus: à vena ſolus ſanguis: ſed non pari facilitate ſuperioribus cernitur permiſtúſne ſit an non ſit ſpiritus. hac de cauſa adiicit, indicio à cõtẽto in ſecta arteria, nõnulla alia, ex quibus coniectura in ſcientiam abeat & cõfirmetur. Igitur ex arteria ſalit ſanguis, tum quoniam preſſio contractæ arteriæ cogit ad eiaculationẽ ſalientem: tum quia ſpiritus aëri miſtus non quieſcens, ſed impetum faciens non ſecus quàm flatus ebullientem aquam cõtentum ſanguinem dum vi pellit in altum leuat & in tumorem attollit. Sentitur verò exiẽs calidior, propterea quòd expertus eſt vltra hepatis, cordis etiam coctionem. Iam tenuior flauiórque euadit aëris permiſti commercio aër enim ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ tenuiorẽ ſanguinẽ reddit, & perſpicuitate rubentem colorem in album extenuat: eſt autẽ flauus color ex rubro albeſcens. Dicas ſi ſanguis in ſiniſtro cordis ventriculo ſæpe nigrior ſecãti quàm in dextro apparet auctore Galeno, quomodo arterialis ex ſiniſtro dimanãs flauior appater: ſed alia eſt in manẽte in ſiniſtro ventriculo, quàm in diſtributo ab eo ſanguinis ratio: manẽs enim propter moram & quia fęx ſubſidet natura, & quia nondum ſatis cum aëre permiſtus; & quia alendo atra biloſo cordi trahitur, nigreſcit: qui verò per arterias fertur & tenuitate ſua, & exigua in corde mora, multo autem magis, ex admiſto aëre flaueſcit.

Arterialis ſanguinis à venali diſcrimen.
6. De plac. 17

17 *eſſentia proprietatem*] quædam adnata aliis proprietatem ſubſtantiæ certam nanciſcãtur ex ea parte cui adnaſcuntur, cuius & naturam repræſentant.

1 Georg.
Fungi quid
3. Epide. 3.
2. Prob. 9.

18 *fungi*] ab eius, qui edendo eſt, fungi ſimilitudine quædam alia id nomen mutuantur, quomodo Vergilius concretam ex lucerna fuliginem & circum flammam amplificatam fungum, vocauit (teſta cum ardente viderent, Scintillare oleum & putres cõcreſcere fũgos.) Ex quibuſdam etiam corporis diſciſſis partibus non diſſimilis vapor ſimili concretione in tumorem fungoſum dilatatur: id quod in palpebris & pudendis nonnunquam conſpexit Galenus frequentior eſt in capite, non niſi vulnerata ſciſſaque membrana cerebrum inuoluente: cuius origo, referente in Problematis Aphrodiſęo, cõgener eſt truncorum fungis. nam vt in illis diuiſo cortice craſſus halitus confertim exiens & à continente in quandam aquæ imaginem denſatus, amplificatur in fungum: ſic craſſus corporis halitus ſub membrana cerebri coërcitus, dato per vulnus aditu in laxum illum & mollem tumorem extra caluariam erumpit, & germinat.

19 *oſſe particula*] carioſum vocant os & id quod excidit per vitium oſſi adnatum cariem ſui generis quandam, nam eſt & alia lignorum caries ſimili nomine, ſed non ſimili ſubſtantiæ proprietate.

20 *cruſtula*] quomodo ramenta partium quæ pertinere videntur ad primam differentiam ex membri proprietate, in quarto genere adnaſcentium claudit: quoniã vbi portio partis ipſa pellitur, in primo genere continetur: hic non pars eſt quæ pellitur, ſed partis corruptio in quam pars ipſa vitiata degenerauit. id enim ſignificat, ἐφέλκειν, ab vlcere diuulſum, quod hic magis proprie quidam vertunt cruſtulam, quam alij ramentum.

21. *Est præterea ex indicijs* } signa ex anatomica cognitione tradita vniuersa ad vnum genus signorum reducuntur ea quinque paulo post numerandis.id genus sunt excreta:Excreta auté ex dissectoria disciplina pendentia quadruplicia recensuerat, proprietatem,magnitudiné , contentum secundum naturam, adnatum:quo verò absoluat totum hoc excretorum genus,adiicit inuestigationem loci interni ab alio excretorum genere,quod nó ex anatome addiscitur, sed præter naturam in quibusdam locis priuatim oritur & accrescit.Sic lapis exiés significat instruméta vrinæ laborare,lumbrici intestina, plus tussi reiectú pectus,grumi vel prauus humor cauitatem eam, vnde exit affectam esse.

22 *vel extrinsecus* } si vel feræ morsu,vel epoto veneno malus corporis habitus contractus est.

Vtra indicatio præstantior, affect⁹ an loci.

11. Ther.12. Art. med.89.

D V M autem Galenus vniuersam dignoscédi artem in capita duo reducit , affectus & affecti loci,occasioné inquirendi præbet, vtrum è duobus indicando polleat, & vtilitate suæ cognitionis vincat. & sanè quemadmodum alibi redactæ sunt curatrices indicationes omnes ad duas illas primas maximásque,sanum & morbosum membri temperaméntum:ita hic curatio ex agnito affecto loco, & specie intelligitur affectus.locum enim habet affecta sedes natiui temperamenti:species affectus morbosi.ita si requirit curatio omnis cognitionem natiui in parte laborante temperamenti,locum affectum quis sit prænosci necesse est,maximè cú auxilij admotio ignota sede intelligi non possit. Mota verò quæstio ita expedienda esse videtur. Si ex duobus alterum tantum agnoscitur ignorato reliquo: multo præstat agnosci affectus speciem,ex qua genus curátis remedij summú perspicitur,licet ad indiuiduas differétias,quod conádum est , non descédatur.

Proœm. ad Glauc.

nouit aliquis laborare calore hominis viscera:num verò is calor hepar,an renes,an magis ventriculum occupet, perspectum non habet:idem confestim admoueri oportere frigorificum remediú intelligit,licet qua,quantum,quale non satis cernat.qui verò intelligens morbum ex capite pendere, secum nó decernit mali naturam & morbi originem, num tumor in caussa sit , an intemperies, & ea calida ne an frigida magis,is ne genus quidem auxilij decernit,& consilij inops pendet animi, summa & maximè necessaria affectus cognitione destitutus. Si verò ambo illa medico

cap.94.

perspecta sunt, & in dubiú reuocatur,vtra cognitio plures præstet curári indicationes,& remediorú præscripta?respódit in Arte medica Galenus, inueniri caussã morború salubré partim quidem ex affectu,sæpius ex affecto loco.Quáta enim sit remedij propter loci diuersitatem mutatio, manifestum est coniectanti,quantum curatio phrenetici à pleuretici curatione distat, & est huius à cruris inflammatione:hi enim affectus specie mali non separantur , sed loco. Cúmque species pauca & in genere doceat , locus multo plura & magis indiuidua : efficitur quod Galenus ait vt vtraque cognita imparem vsum curanti præbeant : maiorem locus , affectus minorem. Cùm verò physico medico(ita vocamus eum,cui internorum sanatio ex officio incumbit) summopere commendet anatomicam cognitionem , non chirurgo externa medicanti, agitari multifariam sententia potest.Cur enim disciplinam anatomicam physico addidit , non chirurgo , quam vulgus ceu chirurgicam , non physicam amplectitur. deinde quádo auctori libuit explicare, quibus disciplinæ huius partibus deceat exercitatú esse physicú suprà chirurgú,quomodo solius meminit dissectionis,prætermissis dignioribus,maioribus, nec minus necessariis partibus,dialecticæ physicæ, pulsuú respirationis , crisiú , & quæ sunt similes multæ.postremò quo interstitio seiúguntur duo illi medici in curando,variis ne morborum generibus , an magis eorundem morborum situ diuerso,an etiã morbi vnius vario curationis instrumento : quæ ita dissolui expeditique oportet.

Anatomica cognitio physici magis sit an chirurgi.

Cùm vterque artifex & agnoscat & curet affectus suos,quod ad curationem attinet, quem locum modò Galenus expendebat considerabátq; in theorico opere , physico necessaria est,si quia alia,dissectionis agnitio,chirurgo,non quod enim patet oculorum fide dissectoria ambage obscuratur:curatio contra se habet.nam vt physico curáti non valde exacta compositionis cognitio sufficiens est: ita chirurgo secanti,vréti , scindéti apprime necessaria est exacta hominis dissectio.Sed & ita verè dicas licet:vnumquéque oportet suarú partium structurá callere,physicum internarum,externarum chirurgum : quoniam verò de occultorum cópositione & cognitione agebat Galenus anathomé eorum physico meritò valde commendat,nó chirurgo. Nec verò decebat,vt aliarum artis partium mentionem interponeret , quæ licet physicum perficiant non minùs anatomica contemplatione, tamen ad laborantis loci notitiam , quod vnú hic quæritur, nó perducunt.

Cur aliarú partium artis non meminit.

maioris est & laboris & vtilitatis, addo etiam necessitatis , seiungere duorum artificum munera functionésque , ne transgredientes limites suos & accusationé mereátur & culpá incurrant.Ex tribus autem respondentium differentiis,prima illa vulgaris licet , apertæ falsitatis conuincitur : nec enim distant morborum genera chirurgo proposita & physico , nec aliud est pleuritis & phrenitis genere ab extremo phlegmone:phthisis verò & puris mictus vlcera interna sút eiusdé cú externis & appellationis & essétiæ.

Munera physici & chirurgi.

Probabilior est eorú sentétia, qui genere separant auxilij,& suasu facilior, vt opinemur easdem physici esse externis pariter & internis morbis mederi victu & medicamentis:cùm enim nó separentur curandi methodo, non remediorum facultate,quomodo non ad vnum pertinebút artificem? Chirurgo proprium relinquatur manu operari , siue in internis malis, quando hydropicum secat,aut suppuratum vrit : siue in externis, quod frequentius est. Cui sententiæ fidem facit,

cap.14.

quod Galenus ad Thrasybulum scribens vnam tantùm ostendit esse artem medicinã , cuius partes facit diæteticam, pharmaceuticam,chirurgicam. Chirurgus autem à chirurgia deductum nomen habet : non progredietur igitur vltra manuum illam operationem,ne separatę medicinæ partes confundantur,& chirurgia iam nó sit chirurgia.Accedit quod idem Auctor refert se, cùm

6.Ther. vlt.

primùm è Gręcia venit Romam,patrio more solitum in ægris triplici artis instrumento vti : nec enim adhuc Græcia in duas se iunxerat vnam curandi arté : cúmque cúspexisset Romanos medicos,

cos, suadēte id vrbis magnitudine, secū famulos ferre, qui manu pręcipientibus dominis obtemperarent, secutum loci morem similiter fecisse. Cùm ergo prima illa artificum diuisione chirurgis solum manus instrumentum reliquum fuerit, idque non suo ductu, sed physicorum imperio, effici videtur, vt chirurgus victum & medicamēta attingere non possit, quod nostro æuo protomedicus aduersus protochirurgum obtinere contendit. Saluo tamen suo cuique iure magis recipiendam arbitror horum artificum diuisionem, per morborum situs, quàm per auxilia: & non minùs chirurgi esse externa mala victu medicamentis, manu sanare, quàm physici interna: nisi quod sicut ad manus opera etiam in occultis vitijs chirurgum, ita ad magna medicamenta etiam in externis malis momentaneis physicum

Ratio. accersiri par est & consentaneum. cur ita sentiā, subiungam. Non est eadem sicut in reliqua vitæ ratione, ita & in hac parte officiorum diuisio, quę ex natura rerum pręstatur, & quę ex principum & Rempublicam administrantium instituto. & sępe fit vt princeps vnum quempiam famulorum duobus muneribus administrandis licet distantibus pręficiat: sępe vnum aliquod munus in duos dispertit. cúmque intuerentur qui rerum administrationi pręsidēt graue fore plebi incommodum, si ad diurnum vlcusculum aut exiguum tumorem duo essent vocandi & remunerandi artifices, alter ad victum & medicamenta, ad manus operam alter, visum est multo esse magis ex communi re, vt externis pręficeretur chirurgus, internis physicus, mulierum verò & doloribus & partubus propter loci tangendi honestatem tertia pręficeretur obstetrix, quę etiam citra medicorum pręscriptum omni medico pręsidio vteretur. Reliquos enim tres artifices, qui cum superioribus etiam medici Galeno vocantur pharma-

Lib. ad Trasyb. 5. copolam, venę sectorem, clysterum infusorem oportet ex medicis pendere, non ipsos suo ductu quidpiam vel consulere vel à medicis pręceptum nouare: cùm sint medicorum famuli, non ipsi partem aliquam artis instar superiorum trium administrantes. hęc prima ratio est. altera & illa magna cōiectura rei, quòd duo primarij constituti sunt, quorum vterque suos & an periti sint, explorat, & faciendę medicinę potestate donat: quod decreto intelligitur non perstare Rempublicam nostram in prima illa Romanorum diuisione, exempti enim chirurgi sunt à physicorum famulitio, si quidem suo duci subiecti sunt, & ab eodē sua mala curandi facultatem obtinent, & peculiaribus de chirurgia libris victus medicamentáque edocentur, de quibus à protochirurgo interrogati respōdent, antequam diplomate facultatis digni habeantur. tantùm magna remedia si animæ & nomini suo consultum esse volunt, in ancipiti negotio soli non exerceant.

Pulmo cur pluriori sanguine abundet. *Cap. 10.*

C V R pulmoni natura vasa prębuerit maiora, quàm pro magnitudinis suę mole, exposuit Galenus libro De vsu partium sexto: propter motus, inquit, sui continuitatem, & propter calorem quē ex eo motu & ex cordis comparat vicinitate. In quo primum mirum est quod separet in duas caussam vnam motus. si enim motus quia incessu caloris dissipat, alimenti copiam exhiberi oportere indicat: quomodo ceu duas caussas copiosi alimenti recenset motum pulmonis & calorem ex motu? Deinde caloris pulmonis origines numerat motum & cordis vicinitatem, nulla de pulmonis temperamento facta mētione, quod propter lapsum ad calidum inter membra vberem etiam exposcit alimoniam. De quibus liberum erit vnicuique iudicium, intelligi tamen potest motum sanguinem dissipare ventilatione ipsa halitus deferente, & pręterea interuentu dissoluentis caloris, temperamenti autem pulmonis calidi idcirco non meminisse, quoniam in eo non excedit carnes, non quædam alia membra, quæ tamen abundantia sanguinis superat: ita ex pulmonis temperamento ad propositi problematis expeditionem iuuari non poterat. Sed transeamus ad reliqua.

V N D E 1 iuniorem medicorum complures quæstionem ad medica artis opera nil conferentem, sed logicam potius habentem contemplationem mouere solent: vtrum huiusmodi res in nobis præter naturam, genita ex affectis sint sedibus, aut loco nullo affecto animal à causa præter naturam male afficiatur? Sed quod inutilis (vt dixit) sit huiusmodi quæstio, cognitu facile est, si consideraueris, 2 quantum dignotiones ad artem conferant. 3 Subijciamus ergo aliquem tribus diebus nihil vrinæ reddidisse. non ne protinus, in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa, inuestigabimus, an in renibus, aut vreteribus, aut vesica, aut vrinæ fistula? Neque enim in hepate, pulmone, liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsam quæremus, quod nulla ipsarum sit meiendi instrumentum. Vnde, nisi nouerimus primam vrinæ secretionem in renibus fieri, deinde eam per vreteras ad vesicam peruenire, ac demum inde excerni, quemadmodum iam antea in disputationibus naturalium actionum ostendimus, nihil huiusmodi inuenire poterimus. 4 Verum huc vsque processisse haud satis esse videtur: quin potius perpendere oportet, quæ nam sit dictorum causa, propter quam vrina supprimitur. Est autem via contemplationis hæc. Intueri oportet omnia tum præterita, tum præsentia accidentia: præsentia quidem ipsemet Medicus inspicere debet: præterita verò non solum a laborante, sed etiam ab ipsius 5 familiaribus interrogando perdiscere. Sit igitur (exempli gratia) 6 tumor aliquis in pube, satis euidenter in circumscriptione vesicam impletam esse ostendens, nihilque excernatur: non ne plane constat aut 7 excretoriam vrinæ actionem necessario resolutam, aut vrinæ fistulam esse constipatam? In primis igitur considerandum est, num fieri potuerit, vt resoluta facultatis nomine id acciderit, si prius meminerimus, quomodo per bonam valetudinem volentibus nobis vrina excernatur. Musculus enim ceruicem vesicæ circundans, ab actione quiescit, fungente tum vesica suo 8 munere: musculi autem actio, voluntatis nostræ 9 imperium imitatur: At vesicæ actio, & inuoluntaria est & naturalis: Namque in commentarijs de naturalibus facultatibus iam declaratum est, in eo omnibus fere corporis particulis esse vim, qua excrementa secernantur, 10 Hac quamuis semper ipsis adsit, non tamen vtuntur ea, nisi cum vrgentur ab excrementis. Ea ergo vi excretrice laborante contingit aliquando ἰσχουρίαν, id est vrinæ suppressionem fieri. Proinde, si hominē ita figuraueris, vt decliuis sit ceruicis vesicæ positus, ac manibus tumorē præter naturā cōpressoris expelletur vrina. Quod si ita faciēdo nihil profeceris, à

causa, quæ resoluta vis esse putabatur, desistere, atque vrinæ fistulam constipatam esse suspicari oporteat. Quippe musculus ei circundatus si resoluatur, ipse non cohibitu, sed præter voluntatem emissæ vrinæ causa est. 12 Itaque quot modis contingat ceruicis vesicæ meatum (quem οὐρήθραν id est vrinæ fistulam vocant) stipari, deinceps considerandum est. 13 Equidem tres in vniuersum esse censeo. Aut enim corpus ipsius in tantum tumorem præter naturam attollitur, vt meatus inde occupetur: aut aliquid ei præter naturam, vt vel carnucula, vel callus innascitur: aut à re quapiam obstruitur meatus. Corpus ipsum ad insignem tumorem attollitur, si vel inflammatione, vel scirrho, vel abscessu, vel alio quouis tumore fuerit affectum. In meatu caro quidem oritur, si 14 præcesserit vlcus: alia 15 verò res longo temporis spacio ex crasso lentóque humore paulatim nasci potest. Obstruitur meatus, vel à lapide, vel grumo vel pure, vel crasso lentóque humore. Igitur hæc omnia distinguere oportet, non solùm ex præsentibus accidentibus, sed etiam ex iis, quæ præterierunt. Age 16 igitur subyciamus, vt puer laboret: apparuerint verò antea calculi indicia: vrina quidem aquæ similis, in qua subsident sabulosa quædam: ipse insuper assiduè pudendum scalpat, idque vel laxum, vel intendendum præter rationem: postea vrina de repente supprimatur: non sine ratione certe cōiceceris, huic calculum in vesicæ ceruicem incidisse. itaque supino figurato puero, vt crura reliquo corpore multo sint sublimiora multifariam ipsam concutiens, hoc satagens, vel lapis ex meatu recedat. Quibus peractis, iube vt puer vrinam reddere tentet. id si bene successerit, profluátque vrina, præter exactam causæ notitiam, curationis quoque modum inuenisse te, haud dubia erit coniectura. Quod si nihilominus vrina supprimitur, 17 rursus concute, sed vehementius: atque si sic quoque permanserit, tum demissa ænea fistula (Græci 18 catheterem vocant) simul & lapidem à vesicæ ceruice repellet, & vrinæ iter præbebis. At nulla calculi nota retentam vrinam præcedente, si 19 sanguis effluxerit, par est, vt grumus vrinæ fistulam obturet. At fieri potest, vbi vlcerata est vesica, vt paulatim in ipsa grumus concrescat, vel nō præcedente sanguinis fluore. Accidit etiam, vt sanguis ex renibus per vreteras in vesicam defluens, grumum efficiat. Atque in huiusmodi coniecturis magnus est æneæ fistulæ vsus: haud secus, ac cùm vel pus vel crassum lentúmque humorem meatum obstruxisse suspicamur. In huiusmodi verò coniecturam, ex præcedentium notitia hoc pacto inducemur. Etenim siue vesica, siue renes antea affectu aliquo laborauerint, per quem tale tantúmque pus colligi potuerit, vt par sit ab ipso meatum fuisse obstructum, probabiliter conyciet hanc ob causam vrinam supprimi: aut si etiam in parte aliqua renibus superiore fuerit abscessus, quo erupto, haud absurdè pus in renes trāssumptum esse putaueris. Quod si nihil huiusmodi præcesserit, victus rationem inquirere oportet, an in ocio educatus vel multis cibis, crassos viscosósque humores generare potentibus, fuerit vsus. Sic 20 etiam, vbi ob carunculam aliquam ab vlcere innatam vesicæ ceruicem obstructam esse putamus, & ex præcedentibus vlceris notis, & ex eo quod demissa ænea fistula vrina vacuatur, intelligere possumus. Nam & hunc affectum aliquando vidimus, quippe demissa fistula dolorem mouit, in ea videlicet meatus parte, vbi antea vlcus esse conyciebamus, fractáque sub fistula carne, sequuta sunt vrinæ excretionem & cruor aliquis, & carnis fragmenta. Atque hæc diximus, vt quæ ad institutum opus propriè pertineant. Constat autem, quod paulo ante citata à nobis quæstio, logica duntaxat sit, quódque nil ad artis opera conducat. Id enim vtile fuerit, vt cognoscamus meatum esse obstructum à grumo, si ita contigerit, aut lapide. At quærere, vtrum affectum esse meatum: an causam aliquam suppressæ vrinæ in meatu contineri, dicendum sit, nihil ad artem vtilitatis conferre potest. Itaque Archiginem satis mirari non possum, qui non solum in huiusmodi quæstionibus multus sit, verum etiam de iisdem adeò obscurè scripserit, vt intelligatur à nemine. Igitur rursus propositum sermonem resumentes consequentia tractemus, quomodo scilicet tum ex præcedentibus, tum præsentibus accidentibus causa, cur vrina reddi non possit deprehendatur. 21 Percussus ergo validè quidam in ea parte, quæ 22 semen appellatur (Græci perinæon dicunt) inflammatione suborta in vulnere, vrinam reddere non potuit, ac vesica ipsa, vt pote plena, manifestè secundùm circunscriptionem intenta erat: huic ne irritaretur inflammatio, æneam fistulam adhibere noluimus, sed aqua calida adfusa, oleo perungere satius esse putauimus: cúmque tribus horis sic eū tractassemus tensione non parū relaxata, ac dolore, vt ipsemet fatebatur, non ita grauiter infestante, iussimus vt vrinam reddere tentaret: interim cùm nos vesicæ tumorem ad inferiores partes impellendo, sensim premeremus, iuuenis vrinam reddidit. Atque in his, qui sic afficiuntur, causa suppressæ vrinæ facilè deprehenditur: quamuis in aliis quibusdam non adeo manifeste dignoscatur: In quibus artificiosa coniectura ab omnibus vocata, nobis perquàm vtilis est, vtpote quæ inter exactam notitiam, & omnifariam ignorantiam, media quodam modo putatur. Proinde 23 fieri non potest, vt in omnibus morbis colligantur notæ, quæ concursus affectuum indices, id est pathognomonica syndroma ab Empiricis nominantur. sed verissimum est id quod Erasistratus dicere solebat: Oportet (inquit) hominem exercitatum ratione esse, qui voluerit non solùm affectus ipsius qualitatem, sed affectus quoque locum probe dignoscere. Verùm, vt ad huiusmodi exercitationem decenter perueniamus, haudquaquam quærendum est, an dicere oporteat, vesicæ ceruicem, si vel à lapide, vel grumo obstruatur, affectam esse: aut ipsa non affecta, actionem ipsius lædi. Igitur in huiusmodi quæstionibus ad artem omnino superuacaneis Archigenes versari consueuit. Alii verò vltra hæc procedentes ne lædi quidem actionem dicunt. 24 fieri enim ipsa videtur, musculo, qui vesicæ ceruicem constringit, laxato: vesica autem circa vrinam in se contentam contracta, musculis verò abdominis simul exprimentibus. Cùm itáque & vesica citra noxam munere suo fungitur, & musculi voluntatis imperio sic obediunt, vt superiores intendantur, is verò, qui ceruicem circundat, laxetur, quomodo (inquit) rectè poterit aliquis suspicari noxam esse 25 actioni illatam? Quapropter supprimi vrinam isti dicere coguntur, non læsa sed impedita meiendi actione, 26 tanquam arti medicinæ opem ferant, si vocabulum, lædi, transmutantes, impediri dixerint. Sed huiusmodi quæstiones (vt diximus) ad logicam pertinent, ad mentis exercitationem magis, quàm vel ad affectus ipsius dignotionem, vel sedis affectæ inuentionem acommodantur. verùm ea, quam nuper proposuimus, ad institutum opus propriè pertinet. Intelligitur autem ex ipsa, quòd in primis per artem secandi corpora accuratè cognoscere oportet, qualis sit cuiuslibet partis essentia: deinde verò & 27 actionem, & κοινωνίαν, id est, societatem, quam cum proximis habet, quæ etiam in θέσεως, id est positionis, vocabulo cōprehenditur,

ditur, intelligere. Quin etiam ipse quoque partium vsus ad affectorum locorum inuentionem magnificè conducit. 28. Actiones enim motus sunt partium facultas. vsus verò omnibus insunt, vel nihil agentibus. Ergo, quod ad vrinæ redditionem pertinet, excretionis actio fit à vesica contractione, concurrente interdum musculorum abdominis auxilio, cùm videlicet 29 admodum exigua continetur vrina, aut vesica ipsa infirma est: Reliquæ verò partes omnes, vtiles sunt ad actionem: nisi enim vesica ipsa, cum toto spacio, sic figurata fuisset, ac ceruix ipsius sola fuisset perforata, & vreteres 30 obliquè implantati in ipsam fuissent, frustra habuisset comprimendi motum. Ex horum itaque notitia & affectæ partes, & affectus ipsarum deprehendi possunt, non ex ea quæstione, quæ inuestigatur, vtrùm dicere oporteat, obstructum instrumentum esse affectum, an omnino noxa carere. Haud absimilis huic est alia quæstio, & quidem de 31 affectu iam partibus, sed quibus nondum inest propria dispositio. vocant autem propriam dispositionem, quæ separata causa, quæ ipsam fecit, permanet. Hac igitur consideratione rursus dicunt nonnulli, nequaquam affici caput per eos capitis dolores, qui à bilioso humore in ventriculo contento proueniunt, quòd, per vomitum eiecta bile, protinus capitis dolor quiescat: quemadmodum, si post vomitum nihilominus permanserit, tum affici caput. idque multò 32 magis, cum similia suffusioni accidentia, oculos infestant, cumulatis in ora ventriculi excrementis: hæc enim veluti vmbras quasdam esse affectuum. In omnibus his quæstionibus plurimùm occupati maiores nostri, perquam pauca de affectorum locorum notitia scripserunt. Nos verò diuersa incedentes via, exercebimus, aut (vt dixerit quispiam) 33 instruemus studiosos, quomodo sedes affectas dignoscere possint. Igitur, 34 quemadmodum paulò antè propositum est, quod intenta vesica homo vrinam reddere non posset, ita impræsentiarum subijciatur, citra vesicæ tumorem vrinam supprimi. 35 ergo necesse est, tùm sit retenta est vrina, vel vreteras, vel renes esse obstructos. Quapropter rursus hic intueri oportet, num antequam supprimeretur vrina aut lapidis aut inflammationis, aut alterius cuiuspiam mali præcesserint accidentia: neque negligenda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus, (quòd artificiosa coniectura permiserit) distinguere, vtrùm in ipsis renibus à lapide, vel crassis humoribus fuerit obstructio, an in vocatis vreteribus, id est, meatibus, qui à renibus ad vesicam protenduntur. Quædam namque sunt, quæ ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulò antè dicebamus de his, quæ affectæ essentiæ proprietatem declarant. Quædam verò artificiosæ coniecturæ inseruiunt. vnde prolixiorem esse disputationem accidit, etiam si 36 sophistas valere sinas: quemadmodum hoc loco Asclepiadem neglex imus, qui de vrinæ in vesica collectione (vt alibi deteximus) absurda scripserit. Porrò, ea, quæ de principe anima vt scripta sunt ab ijs, qui eam in corde consistere existimant, omnes dissectores iam damnarunt: & 37 Archigenes sanè, cùm ab hac opinione haudquaquã demoueri potuerit, quamuis eam redarguisse videat, cùm per alia multa, tum vel maximè, in phreneticorum, lethargicorúmque curatione, tum sursum, tum deorsum sermones suos conuertit, vt modò hoc dicat, modò illud, nihil omninò declarans. Atque huius generis est tertius Archigenis liber, quem de locis affectis conscripsit. A nobis verò de principe anima vi. in libris de Hippocratis, Platonisque placitis, copiosissimè dictum est. Nunc verè hæc veluti demonstrata, affectarum partium contemplationem perficiemus. Quod autem omnibus affectis partibus & locis commune est, non id ad logicam, sed necessariam quæstionem porrectum iam enarrare aggrediar.

CVM præmisisset primum & vtile doctrinæ elementum, colligit inutilitatem earum difficultatum, quas priores medici de hoc argumento agentes agnoscendorum internorum locorum longè agitabant: vt intelligatur, quantopere excellant antiquorum traditionibus Galeni scripta, & agnoscat lector, non negligentia aliqua, sed iudicio omissas. id quod monstrat allatis in medium ægris, in quibus sine his disquisitionibus intelligitur & curatur affectio nihilominus, quàm si præsagirentur & decernerentur. Tandem addit oportere ad operis breuitatem cum vtilitate iunctam, vt valere iubeantur curiosæ & de nominum proprietate difficultates. Ex his verò, quæ rerum essentias rimantur, non omnes hîc agitentur, sed supponantor multa, & ceu probata aliunde petantur, qualia sunt membrorum actiones, & principatus in corpore, facultatesque & earum sedes.

1. *vnde nunnorum*] de hoc quinto capite facientе ad agnitionem quæsitam mouerunt difficultatem de nominis proprietate: tales vocat Galenus dialecticas, nempè de vesica continente lapidem præter naturam, & ob illum retenta vrina, num vrinatio debeat dici solùm impedita, quod quibusdam placebat, non læsa: an quod alij magis recipiebant, vrinatio quidem læsa, sed vesica ipsa non affecta: an magis cum tertiis & vrinatio læsa & vesica affecta nuncupanda esset.

2. *quantum dignotiones ad artem conferant*] lege, quid vtilitatis ex dignotionibus arti componetur, si enim dignotio affectuum ideò tantùm quæritur, vt sufficientes curationi illorum simus: nil autem quicquam ad curationem confert, appelletúrne in eo casu vel non appelletur vesica affecta: non est medica proposita ab illis difficultas.

3. *subijciamus ergo*] Proponit ægrotum ex lapide in vesicæ meatu, de quo mouebant quæstionem, in quo venatur locum vbi est mali origo; mutans verbum illud de quo disceptabant, loci affecti, in mali originem. proponitque hominem iam triduo non vrinantem, seruans exemplum de quo paulò antè meminit; adolescentis Mytilenis vulnerati.

4. *verùm hoc vsque*] genus morbi supremum æger ipse de se narrat, descensus verò ad infimam speciem ex interrogatione paratur, ea medicum arguit eruditum, si quærit non aliena, non infimas aliquot differentias, sed quæ sine medio genus propositum secant, vt ita ad subalternas accedatur species, à quibus per consimiles interrogationes ad postremam perueniẽdum est.

5. *familiaribus interrogando*] non paruа pars exactæ agnitionis in sedula interrogatione sita est, quod in aphorismia commonefacit Damascenus, super omnia non pudeat medicum inter- prooemio Galen. rogare, & in hoc loco Galenus non ad solum ęgrum, sed ad familiares ægri nos remittẽs, quòd sint quædam quorum aut pudet ægrotum, aut obliuio tenet, aut explicandi facultatem morbus non concedit.

6. *tumor aliquis in pube*] prima in cohibita vrina differẽtia est, contineri mali causam in vesica aut

cole,

cole, vel contineri in ſuperiore aliquo ad veſicã loco: vtra ex his infeſtet hominem, apertè ex pubis tumore colligitur aut inanitate: Si enim tumet, ſana ſunt ſuperiora, ſi veſica inanis eſt, ſuperiorum aliquod in cauſa eſt.

7. excretoriam vrinæ actionẽ neceſſariò reſolutam] Abuti videtur verbo reſolutionis pro defectu naturalis expultricis veſicæ, ſed ideo facit, quoniam conſtabat, vrinationem à volũtate prodire: nondum autem conſtabat non fieri operante, ſed ociante muſculo: cumq́ue ſoleat appellari defectus animalis facultatis reſolutio, Galenus extẽdit verbum ad ablatam vim excernendi vrinam quæcunque ea fuerit.

8. ſuo munere] vocat, inter munera 4. naturaliũ facultatum, excretionem munus veſicę quoniam excretioni peculiariter vrinæ deſtinata eſt.

9. imperium imitatur] lege, ſequitur.

10. in omnibus fere] tam libris de naturalibus facultatibus, quàm libro de phlebotomia, in omnibus inquit abſolutè: & certè ſi in omni parte etiã plantæ quæ alitur, excretoria vis excrementi ex alimento reſidui cernitur, aliturq́ue viuens pars omnis: nullam partem excretoriæ expertem dari colligitur: videtur eò tendere, vt ſignificet, in quibuſdam partibus ob exiguitatem hanc facultatem ſenſum fugere, quod loco paulò antè citato de adenibus dixit & carnibus: aut certè partis nomine etiam pilos compellat & vngues.

cap. 8.

Expultrix num in omni parte.

11. Hæc quamuis ſemper] occupationi legentis reſpõdet, ſi eſt ea expultrix naturalis facultas voluntati non ſubdita, quomodo non ſemper operatur cauſam reddit, quia vrina omnis non eſt expultricis obiectũ, ſed tùm demum, cùm vel mordet vel tendit. cur verò inter cauſas cohibitæ vrinationis circundãtis muſculi conuulſionem non recenſuerit, difficile eſt. nam ratio oportere fieri monſtrat: experimentũ cum auctoribus non mõſtrat. nec enim aut colicæ aut iſchuriæ occaſio fuit vnquam circundãtium illorum muſculorum conuulſio: videturq́ue continua excrementorum humectatio denſitatem conuulſionis impedire.

12. Itaque quot modis] membrum illud infirmãtis excretoriæ veſicæ quaſſatum eſt, quando adiuta infirmitas interna externa preſſura & ſitu, operationem perficere non potuit: ideò tranſit ad alteram diuiſionis partem ex obturata fiſtula.

13. Equidem tres] recenſeri ſolent attenuatoria ob conniuentia meatus latera, coarctatoria ob aliunde impleta, carnoſa ob innaſcentem plenitudinem: quoniam verò latera meatus colis cum vita ad eam ariditatem venire non poſſunt vt coẽant, neque vrinæ exitum præbeant, definit attenuatoriam per tumorem corporis circũdantis meatum, is enim facit vt accedant ad ſe mutuò meatus latera nec ſeiungi patiantur, nec ad hanc ſpeciem referri poteſt vel caro orta, vel verruca, vel callus in medio meatu: illa enim non faciunt vt meatus latera comprimantur, ſed ſeruato antiquo laterum ſitu, intercedens id, quod præter naturam accreuit, inanitatem implet & obſtruit.

14. præceſſerit vlcus] non ſecus, quàm in externo vlcere propter facilitatem generandę carnis citò augetur abſumenda medicamento.

15. alia verò res] lege, eſſentia, videlicet calloſa aut verrucalis.

16. Age igitur] ſumit coniecturas ad venandam obſtructionis differentiam in propoſito ægro, quem modò ideo fingit puerum, quoniam ea ætas veſicæ calculo obnoxia eſt. pudendum verò talium, dum pruritu tentigineq́ue afficiuntur, inflatur, dum citra tentiginem pondere laborat, flaccidum.

17. rurſus concuto] diligens æſtimatio, nam impactus lapis, maximè ſequente propter dolorem partis tumore, non facilè cedit concuſſioni etiam repetitæ.

18. catheterem] vulgò argaliam vocant. Præclarè Celſus tres maribus pro varia colis longitudine, fœminis duas paratas eſſe iubet: nec malè ſucceſſit ad eundem vſum paluſtris iuncus, molliſſima præeunte radice: aut candela ex cera ad reſinam dupla cuſpide faſtigiato, ſed leniſſimò æquabiliſſimoq́ue.

19. ſi ſanguis effluxerit] lege, ſed ſanguis fluore quopiam. i. præcedẽte: excluſa enim lapidis ſuſpicione, rimandæ ſunt grumi, puris, crudis humoris coniecturæ: ſpecies enim ſunt coarctatoriæ obſtructionis. Duas autem occaſiones grumi recẽſet: ſi veſica vlcerata eſt, potuit fluẽs ad vlcus ſanguis concreuiſſe, etiam ſi fluor cum vrina nõ appareat ob exiguitatem: citra vlcus autem veſicæ & colis è ſuperioribus vel è vaſis ſanguis fluens, coniecturam præbet, concreuiſſe portionem aliquam intra veſicæ inanitatem refrigeratam.

20. Sic etiam vbi] obtento morbi genere, id erat obſtructus colis, inueniendæ differentiæ obſtructionis, per ſingulas coarctatorias obſtructiones diſcurrit Galenus: & inuenta quidem alicuius ſpeciei coniectura catheterem adhibet, vt ex eo quod cuſpidi inſtrumenti adhæſit coniectura in ſcientiam euadat. ſed detur, nullius coarctatoriæ apparere in ęgro argumentum, magis eſſe quod inclinet in carnoſæ obſtructionis, quæ ſecundo loco propoſita eſt, ſuſpicionem, ne tum quidem inutilem eſſe catheterem ait ad ſcientiam, quod hiſtoria confirmat. Inducit verò carnis ſuſpicionem vlcus internum colis aut veſicæ, quòd non repente ſecuta eſt vrinæ retentio ſed paulatim, ſicut ſi repente, argumentum eſt grumi non carnis. curando autem huic obſtructionis generi noſtra ætas artificioſum excogitauit remedium, quod Andreas Lacuna literis mandauit. propria opera.

21. Percuſſus ergo] meminiſſe oportet in retentæ vrinæ ſymptomate, conſideratione & ſignorum exploratione, deuentum eſſe ad cauſam obſtructi colis, vertiq́ue in quæſtionem, qualis ſit obſtructio: fingatur itaque non eſſe coarctatoriã, non carnoſam, ſupereſt attenuatoria à veſicæ tumore orta: illius præſentis coniecturas aliquot recenſet, propoſito in medium vulnerato Mytilenis adoleſcente, de quo paulò antè meminerat.

Ætius lib. 4. 42. & lib. 11. 27.

22. ſemen appellatur] ita vertũt perinæon nonnulli interpretum. eſt autem perinæon pars inter teſtes & ſedem media: ſanior interpretum pars verti interfemineum, ſunt enim femina internæ coxarum partes, ſicut femora externa, & interfemineum medius inter duo femina locus.

lib 3. 2.

23. Proinde fieri] latiùs oſtendetur infrà empiricam artis traditionem ad frequentes morbos, qui videlicet concurſum ſymptomatum ab illis conſcriptum planè continet nil cõcedere aut inferiorẽ eſſe, breuiorem autem ea quam ſequimur

dogma

dogmatica: sed quoniam falsum est in occurrentibus ægris omnibus apparere concentum illum symptomatum, sed vno tantùm aut altero manifesto facto, reliqua indicia latere, in quibus omnibus morborum generibus attonito & stupente empirico, dogmaticus artificiosam coniecturam, saltem simplicem habet, quã sequutus morbum vestigat & inuenit: Ideò explosis empiricis sequitur & extollit, non solùm hic, sed & paulò antè in operis initio, sicut & in proœmio libri secundi.

3.therap.3.

Erasistratis concilium hortãtis medicum, cui cordi est morborum omnium & occultarum sedium agnitio, vt non soli fidat experientiæ empiricos securus, sed rationem exerceat in dogmaticorum libris potissimùm in agnitione humanę compositionis, nec tamen quoniam cõcedimus, imò & consulimus rationis exercitia esse amplectenda, ideò amittẽdę & in artẽ recipiendæ sunt, de nominum proprietate, difficultates nec agnitionem neq; curationẽ variantes, in quo frequẽter Archigenes peccat, sicut neq; maiorum nostrorum cauillatoriæ & instantaneę, & quas contentiosè tuearis sentẽtiæ difficultatesque: si enim etiã necessariis artis difficultatib. breuẽ existimauit humanam vitam Hippocrates,

1. apho. 1.

quomodò non turpiter ad tam multa parerga & inutilia deflectet? Seruari ergo oportet in medicina, quod Galenus cum summa laude obseruat eam docendi & disputandi mediocritatem: vt nec rationis exercitia cum Empiricis abdicemus, neque dialecticas quæstiones exercendi ingenij & rationis gratia, cũ Archigene & sophistis medicis in medicinam admittamus.

24. fieri enim videtur] Lege, fieri enim ipsam.

25. actionem esse læsam] Cùm agens & actio ceu ad aliquid sibi respondeant, putabant se rectè concludere: agens est omnino illęsum: ergo & actio.

26. tanquam medica] quantopere derideret Galenus nonnullos, qui modò insolenter extolluntur in doctissimos medicos, quoniam vtãtur verbis vel Arabicis vel parum propriis!

27. actio & societas] Suprà capita anatomicæ cognitionis, ad notitiam affecti loci conferentia memorauit multa: quibus hic adiicit societatem & situm: sæpiùs autem societas partis ad partem, positionis vocabulo etiam comprehenditur: prętereà quæ suprà memorauit, nec distinxit actionem & vsum membrorum, hic separat.

Vsus & actionis discrimen.

28. Actio enim] Discrimen actionis & vsus, ex hoc loco & nonnullis aliis duplex intelligitur, & quia actio in sola est operatione, vsus etiam in membri ocio intelligitur, & quia actio solius est in organo principis partis similaris, vsus reliquarum omnium.

17. de vsu. 1. 7. ther. vlt.

29. admodum exiguam.] nam & in vtre residuos liquor exiguus sine manuum compressione exprimi non potest.

30. obliquæ implantati] Si perforarent recta vreteræ vesicæ fundum, compressa vesica remitteret ad renes, vnde defluxerat, humorem: id quod impedit obliqua eorum implantatio.

6. de vsu 19.

Colligendum autem ex hoc loco est, non modò in aliis à principè partibus vsum inquiri nõ actionẽ, sed etiam in habitudine ipsa principiis dempta ea ad quam operatio refertur: nam Crystallois princeps in visu pars actionem præstat visionis sua illa substantiæ temperatura: quò fit vt magnitudo, vnitas, lenticularis figura, situs in humorum medio, non sint illa quidem frustra, nec verò visionem edant, sed sola substantiæ temperatura, reliquis illis Crystalloidis dotibus eodẽ modo vsum visioni aliquem afferentibus, quo humores reliqui & membranæ oculi partes non principes: in vrinariis verò instrumẽtis sola vesica actionem edit vrinæ mittendæ non figura, aut situ, aut temperatura, sed rotundorum villorũ ministerio: illi ergo villi in opere agunt: reliqua vesicę habitudo confert, & commoditatem quandam operi fert, non aliter quàm reliqua vrinaria instrumenta, vreterę & fistula vrinaria, quam colem vocant.

31. de affectu iam partibus] Lege, de his quæ etiã num patiuntur partibus: nam ea quæstio secundo loco à veteribus excitata, non sumebat cen confessum partes quæ consentiunt aliis, ita vt nõ requirant prouidentiam consentientis, sed sola curatione partis primario affectę cessent, affectas esse, imò hoc ipsum quæstio erat, num tales partes nuncupandæ essent affectæ nec ne. Demùm proponebant, num affectio quãdo fit, sit, nec ne: quam paulò pòst vtiliter expediet citra disquisitionem de appellationis proprietate. Interpretabantur verò fieri quandiu nulla indiget consentientis partis prouidentia.

32. Idq; multo magis] Eorum opinio qui talia negabant esse affectus, vmbras affectuum esse concedebant, multò probabilior euadebat eorũ exẽplo, qui imaginationibus oculorum ex ventriculi humore infestabantur, conscendẽtibus enim ad caput halitibus, & sequente cephalalgia, non absurdè posset appellari affecta pars quæ dolebat & symptomate violento tenebatur, at oculi nullo alio morbo, sed nec dolore oppressi, solas sentientes imagines quæ per oculos & ventriculi humore halituoso obuersantur, quomodo consentanee dicentur ægri? cùm euomita bile confestim cessent visa, & ne eo ipso tempore, quo durant, breui, quicquam mali oculi perpetiantur.

33. instruemus.] τεχνίτας, artifices reddemus. Insinuat medicum oportere, rerum non verborũ controuersias dissoluere.

34. Igitur quemadmodum] A supremo genere orsus, cohibitę vrinę nullum membrorum indiscussum relinquit Galenus, ne fortè ad id vnũ, quod reliquisset necessariæ crederentur propositæ ab Archigene difficultates.

35. Ergo necesse est] In superiore exemplo tumentis vesicæ colligebat sub diuinctione vel expultricis infirmitatem, vel viarum obstructionem: hic, quando ex vacua vesica intelligitur malum, esse in superioribus membris vrinariis, inferre oportuerat vel infirmari vim renum tractricem vel obstructos esse meatus aut renum aut vreterum: sed ideò non infert, quoniam excretio vrinæ, ceu valida quædam operatio, in totum cessare potest ob expultricis infirmitatem: delationem verò fieri quod vel sua sponte delabitur in totum cessare propter tractricis, quæ in renibus est, imbecillitatem, ita vt nulla excernatur vrina, meritò ceu inopinabile membrum reiicit, licet possit ea imbecillitas serum in vasis, dicente Galeno, aceruare. colligit porrò ex corporis indiciis abundeat ne crassi succi obstructionis auctores in homine, an magis lapidis. 3. cau. symp. 2

36. Sophi

36. Sophiſtas valere.] Cùm, inquit, non omnis morbus & locus internus præſter certa ſui indicia, ſed multa ſolas coniecturas, à quibus cũ multa diſquiſitione & labore conãdum eſt accedere ad loci affectuſque ſcientiam, turpiter per ſe longam & difficilem tractationem oneramus difficultatibus alienis: numerat duo earũ genera, ambo vocans ſophiſtica. primum, quæ proprietates agitant verborũ & dialectici ſunt nõ medici, quarum exempla præceſſerunt: alteras medicas illas quidem, ſed, quia experimentis manifeſtè atque perſpicuæ euadunt, ſophiſticum eſſe putat Galenus eas ceu dubias rationibus agitare. quemadmodum enim priores illæ quia in opere curationis, quod vnum quæritur, excuſari poſſunt, ceu ſophiſticæ reiiciuntur: ita quęcunque diſſectione & experimentis manifeſtam veri cognitionem habent, quicunque propter rationum difficultatem, in controuerſiam vertit & agitat, Galeno iure ſophiſta habetur: vt qui propter rationis in videndo obſcuritatem dubitat, num aliquid videatur: aut num moueatur, propterea quòd motus eſſentia latet: vel cum Aſclepiade adhuc non fatetur, veſicam ſuſcipere à renibus tractum liquorem, per vreteras, quod diſſectio, & vreterum in veſica implantatio mõſtrat. quominùs Aſclepiades opinari debuit, num fortè eſſet vrina corporis ſudor ab vniuerſa cute in veſicam defluens: nec minus ſophiſta eſt, qui viſu edoctus neruorũ à cerebro exortum, adhuc Ariſtotelis rationibus nonnihil tribuens, animę principem facultatem, quæ per neruos toti communicatur, in corde ſitam eſſe diſputet, cum Archigene.

Sophiſticæ difficultates.

3. natura. 13.

infrà lib. 3. 4.

37. & Archigenes ſanè.] Lege, & ij ſanè qui ex Archigenis familia ſunt, ab hac opinione haudquaquam manifeſtò recedere fereotes.

In enarrata verò ſerie expendenda eſt & diligentiùs veſtiganda Galeni mens, acerrimè ab eiuſmodi quæſtionibus ſæpiſſimeq́; dehortantis, eo maximè quòd videtur plus operæ in eis refellẽdis locare, quàm earum requirebat ſolutio non eſt autem leue dogma nec protritum, quòd tantus auctor tam crebrò inculcat: ſed bonam partem tradendarum de rebus diſciplinarum complectitur. cùm enim, non tantùm in medicina, ſed in reliquis etiam diſciplinis, quæſtiones proponantur de rerum ſubſimilium varietate internoſcanda, in ea ſiquidem ſubſimilium intelligenda differentia rerum cognitionem veri Hippoc. auctor eſt, ita ferè tradi ſolet, non à triuialibus tantùm auctoribus, ſed & ab Ariſto. ipſo, vt inquiratur rerum numerus affinitate quadam iugatarũ: attexatur verò diſputatio de nominibus quæ numeratæ rerum varietati reſpondẽt. Cúmque ita ferè vſu veniat, vt ob imponentium nominum imperitiam, & vulgi quod ſemel impoſita recepit, non reſpondeat receptorum vocabulorum numerus & diſcrimen, rerum exploratis ab artifice differentiis, cogitur is qui docet multa ſurſum & deorſum agitare, & ex indoctæ plebis vſu pendens (vnde enim ſi plebem excipias, nominum ſignificata rimetur) expiſcari, quod cuique rerum differentiæ nomen aptiſſimè quadret. quæ docendi ratio plurimas adfert diſcenti incũmoditates. nã cùm ea inquiſitio demonſtrationis capax non ſit, dialecticorum argumentorum copia citra vllam rerum cognitionẽ ſcatet, & propter incertitudinem tædij plena eſt: præ

lib. de iis quæ in medicat. 1.

Hominum agitatio quoúſque.

longitudine autem ab vlteriore neceſſarium rerũ diſquiſitione remoratur. Euidens exemplum eſt, quod Ariſtoteles in procemio Metaphyſicorum diſquirit, ſitne metaphyſica ſapientia. cùm enim facilè ſit ſeparare numerareq́; veridicos intellectus habitus, & eorũ diſcrimẽ mutuò proſpicere: vbi accedit huic de proprietate vocabulorum, per quæ ſignificantur, diſputatio, & qui vocabulum ſapientia à ſcientia, arte, prudentiaq́; diſcrepet, curioſa indagatio in longum excurrat oratio neceſſe eſt, afferanturq́;, quod Ariſtoteles facit, vulgi opiniones & ſententiæ de eo, cui ſapientis nomen tribuunt, vt ita conficiatur quod cuiq́; veridico habitui nomen potiſſimum congruat, à quibus diſſentiens Galenus tum alibi, tum libro Epid. 1. ſummopere conatur medicos quibuſcum agit (idem autem reliquis diſciplinarum auctoribus obſeruari cupit) eò adducere, vt à verborum conſideratione ipſam rerum eruditionem ſeparent & diſiungant, non quaſi rerum eruditio citra verba tradi poſſit, licet id euitandarum de nominum proprietate difficultatum gratia, potiſſimùm expetendum eſſe Galenus putet, ſed quoniam hoc vitari non poteſt, res quidem grauiter & certò agnoſcatur ſecernaturq́;: Iam verò cognitis, nomina imponantur, ſi conuenit, inter omnes vſitata maximè & vulgo recepta: Si non conuenit, quæ is dat cum quo diſputatio initur, vel certè concedat nobis, iure & arbitrio noſtro de illis conſtituere, demum pax citò componatur, quòd ſi fortè in ampliorem controuerſiam procedit vocabulum, abſcedendum ab eo eſt, & res iam cognita circumloquio explicanda, ne vita ſua ſponte breuis, ita nulla ſit ad artis perfectionem. Ita enim Plato in Timæo pollicebatur, doctiores nos ad ſenectam peruenturos eſſe, ſi eiuſmodi quęſtionibus valefecerimus, & temporis parci rerum agnoſcendarum auidi, verborum contemptores ſimus & liberales. habes huius inſtituti traditioniſque ſoluendarum quæſtionum apertum in hoc loco teſtimonium, vbi neglecta ea diſputatione, num coles impactum habens lapidem æger dicendus ſit necne, & vrinatio læſa, an impedita, affectionum integra cognitio curatioque monſtrata eſt. habes & primo de morbis vulgaribus, de febribus omnibus tertio die exacerbantibus, exactam breuemq́; citra nominum diſceptationes doctrinam, ablatis nominibus tertianę cõtinuę, cauſi, ſemitertianæ: in quorum diſceptandis ſignificatis multi integros libros & cõfecerunt, & cõficiunt modò. Nondum enim perſuaſum omnibus eſt vtiliſſimum Galeni, quod explicauimus, inſtitutum. Quoniam verò concedit Galenus, vt poſt rerum examen etiam vocabulorum per ocium, ſi placet, inquiratur ſeruenturque proprietates, id in propoſita difficultate præſtemus. Igitur dum rogant, ſitne actio vrinationis in dato homine læſa propriè, an impedita, ita differendum eſſe videtur. Cùm quidpiam ita vnam aliquam è functionibus tollit, aut vitiat, vt noſtrum ſit illud pro arbitrio abiicere, & è medio tollere, impedire, non lædere functionem dicetur, vt compedes impediunt pedes, pondua humeros: cùm verò in noſtra id ſitum poteſtate non eſt, lædere, quomodo reſolutio greſſum, febris appetentiam lædit, cumque impactus coli lapis non ſubſit noſtro aut imperio aut volũtati, quin dolorem nonnunquam & mortẽ conciliet,

ſect. 3. com. 5.

1. diff. pul. 4.

3. diff. pul. 1.

li. diff. ſymp. 4

ſect. 3. 5.

Læſę actionis & impeditæ diſcrimen.

lædere

lædere dicetur, non impedire vesicæ munus. Iam de altero, est ne coles ipse æger, an magis mea se continet noxæ causam ipse superstes? sanè quidem, si vnum esset morbi genus, quod in temperatura substántiáque membri spectatur, nullo coles morbo teneretur: quoniam verò est & alia sanè constitutionis portio, quam compositionē nuncupamus, cuius nomine meatus patentes esse oporter, qui modò occlusi sunt, æger constituitur coles. Ita effectum est, vt obseruata verborū proprietate & actio vrinationis læsa, & coles affectus ægerque dici & possit & debeat. Cur itaque quæres, eloquētissimus Galenus subterfugit breuem hanc propositarum difficultatū expeditionem? Scilicet, gloriosiùs vincit, dum nulla parte aduersariis cedit, & opere monstrat perfici citra eas controuersias medicum, eò tendit quòd aliquando vir summè Atticus improbato ab Atticis nomine per solœcismum vtitur docta illa negligentia, quam data opera se committere testatur, indoctam Atticorum diligentiam condemnans.

2. aliment. 27.

Succedit de vrinæ generatione inquisitio. nam quòd in renibus primam habeat à succis alimēti separationem, & oculis apparet, & Galeni in hoc loco testimonio; vbi tamen primam adipiscatur essentiam generationemq; in, nō item. tres autem video fusiùs de coctionū numero, in quibus generationem vrina obtinet, sententias. Auicena secutus manifestum membrorum coquentium discrimen quatuor recenset quarum primā ventriculo, alteram iecinori, tertiam vasis, vltimā membris omnibus tribuit. Actuarius & ipse in numero cum eo conueniens dissentit in coctionū organis: considerās enim aliquāto artificiosiùs in hepatis cauo venæ portæ trunculo in plurimas mesaræi venas propagatum, nec cohærentem cum altero in hepatis gibbo; quem cauā appellant, germinantem & ipsum diuisumque in vniuersa corporis vasa; secundam coctionē hepatis cauo cum vasæ portæ tribuit, tertiam gibbo cum cauæ propaginibus. quæ sententia eo fit credibilior, quòd vtrobique separātur certa quędam & definita alimenti excrementa, tanquam è duabus, non vna alimenti elaboratione. nam iuxta portam vesica fellea & è regione lien locata sunt expurgandis duabus illis bilis speciebus, quæ secunda illa ebullitione succreuerunt: non longè verò à caua emulgentes in renes cōuehunt vniuersi alimenti iā ante ab vtraque bile expurgati serum. Vtroque diligentiùs rem

Coctionum alimēti numerus.
2. 1. doct. 42
1. diff. vrin. 5

4 de sani. vlt.
3. tempe. 1.
Ratio. 1. 2.

rependisse Galenus videtur ad tres tantùm redigens: vnam enim esse qoę in porta, & meseraicis, in iecore, in cauā & totius corporis venis conficitur ex scopi vnitate ostenditur, & loci, nec nō ex collatione quæ ad primam habetur. cùm enim in his locis omnibus vnius intendatur sanguinis generatio corpus alituri, cur plures credērur coctiones quarum vnum opus, vna coctio est? Deinde licet seposita sint mesaræi vasa à corporis venis, vna est & horum & illorum species & ratio. nec verò hepar ipsum sanguinem præter vasa conficit: tantū accedit venis eo loci non leue ex iecoris carne ad gignendum sanguinem auctuarium: Cúmque loca illa forma & natura non separentur, in vnam conspirabunt omnia sanguinis effectionem secundæ coctionis opificiū. Idem verò etiam ventriculi ostendit similitudo. quemadmodum enim illic alimentum etiam in ore & gula nonnullā ad succum mutationē suscipit, recipit verò in ventriculo, perficitur in intestinis; nec proinde in plures à quopiā seiuncta est alimenti in succum conuersio, sed ventriculo ceu fonti tributa inde in citeriores, vlterioresque partes commigrat: non aliter, quæ sanguinem efficit, officinam habet & sedem hepar; vasis verò & antecedentibus & consequentibus consensua lege cōmunicat: vna tamen in iis omnibus coctio.

IVNGIT Galenus de vrinæ & retentione & excretione tractationem paulò obscuriorem, ex quibus retentionem animale opus esse ipsa docet vesicæ constitutio: cuius circundat collum constringens musculus toto retinendæ vrinæ tempore contractus & operans. excretio verò naturale expultricis vesicæ opus est, animalis autem facultatis intercessatio, non operatio est: nisi fortè, quod quandoque Galeno placuit, per accidens animale opus fateamur esse, quoniam non exercetur nisi accedente animalis facultatis nō opere, sed ab opere ocio; sitque per se animalis operatio, quæ ab operante animali pendit facultate; per accident, quæ à cessante eadem & ab opere feriante: non aliter quàm in naturali respiratione per se animalis opus inspiratio est, per accidens expiratio. Id autem ita sentiendum est de vi, quæ perpetuò & continenter excretionis opus exercet in vesicæ corpore sita: ea enim, quæ frequenter illi accedit in abdominis musculis sita, planè animalis est: similiter & qua residuum id vrinæ qood in pene relictū eiaculatione quadam propellitur. quæ verò totam vrinam semper excernit naturalis est, non animalis, per se & primariò. animale autē dum negamus, voluntarium non tollimus. si enim definitur motus voluntarius is qui expectat necassariò antecedens voluntatis imperium, constat, cùm dormientibus nulla sit voluntas, sicut neque aliæ intelligentis principij functiones sunt, non adesse voluntarium vllum motum, non est igitur retentio excrementorum voluntarius motus, sed excretio, quam in sano habitu necessariò voluntas præit. Ne ergo vocabulorum innouentur significata, purgationes excrementorum ita negētur esse animales functiones, vt cōcedantur voluntariæ; retentiones ita animales operationes esse fateamur, vt voluntarias esse diffiteamur: nam meiendi munus voluntarium est vesiculæ. Si quando verò Galenus cum multis aliis ex voluntatio animale colligunt, aut è conuerso, confundunt illa & pro eodem accipiunt significato. Meritò itaque & in hoc loco & infrà libro sexto colligit Galenus fieri non posse, vt resoluta vesica vrina cohibeatur, sed vt pręter voluntatem exeat. si enim animalis operatio retinebat, non excernebat vrinam; resolutiò (ea est animalis facultatis ablatio) retentionem vitiabit, non expulsionem. Est tamen quibusdam coërcenda limitibus & temperanda, vt perpetuæ veritatis sit dicta sententia primùm vt resolutio vesicę ad retinendam vrinam vim habere non credatur, non musculorum abdominis resolutio: cùm enim abdominis musculi excretionē promoueat, constat eorum resolutionem excernendæ vrinæ fore incommodam. Sed cùm dicente

Vesicæ excretio qualis actio.

lib. de mot. liquid. 2.

de dissect. instr. vocal. 2.

capite. 4.

hìc Galeno non necessariò accedat eorum munus, sed tantum vbi vrina pauca est, vel vesicæ naturalis expultrix infirma, rarum est vt paralysis ischuriam committat; neque ea tamen si quãdo accidit, vesicam infestat paralysis sed ventrem. deinde vt de tota vrinæ excretione accipiatur. nam quod exiguum in fistula vrinaria vltra musculum circundantem continetur, contracto circundante musculo ab animali vi pellitur; & ea resoluta vt non possit cum impetu pelli necesse est. Addendum item est, resolutionem facultatis ex arbitrio mouentis vrinationem nõ impedire, sed alterius animalis, sensificæ nempe facultatis. Et enim expultrix licet naturalis & naturali quadam appetitione noxium abigens feratur ad se exonerandam, vbi vesica tumuit; multò tamen vehementiùs instigatur accedente per neruum vi sentiente, cuius ministerio vel ab vrinæ acrimonia morsa, vel à copia distenta vesica in excretionis opus excitatur: & qua deficiẽte plurimum deficiat à pristina vehementia oportet. In quem sensum apud Aëtium legitur & Paulum, quin & apud Galenum ipsum libro sexto, vesicæ resolutionem vrinæ nonnunquam tarditatem retentionémque inducere: sed vt ij authores expositionem dictam recipiunt, ita non admittit Auicena, cuius verba aperto testimonio sunt, eam illi mentẽ fuisse, vt vrinatio lenis illa & tarda expultricis vesicæ naturalis munus esse credatur; iaculatio verò quam sæpe festinã, continuã nonnunquam, aliquando intermittendã patamus, ex musculi opere pendeat. putat enim resolutam motricem lacerti in vesica vrinam remorari; agnoscique eam resolutionem in causa esse, quoniam exit vrina, sed paulatim & sensim, non cum impetu & iaculatione. Quod quàm recipiendum non sit ex dictis manifestum est. Neque enim illum tuetur interpretum quorundam inuentum, qui, dum excusare se putant, in errorem inducunt. Fingunt enim circundantis musculi actiones duas esse; vnam validiorem qua contrahitur in vrinæ retentionem; alteram remissiorem qua modicè ad exitum laxatur: ita fieri vt læsa sphincteris cõtractione nõ retineatur vrina; læsa distentione non exeat. cõtra quos ostensum est in opere de motu musculorum vnam esse musculorum omnium actionẽ, contrahi; laxari verò tum cùm ociatur vis & ab opere cessat. quo fit vt per integram cessationẽ, quæ paralysis est in totũ soluta eius musculi cõtractione liber sit, non impeditus vrinæ exitus. Legitur verò apud eundem authorem non admodũ dissimilis locus, in quo colo intestino paralysim tribuit. qui & ipse à multis explodi solet, quasi fingens in colo musculos resoluendos qui nulli sunt. à viro autem doctissimo Leoniceno in iudicium trahitur, & tamen quem absoluendũ putat absoluere recusat: cùm constet eam sententiam ex Paulo desumptam esse referente colicum dolorem sua tempestate vagantem fecisse in paralysim commutationem, qua motus quidẽ peribat, sed sensus incolumis seruabatur. Is locus librarij vitio pro paralysi habet apud Auicenam coli paralysim. vniuersa enim partis vegetantis in animali organa prudentissimo consilio ita à natura constituta sunt, vt quoniam etiam plantis sensu motuque priuatis communia opera exercent, soli insitæ naturalique facultati suæ relinquerentur; non motu, non sensu fungerentur: vt vni in plantis animalibúsque functioni eadẽ vis præsideret sed quod alibi solet, neque in hac parte natura præterit, vt id quod ad vnũ quempiam vsum semel creauit, ad nõnullos alios vsus vtiliter deflectat & accommodet: cúmque animalibus iã sensum motúmque tribuisset, alitionis organa ea facultate etiam ex parte donauit. nam extremis illis orificiis & qua cibus potúsque alendo corpori suggeritur, & qua excremẽta illorum duo succum & humidum purgantur, veluti ianitores quosdam musculos præfecit, qui pro occasione & arbitrio non finerent attractricem expultricémque naturales perpetuo, quod in stirpibus faciũt, in opere esse; sed reliquo tempore feriari, per quædam autem interualla temporum corporis necessitati inseruire, vt maiore parte animalia præstantioribus illis agnitionis motionisque munus fungerentur citra alimenti molestias; minore vegetando corpori incũberẽt. sensum verò mediis illis organis ventriculo & intestinis contribuit, vt naturalis vegetantis potentiæ sensus multo esset animali iunctus ad attractiones repulsionésque concitatior & acrior; quem non solùm innata doctrina præstaret, sed ex tempore sensario percepta admoneret. quo factum est vt alimenti organa in stirpibus neutra harum vitium donarentur: in animalibus mediæ partes sensu, extremæ etiam motu. Inter quas cũ colum intestinum non numeretur, resolutionem motricis facultatis pati non potuit.

Aët. lib. 11. 24.
Paul. li. 3. 45
Galenus lib. 6. 4.
Au. c. 16. 3. 6. & 7.
Nicol. serm. 5. tract. 10. c. 11.
libro 1.
16. 3. tract. 3. 7.
lib. de errat. in med. 3. 27.
Intestina musculis carent.
ib. 3. 43.

SECTIO SECVNDA.

QVÆLIBET in animantis corpore actio peculiarem habet particulam, per quam perficitur, eoq; actionẽ lædi necesse est, instrumẽto ipsam efficiente 1 quomodolibet affectio. Atque interdũ adeo facile affectus soluitur, vt simul, atque opifex causa fuerit separata, ipse quiescat: interdum tãta est soluendi difficultas, vt diutius permaneat, causa 2 etiam ablata. Accidit autẽ nonnunquam vt efficiens causa pertransiens, non 3 firmum in particula faciat affectum, quem Archigenes cũ vmbra affectus comparat: veluti cum suffusioni similia quadam oculi imaginantur, collecto in ore vẽtriculi tenui excremento: vnde vaporibus quibusdam in oculos subleuatis, in eos visifica facultas incidens, ijsdem imaginibus, quibus per suffusiones, afficitur. idq; maximè euenire solet ijs, quibus oculorũ humor exquisitè purus est, aut visifica facultas quam facillime sentit. Eandem ob causam, vbi sanguinis fluor, aut vomitus per morbos expectatur, huiusmodi accidentia interdum apparent, de quibus 4 Hippocrates in Præsagijs hunc in modum scripsit: Si cuipiam, inquit, in non letali febre caput dolet, aut ante oculos obscura quædam obseruantur, cardiogmos (.i. cordis seu oris ventriculi morsus) accidit, is bilem euomat. Ac 5 paulò post: Quibus verò in huiuscemodi febre caput dolet, oculi verò obscuras illas imagines non vident, sed caligatione hebetantur, aut splendentia quadam ipsis obijciuntur, ac pro cardiogmo, in alterutra parte præcordia tenduntur, neque dolore, neque inflammatione infestante: ijs pro vomitu sanguis è naribus effluet. Hæc est verborũ Hippocratis series, quibus docuit sæpenumero contingere, vt, ab humoribus sæpius in ventriculo collectis, imagines quædam oculis obijciantur. 6 Quòd si nihil omnino ab humoribus ascẽdat

ad

ad oculos,nullum huiusmodi accidẽtium euenire solet, quemadmodum, vbi neque vel ad aurium vel narium meatus,vel etiam ad linguæ corpus, quicquã transfertur.Vnde manifestũ est, quod oportet oculos participes fieri eius dispositionis,quæ ventriculũ infestat, si vidẽdo debeat animal errare.Cũ itaque rursus 7 dicat Hippocrates:Quibus deiectiones biliosæ exeũt,surditate superueniente finiuntur: & quibus surditas præcesserit, desinit,si deiectiones sequuntur biliosæ:quis est adeo demẽs interpres,vt contrahat in huius sermonis enarratione aurium 8 affectum?at tum dicat nasci surditatem,cũ bilis,quæ ante per aluũ vacuari consueuerat, ad oculos efferatur?Igitur semper incipere oportet à læsa actionis instrumento:deinde quærere, quis sit noxæ modus, vtrũ videlicet dispositio iam stabilis ac firma,an adhuc fiens, vt perseuerare antẽ nondum nata sit.Quod si nunc quoque fiat,vtrum causa quæ affectum efficit,in ipsa parte contineatur,an per ipsam transeat, inuestigandum est. Etenim 9 arefacto immodicè humore(quem crystalloidem vocant) perseuerans erit noxa, & essentiæ ipsius proprius affectus.si verò crassus humor in pupilla constiterit,essentia quidam nondum læsa est.verùm accidentis causa in oculo ipso continetur:sed tum per ipsum transire dicitur, cùm euaporans humor consistit in vẽtriculo.Qui verò in partem quampiam tunc solùm arbitratur esse affectam,cùm in essentia ipsius permanens fuerit dispositio:legislatoris munere,qui patriis nominibus propria significata instituit,fungi videtur.Nam vbi vehemens dolor intestinũ infestat,firmato in vna quapiam parte dolore,vt quasi perforari videatur.quo pacto vel nequaquam affici intestinum, aut affectum in ipso non esse quis dixerit?quamuis interdum huiusmodi dolores, excreto vitreo quodam humore, vel vnico temporis momento finiantur.Nec verò aliud quidpiam dolorem concitasse putandum est præter humorem excretum.quo enim excreto,illico dolor sistitur,hoc ex cõmuni hominũ opinione,doloris causam censeri par est. idq; ob naturale quoddam axioma,(id est,enunciatũ) quod ex seipso ab huiusmodi causarum dignotionem, fidem habere videtur.Id enim quo tangente afficimur, & quo separato statim cessat affectus,causam esse apud omnes homines in confesso est.sic enim & ignem vstulationis, & gladium sectionis causam esse credimus: atque de singulis aliis similiter dicendum est. ergo vacuatum humorem, infestioris mali causam fuisse,quo tempore in particula continebatur, putandũ est. sed,an ob id,quòd vehemẽter infrigidat,aut calfacit,aut in totũ per intemperaturã locũ afficit, aut quia per cõtinuas partes transit, aut ad excretionem vi quadam excitans aut ob flatuosum spiritum ab eo exortum, qui continentem partem extendere potest, aut quia violenter impactus est, aut quia erodit, & mordet.nondum ex euacuationis ope manifestum est.quippe id solùm constat,quòd cùm continebatur,molestiam inferebat.igitur non solùm putare oportet,huiusmodi humorem esse causam doloris:verùm partem quoque, in qua continebatur, illo tempore affectam, quo ob humoris præsentiam dolore cruciabatur. Sic etiam affici aliquẽ dicimus,cùm aliquid extrinsecus incidit,vel calefaciẽs, vt ignis: vel refrigerans,vt nix:vel contundens, vt lapis, quo separato protinus finitus fuerit affectus,nemine propter hoc dicente partem non fuisse affectam, quòd in ipsa nulla sit relicta dispositio.

ANNECTIT alterum doctrinæ,quam quærimus,elementum,nempe ex læsa actione inueniri affectum locum,iungens affectuum diuisiones, quæ & cognitionẽ variant & curationem:ac primum trimembrem diuisionẽ Archigenis in mediũ affert:de qua & disceptat.Inde §. Igitur hoc vno,eãdem diuisionem artificiosius, & operi vtilius proponit. Tertio, §. Nunc verò rursus,reliquas affectuum varietates annectit.

1. *Quomodolibet affecto*] pronunciatũ hoc scopo operis vtilissimum,ceu omnibus confessum, sumit Galenus. Si est cuique actioni dicatum in corpore organum,quo valente sana prodit, consequens est,vt vitiari nequeat actio,nisi à sanitate deficiat & mutetur organũ. id vocat quomodolibet affici.Neque enim propter Archigenem sumere potuit organum esse passum vel ægrum edens vitiatam operationẽ:siquidem ea erat Archigenis logica contentio,fieri,nonnunquam,vt actio læderetur organo non habente passionem, sed eius solam vmbram; cùm videlicet aliunde pendet læsionis origo.idcirco id sumit in antecedẽte quod nemo negabit,quomodolibet affectum esse organum,cuius actio læsa conspicitur.

2. *Causa etiam ablata*]abundant illa verba.nam & facti affectus sæpe causa destituuntur.

3. *Non firmũ in particula*] lege,nõ hærẽs parti.

4. *Hippocrates in præsagiis*] libro 3.32.

5. *Ac paulò post*] 3.præsag.35..

6. *Quod si nihil omnino*]ostẽdit prima ratione ex authoritate petita, in omni triplici specie læsæ actionis,organũ agendi pati. Si enim fit in tertia specie,de qua non concedebat Archigenes, organũ particeps noxiæ causæ aliunde. accedentis, nimirum patitur: Si non fit, cur magis læderetur illius,quàm aliarum in corpore partium actio.

7. *Dicat Hippocrates*] 4.Aph. 28.legenda est autem tota sententia, ita vt eam suspendas ab eo initio(*quis est adeo demens*) vsque ad (*efferatur*) ,neque,quod quidam faciunt, pro oculos, aures legendum.

8. *Aurium affectum*] *πάθος* vertit perpetuò interpres affectum.Colligit autẽ Galenus ex Hippocrate sic,si surditas, ergo aurium passio:atqui surditas,ex commigrante humore nascitur: igitur & passio.

9. *Etenim arefacto*] producit in medium oculorum status tres,per quos vidẽdi actio vitiatur, respondentes tribus Archigenis differentiis.primus glaucoma dicitur,albescẽs glacialis mutato propter substãtiæ arefactionẽ colore:alter verò suffusio cõcreto intra albugineum crasso & opaco humoris halitu: tertius imaginum visio propter vapores à ventriculo ad cerebri membranã ascendentes,& ob venæ cum illa cerebri continuitatem mox ad oculi pupillã delapsos, & substantiæ suæ opacitate intra albugineum iudiciũ visiliũ interturbãtes. Ex quibus primus ferè curationem non admittit, alter difficulter admittit, tertius promptissimam habet expeditissimamque bilis ex ventriculo vomitum. Sed quomodo docet proniores ad eam delusionem esse eos qui puriore constant albugineo,& vi cernẽdi magis valent? sequitur enim deteriorem esse actionem instrumẽti melioris. Meminisse oportet quod libro Artis medicæ ostensum est nõ esse in vniuersum præferendam in quouis genere actionẽ absolutè acutiorẽ validioremque. Cùm enim sanitatem perficiant operationes nonnunquam aduersæ vt tractio, & pulsio: sic discretio

Cap. 8.

ſunt, quæ in fuſo homine & Aſiatico compendium cõponente accuſes: remittere lectorẽ ſæpè ad alios libros, indicis eſt, non compendij. Breuiſſimũ eſſe in agnoſcendis, & curandis morbis, longiſſimum, in ſanitate agnoſcenda, non conuenit. Illa verò multa rerum repetitio, & verborum alicubi copia, & poſt ſimplicia omnia compoſitorum ſingulorum perpetua traditio, à compendij ratione aliena eſt. Iam numeroſa illa diuiſionum membra, non rarò, confundunt magis, quàm expediant rem. Quæ animaduerſiones liberum animum oſtendunt, & vni veritati vacantem: non docent ingratos eſſe nos magnis magiſtris & diſciplinarum inuentoribus.

Finis Commentariorum in Artem Medicam.

COMMENTARII

IN CLAVDII GALENI LIBROS SEX DE LOCIS AFFECTIS.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

NON solùm obtinuit consuetudo, sed etiam explicandi ratio cogit, vt in operis ingressu, quæ lucem lectioni præbeant, præmittantur, quod sit libri institutum & scopus, quæ vtilitas, quis in arte locus, tituli interpretatio, tractatus diuisio, quæ neque sine errore omitti, neque sine culpa extendi possunt. Ergo (vt breui [Libri scopus.] *attingantur) scopus ita se habet. Medicina prima illa & suprema partitione in significantem partem, & agentem distribuitur: rursum significans in inquisitionem præteritorum, præsentium, futurorum: Ipsa præsentis affectus indagatio, vel locum laborantem inuestigat, vel* [Artis medica cap. 7.] *affectus speciem & qualitatem, vel postremò causam: nisi enim de affectu tria hæc explorata habeantur, frustra speratur curatio. Ex numerosis verò membris, quæ relata sunt, propositum operis est significationem præstare præsentis affectus, maximè quidem quod facit ad laborantis partis agnitionem, id enim inscriptio pollicetur: propter affinitatem autem materiæ etiam speciei indagandæ affectionis non mediocria adiumenta docentur: nam causæ agnitionem, quæ affectum parit, & partim etiam speciei, ex libris de morbo magis & symptomate peti oportere Galenus ipse paulò infrà auctor est. Ex quo intel-* [Lib 2 in fine.] [Vtilitas.] *ligitur nihil interesse huius libri externos affectus dignoscere, vt qui loci & qualitatis manifestam habeant & visu exploratam cognitionem, solam obscuritatem causæ, quæ inuenienda sit, recipientes, cuius indagationem præsens liber non promittit. Magnifaciendus verò liber est, tum promissi nomine, magni illius & gloriosi: difficillima enim est & diuinationi proxima, dicebat Hippocrates, internarum affectionum, occultarúmque ve-* [Lib. de flatibus.] *stigatio: tum ob auctoris dignitatem. quod enim libro Artis paruæ merito gloriatur Ga-* [Inst.] *lenus, primus ille hanc partem absoluit, & absolutam tradidit prioribus medicis tentatam, non perfectam.* [Cap. 81.] *auget auctoritatis pondus ætas scribentis, testatur enim se iam senio confectum, veteranúmque medicum præsens opus composuisse. Quo verò loco legen-* [Infrà lib 2 c. 3. & lib 4 c. 3 cap. vlt. 1 6.] *dum sit, nō est apertum ob pugnantes locos, quorum alter libro Artis paruæ opus de mor-* [Locus in art.] *bo & symptomate inter significatorias tractationes in postremis locat: alter ad calcem huius primi libri exigit exercitatum lectorem in opere de morbo & symptomate. Sed germani libri sunt hic & ille, ambo simul perficientes, & industrium reddentes, in affectionum agnitione, medicum: neque alter ex altero pendentes, cùm inter se, quod ostensum*

est, diuisa habeant agnitionis munera. In Arte ergo parua iunxit libros illos Therapeuticis, non quasi posteriores ordine præsenti, sed quoniam magis cohærent cum Therapeutica tractatione: hic verò exercitatum cupit in illis, non ad horum lectionem, sed vt ex his sedes intellecta, ex illis cum causa affectio, sufficientem reddant curationi lectorem.

Titulus. *Iam titulus quibusdam ita vertitur, de locis affectis, alijs, de membris passis. Et quidem locos melius vertimus quàm membra, si modò, quod Theodorus apud Aristotelem dixit,* 1. De histo. anim. cap. 1. *membra sunt organicæ tantùm corporis partes: nomen verò loci vel partis latiùs patet, etiam similaria cõplectens, de quibus non est in hoc opere minor, quàm de organis disquisitio: nam loci nomen partes corporis significare liber de Locis in homine inter Hippocraticos abundè magnum testimonium est. Sed non perinde verbum, affectis, quòd recipiatur, dignũ est: affectus enim verbũ vel dispositionis, Græci dicũt διάθεσιν à passione, si in propria* Lib. De different. sympt. c. Therap. 3. *accipiantur significatione, ita distare, ait Galenus, vt permanentẽ qualitatẽ subiectũ denominantẽ, à successiua mutatione: sic albedo ab eo, quod est albescere, & calor ab eo quod est calefieri distinguitur: obtinuit verò consuetudo, vt passio etiam admotus terminum & permanentem qualitatem extendatur, sed præter naturam tantùm: ita dicitur ille calefieri propriè, hic verò pati pleuritidem per abusum. Cúmque libri propositum sit non de solis permanentibus affectibus disputare, quique primariò fiunt, sed etiam eorum notitiam tradere, qui etiamnũ fiunt, & per consensum tantùm infestant, aptè conueniet passionis non affectus appellatio. accedit quòd Græco πεπονθότων respondit passis, non affectis. Præteriti verò voce, passis, vtitur, aut Græcorum more tempora commutans, aut complecti volens etiam factos morbos, per quos membra non iam patiuntur, sed passa sunt.* Diuisio. *Distribuitur verò tractatio in segmenta duo: primi enim duo libri particulatim signorum genera proponunt, quæ ad omnium morborum genera pertinent in vniuersum: posteriores quatuor particularem de singulis locis laborantibus sermonẽ habent complectentem indicia omnia cuiúsque seorsum loci. ita conatur permutato doctrinæ ordine & lectori voluptatem & vtenti exercitationis commoditatem comparare. Ideo autem inter duos ordines antecedit is qui signa partitur, non locos: quoniam est vniuersalior doctrina minus ad indiuiduas partium & affectionum differentias descendens: sed in quinque tantùm summis indiciorum generibus consistit. Vniuersalia autem ordinatæ disciplinæ præponi oportet. Ex duobus, qui primum locum obtinent, prior elementa huius artis ferè omnia & ea incorrupta continet, quotquot ad signorum locos indicantium cognitionem præscire necesse est: alter quicquid de eisdem principijs vitiosè à moribus scriptum est, admonet improbátque, potissimum de dolore, adijciens quæ in priore libro desiderantur.*

LIBRI PRIMI PARTES QVINQVE ITA SE HABENT.

***

Sectione prima ostendit quanta sit anatomicæ professionis vtilitas ad præsens institutum.

Secunda addit elementum alterum eius cognitionis, ex actione læsa petitum cap. 2.

Tertia explicat, qualis sit læsio actionis dicta, quæ morbum indicat §. [*quod si omnino*] in cap. 3.

Quarta numerat indicia & locos laborantes & eorum affectus significantia cap. 5.

Quinta separat notis morbos primogenios à secundariis & per consensum cap. 6.

SECTIO PRIMA.

NON *solùm recentiores medici, sed veterum quoque non pauci, corporis particulas, locos non minare consueuerunt: affectus ipsis euenire solitos, dignoscere studerunt: propterea quòd pro locorum differentia, curationem quoque variari contingit. Sed, quam vtilis ad curationem sit huiusmodi notitia, in eo libro,* 1 *quem de curandi via & ratione conscripsimus, videre est. Nunc verò, quomodo affecta particulæ possint discerni, explicare duntaxat proposuimus. Igitur partes in superficie constituta,* 2 *vna cum affectuum idea seu specie, facile sensibus deprehenduntur. Quæ verò in imo corpore latent,* 3 *exercitatum ratione virum desiderant cùm in partium & actionibus & vtilitatibus, tum vel maximè in* 4 *præcedentibus eas corporum dissectionibus. Quippe hæ nos docuerunt cùm* CAP. I.

alia permulta, tum cuiuslibet partis 5 essentia proprietatem. Corpus igitur quoddam cartilagineum est secundum asperas pulmonis arterias, (quod 6 bronchion appellant) cuius proprietatem, hi duntaxat, qui 7 ipsum viderunt, cognoscere possunt. Id si aliquando tussiendo exspuatur, maximum vlcus vel ab 8 erosione, vel putredine, in pulmone esse existimamus. Est enim & per totum collum inter pharyngem & pulmonem media, talis corpus natura 9 tam grandis tamen vlceratio in ipso haudquaquam fieri potest, quin prius mors animal praeoccupet. In pulmone verò talis fieri potest, vtpote qui ob humiditatem, & facile putrescere, & à vitiosis humoribus promptè erodi consueuit: adde quòd bronchia in ipso exigua admodum sint. Quocirca pars ipsorum putrescere non potest, quin potius totum bronchium reyci necesse est, membranosis vinculis, quae ipsum cum alijs coniungunt, à sua continuitate absolutis. quae sane sunt bronchijs multò celerius afficiuntur. Haec enim & cartilaginea, & dura, & crassa sunt: membrana verò, quae ipsa coniungunt, tenuis & infirma. 10 Quinetiam fructum quoddam vasis, haud ita paruum, tussiendo reyci vidimus, quod ex pulmone fuisse eductum planè intelligebant, qui dissectoriae artis haud erant imperiti. Quotquot enim ad asperam arteriam in collo perueniunt vasa, omnia capillorum ferè speciem referunt. Proinde non solùm essentiae proprietas, sed magnitudo quoque, saepe numero affectum locum haud obscurè indicare potest. Sic enim, cùm intestini tunicam per dysenteriam aluo deiectam conspexeris, sitque & latitudine & crassitudine 11, quae tenuia consistunt, multò maior: non abs re conycies vlcerationem in crassis intestinis consistere. Ita, cùm adolescentulum tussiendo, tunicam lubricam crassámque reycere videremus, coniecimus eam internam esse gutturis partem, quae ligulam (Graeci ἐπιγλωττίδα vocant) constituit: ac sanatus est adolescentulus, quamuis id non admodum speraremus: mansit tamen vox vitiata. Praeterea per essentiae proprietatem, à vesicae vlceribus ea, quae in renibus consistunt, distingui possunt. Scripsit enim in Aphorismis 12 Hippocrates: Si ea, quae cum vrinis excernuntur, lamarum speciem referunt, in vesica vlcus esse, scire licet: si verò carunculis simulentur, id erit in renibus. 13 Neque non à rebus in particulis quibusdam contentis, creberrimè locus affectus deprehenditur. Nam Mitylenus adolescens quidam secundùm sedem vulneratus gladio, vulnere satis profundo, tribus primis diebus, neque cibum neque potum ingressit: quarta verò die, adhibitis prius remedijs, cibum sumpsit, ac bibit quoque; deinde occidente sole, iterum adhibita curatione, vrinae circiter 14 quatuor heminas per vulnus excreuit. cùm antea, ex quo vulneratus erat nihil vrinae reddidisset, tum verò ab onere, quo circa pubem grauabatur, se perfectè liberatum esse dixit. Itaque procul dubio constabat vesicam in hoc fuisse vulneratam. Quemadmodum, vbi stercus per vulnus excernitur, intestinorum alicui vulnus esse illatum haud dubium est. Sic etiam, cùm cibus egreditur, in ventriculo vulnus esse manifestum est. Iam ortum supra inguina 15 panum ac suppuratum cùm medicus incideret, stercus subsecutum, in colo abscessum esse declarauit. Atque in hoc genere continetur spiritus efflatus vulnerato thorace, & sanguis ab arteria profluens. Nam cùm interdum vulneratum corpus sensu deprehendi non potest, ex istam ab his consequimur notitiam. Igitur, vt ex thorace efflatus inter respirandum spiritus membranam costas succingentem vulneratam esse significat: ita sanguis saliendo eiaculatus, arteriam: 16 sed hic prorsus eo, qui ex venis erumpit, & calidior, & magis tenuis, & flauior est. At, veluti horum non incerta sunt nota: sic eodem modo, si aliquando omentum, aut intestinorum aliquod excidere per vulnus videatur, peritonaeum discissum esse nemo ambigere debet. Si verò pulmonis aliqua fibra extremam sui partem à vulnere exerere videatur, thoracem confossum esse ostendit. Atqui nihil refert, siue succingentem membranam vulneratam, siue thoracem confossum esse dixeris. Iam verò ex his etiam, quae adnascuntur, rebus, affecta sedis nota petuntur: quippe res adnascentes 17 essentiae proprietatem obtinent, quemadmodum 18 fungi, si fracto capite meninx, id est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Atque rursus alia proprietas conspicitur esse 20 particulae cuiuspiam vitiatae. Huius praeterea generis est 20 crustula quaedam (ephelcis Graecè vocatur) quòd eius particulae, à qua excerni videtur, vlcerationem protendit: vt vrinae instrumentorum, si cum vrina: spiritalium instrumentorum si tussiendo reyciatur: gulae, ac ventriculi, si vomitione excernatur: quemadmodum, si cum aluis excrementis deycitur, intestinorum aliquod vlceratum esse significat. Est 21 praeterea ex indicijs quibusdam alius notitiae modus, cùm videlicet in alieno spatio aliquid praeter naturam continetur, vt in renibus aut vesica lapis, aut pus in thorace: ex eodem genere censetur & sanguinis grumus (Graecè thrombos) vbicunque contineatur, aut alius quidam humor molestus in animalis corpore genitus, vel 23 extrinsecus ei adueniens.

QVANTOPERE faciat ad institutum negocium anatomica cognitio, edocet. Deinde 5. *Vnde tumorum.*] colligit inutilitatem quaestionis, quae à iunioribus medicis locum affectum indagantibus contentiosè agitabatur, ad dissectionem pertinens. hîc ergo primum inscriptionis rationem antiquorum testimonio confirmat. Inde necessitatem cognitionis affecti loci curaturo medico ex therapeutica tractatione petendam & manifestandam esse ait: neque, posse quenquam id consequi, nisi satis in anatomicis versatus sit, multis historijs apertum facit, in quibus proprietas membri ex ea doctrina percepta deduxit illum ad quaesitum locum. Post citat exempla, in quibus à magnitudine partium ex eadem intellecta disciplina idem consecutus est: Tertiò ex contento secundùm naturam in parte. Quartò ex his quae vitiatis partibus peculiariter adnascuntur: Quintò ex his, quae laborantibus locis non iam adnascuntur, sed ingenerantur vel praeter naturam continentur.

1. *quem de curandi via*] in Therapeutico opere cùm alibi tum libro 7. cap. 13.

2. *vna cum affectuum*] visus ipse in externis malis simul locum & affectus speciem agnoscit, licet non semper infirmam, at aliquam: nam vt vlcus esse visus docet; ita differentias omnes eius non perdocet: & durum tumorem tactus percipit, caussam mali non item.

3. *exercitatum ratione*] non satisfacit Galeno cognitio vel consummata doctrina, nisi iungatur

iam perceptę exercitatio. verè enim illud censet, parum profuturas doctrinas ad vtendū iuuētas, quas non exercitatio animis nostris impresserit.

Ordo disciplinarū humanæ compositionis.
1. De vsu part. 9.

4. *in præcedentibus eas*] humanæ compositionis scientiam hoc ordine distribuit. præcedit cognitio formæ & constitutionis partium: sequitur facultatum & actionum ab illis editarum cōtemplatio: postrema consideratio erga vsus partium versatur. quemadmodum enim ex cognita partium structura ad actionē organi inueniendam deducimur; ita organi actio quid singulæ partes actioni præstent manifestum facit. sic manus forma capiendi gratia creatam eam esse monstrat; moturis verò tendonibus capturum instrumentum quid ossa vtilitatis afferant, quid digitorum sectio, internodia, vngues, per cognitam actionem venamur. Ex his tribus partibus prima: quia corporum sectione paratur; anatomica cognitio appellata est: actiones verò simul cum facultatibus inquiruntur vnde prodeunt, & ad quas referuntur: postrema consideratio de vsu partium dicta, quid commodi partes organi non agentes afferant similari & principi parti in organo agenti contemplatur.

1. De vsu part. 9.
Proprietas etiam sensu iudicatur.
3. Simpl. 23.
4. Simpl. 20.

5. *essentiæ proprietatem*] substantiam totam vel essentiæ proprietatem solet appellare certam ex peculiari elementorū mixtione cōstitutionē: ex qua quoduis mixtorum tale est, quale euasit, & inter mēbra hoc os; illud caro; illud verò bronchium. Nec mirum est hanc visu ex parte agnosci hîc; nam ex coloris similitudine eam quandoque coniectat in magnete & ferro, & alibi ex saporum consensu: qualitates enim hæ secundæ colorum, saporum, odorum, non modò sequuntur in mixtis manifestum duarum qualitatum excedentium temperamentū agentis vnius, patientis alterius: sed multò magis omniū quatuor vel qualitatum vel elementorum certā mixtionem, quam substantiæ proprietatē nuncupamus.

Initio.

6. *bronchion*] libr. 7. de vsu part. corpus est cartilagineum sigmoides parte posteriore à circulo deficiens, in aspera arteria maius, in pulmone non secus quàm vasa per corpus in multam exiguitatem degenerans.

1. De dignosc. puls. 2.
Exercitatio sensus medico necessaria.

7. *qui ipsum viderunt*) significat quod alibi dixit apertius, nullam esse tantam dicendi facultatem, quæ accuratè illa enarrare possit, quæ sensibus solis noscuntur: plures enim sunt rerum quàm verborum differētiæ, quare exacta eorum, quæ oculorum conspectui subiiciuntur, dignotio, non ex libris, non ex auditu; sed ex cōspectu ipso speranda est: cæcus enim non iudicat de coloribus. eò autem tendit hæc auctoris sententia, vt suadeat medicum anatomicam cognitionem non aliunde quàm ex frequenti dissectorum intuitu petere oportere. nam præterquam quòd illa omnia quæ sensus in obiectis percipiunt; verbis intellectus assequi non potest; etiam imprimit tenaciùs & affigit memoriæ faciliùs visus quàm auditus. indiget enim sensilium memoria rerum continua consuetudine: libro anatomicarum aggressionum 2. In eundem etiam visum paulo post admonebit medicos, quicunque affectiones, ex indiciis sensuum consecutos se arbitrantur, ne libris solis fidant; sed frequenti

Initio.
Infrà li. 3. 7.

laborantium conspectui insistant. tales disciplinas vsu, non lectione perdiscendas etiam nouit Auicena; qui cùm à docto medico vniuersi sui canonis doctrinam exegisset, addit; quòd verò præterea necessarium est; scribendo comprehendi non potest, significans præter libros & quidquid libris contineri potest, addendam alteram ex vsu cognitionem sensilium, quæ vsu, non doctrina, comparatur.

In proœmio.

8. *ab erosione vel putredine*] cùm in pulmone tria contineantur, ipsa carnis substantia laxissima, ligamentorum natura bronchia connectentium media robore & soliditate, & tertia bronchiorū solidissima, durissimáque; accedens noxia causa facilè pulmonem exulcerat, tardiùs ligamenta, quorum abscissione bronchium decidere & exspui contingit, bronchia ipsa viuenti exedi non possunt. Ligamenta verò dupliciter diuiduntur vel à puris acrimonia exesa, vel ab humiditatis copia putrentia: duas verò has eorum rumpendorum occasiones Galenus appellat ab erosione, & à putredine.

8. De vsu part. 1.

9. *pharyngem & pulmonē*] alibi legitur laryngē, sed meliùs pharyngem. licet enim nonnunquam ambo nomina pro eodem accipiantur; magis tamen propriū & vsitatū est, vt significet laryngis vox caput asperæ arteriæ (guttur vocamus) vocis organū; pharyngis verò spaciū aperto ore conspicuum, Latini dicunt fauces: cúmque brōchia à faucibus per collum & vniuersum pulmonem spectentur, meritò hîc recipienda est lectio, pharyngis vel faucium, non, laryngis vel gutturis.

Pharyngis & laryngis discrimen.
7. De vsu par. 11.

10. *quin etiam frustrum*] licèt plura ex proprietate membri petita exempla propositurus sit, interponit tamen petitum ex altero capite anatomico signum ex partium singularum magnitudine petitum. ductus est enim orationis affinitate: & cum proposuisset bronchia vasa. s. asperæ arteriæ in collo ampla, in pulmone angusta: iungit, contra locari reliqua duo vasorū genera, leues nempe arteriæ & venæ in pulmone magnæ, in collo angustæ sunt.

Ligula quid.

11. *Ligulam*] Iam manifestè apparuit doctorum quorundam animaduersione non solùm multorum Latinorum, sed & Græcorū codicum lapsus interpretantium pro epiglottide ligulam. cùm ligula sit rima in media gutturis inanitate hians γλωττὶς Græcis dicta. ἐπιγλωττὶς verò ligulæ huius operculum corpus cartilagineum modò erectum, modò nutans, pro vario hominis vsu gutturi supereminēs. hîc vtrumque legi potest, nam crassa est quæ circundat epiglottida & quæ ligulam membrana; tenuis quæ per reliquum colli extenditur: vt artificiosè Galenus coniectauerit excretam tussi crassam ex superiore loco, vbi vocis formatio existit, prodiisse; confirmauit verò euentus coniecturam, cùm sanato iuueni vox vitiata remanserit: eò enim tendit exitus explanatio, vt ostendat Galenus se coniectura sua non fuisse delusum.

12. *Hippocrates*] 4. Aph. 76. & 81. quorum interpretatio libr. 6. locum habebit opportuniorem; nec pugnat secum Galenus, qui loco hîc citato negat vidisse se exeūtes è renibus vlcoratis carunculas: nam in Aphorismis & Hippocrati credit referenti, & se non vidisse ingenuè fatetur.

13. Nec

13 *Nec non à rebus*] quæ ex anatomia cognita cognoſcendis locis affectis conducunt, quinque numerat proprietatem cuiuſuis partis ex viſu, magnitudinē earum: contentum ſecundùm naturam ſiue ſit alimenti pars vt veſicæ vrina, inteſtinorum fæx: vaſorum ſanguis, ſiue mēbra vt intra membranam caluariæ cerebrum, intra peritoneū cum inteſtinis omentum. quarta loco quidquid adnaſci ſolet parti vitiatæ, nam ſicuti rubigo ſeneſcenti ferro adnaſcitur, ex qua intelligitur ſubſtare ferrum: ſic membranæ cerebri vulneratæ fungus, corrupto oſſi caries, poſtremū numerat contentum in parte non iam ſecundùm naturā, ſed præter: nam neque ea in omni parte eadem oriuntur, ſicut non omnis fert omnia tellus, ſed lombrici in inteſtinis, lapis in renibus vel veſica laborantibus nonnunquam continetur. Seiungitur quintum hoc à priore adnaſcētis: quia ibi aliquid præter naturam adnaſcitur parti agglutinatum: hic continetur tantùm, non affigitur & hæret: à tertio verò, quoniam illa continebantur ſanis, & ex naturæ præſcripto: hęc ægris & ex violenta aliqua occaſione orta.

Cotylaquid *eadē med. gen. 10. & lib. 1. 18.*

14 *quatuor heminas*] cotylas legendum eſt, quā menſuram multi eandem volunt cum hemina eſſe: alij ſuperari ab hemina vncia vna. Heminæ appelatio nobis nomen retinet mea, nō rem, nam docente Galeno Attica, quæ fere medicis intelligitur, hemina menſurales vncias capit quibuſdam nouem, aliis duodecim, cùm noſtra mea capiat triginta ſex & eo amplius. Iuxta quā computandi rationem facit vrinæ huius modus libras tres, id quod Galenus refert, nō tam excedētem copiam admirans quam multi in retenta vrina exeſſerunt, ſed inſinuās forte naturales facultates trahendæ à vaſis vrinæ, & ad veſicam demandandæ non ociari nec interquieſcere, etiā in homine qui toto triduo nec cibum nec potum ſumpſit.

Phyma quid *6. Epide. 12.*

Ad Glauc. li. 2. ca. 1. 3. aph. 26.

Paul. li. 4. 32.

Celſus. lib. 5

15 *panum*] phyma legitur: cuius ſignificatio etiam apud Græcos varia eſt. nā Galenus libro de morbis vulgaribus vult eo vocabulo ſignificari tumorem omnē in corpore ſua ſponte ortum, & ſeruatur noſtris appellatio nacido: quoniam ita ex corpore, ſicut plātæ è terra prodeat. libro verò ad Glauconem contrahit ad ſolos adenes, neque illos quomodocunque tumentes, ſed vbi ex tumore tito inflantur, & ſine mora ſuppurantur. Paulo & Celſo in alia ſignificatione accipiūtur: Iungunt enim paruos ſubſimilēſque tumores furunculum phyma, phygethlon. Ex quibus furunculum noſtri videntur vocare ſruncho, phyma leucenco. phygethlon lencenco negral. pani verò nomen, ſi Celſo credimus phygethlo reſpondet non phymati. quare hîc ſatius erit generali verbo tuberculi interpretari. hiſtoria verò non contemnendi vſus eſt, ex qua intelligitur nonnullos tumores imponere nobis quaſi externos, cùm poſſideant aliquam internam & latentem ſedem, particulatim autem colum inter inteſtina affectum in eo homine fuiſſe, conſpectus ipſe in proforato monſtrauit. hiſtoriam enim narrat.

16 *Sed hic potimus*] ſeparatur arterialis à venali ſanguine (ea enim internotio arteriam, quod accidit, pro vena ſecanti neceſſaria eſt) ex contento ſimiliter ſuperioribus caſibus. exit enim vulnerata arteria cum ſanguine permyſtus ſpiritus: à vena ſolus ſanguis: ſed non pari facilitate ſuperioribus cernitur permiſtúſne ſit an non ſit ſpiritus. hac de cauſa adiicit, indicio à cōtēto in ſecta arteria, nōnulla alia, ex quibus coniectura in ſcientiam abeat & cōfirmetur. Igitur ex arteria ſalit ſanguis, tum quoniam preſſio contractæ arteriæ cogit ad eiaculationē ſalientem: tum quia ſpiritus aëri miſtus non quieſcens, ſed impetum faciens non ſecus quàm flatus ebullientem aquam cōtentum ſanguinem dum vi pellit in altum leuat & in tumorem attollit. Sentitur verò exiēs calidior, propterea quòd expertus eſt vltra hepatis, cordis etiam coctionem. Iam tenuior flauiórque euadit aëris permiſti commercio aër enim ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ tenuiorē ſanguinē reddit, & perſpicuitate rubentem colorem in album extenuat: eſt autē flauus color ex rubro albeſcens. Dicas ſi ſanguis in ſiniſtro cordis ventriculo ſæpe nigrior ſecāti quàm in dextro apparet auctore Galeno, quo modo arterialis ex ſiniſtro dimanās flauior apparet: ſed alia eſt in manēte in ſiniſtro ventriculo, quàm in diſtributo ab eo ſanguinis ratio: manēs enim propter moram & quia ſęx ſubſidet natura, & quia nondum ſatis cum aëre permiſtus, & quia alendo atra biloſo cordi trahitur, nigreſcit: qui verò per arterias fertur & tenuitate ſua, & exigua in corde mora, multo autem magis, ex admiſto aëre flaueſcit.

Arterialis ſanguinis à venali diſcrimen.

6. De placit. 7

17 *efficatia proprietatem*] quædam adnata aliis proprietatem ſubſtantiæ certam nanciſcātur ex ea parte cui adnaſcuntur, cuius & naturam repræſentant.

1 Georg.

Fungi quid

3. Epide. 3.

2. Prob. 9.

18 *fungi*] ab eius, qui edendo eſt, fungi ſimilitudine quædam alia id nomen mutuantur, quomodo Vergilius concretam ex lucerna fuliginem & circum flammam amplificatam fungum, vocauit (teſta cum ardente viderent, Scintillare oleum & putres cōcreſcere fūgos.) Ex quibuſdam etiam corporis diſciſſis partibus non diſſimilis vapor ſimili concretione in tumorem fungoſum dilatatur: id quod in palpebris & pudendis nonnunquam conſpexit Galenus frequentior eſt in capite, non niſi vulnerata ſciſſaque membrana cerebrum inuoluente: cuius origo, referente in Problematis Aphrodiſęo, cōgener eſt truncorum fungis. nam vt in illis diuiſo cortice craſſus halitus confertim exiens & à continente in quandam aquæ imaginem denſatus, amplificatur in fungum: ſic craſſus corporis halitus ſub membrana cerebri coërcitus, dato per vulnus aditu in laxum illum & mollem tumorem extra caluariam erumpit, & germinat.

19 *oſſe particula*] carioſum vocant os & id quod excidit per vitium oſſi adnatum cariem ſui generis quandam, nam eſt & alia lignorum caries ſimili nomine, ſed non ſimili ſubſtantiæ proprietate.

20 *cruſtula*] quomodo ramenta partium quæ pertinere videntur ad primam differentiam ex membri proprietate, in quarto genere adnaſcentium claudit? quoniā vbi portio partis ipſa pellitur, in primo genere continetur: hic non pars eſt quæ pellitur, ſed partis corruptio in quam pars ipſa vitiata degenerauit. id enim ſignificat, ἐφελκις, ab vlcere diuulſum, quod hic magis proprie quidam vertunt cruſtulam, quam alij ramentum.

21. *Eſt præterea ex indicijs* } ſigna ex anatomica cognitione tradita vniuerſa ad vnum genus ſignorum reducuntur ex quinque paulo poſt numerandis.id genus ſunt excreta:Excreta autẽ ex diſſectoria diſciplina pendentia quadruplicia recenſuerat, proprietatem,magnitudinẽ, contentum ſecundum naturam, adnatum:quo verò abſoluat totum hoc excretorum genus,adiicit inueſtigationem loci interni ab alio excretorum genere,quod nõ ex anatome addiſcitur, ſed præter naturam in quibuſdam locis priuatim oritur & acereſcit.Sic lapis exiẽs ſignificat inſtrumẽta vrinæ laborare,lumbrici inteſtina, plus tuſſi reiectũ pectus,grumi vel prauus humor cauitatem eam, vnde exit affectam eſſe.

22 *vel extrinſecus* } ſi vel feræ morſu,vel epoto veneno malus corporis habitus contractus eſt.

Vtra indicatio præſtantior, affect' an loci.
11. Ther.12. Art. med.89.

DVM autem Galenus vniuerſam dignoſcẽdi artem in capita duo reducit, affectus & affecti loci,occaſionẽ inquirendi præbet, vtrum è duobus indicando polleat, & vtilitate ſuæ cognitionis vincat. & ſanè quemadmodum alibi redactæ ſunt curatrices indicationes omnes ad duas illas primas maximáſque,ſanum & morboſum membri temperamẽtum:ita hic curatio ex agnito affecto loco, & ſpecie intelligitur affectus.locum enim habet affecta ſedes natiui temperamenti:ſpecies affectus morboſi.ita ſi requirit curatio omnis cognitionem natiui in parte laborante temperamenti,locum affectum quis ſit prænoſci neceſſe eſt,maximè cũ auxilij admotio ignota ſede intelligi non poſſit. Mota verò quæſtio ita expediẽda eſſe videtur. Si ex duobus alterum tantum agnoſcitur ignorato reliquo: multo præſtat agnoſci affectus ſpeciem,ex qua genus curãtis remedij ſummũ perſpicitur,licet ad indiuiduas differẽtias,quod conãdum eſt, non deſcẽdatur. nouit aliquis laborare calore hominis viſcera:num verò is calor hepar,an renes,an magis ventriculum occupet, perſpectum non habet:idem confeſtim admoueri oportere frigorificum remediũ intelligit,licet qua,quantum,quale non ſatis cernat.qui verò intelligens morbum ex capite pendere, ſecum nõ decernit mali naturam & morbi originem, num tumor in cauſſa ſit, an intemperies, & ea calida ne an frigida magis,is ne genus quidem auxilij decernit,& conſilij inops pendet animi, ſumma & maximè neceſſaria affectus cognitione deſtitutus. Si verò ambo illa medico perſpecta ſunt, & in dubiũ reuocatur,vtra cognitio plurea præſtet curãti indicationes,& remediorũ præſcripta?reſpõdit in Arte medica Galenus, inueniri cauſſã morborũ ſalubrẽ partim quidem ex affectu,ſæpius ex affecto loco.Quãta enim ſit remedij propter loci diuerſitatem mutatio, manifeſtum eſt coniectanti,quantum curatio phrenetici à pleuretici curatione diſtat, & eſt huius à cruris inflammatione:hi enim affectus ſpecie mali non ſeparantur, ſed loco. Cúmque ſpecies pauca & in genere doceat, locus multo plura & magis indiuidua : efficitur quod Galenus ait vt vtraque cognita imparem vſum curanti præbeant: maiorem locus, affectus minorem. Cùm verò phyſico medico(ita vocamus eum,cui internorum ſanatio ex officio incnmbit) ſummopere commendet anatomicam cognitionem, non chirurgo externa medicanti, agitari multifariam

Proœm. ad Glauc.

cap.94.

ſententia poteſt.Cur enim diſciplinam anatomicam phyſico addidit, non chirurgo, quam vulgus ceu chirurgicam, non phyſicam amplectitur. deinde quãdo auctori libuit explicare, quibus diſciplinæ huius partibus deceat exercitatũ eſſe phyſicũ ſuprà chirurgũ,quomodo ſolius meminit diſſectionis,prætermiſſis dignioribus,maioribus, nec minus neceſſariis partibus,dialecticæ phyſicæ, pulſuũ reſpirationis, criſiũ, & quæ ſunt ſimiles multæ.poſtremò quo interſtitio ſeiũguntur duo illi medici in curando,variis ne morborum generibus, an magis eorundem morborum ſitu diuerſo,an etiã morbi vnius vario curationis inſtrumento: quæ ita diſſolui expeditíque oportet.Cùm vterque artifex & agnoſcat & curet affectus ſuos, quod ad curationem attinet, quem locum modò Galenus expendebat conſiderabátq; in theorico opere, phyſico neceſſaria eſt,ſi quia alia,diſſectionis agnitio,chirurgo,non quod enim patet oculorum fide diſſectoria ambage obſcuratur:curatio contra ſe habet.nam vt phyſico curãti non valde exacta compoſitionis cognitio ſufficiens eſt: ita chirurgo ſecanti,vrẽti, ſcindẽti apprime neceſſaria eſt exacta hominis diſſectio.Sed & ita verè dicas licet:vnumquẽque oportet ſuarũ partium ſtructurã callere,phyſicum internarum,externarum chirurgum: quoniam verò de occultorum cõpoſitione & cognitione agebat Galenus anathomẽ eorum phyſico meritò valde commendat,nõ chirurgo.Nec verò decebat,vt aliarum artis partium mentionem interponeret, quæ licet phyſicum perficiant non minùs anatomica contemplatione, tamen ad laborantis loci notitiam, quod vnũ hic quæritur, nõ perducunt.maioris eſt & laboris & vtilitatis, addo etiam neceſſitatis, ſeiungere duorum artificum munera functionéſque, ne tranſgredientes limites ſuos & accuſationẽ mereãtur & culpã incurrant.Ex tribus autem reſpondentium differentiis,prima illa vulgaris licet, opertæ falſitatis conuincitur: nec enim diſtant morborum genera chirurgo propoſita & phyſico, nec aliud eſt pleuritis & phrenitis genere ab extremo phlegmone:phthiſis verò & putis mictus vlcera interna ſũt eiuſdẽ cũ externis & appellationis & eſſẽtiæ.Probabilior eſt eorũ ſentẽtia, qui genere ſeparant auxilij,& ſuaſu facilior, vt opinemur eaſdem phyſici eſſe externis pariter & internis morbis mederi victu & medicamentis:cùm enim nõ ſeparentur curandi methodo, non remediorum facultate,quomodo non ad vnum pertinebũt artificem? Chirurgo proprium relinquatur manu operari, ſiue in internis malis, quando hydropicum ſecat,aut ſuppuratum vrit: ſiue in externis, quod frequentius eſt. Cui ſententiæ fidem facit, quod Galenus ad Thraſybulum ſcribens vnam tantùm oſtendit eſſe artem medicinã, cuius partes facit diæteticam, pharmaceuticam,chirurgicam. Chirurgus autem à chirurgia deductum nomen habet: non progredietur igitur vltra manuum illam operationem,ne ſeparatę medicinæ partes confundantur,& chirurgia iam nũ ſit chirurgia.Accedit quod idem Auctor refert ſe, cùm primùm è Grçcia venit Romam,patrio more ſolitum in ægris triplici artis inſtrumento vti: nec enim adhuc Græcia in duas ſe iunxerat vnam curandi artẽ: cúmque cõſpexiſſet Romanos medicos,

Anatomica cognitio phyſici magis ſit an chirurgi.

Cur aliarũ partium artis non meminit.

Munera phyſici & chirurgi.

cap.24.

6.Ther vlt.

cos, suadẽte id vrbis magnitudine, secũ famulos ferre, qui manu præcipientibus dominis obtemperarent, secutum loci morem similiter fecisse. Cùm ergo prima illa artificum diuisione chirurgis solum manus instrumentum reliquum fuerit, idque non suo ductu, sed physicorum imperio, effici videtur, vt chirurgus victum & medicamẽta attingere non possit, quod nostro æuo protomedicus aduersus protochiturgum obtinere contendit. Saluo tamen suo cuique iure magis recipiendam arbitror horum artificum diuisionem, per morborum situs, quàm per auxilia: & non minùs chirurgi esse externa mala victu medicamentis, manu sanare, quàm physici interna: nisi quod sicut ad manus opera etiam in occultis vitijs chirurgum, ita ad magna medicamenta etiam in externis malis momentaneis physicum

Ratio. accersiri par est & consentaneum, cur ita sentiã, subiungam. Non est eadem sicut in reliqua vitæ ratione, ita & in hac parte officiorum diuisio, quę ex natura rerum præstatur, & quę ex principum & Rempublicam administrantium instituto. & sępe fit vt princeps vnum quempiam famulorum duobus muneribus administrandis licet distantibus præficiat: sępe vnum aliquod munus in duos dispertit, cùmque intuerentur qui rerum administrationi præsidẽt graue fore plebi incommodum, si ad diurnum vlcusculum aut exiguum tumorem duo essent vocandi & remunerandi artifices, alter ad victum & medicamenta, ad manus opera alter, visum est multo esse magis ex communi re, vt externis præficeretur chirurgus, internis physicus, mulierum verò & doloribus & partubus propter loci taugendi honestatem tertia præficeretur obstetrix, quę etiam citra medicorum præscriptum omni medico præsidio vtetur. Reliquos enim tres artifices, qui cum superioribus etiam medici Galeno vocantur pharmacopolam, venę sectorem, clysterum infusorem

Lib ad Thras. 3.

oportet ex medicis pendere, non ipsos suo ductu quidpiam vel consulere vel à medicis præceptum nouare: cùm sint medicorum famuli, non ipsi partem aliquam artis instar superiorum trium administrantes. hęc prima ratio est. altera & illa magna cõiectura rei, quòd duo primarij constituti sunt, quorum vterque suos & an petiti sint, explorat, & faciendę medicinę potestate donat: quod decreto intelligitur non perstare Rempublicam nostram in prima illa Romanorum diuisione, exempti enim chirurgi sunt à physicorum famulitio, si quidem suo duci subiecti sunt, & ab eodẽ sua mala curandi facultatem obtinent, & peculiaribus de chirurgia libris victus medicamentáque edocentur, de quibus à protochirurgo interrogati respõdent, antequam diplomate facultatis digni habeantur tantùm magna remedia si animæ & nomini suo consultum esse volunt, in ancipitis negotio soli non exerceant.

Pulmo cur plurimo sanguine abundet. Cap. 10.

CVR pulmoni natura vasa præbuerit maiora, quàm pro magnitudinis suę mole, exposuit Galenus libro De vsu partium sexto: propter motus, inquit, sui continuitatem, & propter calorem quẽ ex eo motu & ex cordis comparat vicinitate. In quo primum mirum est quòd separet in duas caussam vnam motus. si enim motus quia intercessu caloris dissipat, alimenti copiam exhiberi oportere indicat: quomodo ceu duas caussas copiosi alimenti recenset motum pulmonis & calorem ex motu? Deinde caloris pulmonis origines numerat motum & cordis vicinitatem, nulla de pulmonis temperamento facta mẽtione, quod propter lapsum ad calidum inter membra vberem etiam exposcit alimoniam. De quibus liberum erit vnicuique iudicium, intelligi tamen potest motum sanguinem dissipare ventilatione ipsa halitus deferente, & pręterea interuentu dissoluentis caloris, temperamenti autem pulmonis calidi idcirco non meminisse, quoniam in eo non excedit carnes, non quædam alia membra, quæ tamen abundantia sanguinis superat: ita ex pulmonis temperamento ad propositi problematis expeditionem iuuari non potetat. Sed transeamus ad reliqua.

VNDE 1 iuniorem medicorum complures quæstionem ad medicæ artis opera nil conferentem, sed logicam potius habentem contemplationem mouere solent: vtrum huiusmodi rei in nobis præter naturam, genita, ex affectis sint sedibus, aut loco nullo affecto animal à causa præter naturam male afficiatur? Sed quod inutilis (vt dixit) sit huiusmodi quæstio, cognitu facile est, si consideraueris, 2 quantum dignotiones ad artem conferant. 3 Subijciamus ergo aliquem tribus diebus nihil vrinæ reddidisse, non ne protinus, in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa, inuestigabimus, an in renibus, aut vreteribus, aut vesica, aut vrinæ fistula? Neque enim in hepate, pulmone, liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsam quæremus, quod nulla ipsarum sit meiendi instrumentum. Vnde, nisi nouerimus primam vrinæ secretionem in renibus fieri, deinde eam per vreteras ad vesicam peruenire, ac demum inde excerni, quemadmodum iam antea in disputationibus naturalium actionum ostendimus, nihil huiusmodi inuenire poterimus. 4 Verum huc vsque processisse haud satis esse videtur: quin potius perpendere oportet, quænam sit dictorum causa, propter quam vrina supprimitur. Est autem via contemplationis hæc. Intueri oportet omnia tum præterita, tum præsentia accidentia: præsentia quidem ipsemet Medicus inspicere debet: præterita verò non solum a laborante, sed etiam ab ipsius 5 familiaribus interrogando perdiscere. Sit igitur (exempli gratia) 6 tumor aliquis in pube, satis euidenter in circumscriptione vesicam impletam esse ostendens, nihilque excernatur: non ne plane constat aut 7 excretoriam vrinæ actionem necessariò resolutam, aut vrinæ fistulam esse constipatam? In primis igitur considerandum est, num fieri potuerit, vt resoluta facultatis nomine id acciderit, si prius meminerimus, quomodo per bonam valetudinem volentibus nobis vrina excernatur. Musculus enim ceruicem vesicæ circundans, ab actione quiescit, fungente tum vesica suo 8 munere musculi autem actio, voluntatis nostræ 9 imperium imitatur: At vesicæ actio, & inuoluntaria est & naturalis: Namque in commentarijs de naturalibus facultatibus iam declaratum est, in eo omnibus fere corporis particulis esse vim, quæ excrementa secernantur, 11 Hac quamuis semper ipsis assit, non tamen vtuntur ea, nisi cum vrgentur ab excrementis. Ea ergo vi excretrice laborante contingit aliquando ἰσχουρίαν, id est vrinæ suppressionem fieri, Proinde, si hominẽ ita figuraueris, vt declinus sit ceruicis vesicæ positus, ac manibus tumorẽ præter naturã cõpresseris expelletur vrina. Quod si ita faciẽdo nihil profeceris, à

 causa,

ditur, intelligere. Quin etiam ipse quoque partium vsus ad affectorum locorum inuentionem magnificè conducit. 28. Actiones enim motus sunt partium factiui. vsus verò omnibus insunt, vel nihil agentibus. Ergo, quod ad vrinæ redditionem pertinet, excretionis actio fit à vesicæ contractione, concurrente interdum musculorum abdominis auxilio, cùm videlicet 29 admodum exigua continetur vrina, aut vesica ipsa infirma est: Reliquæ verò partes omnes, vtiles sunt ad actionem: nisi enim vesica ipsa, cum toto spacio, sic figurata fuisset, ac ceruix ipsius tota fuisset perforata, & vreteres 30 obliquè insplantati in ipsam fuissent, frustra habuisset comprimendi motum. Ex horum itaque notitia & affecta partes, & affectus ipsarum deprehendi possunt, non ex ea quæstione, quæ inuestigatur, vtrùm dicere oporteat, obstructum instrumentum esse affectum, an omnino noxa carere. Haud absimilis huic est alia quæstio, & quidem de 31 affectu iam partibus, sed quibus nondum inest propria dispositio. vocant autem propriam dispositionem, quæ separata causa, quæ ipsam fecit, permanet. Hac igitur consideratione rursus dicunt nonnulli, nequaquam affici caput per eos capitis dolores, qui à bilioso humore in ventriculo contento proueniunt, quòd, per vomitum eiecta bile, protinus capitis dolor quiescat: quemadmodum, si post vomitum nihilominus permanserit, tum affici caput. idque multò 32 magis, cum similia suffusioni accidentia, oculos infestant, cumulatis in ora ventriculi excrementis: hæc enim veluti vmbras quasdam esse affectuum. In omnibus his quæstionibus plurimùm occupati maiores nostri, perquam pauca de affectorum locorum notitia scripserunt. Nos verò diuersa incedentes via, exercebimus, aut (vt dixerit quispiam) 33 instruemus studiosos, quomodo sedes affectas dignoscere possint. Igitur, 34 quemadmodum paulò antè propositum est, quod intenta vesica homo vrinam reddere non posset, ita impræsentiarum subijciatur, citra vesicæ tumorem vrinam supprimi. 35 ergo necesse est, cùm sit retenta est vrina, vel vreteras, vel renes esse obstructos. Quapropter rursus hic intueri oportet, num antequam supprimeretur vrina aut lapidis aut inflammationis, aut alterius cuiuspiam mali præcesserint accidentia: neque negligenda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus, (quòd artificiosa coniectura permiserit) distinguere, vtrùm in ipsis renibus à lapide, vel crassis humoribus fuerit obstructio, an in vocatis vreteribus, id est, meatibus, qui à renibus ad vesicam protenduntur. Quædam namque sunt, quæ ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulò antè dicebamus de his, quæ affectæ essentiæ proprietatem declarant. Quædam verò artificiosa coniectura inseruiunt. vnde prolixiorem esse disputationem accidit, etiam si 36 sophistas valere sinas: quemadmodum hoc loco Asclepiadem neglexìmus, qui de vrinæ in vesica collectione (vt alibi detexìmus) absurda scripserit. Porrò, ea, quæ de principe anima vt scripta sunt ab ijs, qui eam in corde consistere existimant, omnes dissectores iam damnarunt: & 37 Archigenes sanè, cùm ab hac opinione haudquaquā dimoueri potuerit, quamuis eam redargui videat, cùm per alia multa, tum vel maximè, in phreneticorum, lethargicorúmque curatione, tum sursum, tum deorsum sermones suos conuertit, vt modò hoc dicat, modò illud, nihil omninò declarans. Atque huius generis est tertius Archigenis liber, quem de locis affectis conscripsit. A nobis verò de principe anima vt, in libris de Hippocratis, Platonísque placitis, copiosissimè dictum est. Nunc verè hac veluti demonstrata, affectarum partium contemplationem perficiemus. Quod autem omnibus affectis partibus & locis commune est, non id ad logicam, sed necessariam quæstionem porrectum iam enarrare aggrediar.

CVM præmisisset primum & vtile doctrinæ elementum, colligit inutilitatem earum difficultatum, quas priores medici de hoc argumento agentes agnoscendorum internorum locorum longè agitabant: vt intelligatur, quantopere excellant antiquorum traditionibus Galeni scripta, & agnoscat lector, non negligentia aliqua, sed iudicio omissas. id quod monstrat allatis in medium ægris, in quibus sine his disquisitionibus intelligitur & curatur affectio nihilominus, quàm si præsagirentur & decernerentur. Tandem addit oportere ad operis breuitatem cum vtilitate iunctam, vt valere iubeantur curiosæ & de nominum proprietate difficultates. Ex his verò, quæ rerum essentias rimantur, non omnes hic agitentur, sed supponantur multa, & ceu probata aliunde petantur, qualia sunt membrorum actiones, & principatus in corpore, facultatesque & earum sedes.

1. *vnde tumorum*] de hoc quinto capite facientè ad agnitionem quæsitam mouerunt difficultatem de nominis proprietate: tales vocat Galenus dialecticas, nempè de vesica continente lapidem præter naturam, & ob illum retenta vrina, num vrinatio debeat dici solùm impedita, quod quibusdam placebat, non læsa: an quod alij magis recipiebant, vrinatio quidem læsa, sed vesica ipsa non affecta: an magis cum tertiis & vrinatio læsa & vesica affecta nuncupanda esset.

2. *quantum dignotiones ad artem conferant*] lege, quid vtilitatis ex dignotionibus arti componetur, si enim dignotio affectuum ideò tantùm quæritur, vt sufficientes curationi illorum simus: nil autem quicquam ad curationem confert, appelletúrne in eo casu vel non appelletur vesica affecta: non est medica proposita ab illis difficultas.

3. *subijciamus ergo*] Proponit ægrotum ex lapide in vesicæ meatu, de quo mouebant quæstionem, in quo venatur locum vbi est mali origo, mutans verbum illud de quo disceptabant, loci affecti, in mali originem. proponitque hominem iam triduo non vrinantem, seruans exemplum de quo paulò antè meminit, adolescentis Mytilenis vulnerati.

4. *verùm hoc vsque*] genus morbi supremum æger ipse de se narrat, descensus verò ad infimam speciem ex interrogatione paratur, ea medicum arguit eruditum, si quærit non aliena, non infimas aliquot differentias, sed quæ sine medio genus propositum secant, vt ita ad subalternas accedatur species, à quibus per consimiles interrogationes ad postremam perueniēdum est.

5. *familiaribus interrogando*] non parua pars exactæ agnitionis in sedula interrogatione sita est, quod in aphorismis commonefacit Damascenus, super omnia non pudeat medicum interrogare, & in hoc loco Galenus non ad solum ęgrum, sed ad familiares ægri nós remittēs, quòd sint quædam quorum aut pudet ægrotum, aut obliuio tenet, aut explicandi facultatem morbus non concedit. procemio Galen.

6. *tumor aliquis in pube*] prima in cohibita vrina differētia est, continere mali causam in vesica aut

cole,

cole, vel contineri in superiore aliquo ad vesicæ loco: vtra ex his infestet hominem, apertè ex pubis tumore colligitur aut inanitate: Si enim tumet, sana sunt superiora, si vesica inanis est, superiorum aliquod in causa est.

7. excretoriam vrinæ actionẽ necessariò resolutam] Abuti videtur verbo resolutionis pro defectu naturalis expultricis vesicæ, sed ideo facit, quoniam constabat, vrinationem à volũtate prodire: nondum autem constabat non fieri operante, sed ociante musculo: cumque soleat appellari defectus animalis facultatis resolutio, Galenus extẽdit verbum ad ablatam vim excernendi vrinam quæcunque ea fuerit.

8. suo munere] vocat, inter munera 4. naturaliũ facultatum, excretionem munus vesicę quoniam excretioni peculiariter vrinæ destinata est.

9. imperium imitatur] lege, sequitur.

10. in omnibus fere] tam libris de naturalibus facultatibus, quàm libro de phlebotomia, in omnibus inquit absolutè: & certè si in omni parte etiã plantæ quæ alitur, excretoria vis excrementi ex alimento residui cernitur, aliturque viuens pars omnis: nullam partem excretoriæ expertem dari colligitur: videtur eò tendere, vt significet, in quibusdam partibus ob exiguitatem hanc facultatem sensum fugere, quod loco paulò antè citato de adenibus dixit & carnibus: aut certè partis nomine etiam pilos compellat & vngues.

cap.3.

Expultrix num in omni parte.

11. Hæc quamuis semper] occupationi legentis respõdet, si est ea expultrix naturalis facultas voluntati non subdita, quomodo non semper operatur causam reddit, quia vrina omnis non est expultricis obiectũ, sed tùm demum, cùm vel mordet vel tendit. cur verò inter causas cobibitæ vrinationis circundãtis musculi conuulsionem non recensuerit, difficile est. nam ratio oportere fieri monstrat: experimentũ cum auctoribus non mõstrat. nec enim aut colicæ aut ischuriæ occasio fuit vnquam circundãtium illorum musculorum conuulsio: videturque continua excrementorum humectatio densitatem conuulsionis impedire.

12. Itaque quot modis] membrum illud infirmãtis excretoriæ vesicæ quassatum est, quando adiura infirmitas interna externa pressura & situ, operationem perficere non potuit: ideò transit ad alteram diuisionis partem ex obturata fistula.

13. Equidem tres] recenseri solent attenuatoria ob conniuentia meatus latera, coarctatoria ob aliunde impleta, carnosa ob innascentem plenitudinem: quoniam verò latera meatus colis cum vita ad eam ariditatem venire non possunt vt coëant, neque vrinæ exitum præbeant, definit attenuatoriam per tumorem corporis circũdantis meatum, is enim facit vt accedant ad se mutuò meatus latera nec seiungi patiantur, nec ad hanc speciem referri potest vel caro orta, vel verruca, vel callus in medio meatu: illa enim non faciunt vt meatus latera comprimantur, sed seruato antiquo laterum situ, intercedens id, quod præter naturam accreuit, inanitatem implet & obstruit.

14. præcesserit vlcus] non secus, quàm in externo vlcere propter facilitatem generandę carnis citò augetur absumenda medicamento.

15. alia verò res] lege, essentia, videlicet callosa aut verrucalis.

16. Age igitur] sumit coniecturas ad venandam obstructionis differentiam in proposito ægro, quem modò ideo fingit puerum, quoniam ea ætas vesicæ calculo obnoxia est. pudendum verò talium, dum pruritu tentigineque afficiuntur, inflatur, dum citra tentiginem pondere laborat, flaccidum.

17. rursus concusso] diligens æstimatio, nam impactus lapis, maximè sequente propter dolorem partis tumore, non facilè cedit concussioni etiam repetitæ.

18. catheterem] vulgò argaliam vocant. Præclarè Celsus tres maribus pro varia colis longitudine, fœminis duas paratas esse iubet: nec malè successit ad eundem vsum palustris iuncus, mollissima præeunte radice: aut candela ex cera ad resinam dupla cuspide fastigiato, sed lenissimò æquabilissimoque.

19. si sanguis effluxerit] lege, sed sanguis fluore quopiam. i. præcedẽte: exclusa enim lapidis suspicione, rimandæ sunt grumi, puris, crudis humoris coniecturæ: species enim sunt coarctatoriæ obstructionis. Duas autem occasiones grumi recẽset: si vesica vlcerata est, potuit fluẽs ad vlcus sanguis concreuisse, etiam si fluat cum vrina nõ appareat ob exiguitatem: citra vlcus autem vesicæ & colis è superioribus vel è vasis sanguis fluens, coniecturam præbet, concreuisse portionem aliquam intra vesicæ inatatem refrigeratam.

20. Sic etiam vbi] obtento morbi genere, id erat obstructus colis, inueniendæ differentiæ obstructionis, per singulas coarctatorias obstructiones discurrit Galenus: & inuenta quidem alicuius speciei coniectura catheterem adhibet, vt exeo quod cuspidi instrumenti adhæsit coniectura inscientiam euadat. sed detur, nullius coarctatoriæ apparere in ęgro argumentum, magis esse quod inclinet in carnosæ obstructionis, quæ secundo loco proposita est, suspicionem, ne tum quidem inutilem esse catheterem ait ad scientiam, quod historia confirmat. Inducit verò carnis suspicionem vlcus internum colis aut vesicæ, quòd non repente secuta est vrinæ retentio sed paulatim, sicut si repente, argumentum est grumi non carnis. curando autem huic obstructionis generi nostra ætas artificiosum excogitauit remedium, quod Andreas Lacuna literis mandauit. proprio opere.

21. Percussus ergo] meminisse oportet in retentæ vrinæ symptomate, consideratione & signorum exploratione, deuentum esse ad causam obstructi colis, vertique in quæstionem, qualis sit obstructio: fingatur itaque non esse coarctatoriã, non carnosam, superest attenuatoria à vesicæ tumore orta: illius præsentis coniecturas aliquot recenset, proposito in medium vulnerato Mytilenis adolescente, de quo paulò antè meminerat. Ætius lib.9.

22. femen appellatur] ita vertũt perinæon nonnulli interpretum. est autem perinæon pars inter testes & sedem media: sanior interpretum pars verti interfemineum, sunt enim femina internæ coxarum partes, sicut femora externa, & interfemineum medius inter duo femina locus. 42. & lib.11.27.

23. Proinde fieri] latiùs ostendetur infrà empiricam artis traditionem ad frequentes morbos, qui videlicet concursum symptomatum ab illis conscriptum planè continẽt nil cõcedere aut inferiorę esse, breuiorem autem ea quam sequimur lib.3.2.

dogma

dogmatica:sed quoniam falsum est in occurrentibus ægris omnibus apparere concentum illum symptomatum, sed vno tantùm aut altero manifesto facto, reliqua indicia latere, in quibus omnibus morborum generibus attonito & stupente empirico, dogmaticus artificiosam coniecturam, saltem simplicem habet, quã sequutus morbum vestigat & inuenit: ideò explosis empiricis sequitur & extollit, non solùm hic, sed & paulò antè in operis initio, sicut & in procemio libri se- cundi. (3.ther.ap.3.) Erasistratis concilium hortãtis medicum, cui cordi est morborum omnium & occultatum sedium agnitio, vt non soli fidat experientiæ empiricos secutus, sed rationem exerceat in dogmaticorum libris potissimùm in agnitione humanę compositionis, nec tamen quoniam cõcedimus, imò & consolimus rationis exercitia esse amplectenda, ideò amittẽdę & in artẽ recipiendæ sunt, de nominum proprietate, difficultates nec agnitionem neq; curationẽ variantes, in quo frequẽter Archigenes peccat, sicut neq; maiorum nostrorum cauillatoriæ & instantianeę, & quas contentiosè tuearis sententiæ difficultatesque: si enim etiã necessariis artis difficultatib. breuẽ existimanit (1.apho.1.) humanam vitam Hippocrates, quomodo non turpiter ad tam multa parerga & inutilia deflectet? Seruari ergo oportet in medicina, quod Galenus cum summa laude obseruat eam docendi & disputandi mediocritatem: vt nec rationis exercitia cum Empiricis abdicemos, neque dialecticas quæstiones exercendi ingenij & rationis gratia, cũ Archigene & sophistis medicis in medicinam admittamus.

24. fieri enim videtur] Lege, fieri enim ipsam.

25. actionem esse lęsam] Cùm agens & actio ceu ad aliquid sibi respondeant, putabant se rectè concludere: agens est omnino illęsum: ergo & actio.

26. tanquam medica] quantopere derideret Galenus nonnullos, qui modò insolenter extolluntur in doctissimos medicos, quoniam vtãtur verbis vel Arabicis vel parum propriis!

27. actio & societas] Soprà capita anatomicæ cognitionis, ad notitiam affecti loci conferentia memorauit multa: quibus hic adiicit societatem & situm: sæpiùs autem societas partis ad partem, positionis vocabulo etiam comprehenditur: prętercà quæ suprà memorauit, nec distinxit actionem & vsum membrorum, hic separat.

(Vsus & actionis discrimen. 17. de vsu.8. 7.ther.vii.) *28. Actio enim*] Discrimen actionis & vsus, ex hoc loco & nonnullis aliis duplex intelligitur, & quia actio in sola est operatione, vsus etiam in membri ocio intelligitur, & quia actio solius est in organo principis partis similaris, vsus reliquarum omnium.

29. admodum exiguam.] nam & in vtre residuus liquor exiguus sine manuum compressione exprimi non potest.

30. obliquè implantati] Si perforarent recta vreteræ vesicæ fundum, compressa vesica remitteret ad renes, vnde defluxerat, humorem: id quod impedit (6. de vsu 13.) obliqua eorum implantatio. Colligendum autem ex hoc loco est, non modò in aliis à principè partibus vsum inquiri nõ actionẽ, sed etiam in habitudine ipsa principiis dempta ea ad quam operatio refertur: nam Crystallois princeps in visu pars actionem præstat visionis sua illa substantiæ temperatura: quò fit vt magnitudo, vnitas, lenticularis figura, situs in humorum medio, non sint illa quidem frustra, nec verò visionem edant, sed sola substantiæ temperatura, reliquis illis Crystalloidis dotibus eodẽ modo vsum visioni aliquem afferentibus, quo humores reliqui & membranæ oculi partes non principes: in vrinariis verò instrumẽtis sola vesica actionem edit vrinæ mittendæ non figura, aut situ, aut temperatura, sed rotundorum villorũ ministerio: illi ergo villi in opere agunt: reliqua vesicę habitudo confert, & commoditatem quandam operi fert, non aliter quàm reliqua vrinaria instrumenta, vreterę & fistula vrinaria, quam colem vocant.

31. de affectis tam partibus] Lege, de his quæ etiã num patiuntur partibus: nam ea quæstio secundo loco à veteribus excitata, non sumebat ceu confessum partes quæ consentiunt aliis, ita vt nõ requirant prouidentiam consentientis, sed sola curatione partis primario affectę cessent, affectas esse, imò hoc ipsum quæstio erat, num tales partes nuncupandæ essent affectæ nec ne. Demùm proponebant, num affectio quãdo fit, sit, nec ne: quam paolò pòst vtiliter expediet citra disquisitionem de appellationis proprietate. Interpretabantur verò fieri quaudiu nulla indiget consentientis partis prouidentia.

32. Idq; multò magis] Eorum opinio qui talia negabant esse affectus, vmbras affectuum esse concedebant, multò probabilior suadebat eorũ exẽplo, qui imaginationibus oculorum ex ventriculi humore infestabantur, conscendẽtibus enim ad caput halitibus, & sequente cephalalgia, non absurdè posset appellari affecta pars quæ dolebat & symptomate violento tenebatur, at oculi nullo alio morbo, sed nec dolore oppressi, solas sentientes imagines quæ per oculos & ventriculi humore haliruoso obuersantur, quomodo consentanee dicentur ægri? cùm euomita bile confestim cessent visa, & ne eo ipso tempore, quo durant, breui, quicquam mali oculi perpetiantur.

33. instruemus.]. τεχνοῦντες, artifices reddemus. Insinuat medicum oportere, rerum non verborũ controuersias dissoluere.

34. Igitur quemadmodum] A supremo genere orsus, cohibitę vrinę nullum membrorum indiscussum relinquit Galenus, ne fortè ad id vnũ, quod reliquisset necessariæ crederentur propositæ ab Archigene difficultates.

35. Ergo necesse est] In superiore exemplo tumentis vesicæ colligebat sub disiunctione vel expultricis infirmitatem, vel viarum obstructionem: hic, quando ex vacua vesica intelligitur malum, esse in superioribus membris vrinariis, inferre oportuerat vel infirmari vim renum tractricem vel obstructos esse meatus aut renum aut vreterum: sed ideò non infert, quoniam excretio vrinæ, ceu valida quædam operatio, in totum cessare potest ob expultricis infirmitatem: delationem verò fieri quod vel sua spontè delabitur in totum cessare propter tractricis, quæ in renibus est, imbecillitatem, ita vt nulla excernatur vrina, meritò ceu inopinabile membrum reiicit, licet possit ea imbecillitas serum in vasis, dicente Galeno, acervare. colligit portò (3. cau. symp. 2) ex corporis indiciis abundent ne crassi succi obstructionis auctores in homine, an magis lapidis.

36. Sophistas valere.] Cùm, inquit, ooo omois morhus & locus internus præstet certa sui indicia, sed multa solas coniecturas, à quibus cũ multa disquisitione & labore conãdum est accedere ad loci affectnsque scientiam, turpiter per se longam & difficilem tractationem oneramus difficultatibus alieois: nnmerat duo earũ genera, ambo vocans sopbistica. primum, quæ proprietates agitant verbotũ & dialectici sunt nõ medici, quarum exempla præcesserunt: alteras medicas illas quidem, sed, quia experimentis manifestè atqne perspicuæ euadunt, sophisticum esse putat Galenus eas ceu dubias rationibus agitare. quemadmodum enim priores illæ quia in opere curationis, qnod vnum quæritur, excusari possunt, ceu sophisticæ reiiciuntur: ita quęcunque dissectiono & experimentis manifestam veri cognitionem habent, quicunque propter rationnm difficultatem, in controuersiam vertit & agitat, Galeno iure sophista habetur: vt qui propter rationis in videndu obscuritatem dubitar, num aliquid videatur: aut num moueatur, proptetea quòd motus essentia latet: vel cum Asclepiade adhuc non fatetur, vesicam suscipere à renibus tractum liquorem, per vreteras, quod dissectio, & vreterum in vesica implantatio mõstrar. quominùs Asclepiades opinati debuit, num fortè esset vrina corporis sudor ab vniuersa cute in vesicam defluens: nec minus sophista est, qui visu edoctus neruorũ à cerebro exortum, adhuc Aristotelis rationibus nonnihil tribuens, animę principem facultatem, quæ per neruos toti communicatur, in corde sitam esse disputet, cum Archigene.

[Sophisticæ difficultates.]

[3. natura. 13.]

[infrà lib. 3. 4.]

37. & Archigenes sanè.] Lege, & ij sanè qui ex Arcbigeois familia sunt, ab hac opinione haudquaquam manifestò recedere ferentes.

In enarrata verò serie expendenda est & diligentiùs vestiganda Galeni mens, acerrimè ab eiusmodi quæstionibus sæpissimeq; dehortantis, eo maximè quòd videtur plus operæ in eis refellẽdis locare, quàm earum requirebat solutio non est autem leue dogma nec protritum, quòd tantus auctor tam crebrò inculcat: sed bonam partem tradendarum de rebus disciplinarum complectitur. cùm enim, non tantùm in medicina, sed in reliquis etiam disciplinis, quæstiooes proponaotur de rerum subsimilium varietate internoscenda, in ea siquidem subsimilium intelligenda differentia rerum cognitionem verti Hippoc. auctor est, ita ferè tradi solet, non à triuialibus tantùm auctoribus, sed & ab Aristo. ipso, vt inquiratur rerum numerus affinitate quadam iugatarũ: attexatur verò disputatio de nominibus quæ numeratæ rerum varietati respondẽt. Cúmque ita ferè vsu veniat, vt ob imponentium nominum imperitia ..., & vulgi quod semel imposita recepit, non respondeat receptorum vocabulorum numerus & discrimen, rerum exploratia ab artifice differentiis, cogitur is qui docet multa sursum & deorsum agitare, & ex indoctæ plebis vsu pendens (vnde enim si plebem excipias, nominum significata rimetur) expiscari, quod cuique rerum differentiæ nomen aptissimè quadret. quæ doceodi ratio plurimas adfert discenti incũmoditates. nã cùm ea inquisitio demonstrationis capax non sit, dialecticorum argumentorum copia citra vllam rerum cognitionẽ scatet, & propter incertitudinem tædij pleoa est: præ longitudine autem ab vlteriore necessarium rerũ disquisitione remoratur. Euidens exemplum est, quod Aristoteles in procemio Metaphysicorum disquirit, sitne metaphysica sapientia. cùm enim facilè sit separare numerareq; veridicos intellectus habitus, & eorũ discrimẽ mutuòq; prospicere: vbi accedit huic de proprietate vocabulorum, per quæ significantur, disputatio, & qui vocabulum sapientia à scientia, arte, prudentiaq; discrepet, curiosa indagatio in longum excurrat oratio necesse est, afferanturq;, quod Aristoteles facit, vulgi opiniones & sententiæ de eo, cui sapientis oomen tribnunt, vt ita conficiatur quod cuiq; veridico habitui oomen potissimum congruat, à quibus dissentiens Galenus tum alibi, tum libro Epid. 1. summopere conatur medicos quibuscum agit (idem autem reliquis disciplinarum auctoribus obseruari cupit) eò adducere, vt à verborum consideratione ipsam rerum eruditionem separent & disiungaot, non quasi rerum eruditio citra verba tradi possit, licet id euitandarum de nominum proprietate difficultatum gratia, potissimùm expetendum esse Galenus putet, sed quoniam boc vitari nou potest, res quidem grauiter & certò agnoscatur secernaturq;: Iam verò cognitis, nomina imponantur, si conuenit, inter omnes vsitata maximè & vulgo recepta: Si noo coouenit, quæ is dat cum quo disputatio initur, vel certè concedat nobis, iure & arbitrio nostro de illis constituere, demum pax citò componatur, quòd si fortè in ampliorem controuersiam procedit vocabulum, abscedendum ab eo est, & res iam cognita circumloquio explicanda, ne vita sua sponte breuis, ita nulla sit ad artis perfectionem. Ita enim Plato in Timæo pollicebatur, doctiores nos ad senectam perueoturos esse, si eiusmodi quęstiooibus valefecerimus, & temporis parci rerum agnoscendarum auidi, verborum contemptores simus & liberales. habes huius instituti traditionisque soluendarum quæstionum apertum in hoc loco testimonium, vbi neglecta ea disputatione, num coles impactum babens lapidem æger dicendus sit oecne, & vrinatio læsa, an impedita, affectionum integra cognitio curatioque monstrata est. habes & primo de morbis vulgaribus, de febribus omnibus tertio die exacerbantibus, exactam breuemq; citra nominum disceptationes doctrinam, ablatis nominibus tertianę cõtinuę, causi, semitertianæ: in quorum disceptandis significatis multi integros libros & cõfecerunt, & cõficiunt modò. Nondum enim persuasum omnibus est vtilissimum Galeni, quod explicauimus, institutum. Quoniam verò concedit Galenus, vt post rerum examen etiam vocabulorum per ocium, si placet, inquirãtur seruenturque proprietates, id in proposita difficultate præstemus. Igitur dum rogant, sitne actio vrinationis in dato homine læsa propriè, an impedita, ita differendum esse videtur. Cùm quidpiam ita vnam aliquam è functionibus tollit, aut vitiat, vt nostrum sit illud pro arbitrio abiicere, & è medio tollere, impedire, non lædere functionem dicetur, vt compedes impediunt pedes, pondus humeros: cùm verò in nostra id situm potestate non est, lædere, quomodo resolutio gressum, febris appetentiam lædit, cumque impactus coli lapis non subsit nostro aut imperio aut volũtati, quin dolorem noonuoquam & mortẽ conciliet, lædere

[lib. de ijs quæ in medic. at. 1.]

[Hominum agitatio quousque.]

[sect. 3. com. 5.]

[1. diff. pul. 4.]

[3. diff. pul. 1.]

[li. diff. symp. 1.]

[sect. 3. 5.]

[Læsę actionis & impeditæ discrimen.]

lædere dicetur, oon impedire vesicæ munus. Iam de altero, est oe coles ipse æger, an magis mera se continet ooxæ eaniam ipse superstes? sanè quidem, si vnum esset morbi genus, qnod in temperatura substãtiaque membri spectatur, nullo coles morbo teneretur: quoniam verò est & alra sanè constitutionis portio, quam compositioné nuncupamus, cuius oomine meatus patentes esse oportet, qui modò occlusi sunt, æger constituitur coles. Ita effectum est, vt obseruata verborũ proprietate & actio vrinationis læsa, & coles affectus ægerque dici & possit & debeat. Cur itaque quæres, eloquẽtissimus Galenus subterfugit breuem baoc propositarum difficultatũ expeditionem? Scilicet, gloriosiùs vincit, dum nulla parte aduersariis cedit, & opere monstrat perfici citra eas controuersias medicum, eò tendit quòd aliquando vir sommè Atticus improbato ab Atticis nomine per solœcismum vtitur ducta illa negligentia, quam data opera se committere testatur, indoctam Atticorum diligentiam condemnans. 2.alimẽt. 27.

Succedit de vrinæ generatione inquisitio. nam quòd in renibus primam habeat à succis alimẽti separationem, & oculis apparet, & Galeni io hoc loco testimonio; vbi tamen primam adipiscatur essentiam generationemque, nó item. tres autem video fuisse de coctionũ numero, in quibos generationem vrina obtinet, sententias. Auicena secutus manifestum membrorum coquentium discrimen quatuor recenset quarum primá ventriculo, alteram iecinori, tertiam vasis, vltimã membris omnibus tribuit. Actuarius & ipse in numero cum eo conueniens dissentit in coctionũ organis: cousiderãs enim aliquãto artificiosiùs in hepatis cauo venæ portæ truncum in plurimas mesarei venas propagatum, nec cohærentem cum altero io hepatis gibbo; quem cauã appellant, germinantem & ipsum diuisumque io vniuersa corporis vasa; secundam coctioné hepatis cauo cum vasæ portæ tribuit, tertiam gibbo cum canæ propaginibus. quæ sententia no ñ[?] credibilior, quòd vtrobiquo separãtur certa quędam & definita alimenti excrementa, tanquam è duabus, non vna alimenti elaboratione. nam iuxta portam vesica feliea & è regione lien locata sunt expurgandis duabus illis bilis speciebus, quæ secunda ilia ebullitione fuce teuerunt: non longè verò à caua emulgentes in renes cõoebuor vniuersi alimenti iã ante ab vtraque bile expurgati serum. Vtroque diligentiùs rem rependisse Galenus videtur ad tres tantùm redigens: vnam enim esse quę in porta, & meseraicis, io iecore, in caua & totius corporis vasis conficitur ex scopi vnitate ostenditur, & loci, nec nó ex collatiooe quæ ad primam habetur. cùm enim in his locis omnibus vnius intendatur sanguinis generatio corpus alituri, cur plures credẽtur coctiones quarum vnum opus, vna coctio est? Deinde licet seposita sint mesãrei vasa à corporis venis, vna est & horum & illorum species & ratio. nec verò hepar ipsum sanguinem præter vasa conficit: tantũ accedit venis eo loci non leue ea iecoris carne ad gignendum sanguinem auctuarium: Cúmque loca illa forma & natura non separentur, in vnam conspirabunt omnia sanguinis effectionem secundæ coctionis opificiũ. Idem verò etiam ventriculi ostendit similitudo. quemadmodum enim illie alimentum etiam in ore & gula nonnullã ad succum mutationẽ suscipit, recipit verò in ventriculo, perficitur in intestinis; nec proinde in plures à quopiã seiuncta est alimenti in succum conuersio, sed ventriculo ceu fonti tributa inde io citeriores, vlterioresque partes commigrat: non aliter, quæ sanguinem efficit, officinam habet & sedem hepar; vasis verò & antecedentibus & consequentibus consensua lege cõmunicat: vna tamen in iis omoibus coctio.

Coctionum alimẽti numerus.
2.1 doct. 42
1.diff. vrin. 5

4 de sani. vlt.
3. tempe. 2.
Ratio. t. 2.

IVNOIT Galenus de vrinæ & retentione & excretione tractationem paulò obscuriorem, ex quibus retentionem animale opus esse ipsa docet vasicæ constitutio: cuius circundat collum constringens musculus toto retinendæ vrinæ tempore contractus & operans. excretio verò naturale expultricis vesicæ opus est, animalis autem facultatis intercessatio, non operatio est: nisi fortè, quod quandoque Galeno placuit, per accidens animale opus fateamur esse, quoniam non exercetur nisi accedente animalis facultatis nõ opere, sed ab opere ocio; itque per se animalis operatio, quæ ab operante animali prodit facultate; per accidens, quæ à cessante eadem & ab opere feriante: non aliter quàm in naturali respiratione per se aoimale opus inspiratio est, per accidens expiratio. Id autem ita sentiendum est de vi, quæ perpetuò & continenter excretionis opus exercet in vesicæ corpore sita: ea enim, quæ frequenter illi accedit io abdominis musculis sita, planè animalis est: similiter & qua residuum id vrinæ quod in pene relictũ eiaculatione quadam propellitur. quæ verò totam vrinam semper excernit naturalis est, non animalis, per se & primariò. animale autẽ dum negamus, voluntarium non tollimus. si enim definitur motus voluntarius is qui expectat necessariò antecedens voluntatis imperium, constat, cùm dormientibus nulla sit voluntas, sicut neque aliæ intelligentis principij functiones sunt, non adesse voluntarium vllum motum, non est igitur retentio excrementorum voluntarius motus, sed excretio, quam in sano habitu necessariò voluntas præit. Ne ergo vocabulorum innouentur significata, purgationes excrementorum ita negẽtur esse animales functiones, vt cócedantur voluntariæ; retentiones ita animales operationes esse fateamur, vt voluntarias esse diffiteamur: nam meiendi munus voluntarium est vesiculæ. Si quando verò Galenus cum multis aliis ex voluntario animale colligunt, aut è conuerso, confundunt illa & pro eodem accipiunt significato. Meritò itaque & in hoc loco & infrà libro sexto colligit Galenus fieri non posse, vt resoluta vesica vrina cohibeatur, sed vt pręter voluntatem exeat. si enim animalis operatio retinebat, non excernebat vrinam; resolutiò (ea est animalis facultatis ablatio) retentionem vitiabit, non expulsionem. Est tamen quibusdam coërcenda limitibus & temperanda, vt perpetuæ veritatis sit dicta sententia primùm vt resolutio vesicę ad retinendam vrinam vim habere non credatur, noo musculorum abdominis resolutio: cùm enim abdominis musculi excretioné promoueat, constat eorum resolutionem excernendæ vrinæ fore incommodam. Sed cùm diceote

Vesicæ excretio qualis actio.

lib. de mot. liquid. 2.

de dissect. instr. vocal. 2.

capite. 4.

hic Galeno non necessariò accedat eorum munus, sed tantum vbi vrina pauca est, vel vesicæ naturalis expultrix infirma, rarum est vt paralysis ischuriam committat; neque ea tamen si quádo accidit, vesicam infestat paralysis sed ventrem. deinde vt de tota vrinæ excretione accipiatur. nam quod exiguum in fistula vrinaria vltra musculum circundantem continetur, contracto circundante musculo ab animali vi pellitur; & ea resoluta vt non possit cum impetu pelli necesse est. Addendum item est, resolutionem facultatis ex arbitrio mouentis vrinationem nó impedire, sed alterius animalis, sensificæ nempe facultatis. Et enim expultrix licet naturalis & naturali quadam appetitione noxium abigens feratur ad se exonerandam, vbi vesica tumuit; multò tamen vehementiùs instigatur accedente per neruum vi sentiente, cuius ministerio vel ab vrinæ acrimonia morsa, vel à copia distenta vesica in excretionis opus excitatur: & qua deficiéte plurimum deficiat à pristina vehe-

Aët. lib. 11. 24. Paul. li. 3. 45 Galenus lib. 6. 4. Auic. 16. 3. 6. & 7.

mentia oportet. In quem sensum apud Aëtium legitur & Paulum, quin & apud Galenum ipsum libro sexto, vesicæ resolutionem vrinæ nonnunquam tarditatem retentionémque inducere: sed vt ij authores expositionem dictam recipiunt, ita non admittit Auicena, cuius verba aperto testimonio sunt, eam illi menté fuisse, vt vrinatio leuis illa & tarda expultricis vesicæ naturalis munus esse credatur; iaculatio verò quam sæpe festinã, continuã nonnunquam, aliquando intermittendã paramus, ex musculi opere pendeat. putat enim resolutam motricem lacerti in vesica vrinam remorari; agnoscíque eam resolutionem in causa esse, quooiam exit vrina, sed paulatim & sensim, non cum impetu & iaculatione. Quod quàm recipiendum non sit ex dictis ma-

Nicol. serm. 3. tract. 10. c. 11.

nifestum est. Neque enim illum tuetur interpretum quorundam inuentum, qui, dum excusare se putant, in errorem inducunt. Fingunt enim circundantis musculi actiones duas esse; vnam validiorem qua contrahitur in vrinæ retentionem;

libro 1.

alteram remissiorem qoa modicè ad exitum laxatur: ita fieri vt læsa sphincteris cótractione nó retineatur vrina; læsa distentione non exeat. cótra quos ostensum est in opere de motu musculorum vnam esse musculorum omnium actioné, contrahi; laxari verò tum cùm ociatur vis & ab opere cessat. quo fit vt per integram cessationé, quæ paralysis est in totú soluta eius musculi cótractione liber fit, non impeditus vrinæ exitus.

16. 3. tract. 3. 7.

Legitur verò apud eundem authorem non admodú dissimilis locus, in quo colo intestino paralysim tribuit. qui & ipse à multis explodi solet, quasi fingens in colo musculos resoluendos qui

lib. de erratis med. 3. 27.

Intestina musculis carent.

ib. 3. 43.

nulli sunt. à viro autem doctissimo Leoniceno in iudicium trahitur, & tamen quem absoluendú putat absoluere recusat: cùm constet eam sententiam ex Paulo desumptam esse referente colicum dolorem sua tempestate vagantem fecisse in paralysim commutationem, qua motus quidé periret, sed sensus incolumis seruabatur. Is locus librarij vitio pro paralysi habet apud Auicenam coli paralysim. vniuersa enim partis vegetantis in animali organa prudentissimo consilio ita à natura constituta sunt, vt quoniam etiam plantis sensu motuque priuatis communia opera exercent, soli insitæ naturalique facultati suæ relinquerentur; non motu, non sensu fungerentur: vt vni in plantis animalibúsque functioni eadé vis præsideret sed quod alibi solet, neque in hac parte natura præterit, vt id quod ad vnú quempiam vsum semel creauit, ad nónullos alios vsus vtiliter deflectat & accommodet: cúmque animalibus iã sensum motúmque tribuisset, altionis organa ea facultate etiam ex parte donauit. nam extremis illis orificiis & qua cibus potúsque alendo corpori suggeritur, & qua excreménta illorum duo succum & humidum purgantur, veluti ianitores quosdam musculos præfecit, qui pro occasione & arbitrio non sinerent attractricem expultricémque naturales perpetuo, quod in stirpibus faciút, in opere esse; sed reliquo tempore feriari, per quædam autem interualla temporum corporis necessitati inseruire, vt maiore parte animalia præstantioribus illis agnitionis motionisque muniis fungerentur citra alimenti molestias; minore vegetando corpori incúberét. sensum verò mediis illis organis ventriculo & intestinis contribuit, vt naturalis vegetantis potentiæ sensus multo esset animali iunctus, ad attractiones repulsionésque concitatior & actior; quem non solùm innata doctrina præstaret, sed ex tempore sensatio percepta admoneret. quo factum est vt alimenti organa in stirpibus neutra harum vitium donarentur: in animalibus mediæ partes sensu, extremæ etiam motu. Inter quas cú colum intestinum non numeretur, resolutionem motricis facultatis pati non potuit.

SECTIO SECVNDA.

QVÆLIBET in animantis corpore actio peculiarem habet particulam, per quam perficitur, eoq; actioné lædi necesse est, instruméto ipsam efficiente 1 quomodolibet affectio. Atque interdú adeo facile affectus soluitur, vt simul, atque opifex causa fuerit separata, ipso quiescat: interdum tãta est soluendi difficultas, vt diutius permaneat, causa 2 etiam ablata. Accidit auté nonnunquam vt efficiens causa pertransiens, non 3 firmum in particula faciat affectum, quem Archigenes cú vmbra affectus comparat: veluti cum suffusioni similia quadam oculi imaginantur, collecto in ore ventriculi tenui excremento: vnde vaporibus quibusdam in oculos sublenatis, in eos visifica facultas incidens, ijsdem imaginibus, quibus per suffusiones, afficitur. idq; maximè euenire solet ijs, quibus oculorú humor exquisite purus est, aut visifica facultas quam facillime sentit. Eandem ob causam, vbi sanguinis fluor, aut vomitus per morbos expectatur, huiusmodi accidentia interdum apparent, de quibus 4 Hippocrates in Præsagijs hunc in modum scripsit: Si cuipiam, inquit, in non letali febre caput dolet, aut ante oculos obscura quadam obseruantur, cardiogmos (.i. cordis seu oris ventriculi morsus) accidit, is bilem euomat. Ac 5 paulò post: Quibus verò in huiusce modi febre caput dolet, oculi verò obscuras illas imagines non vident, sed caligatione hebetantur, aut splendentia quadam ipsis obijciuntur, ac pro cardiogmo, in alterutra parte præcordia tenduntur, neque dolore, neque inflammatione infestante: ijs pro vomitu sanguis è naribus effluet. Hac est verború Hippocratis series, quibus docuit sæpenumero contingere, vt, ab humoribus sæpius in ventriculo collectis, imagines quædam oculis obijciantur. 6 Quòd si nihil omnino ab humoribus ascédat

ad oculos,nullum huiusmodi accidẽtium euenire solet, quemadmodum, vbi neque vel ad aurium vel narium meatum,vel etiam ad linguæ corpus, quicquã transfertur.Vnde manifestũ est, quod oportet oculos participes fieri eius dispositionis,quæ ventriculũ infestat, si videndo debeat animal errare.Cũ itaque rursus 7 dicat Hippocrates:Quibus deiectiones biliosæ exeũt,surditate superueniente finiuntur: & quibus surditas præcesserit, desinit,si deiectiones sequuntur biliosæ: quis est adeo demẽs interpres,vt omittat in huius sermonis enarratione aurium 8 affectum? at tum dicat nasci surditatem,cũ bilis,quæ vnto per aluũ vacuari consueuerat, ad oculos efferatur? Igitur semper incipere oportet à læsæ actionis instrumento:deinde quærere, quis sit noxæ modus, vtrũ videlicet dispositio iam stabilis ac firma,an adhuc fiens, vt perseuerare autẽ nondum nata sit.Quòd si nunc quoque fiat,vtrum causa quæ affectum efficit,in ipsa parte contineatur,an per ipsam transeat, inuestigandum est. Etenim 9 arefacto immodicè humore (quem crystalloidem vocant) perseuerans erit noxa, & essentia ipsius proprius affectus.si verò crassus humor in pupilla constiterit,essentia quidem nondum læsa est,verùm accidentis causa in oculo ipso continetur: sed tum per ipsum transire dicitur, cùm euaporans humor consistit in ventriculo.Qui verò in partem quampiam tunc solùm arbitratur esse affectam,cùm in essentia ipsius permanens fuerit dispositio:legislatoris munere,qui patriis nominibus propria significata instituit,fungi videtur.Nam vbi vehemens dolor intestinũ infestat, firmato in vna quapiam parte dolore,vt quasi perforari videatur,quo pacto vel nequaquam affici intestinum, aut affectum in ipso non esse quis dixerit? quamuis interdum huiusmodi dolores, excreto vitreo quodam humore, vel vnico temporis momento finiantur.Nec verò aliud quidpiam dolorem concitasse putandum est præter humorem excretum.quo enim excreto,illico dolor sistitur,hoc ex cõmuni hominũ opinione,doloris causam censere par est. idq; ob naturale quoddam axioma, (id est,enunciatũ) quod ex seipso ab huiusmodi causarum dignotionem, fidem habere videtur.Id enim quo tangente afficimur, & quo separato statim cessat affectus,causam esse apud omnes homines in confesso est.sic enim & ignem vstulationis, & gladium sectionis causam esse credimus: atque de singulis aliis similiter dicendum est. ergo vacuatum humorem, infestantis mali causam fuisse,quo tempore in particula continebatur, putandũ est. sed,an ob id,quòd vehemẽter infrigidat,aut calfacit,aut in totũ per intemperaturã locũ afficit, aut quia per cõtinuas partes transit, aut ad excretionem vi quadam excitans aut ob flatuosum spiritum ab eo exortum, qui continentem partem extendere potest, aut quia violenter impactus est, aut quia erodit, & mordet,nondum ex euacuationis ope manifestum est.quippe id solùm constat,quòd cùm continebatur,molestiam inferebat.igitur non solùm putare oportet,huiusmodi humorem esse causam doloris: verùm partem quoque, in qua continebatur, illo tempore affectam, quæ ob humoris præsentiam dolore cruciabatur. Sic etiam affici aliquẽ dicimus,cùm aliquid extrinsecus incidit,vel calefaciẽs, vt ignis: vel refrigerans,vt nix: vel contundens, vt lapis, quo separato protinus finitus fuerit affectus,nemine propter hoc dicente partem non fuisse affectam, quòd in ipsa nulla sit relicta dispositio.

ANNECTIT alterum doctrinæ,quam quærimus,elementum,nempe ea læsa actione inueniri affectum locum,iungens affectuum diuisiones, quæ & cognitionẽ variant & curationem:ac primum trimembrem diuisionẽ Archigenis in mediũ affert:de qua & disceptat.Inde §. Igitur hoc modo,eãdem diuisionem artificiosius, & operi vtilius proponit. Tertio, §. Nunc verò rursus,reliquas affectuum varietates annectit.

1. *Quomodolibet affecto*] pronunciatũ hoc scopo operis vtilissimum,ceu omnibus confessum, sumit Galenus. Si est cuique actioni dicatum in corpore organum,quo valente sana prodit, consequens est,vt vitiari nequeat actio,nisi à sanitate deficiat & mutetur organũ. id vocat quomodolibet affici.Neque enim propter Archigenem sumere potuit organum esse passum vel ægrum edens viciatam operationẽ:siquidem ea erat Archigenis logica contentio,fieri,nonnunquam,vt actio læderetur organo non habente passionem; sed eius solam vmbram; cùm videlicet aliunde pendet læsionis origo.idcirco id sumit in antecedẽte quod nemo negabit,quomodolibet affectum esse organum,cuius actio læsa conspicitur.

2. *Causa etiam ablata*]abundant illa verba.nam & facti affectus sæpe causa destituuntur.

3. *Non firmũ in particula*] lege,nõ hærẽs parti.

4. *Hippocrates in præsagiis*] libro 3.32.

5. *Ac paulò post*] 3.præsag.35.

6. *Quod si nihil omnino*] ostẽdit prima ratione ex authoritate petita, in omni triplici specie læsæ actionis,organũ agendi pati. Si enim fit in tertia specie,de qua non concedebat Archigenes, organũ particeps noxiæ causæ aliunde accedentis, nimirum patitur: Si non sit, cur magis læditur illius,quàm aliarum in corpore partium actio.

7. *Dicat Hippocrates*] 4.Aph. 28. legenda est autem tota sententia, ita vt eam suspendas ab eo initio (*quis est adeo demens*) vsque ad (*efferatur*) neque,quod quidam faciunt, pro oculos, aures legendum.

8. *Aurium affectum*] πάθος vertit perpetuò interpres affectum. Colligit autẽ Galenus ex Hippocrate sic,si surditas, ergo aurium passio:atqui surditas,ex commigrante humore nascitur: igitur & passio.

9. *Etenim arefacto*] producit in medium oculorum status tres,per quos vidẽdi actio vitiatur, respondentes tribus Archigenis differentiis.primus glaucoma dicitur,albescẽs glacialis mutato propter substãtiæ arefactionẽ colore:alter verò suffusio cõcreto intra albugineum crasso & opaco humoris halitu: tertius imaginum visio propter vapores à ventriculo ad cerebri membranã ascendentes,& ob venæ cum illa cerebri continuitatem mox ad oculi pupillã delapsos, & substantiæ suæ opacitate intra albugineum iudiciũ visiliũ intercurrẽtes. Ex quibus primus ferè curationem non admittit, alter difficulter admittit, tertius promptissimam habet expeditissimamque bilis ex ventriculo vomitum. Sed quomodo docet proniores ad eam delusionem esse eos qui puriore constant albugineo,& vi cernẽdi magis valent? sequitur enim deteriorem esse actionem instrumẽti melioris. Meminisse oportet quod libro Artis medicæ ostensum est nõ esse in vniuersum præferendam in quouis genere actionẽ absolutè acutiorẽ validiorẽmque. Cùm enim sanitatem perficiant operationes nonnunquam aduersæ vt tractio, & pulsio: sic discretio Cap. 8.

internorum,& externorum visiliũ:ea erit optima ad vitam functio quæ sit vehementior exactiorque,modò eam magnitudinem non attingat,qua reliquis officiat functionibus. Ergo minimorum obiectorum discretio præstantior visio est,quandiu non efficit vt fugiant externa visilia propter internos halitus oculum petentes; quam magnitudinem acutissimus visus quia habet,ad sanam visionem reprobus est. in contento autem humore oculum in essentia ideo illæsum statuit, quoniam nundum pars vlla oculi temperamẽtum proprium (quod essentiam partis vocat)euersum habet.

10. *Qui verò partem*] Altera probatio assumpti est: conuincit enim vulgi testimoniis verbum, pati, etiam de eo dici quod afficitur à causa quæ transit. Galenus quidem propositam ab Archigene dubitationem de abeunte causa num inferat parti affectum,an affectus vmbram,ita expedit, ostendens nuncupandum esse affectum vel passionẽ. ita ex duabus dialecticis quæstionibus, capite superiore adductis, priorem contempsit, posteriorem aliter quàm Archigenes soluit. Eius varietatis in respondendo causam spectare operæ precium est:neque enim modo in logicas difficultates melius animatus quam superiore capite Galenus est. Sed idcirco hic contendit differẽtias omnes læsæ actionis passionem organi ostẽdere, quoniam ita stat regia illa & expedita cognoscẽdi passi loci methodus, qua ex læsa actione colligimus agentis instrumenti passionem: corruitque negata illa passionis significatione. eo autem magis non concedit cõtradicenti Archigeni Galenus, quoniam seruata verbi passionis proprietas iuxta vulgi vsum eam significationem recipit. quomodo igitur non erit vituperabile,si id vocabuli significatum nõ recipimus, quod & proprietatem vulgarem obseruat,& ad scientiam agnoscendi loci affecti compendiosissimum aditum præstat, cum alioqui liceat tradendæ doctrinæ gratia nõnunquam nominibus abuti,& ad noua significata ea traducere.

Solutionum Galeni ratio.

Neque verò tollit veritatẽ pronuntiati quod hic assumitur, id quod paulò infra Galenus docet in animalibus functionibus euenire: vt actio lædatur instrumẽto actionis haudquaquam passo. In animalibus enim functionibus actionum organum non solùm est manifestum id & obuiũ quod sine medio operationẽ edit, sed etiam cerebrum vnde vis deriuatur,& nerui per quos cõfluit. Ita ex præsenti sententia etiam in illis conficitur non lædi actionem nisi agens causa, aliqua ex parte peccauerit: nam vel ingressu læso crura patiuntur, vel nerui,aut certe cerebrum; quæ tria agentis causæ in illis functionibus locum & vicem obtinent.

Cap. vltimo.

IGITVR *hoc vno supposito,quod & nomine affectus,& verbo affici,ad hunc modum vtamur, ita dicendis animum* 1 *adhibe,quo vtilitatem tum in præsagio, tũ in curationis ratione consequaris. Quippe nonnunquam à causa quapiam oritur affectus,sed ita oritur, vt separata causa haudquaquã permanente habeat dispositionem: interdum autẽ partim iam factus est, partim etiam dum fit. sæpenumero fieri desinit abeunte causa: iam verò perseuerans manet dispositio. Veluti in dysenteria,mordax humor causa est affectus, vtpote qui ab initio & absterget,& abradit: dein temporis tractu vlcerat intestinum. Quod si antea, quàm vlcus induxerit, effluere desinat, affectus ipse nondũ dysenteria dicetur. Si verò vlcere præoccupet intestinũ,quamuis humor finiatur: non tamen simul* 2 *finitur affectus.* 3 Neque est, *quod in præsentia ratione ex minutatim coaceruatis cõtexta,quam Soriten, id est aceruale, vocant,moneamur: quippe multa ad vitã haud inutilia, cõmunem ex ipsa sortiuntur dubitationem,de quibus priores tũ medici,tum philosophi locuti sunt: proinde superuacaneũ esset ea nũc percurrere,mihi præsertim, qui propositũ in ipsa hac* 4 *parte artis ambiguitatem ostendere. Quòd enim tẽpore ad effectuũ generationẽ sit opus, inter omnes conuenit. An verò,quemadmodũ, cùm domus fit,nõdum est domus,sed totũ hoc simul,fiens domus: eodẽ etiã pacto quilibet affectus, dum fit, fiens quidem fit, nondũ tamẽ existat, haud ab re quæritur: neque enim omniũ, quæ fiunt,eadẽ natura est. quippe res similares, nullã* 5 *naturalem figuram requirentes,protinus ab initio eadem constãt essentia: dissimilares verò, & quibus varia est forma, essentiam generatione posteriorem habere possunt. Neque enim,cùm domus construitur,simul fiũt fundamenta,parietes,fastigium,tegulæ,ianua,fenestræ: ex quibus omnibus eo modo compositis, atque in vnam formam redactis, domus ipsius essentia composita est. Morbus verò & calidus,& frigidus,& humidus,& siccus,protinus ab initio,cùm primũ corporis temperatura, quæ bonæ valetudini debetur, limites excesserit, eandem sibi ipsi naturam habet. Quamuis enim interdum adeo sit exiguus,vt neque à nobis cognosci,neque laborantium sensu percipi possit: nihilominus tamen propriam habet speciem. Haud aliter inflammatio quoque in quacumque animalis parte consisterit,siue maxima siue minima fuerit, vnus atque idem est affectus, non specie quidem:sed magnitudine varius. Cæterùm, quòd possint aliquæ affectiones in corpore consistere, quæ ob exiguitatem nondum appareant, argumento est gutta longo temporis tractu saxũ excauans,de qua rectè carmen hoc proditum est:*

Mollior 6 *assiduis saxum cauat ictibus vnda.*

Neque enim vel vnus, vel duo,vel tres, vel quatuor aquæ ictus saxum ferientes: cùm ne centesimus quidem, sensibiliter videatur saxum excauare. Neque etiã fieri potest, vt primo nihil efficiente, alter aliquid faciat: quippe qui habet,eandẽ quã primus habuit,ad saxũ rationẽ. Ergo,si secũdus ictus in saxũ quippiã effecerit, ipsum à primo ita mutatũ fuisse necesse est, vt non omnino idem,quale ab initio fuerat,permanserit. Etenim,si ipsum vndequaque idem permaneat,atque agens quoque in ipsum causa,nempe aquæ stilla: necesse est, quemadmodũ à primo ictu non affectũ est, ita neque à secundo: quod si fateare,neque tertius quoque ipsũ afficiet. haud secus de quarto,& quinto,& reliquis deinceps omnibus dicendum est,quippe de omnibus eadẽ ratio est. Etenim, quoad eodem modo habẽte saxo, eadẽ quoque causa accesserit,nihil amplius efficietur. Quod si à millesimo ictu sensibilis videatur in saxo concauitas,ad singulos ictus, affectus in saxo nunc primum sensibiliter apparentis, millesima pars referenda est. Cùm itaque causa agũt in corpus,species affectus ab initio est eadẽ,tamen ob exiguitatem non apparet. At verò huiusmodi affectus, qui adeo sunt exigui, separatis causis facientibus,ilico 7 *finiuntur, natura videlicet ipsos sanante. Quippe illi duntaxat externo egent auxilio,quos ob magnitudinem natura vincere* 8 *nõ potest. Igitur eadem quoque ratione,cùm primùm mordax humor aliquod intestinorum deraserit,quamuis id, quod factum est,nondum*

videa

videatur, nihilominium dispositio ipsa sub dysenteria species comprehenditur. Quemadmodum igitur natura, parua quædam vlcera, quæ nonnunquam oueniunt, nullo adhibito medicamento sanauit, ita & intestinorum abrasiones. Hac 9 ergo ratione, falsum omnino est, quod à quibusdam dicitur: Nullum per huiusmodi symptomata, in corpore relinqui affectum. Quod si verum esset, tamen intestina iam fuisse affecta haudquaquam negandum est, cùm ab acredine eorum, quæ deijciuntur, intestina rodentium dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc igitur ad omnia, quæ posthac dicturi sumus, veluti elementum quoddam, obseruare debetis, sitque hoc initium methodi, qua inuenis debent sedes affecta, Nullam actionem vnquam lædi, nisi pars, quæ ipsam facit, afficiatur. Si 10 enim, cùm vel dolor, vel tumor præter naturam aliquis eam infestat, omnino affici dicitur, multo magis eam affici læsa actione fatendum est. Atque vt iam supra dictum est, quòd ab excretorum natura, affecta sedis coniecturam facere possumus. id verò bifariam fieri constat, vel ab excreta essentia proprietate, vel ab his, quæ in ipsa parte continentur. Similiter diximus ab innatis interdum rebus, de locis affectis coniecturam sumi posse, 12 Item ab accidentium quoque genere, quæ quidem non mediocrem habent inter se differentiam: Sed hæc postea explicab.mus.

Affectvvm diuisionem primã ex sentẽtia proponit, obiter etiam confirmãs pronunciatũ.

1. *animum adhibe*] Magnifacit Galenus diuisionem hanc affectuum in futurum, cum qui fit, & factum nam: & in arte medica priuatim eam intemperamẽti affectibus ascribens, omnibus ferè medicis fuisse incognitam hanc diuisionem refert. qui ergo distat ab Archigenica quæ præcessit, sanè in duobus: primũ quod multo est inductio agnoscendi per hãc faciliot. Cũ enim referente ægro constet quæ actio in ægro offensa sit, cùm cõstet coire perpetuo passionem organi cũ actionis læsione, nulla de loco passo reliqua quæstio est: solàque species affectus indaganda relinquitur. Ita hic loci passio diuiditur in tria membra, quod genus Archigenes de omnibus tribus membris non concedebat. Deinde sanior est & curationi aptior sectio in affectum qui substãtiã membri iam mutauerit, in eum qui causam habet operantẽ: ita vt iã ex parte mutauerit, & tertio in eum cuius causa in opere est, nil tamen affecit quod ablata causa relinquatur. quamprimũ enim compertum est ex quo genere sit propositus affectus, maximus ad curandi rationẽ progressus factus est. Futurus enim solam purgationẽ expetit: factus substantiæ mẽbri mutationem: is vero, qui fit vtrunque: quam vtilitatem superior illa diuisio nõ præstabat, præterquam quod nec ad prædictiones perpetuum est vt affectus à causa abeũte genitus, mitior altero sit, cuius causa permanet. Sæpè enim dysenteria à transeunte per intestina bile oritur multò difficilior morbus corporis inflammatione, vel tertiana febre à bile coorta profectis.

Cap. 22.

2. *Finitur affectus*] facti affectus permanẽtisque tertio loco numerati prætermisit exemplum, vt pote satis ex superioribus apertum: cùm non amplius confluit ad intestina bilis exulcerata.

3. *Neque est quòd*] Sumpserat inter diuidendum, primam affectuum differentiam causam obtinere agentem quidam illam, sed quæ tamẽ separata nil residuum appareat affectus. eam sententiam, adducto in medium Sorite, in dubium trahit. videtur enim, si toto tẽpore, quo primus ille durat affectus, causa præter naturam præsens agensque nihil induxit à natura alienum mẽbro, eam in duplo, triplo, aut ampliore tempore nihil inducturam, nec enim aut agẽtis vis augetur, aut eius, quod patitur, vis, quæ resistit, minuitur. ita fieri, vt nunquam ex ea causa expectetur factus affectus, quod mox Galenus scribit. Respondet, eiusmodi Soriticas difficultates latè patere, & suas requirere solutiones. quod verò ad morbos attinet, id tantùm mouet obiectio, sit ne morbus quo tempore fit, nec ne? cùmque cõstet, dissimilares res non esse dum fiunt, sed similares: præterea morbum tem esse similarem: conticitur morbum esse dum fit, atque adeo relatum primo loco affectum aliquid induxisse intestino vlceris, licet ablata causa ideo non appareat, quoniam præoccupat natura exiguus illos, præter naturam affectus, sanare anteaquam sensu internosci queant.

4. *in hac ipsa parte.*] Soriticam argumentationem, in sola morborum specie propositũ, soluere pollicetur Galen⁹, nõ quæ alias vitæ partes tãgit.

5. *naturalem figuram.*] Insinuat animati partes, quæ cùm ex finitione sint organicæ, & dissimilares figuram quandam exigentes, à qua & nomẽ & essentiam sortiuntur, vt fructus, vt oculus, vt manus, eam essentiam nisi in fine generationis non habent: quòd verò similaria, dum fiunt, sint, monstrat ratio manifesta. quandiu fiunt partẽ habent factam: pars & totum cognomina sunt, ergo, quandiu fiunt, iam totius appellationẽ habẽt.

6. *Mollior aspidus*] Ouid. 1. de arte ita imitatur Græcum carmen eleganter. Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

7. *illico finiuntur*] tandem satisfacit obiecto, dãs primam bilem, quæ ad intestina defluxit, ea exulcerasse, & tamen idcirco in diuisione dicta trimembri concessũ purgata bile nihil relinqui, quoniam nihil in intestinis medicam manum exposcens relinquitur, natura enim sola sufficiente non est medicamentis locus.

8. *non potest.*] non ergo properandum in quauis inualitudine ac medicamenta est, sed victus tentandus, &, quid ipsa per se natura possit, expectandum in leuiore malo est.

9. *hac ergo ratione.*] redit ad id, vt ostendat aduersus Archigenem pati membrum omne, cuius actio læsa est argumento ex solutione petito. cur enim non diceretur caput passum ex bilioso ventriculi flatu, si ostẽsum est primum illum flatum induxisse capiti affectionẽ præter naturam, quamuis sensu ea percipi non possit, quæ ablata causa manet naturæ non arti sananda. sed fac non manere certe quo tempore dolor vrgebat, vel caput, vel intestina, soluebãtur, & acriter mordebãtur: neque enim aliter egregiè dolerent, quid ni igitur fateare eo tempore pati quo dolebant.

10 *Si enim, cùm*] idem aliter cõficit, si est necessarium magis membro naturalis actio, quàm vel figura vel indolentia: & accedens tumor vel dolor membrum passione, afficit, quod, Archigenes non negat: cur non magis pati diceretur eo solo nomine, quòd in actione propria laborat & deficit.

11. *atque iam suprà*] cùm ex presenti serie methodum potissimam vnam agnoscendi loci ostédisset læsam actiooem, in memoriam reducit alterá exeo quod antecessit capite oempe excreta. Ea hic artificiosè in pauciora membra secat, suprà apertiùs in plura: excreta, inquit, indicát læsũ locum, siue quia excernitur mẽbri pars siue quia in membro contentum, siue quia membro adnatum, suprà, autem membri partem secabat in proprietarem substãtiæ & magnitudinem. cõtentum verò in id, quod secundum naturam, & id, quòd prter naturam coorinetur: ita hic tria excretorum, illic quinque genera numerantur.

12. *Item ab accidentium*] legendum est, (est autem hoc est symptomatum genere) docet autem ab adnatis petitum indicium ac genus reduci symptomatum, de quo infra cap. 5.

Cæterum quæ de Sorite inpræsentiarum ab authore traduntur paulo vberiùs tractanda sunt, explicandũ enim est, in quo peccet frequẽs illa argumentatio falsum ex probabilibus eliciens, in multis in quibus locum habet: conatur enim id captiosum argumentandi genus, de quo Cicero Acad, quæst. libr. 2. commeminit, conficere, aceruum non cõstare suis minutis particulis, (*Locus ille*) neque rursum in eas solui: ita enim texitur: primus homo populum non constituit, oihil autem magis potest primo secundus: igitur neque secundus, similiter nec millesimus: nulli igitur homines populum facient. Sic primum granum modiũ noo efficit: nihilo autem plus possunt sequẽtia: non conficitur itaque ex frumenti granis modius. non cessat cauda equi, aut hominis Cæsaries (Soritis solutio.) vna pilo ablato; nec verò plus aufert primò secũdus aut sequentium vllus: non soluitur igitur in pilos equina cauda aut humana cesaries. fit & de ea argumentatione aceruali, id est enim Græcis Sorites apud Galenum mentio libro priore de (*cap. 3.*) criticis diebus, & in opere de Marasmo. Trahi ve(*cap. 4.*)rò etiam in dubiũ potest quod docet, quęcunque constant partium compunentium similitudiue, etiam dum fiunt, iam tum essentiam obtinere & nomen, cùm populus ex solis coostans hominibus, & modius ex solis frumenti granis quandiu crescunt & fiunt, nondum sint aut populus, aut modius. controuersum est & illud, quòd censet morbos omnes similares res esse. id enim vt de temperamenti morbis certum, ita de reliquis incertum est. morbum enim circularis in ventriculo figuræ nemo dicet adesse, quandiu fit, nec bicubitalem magnitudinem, quandiu augetur membrum. Prætetea dum, quid possit illa ratio, iudicat prima gutta lapidem non excauauit, igitur nec millesima. prima bilis oon exulcerauit intestina, neque igitur vigesima; putat ex ea confici excauationẽ vlcerationémque à prima incursione: & tamen visus cum ratione ostendit, primas illas gutta non cauare, sed emollire & cauitati parare, primósque bilis defluxus intestinum inflammare, nec dum exulcerare. Postremò, quomodo cohætent pugnantes illæ senteotiæ, quibus non modò alibi, sed & hîc in prima morbi specie, in qua causa biliosa nondum induxit factum quidpiam, modò ait esse dysenteriam, modò negat, Ea quo proposita (*ad. 1.*) sunt ordioe diluantur, Sorites voiuersum in eo peccat, quòd ooo discernit, hæc, efficere quidpiam, & aliquid sui effecto præstare. igitur prima particula, non secus quàm vna quæuis sequentium, ipsa quidem effectum non producit, præstat tamen producendo effecto portionem qaandam. nam si spectetur minimas quantitas quæ visum monet & cerni possit, non nisi vi & facultate partium constituentum operatur: neque tamen dimidię eius partes non quartæ aut segmẽta alia visum mouent, sed motioni opitulantur & vires præstaoi; nec aliter prima gutta aut bilis defluxio nam quod attinet ad Galeni sententiam, qua sta(*ad 2.*)tuit similares res etiam dum fiunt essentiá & nomen obtinere, ita audiendum est verbum similare, non cuius omnes partes cognomines sunt, sed cuius & totum partibus, & partes mutuo in nomine respondent & ratioue, Populi autem licet partes sibi ipsis similes sint, & homogeneæ, cum populo nomine rationéve non cõueniunt. Dum verò morbos omnes, etiam vlcera, etiam inflammationes inter similaria locat, non considerat, quod primo artis medicæ ostensum est, formam morbi ea est magnitudo lapsus functionibus officiens, ad quã motus nõ est sed mutatio, quęq; res est dissimilaris in termino alterationis, nó secus quàm figuræ repente introducta: sed excessum quẽuis vel lapsum à terminis quibus sanitas circunscribitur. qua interpretatione omnem recessum à naturali figura ad circularem ante circuli perfectionem figuræ morbum esse satendũ est, & augmẽtũ ad saná partis magnitudinẽ: morbum auctæ magnitudinis nuncupamus, licet ad bicubitale nondum peruẽtum sit. Nihil verò causæ est, cur author tergiuersaretur & vim rationis effugeret, allata illa emollitionis in lapide & excauationis diuersitate. nam, vt id habeat, fatendum est, primam guttam lapidi incidentẽ lapidẽ emollisse vel nullam sequentium, quod parem priori difficultatẽ habet, nisi eo qui expositus est modo soluatur. Postremò, illam curatione non egentem, sensuique occultam abrasionem intestini, prima bilis incursione contraham, & negat esse dysenteriam quæ sensu percipiatur, & concedit verè ex genere dysenteriæ esse, in eóque cootineri ceu illius partem. vtrum autem ex his propria dysenteria sit, quæ verè est, ao quæ etiam sẽtitur, quæri potest. & certè si dysenteria, febris, & quod est vtriusque genus morbus ipse spectẽtur, prout habitus sunt corporis aut dispositiones ex immodico calore dentes, aut vlcere, non est exiguus ille calor febris, nec abrasio dysenteria neutrum morbus. Si verò spectentur materiæ ipsæ morborum calor, & vlcus quatenus passio, sunt & patibilis qualitas, abrasio dysenteria est: cúmque Galenus, vbi medicum agit, tantùm ea consideret quæ à medico & agnosci possunt & emeodari; ea sunt in eo, qui febri laborat, caloris excessus, in dysenterio intestini euidens vlcus, meritò febrẽ sub caloris genere repooit, & morbum sub immoderantia fuoctionibus noxia, & dysenteriæ appellationem ad vlcus omne intestioi amplificat. sed de his satis.

Nvnc *verò rursus ad principium sermone reducto, in singulis partibus tentemus inuenire notas, affectus earũ indicantes, tam eos, qui in ipsarũ essentia cõstituunt, tum illos qui ipsis veluti instrumentis accidunt. Rursus in vtroque separemus & discernamus à factis iã affectibus,*

affectibus,eos,qui etiã dum fiunt, pertinaciter autem non inhærent. Item causas,quæ in affecta parte continentur,ab ijs,quæ aa tanquam transitu duntaxat vtuntur. quod verò ex ijs alij 1 componantur modi, satis constat Præterea distinguere oportet eos,qui per consensum alterius particulæ accidunt,à proprijs : nam magis proprium fuerit ideopathian, id est proprium affectum, quàm(vt medici solent protopathian,id est, primarium affectum, nominare,veluti ex aduerso diuiso affectu per consensum à proprio. Ergo,qui propriè vocabulis vti voluerit, primogenito quidem affectui, secundarium aut posteriorem opponet:et verò,qui per consensum infestat, proprium, 2 Quanquam sæpenumero contingere potest, vt aliquis simul & per consensum, & propria affectione laboret,cùm in affecta per consensum particula permanens fit dispositio. neque enim primario, sed secundario & propriè ipsam tum affici dicemus, id verò haud obscurè in partibus externis videri potest. quemadmodum in corpore plethorico,oborto ingenti bubone ab vlcere,cùm inductum fuerit vlcus cicatrice, permanet etiam dum bubon, vel in suppuratum inflammationem transiens,vel in scirrhosam dispositionem,quam chœrada,id est 3 strumam,appellant:at nemo primarios dixerit huiusmodi morbos, qui ob alium præcedentem euenerunt;quippe per consensum facti ad huiusmodi permutantur idiopathiam. perinde, ac si potiùs ab initio protopathia,id est,primaria affectio,ipsis accidisset. 4 Cæterùm in præsentia non inutile fuerit meminisse eorum, quæ in libro de 5 medicis nominibus diximus, vbi de significatis est sermo,quæ pessime à recentioribus tum medicis,tum philosophis confunduntur. Maximè enim proprius vocabuli 6 affectus.vsus est contrarius,& e diametro pugnat cũ voce actionis.quippe id agere dicitur, quòd ex seipso motum obtinet:affici verò,quod motum habet ab alio. Cùm itaque duo 7 sint motus genera,alterationis,& lationis: vbi ad permanentem dispositionem alteratio peruenerit, sitq; dispositio.s.præter naturam, morbus appellatur:quamuis per abusionẽ interdũ, eandẽ dispositionem nonnulli affectũ nominent, qui se more Græcorum Patrio nomine vterentur,partes ipsas potius affici dicerent,cùm motum subeunt præter naturam: cùm verò dispositiones habent præter naturam, si propriè quis loquatur,ægrotare eas potius, quàm affici, dicet: quòd si ab vsu recesserit,non solùm ægrotare,sed affici 8 quoque dicere poterit. Equidem,quod semper dicere consueui,nunc quoque dicam : quòd in eis doctrinis, in quibus 9 scientia acquiritur satis est, si quis vocabulum atque significatum eius, pro 10 doctoris voluntate proferens:procedat deinceps ad rerum enarrationem. Admonui autem nunc significatorum,eò quòd nonnulli, non solùm patriorum vocabulorum significata peruertunt,verùm etiam eos,qui rectè ipsis vti tentant,calumnia prosequuntur. de quorum numero sunt hi quoque, qui ducunt interdum læsa actione partem ipsam non lædi,eò quòd nondum permanentem habet dispositionem, veluti vbi propter humorem in ventriculo contentos caput dolet. Quòd si commutata ratione, de nominibus certare desieris,magis propriè interpretando dices affici quidem caput, quando ventriculo consentit : ægrotare verò,cùm proprio affectu laborat.similiter ventriculum affici quidem,cùm à vitiosis molestatur humoribus: ægrotare verò,aut per propriam intemperiem, aut cùm inflammationem,vel vlcus, vel abscessum habet præter naturam.

Redit ad diuidendos quos intermiserat affectus numerat autem diuisiones quinque in quibus varietates affectuum curationem mutantes exponuntur, annectens postremam suprà omissã ostentionem,qua confirmatur pati perpetuò mẽbrum cuius vitiata est actio.

1. *componantur modi*] Ex tribus diuisionibus mẽbra mutuo componi possunt, vt euadant numerosioraꝛ nam temperatus morbus, quod est primę sectionis mẽbrum, si causã habet,est etiã secundæ diuisionis membrum. si verò eadẽ causa transit, tantùm etiam cum tertia componitur, & ad eam imaginem plures compositæ euadent differentiæ.

2. *Quanquam sæpenumero*] lege. Et quidem sæpenumero, in idem coit per consensum ægrotare, & verò iam etiam per proprietatem. Ostendit enim perperam priscos primogenitũ affectũ cum proprio, & secundarium cum consentiente confudisse,cùm non rarò proprius & secundarius iũgantur,nempe quando incepit secundarius & per consensum,pòst, acquirens firmitatem ex consentiente, in proprium mutatus est. Ita autem intelligendum est,coire in vnũ nonnunquam Sympathiam,& proprietatem, non quasi ambo maneant, sed quasi transierit in proprietatem consensus. si enim,dicente Galeno,diuiditur affectus in cõsensum & proprietatẽ, diuisionis lex exigit ne membra coëant,sed pugnent:fieri tamen potest,vt ex altero membro ad alterũ diuisionis per mutetur affectus, quod exempla allata manifestant. nec verò de sola proprietate nominum Galenus agit,sed de curandi rationem: nisi enim separetur secundarius affectus ab eo qui per cõsensum fit, perpetuò secundarios affectus negligemus, ceu quorum medicatio à primariis pendeat,cùm tamen non rarò secundarius, vtpote iam proprius peculiarem opem exposcat.

3. *strumam*] Memorandum est vt strumæ vocabulum de adenum duritie quauis per consensum contracta afferat.

4. *Cæterum in præsentia*] Commodiorem locum habuisset hæc oratio,vt placitum Archigenis impugnabatur de passionis vmbra. sed Galenus disperse multa ad eam rem congessit.

5. *de medicis*] desideratur : nam finitionum medicarum liber ad Galenum referri non meretur.

6. *affectus*] lege, passionis.

7. *duo sint motus*] notissima quæ ad propositum negotium spectant,de quo ther.lib.1. *cap.8.*

8. *affici quoque*] perpetuò passionem vertit interpres in affectum meminit autem Galenus lib. *cap.1.* de placit.6.vsum nonnihil.immutasse horum verborum amborum significata:in verbo quidem actionis trahens non solùm ad motum ab agente prodeuntem,sed & ad motum in passo receptũ, modò,natura constet,ἐνέργειαν Græci vocant,quo modo ambulatio cruris actio, visio occulorum dicitur, cùm tamen crurum plures in ambulãdo partes patiantur quàm agant, & oculi partes in videndo,passionis autem πάθος vocant,spacia ex- *Lib.de diffe* tendunt ad motus terminum & inductam iam al- *sympt.1.* terationẽ, modò si præter naturam neque diutur *2.her.5.* na: quod idem nonnunquam alibi confirmauit. *c.gdo.*

9. *scientia aquiritur*] significat similia in logicis doctrinis laudabiliter disputari.

10. *Prodoctoris*] nempe intelligens, quo sensu is qui scribit,acceperit,propriè an impropriè id cæteris negligens.

r 4 11. quòd si

11. *quòd si commutata*] lege contra enim si quispiam de nominibus contendere voluerit, magis propriè pronunciabit.

Morbi causa cõtinens.

QVONIAM verò Galenus in hoc loco morbum a passione, stabilitate, firmitatéque seiungit, commodum agitanda componendaq; est discordia nostro tempore frequens, de causa morborum continente, sítne merum nomen, an res nomini respondens. ea tribus ijs propositionibus propè expedietur. Prima, de causa continente, Galeni testimonio, nomen ipsum inuentum Stöicorum est, opinantium nihil in orbe constare firmitate sua, sed ab altero corpore tenuiore permeante & occupante crassius sustineri conseruarique, eique conseruanti continentis causæ nomen imposuerunt. quo placito, fingebant aquã terramque densas mundi partes per se totas ab aëre ignéque penetrari, & ab illis tenuioribus, ceu à cõtinente causa, occupatas manere duraréque: at verò aërem & ignem ab æthereo quodam longè tenuissimo spiritu non aliter & vndique peruadi & contineri. Cùm verò figmentum hoc penetrantium se corporum validis cùm aliorum, tum Alexandri Aphrodisæi libro edito de mixtione rationibus confutatum corruerit, continentis causæ nudum inanéque nomen relictum est. Id placuit Herophileis detorquere ad genus quoddam causæ, quod in nonnullis rebus apparet, tanta affinitate cum affecto suo iunctum & cohærent, vt nulla possit in causa varietas fieri, quæ non eadem mutet effectum, positáque causa, confestim sequatur effectum, sublata è medio pariter tollatur effectum, qualis est lucis ad luminosum habitudo, eius, quod tenditur ad tendens, motus ad mouens. Quidam verò posteriores maximè ex Arabum schola longiùs descendentes, & verbi significatum amplificantes omnem causam sine medio producentem, coniunctam vel continentem appellarunt.

Propositio 1.

De plenit. c. 4.
Ad Iul. 11.

Propositio 2.

Altera propositio, de rerum penes successionem & permanentiam diuersitate. cùm omnia quæ apud nos sunt, causam aliquam sui ortus habeant, à qua eorum pendet generatio, postquam autem essentiam aliunde licet obtinuerunt, sua se tuentur constitutione, nihil ad conseruationem durationémque alienæ opis indigat: nonnulla contrà, non modò generando aliunde manant, sad & nisi perpetuo causæ deflu xu, confestim abolentur, tam caduca fluxáque natura prædita sunt: priora illam vocãt permanẽtia, posteriora successiua. Est autem successiuorum ratio & natura duplex: alia enim ideo continua egent causę actione, quia partes & essentiam non simul obtinent, vt motus, locutio, ambulatio; cùm ergo constent partibus quę iunctę non dantur, sed alię aliis succedunt, quandiu causa agit operationis perpetuitate, id est, generatione partium suarum, durant: cessante verò causa, pereunt & abolentur. quędam alia habent illa quidem iunctas partes omnes & integritate illarum fruuntur, nullo tamen tempore manent: tam sunt caduca fragilíque conditione, vt lux, vt extensa aut flexa manus.

Propositio 3.

Propositio tertia. Si de prima causa continente quęritur, certum est nullam dari siue morbi, siue cuiusquam alterius rei, si de significato tertio, constat omnis morbi, imò & rei dari. Sola superest de secundo significato controuersia, quę in hunc solnenda est modum. Causam continentẽ permanentium rerum non dari, successiuarum dari ex pręmissis manifestum est, sit ne igitur morbus, permanens an successiuum, cõiectandum est. explicata verò morbi finitione, intelligitur esse corporis affectum aut dispositionem corpus iuxta essentiã suam denominantem nõ secus quàm sanitatem. cúmque nulla qualitas corpori, cui inest, appellationem indat & nomen, nisi ipsa suis partibus & essentia constet: efficitur morbum esse ex permanentium genere, vel certè ex successiuis generis secundi. nam primum genus, cùm in nullo instanti essentiam habeat & integritatem, subiecto corpori sapellationem donare non potest. quotquot autem successiua sunt, siue ad primam, siue ad secundam rerum differẽtiam pertineant, continentem causam habent, non permanentia. Reliquum est, vt morbi plurimi, quotquot inter permanentia numeramus, non possint continentem causam obtinere, pauci verò illi ex secundo genere successiui possint. Ergo calor, frigus, solutio continentem causam non habent: extensa manus, aut omnino flexa, dilatata pupilla. tumens membrum, obstructus à lapide meatus habent; quoniam ex secundo genere successiua sunt.

Solutio aduersantium.

Quę verò aduersarij intentant, ferè talia sunt. Febris putrida ex genere permanentium est, & eadem à causa, ceu conseruante, pendet: sublato siquidem ex toto putrido humore è corpore, putridam febrem remanere, ne intelligi quidẽ potest. Addũt eandem febrem nonnunquam crisi finiri. Est autem Crisis repentina ad salutem mortémve mutatio. Repentina igitur facta purgatione, consequetur cum febris cessatione sanitas. Iungunt & locum Galeni libro 1. de causis pulsuum, in omnibus rebus continentem causam agnoscentis. Postremò libro 2. Methodi, in permanentium rerum exemplum tumorem producit præter naturam, quẽ tamẽ successiuis paulò ante addiximus.

Caput. 1.
Cap. 5.

Hęc illi. Nos verò contra putridam febrem morbum esse statuimus & ex permanẽtium numero, in quo docente Galeno causa primùm auferẽda est, tum ad factã perueniẽdũ est discrasiam: cumq; nomine febris putridę intelligatur & factum intemperamentum verè morbus, pariter & futurũ quod passio est, motúsque morbi stabilitate careus, iure fit, vt ablata causa permanens maneat nempe febris, putridi adiectio non maneat, quoniam passio erat successiuúmque ab humore putrido, ceu à continente causa emanãs. qualis verò febris sit quę relinquitur, libro de febrium differẽtijs disputatum est: nam quod de crisi mouent, imbecillius est. Primum enim non est, cur demus esse humorem continentem febris causam, quoniam humore crisi purgato confestim cessat morbus, id enim, confestim, idem in Prorhetico Galenus interpretatur, intra vnum plus minus diem: quę verò continens rei causa est, ita cum re cohęret, vt ne momento quidem diuelli patiantur: ita enim scribit idem author, ex Solis commercio occiduo iã sole in aëre supersunt calor & fulgor, calor quidem permanens breuissimo licet tempore absente sole extinguendus, fulgor verò successiuum, quoniam nullo tempore citra solem manet. Deinde etiam nulla est qua vtuntur consecutio, febris putrida vbi creticè cessat, subditò, cum ablatione causę cessat: ergo ratio oẽ habet

1
Artis 99.
2
Lib. 1.
Sect. 2. 17.
7. Plac. 9

continentis

continens causæ humor. Conuenit enim continenti causæ non vt aliquãdo simul pereat effectum, sed vt semper. Libro enim primo de causis 3 pulsuum, in omnibus etiam aliis præter pulsum id genus causæ asseuerat inueniri, scilicet pulsui similibus, quæ continua generatione constant, 4 non aliter, quod idem auctor paulò post insinuat: tumores autem cùm constent intemperamento & solutione permanentibus & tensione illa à replente humore pendente, nonnunquam Galeno permanentibus annumerantur, quandoque successiuis non primi, sed alterius generis.

.Thor. 3. aduersus Iul. 11.

SECTIO TERTIA.

QVOD si omninò volueris accuratiori scrutinio 1 huiusmodi quæstiones enodare interdum, simul atque alimenta fuerint corrupta, coctionis quoque actionem læsam esse dicens: interdum hanc quidem non lædi, illa verò esse corrupta. Quippe corruptionis ciborum tres primæ, ac veluti generalißimæ sunt differentiæ: vna quidem fit per proprios ventriculi morbos, altera à vitiosis humoribus in ipso accumulatis, tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hæc igitur, cùm suapte natura, vel nidorosa, vel acida, aut fœtori, aut putredini, aut omnino corruptioni fuerint obnoxia, aut ex præparationis modo ad huiusmodi dispositionem aliquam deducta, certũ est ea in ventriculo corrumpi, atque hoc modo 2 cruditatem fortasse fieri dixeris. Sed oritur protinus discerdia, nunquid afficiatur tunc ob hæc 3 concoquendi facultas: quippè nonnulli per huiusmodi cruditates eam haudquaquam affici contendunt: alij verò è contrario. Atque inuenitur tertia quoque secta eorum, qui huiusmodi alimenta 4 incrudari negant, quamuis ea haudquaquam concocta esse fateantur: tanquam nõ sit idem, per negationem aliquid enunciare, aut per 5 priuatoriam vocatam à dialecticis dictionem. Idem intellexisse Erasistratum puto, quum acinos, & sesama, & reliqua omnia, quæ omnino imputria, & immutata deijciũtur, nullam dixit indicare in animalibus factam esse ἀπεψίαν, id est, cruditatem, sed hoc ipsum duntaxat, quod non essent concocta.

COMPLECTVRVS iudicium ab actione læsa petitum, explicat præsenti sectione, quot modis actionem lædi contingat, inuegens ostensionem inutilitatis in disceptatione, quam Archigenes de actione læsa agitabat.

1. *Huiusmodi quæstiones*] si nominum proprietas seruanda est, pars, cuius actio læditur à transeunte causa patitur, quin & pars quæ passum non superat, proptereàquòd illud minus aptum sit, actionem læsam habere non dicetur: qualitatis autem vitium in alimento etiam quantitatem complectitur & ordinis vitium.

2. *Cruditatem fortasse*] Ideò dubitat imponere ei vitio nomen cruditatis, quia non admittebat Erasistratus.

3. *Concoquendi facultas*] lege, actio.

4. *Incrudari negant*] lege, incocta esse negant, non cocta fateantur.

5. *Per priuatoriam*] per nomen infinitum. Cùm enim conuertantur, est nõ homo, non est homo: fit vt tantundem sit asseuerare alimentum insuperabile fuisse non coctum, quod illi negabant, atque si asseratur non fuisse coctum, quod concedebant. Imputris verò priscorum more, compellat cruda omnia.

Disquisitione verò dignum est, cur fugitans dialecticarum solutionum Galenus, hîc soluit, recipiens in problemate quæsito actionem non lædi: auget verò difficultatem quod toto sequẽti capite adductis historiis ostendit nihil medici interesse eas soluere. Apparet autem & ex præcedenti & ex præsenti tractatione, Galenum in logicis dubitationibus ei parti assentiri, quæ receptã doctrinam constituit faciliorem compendiosamque magis, præsertim si ea pars obseruans est propriæ significationis verbi. Hac enim consideratione duplici, paulò antè astruxit partem pati cuius actio quomodocunque vitiatur; hîc similiter contendit actionem nõ lædi, cum obiecti vitio perit frustraturque. Nam si ita dicatur, manet perpetuum vtile dogma, & consecutio loci inueniendi, qua à læsa actione colligimus pati partẽ, quæ in corpore actionem exequi nata est, præter quàm quòd non deserimus, sed tuemur exactam verbi significationem. actio enim læsa cùm insinuat prodeuntem ab agente mẽbro motum, nunquam dicetur incolumi durãte membro, sed passum ipsum non mutatum nec euictum, non secus quàm manus imponens nõ dicetur, aut inualida, quæ ferream laminam non cõfringat, sed lamina ipsa integra infractaque. Quærit verò Aphrodisæus, cur plantarum semina calori nostro inseparabilia sint: & putat naturam tanto plus roboris viriumq; semini, quàm vel radici vel fructibus tribuisse, quando propagandę speciei quàm indiuidui curam geris diligentiorem, vt nõ contenta armasse illa duritiæ insignis propugnaculo, addiderit figuram omniũ firmissimam orbicularem, & numerũ vberem, vt non solùm robore, sed etiã multitudine sua se tuerẽtur & permanerent. Cur ergo inquies minus in animalium sollicita est semine? cõmisit enim fluidum illud: & molle vnũque & continuum, & tenuissimæ scorti pelli. Scilicet iustissima natura cernens multum auxilij ad vitam in sensu tegentis cutis situm, non addidit sensui munimentorum propugnacula. sic enim validis animalibus, tauro vrsoq; prudentiam negauit, prudẽtibus formicę & vulpi arma. Sic quędam pernicitate armat non pugnatura, vt leporẽ, alia tarda robore donauit, vt Elephantes, diuturnis fœcunditatem non concessit, fœcundis longæuitatem, & in variis rerum dignitatibus gradibusque quoad fieri poterat, vna seruaretur iustitiæ æqualitas.

Galeni solutio.

Cur semina incoctilia. 2. Prob. 96.

QVARE in ijs negligenter versari non oportet, mente adhibita dijudicandum est, quæ quæstiones tanquam logicæ prætermittendæ sint: contra, quæ ad effecta sedis notitiam conferant, atque idcircò accuratiùs tractari debeant. Hinc enim & id, quod 1 furtum est præsagire, & effectum iam factum decenter curare poterimus. Itaque sine contentiosis nominibus, ex rebus ipsis vtilitatem consequi licet, hoc modo: Esto, vt quispiam 2 manè exurgens dicat nidorosum se ructũ emittere, aut aliquid huiusmodi, vt ab ouis frictis, aut alia quapiã re magis fœtente, & putri. Ille 3 itaque, qui 4 nidorosum ructum percepit, fateatur se à cœna placentam nidorosum comedisse, quales sunt quæ ex oleo. & 5 ytrijs & alijs huiusmodi præparantur. Alter verò confiteatur 6 fricta oua ingessisse, atque nunc illorum nidorem eructare: deinde alius complures 7 radiculas comederit, vt fœtens putrisque exeat ab eo ructus.

Igitur

Igitur cibos in iis non bene fuisse concoctos, nemo negat, quamuis ex hac re ventriculus haudquaquam fuerit affectus, neque etiam, quod ad ipsius 8 rationem pertinet, circa actionem errauerit: haud aliter, quàm, vbi quis integros acinos per aluum deiecerit. Si enim humani ventriculi officium esset acinos transmutare, accusaremus ob hoc, ventriculi corpus, ipsumque vitiatum esse putaremus. Cùm verò id sui muneris non sit, sed acinorum essentia accidat, vt concoqui nequeant: haud ab re dicemus, hos quidem non esse concoctos, ventriculi verò corpus naturaliter se habere. quod sane & nosse & deffinire, ad medicum haud inutiliter pertinet: sed quærere, an dicendum sit actionem ipsius per huiuscemodi deiectiones fuisse læsam, an contra, ad medicæ artis opera superuacaneum est. Age rursus, vt quispiam nidorosum ructum emittat, nihilq; nidorosum comederit, nimirum hunc igneum quendam calorem in ventriculo esse dicemus. Ac deinde rursus distinguendo inuestigabimus, vtrum ab intemperie corporis ipsius ventriculi hoc eueniat, aut à flaua bile: eáque vel in ipsius spacio contenta, aut in tunicas, ita vt vix abstergi possit, demissa. At ne hic quidem consistemus, sed quæremus, an ventriculo male suo officio fungente huiusmodi humor accumuletur, an is ex vniuerso defluat corpore, an etiam in ipsomet gignatur ventriculo. Hæc sunt cognitu per quàm necessaria. sed quæ viro indigent exercitata rationis, qui rei ipsas potiùs, quam nomina, quibus explicantur, scire studerit. Non enim quemadmodum 9 corruptionis forma efficientem causam apertè ostendit, sic etiam licet inuenire definitam demonstrationem eius generationis, quæ circa formam illam est. Igitur, si in ventriculo cibi in nidorum transeunt non suapte natura, efficientem causam calidam: si verò acescunt eam frigidam esse, necesse est. Sed non protinus constat, vtrum intemperies aliqua an vitiosus quispiam humor, ventriculi corpus infestet. Proinde distinguendum est, 10 dareque oportet cibos, qui suapte natura modo corruptionis quam maxime aduersentur: vt 11 panem aut chondrum, (gratia exempli) illis qui in nidorem transmutare cibum consueuerunt, mel 12 autem his, quibus acescunt. Deinde considerare tum ea, quæ vomuntur, tum quæ per aluum deyciuntur, num humor aliquis, cum illis quidem biliosus & calidus. cum his verò pituitosus ac frigidus, simul excernatur, an nullo vacuato humore, ipsa exiguam quandam mutationem habeant. Quippè, vbi igneo calore ventriculus sine humore infestatur, panem aut chondron deyci videbis, per quam exigua in ipsis facta transmutatione. Si verò humor quidam prauus sit, qui cibum corrumpat, videtur cibi in huiusmodi humore submersi, & ab ipsius actione manifestius 13 alterati. Id quod à vomitione clarius discernitur, si laborans suapte naturà facile vomere possit. Nam cogere eum, qui vomere non potest, absurdum est. Atque hæc ita deprehenduntur, si in spacio ventriculi noxius humor innatet: si verò in tunicas ipsius refunditur, nausea quidem 14 omnino consequitur: sitis verò magis in calidioribus, quemadmodum ciborum cupiditas in frigidioribus subsequi solet. verùm considerare oportet, vtrùm illæsum sit hepar, an affectu quopiam laboret: & qualis sit ipsius affectus, vtrùm calidus, an frigidus. Haud secus de splene quoque, quippe ex horum omnium consideratione, simul cum quotidiana ciborum potionúmque experientia, exquisite poteris quis inuenire non solùm locum affectum, sed etiam ipsius dispositionem. Huius autem notitia eò est vtilior, 16 quatenus curationis species per ipsam figuratur. Etenim calida dispositio, vbicunque fuerit, semper refrigeranda est, sed, quousque, aut quomodo, aut qua materia refrigerare conueniat, locus affectus commonstrat. 17 Igitur, si id ipsum, quod molestat, nihil aliud fuerit, quam intemperatura, calidam refrigerando, & frigidam calfaciendo, ilico iuuetis hominem. Neque nudam duntaxat opinionem, verùm etiam scientiam, & quidem haud obscuram suscepta habebis coniectura: idque 18 multò magis, si vtrinque ipsam examinaueris, refrigerantibus, tum medicamentis, tum victus ratione videndo hominem sanari, à calerificis verò lædi. Quòd si 19 humor quispiam in ipsis ventriculi tunicis contineatur, nausea quidem vexabit, sed inanis, & sine vomitu, & quæ turbat ac conuellit duntaxat, nullum humorem euacuans: 20 quemadmodum fieri solet, vbi secundùm internam spatij latitudinem in ventriculo humor continetur. Caeterùm ructus ab aliis acidi, ab aliis nidorosi emittuntur. Auxiliatur autem illis quidem medicamentum ex tribus 21 piperis generibus institutum, aut aliud, quod huiusmodi habeat facultatem, ex aqua vel vino epotum: his verò tum 22 absinthium, tum hiera ex aloë facta: quam nonnulli picram quoque appellant. Igitur, si per primam protinus experientiam, à familiaribus medicamentis, in vtroque humore manifestum videatur auxilium: simul habebis & firmam dignotionem & scientificam, & modum curationis: si enim ipsis vti perseueraueris, homo sanitati restituetur, quòd si à solitis auxiliari medicamentis, vtranque dispositionem noxa consequatur, deceptum te circa notionem inuenies. 23 Quippe certissima omnium huiusmodi dispositionum notitia ab his deprehenditur, qui exactè intelligunt, quibus qualibet præsidiis, ad bonā valetudinē reduci possit. Sic equidem quasdam 24 colicos vocatos sanaui, dato in potu medicamento ex aloë: quippe coniiciens mordacem humorem ad affecti intestini tunicas defluxisse, dicto medicamēto sperans omninò huiusmodi dispositionem fore quietiorem: quod vbi contigit, intelligens recta me ductum coniectura, rursus plus ipsius exhibui. Sed, quid me ad hanc coniecturam promouerit, operæpretium fuerit enarrare. Vidi hominem à calidis tum cibis, tum medicamētis, atque ab omni calorifica victus ratione irritari, rursus iuuari ab alimentis boni succi, & 25 temperatis nominatis: insuper inediam ei noxā inferre: doloris verò speciem percontanti mihi, mordacem esse respondit. quare de re multo magis sperans ad veram me peruenisse notitiā, ausus sum amarum ei medicamentum exhibere. Postremò conspiciens hominem mirificè adiutum, qua fuerit dispositio, efficaciter me deprehendisse putaui. Fuit alter, quem cibi concoctu faciles irritabant: hic de præcedentibus interrogatus, respondit se in hanc deductum dispositionem, sumpto purgante medicamento: 26 Rursus interrogans, quid ipsum ad sumendum medicamentum promouisset, intellexi mordaces, erodentésque dolores multo tempore in locis ad ventriculum spectantibus perseuerantes, fuisse in causa, coniectaui itaque vitiatum fuisse à purgante medicamento intestinum, ac in rheumaticam iam deuenisse dispositionem, & facilè in seipsum tecum excrementa recipere, eaque postea corrumpere, cibum exhibui haud facilè corruptibilem, & 27 adstringentem: vnde & mordaces dolores mitigati sunt, & nihil postea deiecit, cùm anteà semper, vt mordacitatem sentiebat, corrupta quadam, & liquida & fætentia excernere cogeretur. 28 Cumq; multò post mordicationē tēpore ea deyci audiissem, ad superiora intestina dispositionem ipsam pertinere conieci. Ita in alio quoq;, vbi celeriter à mordicatione sequebatur excretio dispositionē ad inferiora retuli intestina. Hūc igitur iniecto medicamēto, illū verò dictis iā cibis exhibitis, sanaui.

Quippè

Quippè certò sciebam, quòd proxima ventriculo partes, exhibitis superne tum cibis, tum potibus: quæ verò non ita multum à sede distant, inferne iniectis medicamentis, promptiùs adiuuarentur. Non simpliciter itaque hoc solùm considerare conuenit, ventérne affectus sit, an aliquod intestinorum: sed quænam sit passio: tum, quæ notæ propriæ sint passionum, quæque locorum affectorum, distinguere oportet. Quemadmodum concoctio frustrata ventriculi est accidens: at 29 ciborum ad nidorosum, vel acidum ructum cõuersio, ad causas & affectum ipsum referenda est. Sic autem de intestinis & temporis exitus, & excretorum species, atque accidentium differentia, cum iis, quæ præcesserunt, & nunc in experientiam ducuntur, simul & affectum ipsum & partem, in qua consistit, ostendent. Ergo age, vt per ventrem excrementa quædam deiiciantur, aliquando quidem ramenta, aut veluti membranarum rasura, aliquando cruentum aliquid, ac aliquando simul omnia, intestinum vlcere affectum nemo dubitauerit. At verò, vtrum in exilibus intestinis, an crassis vlcus consistat, nondum manifestum est. Sed, vt nuper dicebamus, & ex rasuræ specie, 30 & exitus tempore, & (vt tertium addatur) ex mixtione cum stercore, vt modò magis, modò minus, interdum nequaquam misceatur, distinguere oportet. Quippè infirmarum partium vlcera nullas omnino vlcerum habent notas alui excrementis admixtas: earum verò partium, quæ paulò altius collocatæ sunt, vlcera mixtas quidem cũ stercore habent notas, sed id leuiter duntaxat, quemadmodum si multò sint altiores, vehementior erit mixtura: præcipue verò in supremis intestinis, vlcerũ notæ vehementer stercori videntur admixta.

QVOD in duabus dialecticis quæstionibus suprà propositis fecit vt opere ipso adducti in medium ægri demõstraret ad agnitionem curationemque haudquaquam opus esse excitatam de nomine controuersiam dirimere, hic similiter diligenter præstat: exorsus enim à summa cruditatis genere, per species ad vltimam vsque descendit.

1. quod futurum est.] perpetuò quicquid controuersum nec facit ad prædictionem, nec curationem, à medicina relegat: ideò autem addit curationi prædictionem, quia sicut in malis, quæ curationem admittunt, scopus artis curatio est: ita in his, quæ sanari non possunt, prædictio: sic non complectimur medici munus, nisi vtrunque iungamus, licet admiserit nõnunquam Galenus, *1. acut. 3.* breuitatis causa, omnia quæ ad medicinam spectant, commoda curationis cognitione cõtineri.

2. manè exurgens.] Noctu cruditates crebriores sunt, Galeni tempore propter cœnas opiparas, nostro, propterea quòd eo tẽpore, quod alibi ostensum est, non sola cõcoquitur cœna, sed plurima ex prandio relicta fæx. Orditur autem instruens medicum interrogare agnoscereque affectiones à supremo cruditatis genere, & quod in primo capite fecit, longior est in hoc decursu: solet enim etiam in exemplis, quando ipsa pẽt se vtilitatem afferunt à re proposita non alienam, diuagari, vt vniuersalium præceptorum exercitia quædam congerat, quam docendi formam perpetuò commendat.

3. ille itaque] prima cruditatis diuisio, vel ex *infrà li. 2. vlt.* alimento pendet, vel ex ventriculi vitio: meritò itaque docta interrogatio breuisque de cœna interponitur.

4. nidorosum ructum] adusti odorem, à nitore enim ignis deductum putant.

5. ytrio] frixa omnia, quæ ex frumento con- *Ytria.* stant, nidorosa sunt, maximè si recipiũt mel, qua- *1 alimen. 11.* lia vulgo natalitio obsonio parantur, referentia *Lib. 14. 16.* antiquorum ytria, de quibus meminit inter alimenta Galenus. Athenæus verò scribit parari solere ytria ex farina, quæ sesama & mel reciperet, quæ affusa oleo ex Galeno hoc loco frigebantur, nobis preciosiora delicatioraq; : similiter autem nidorosa parantur ex frumentacea massa copioso *1. Alimen. 11.* butyro, saccaro, amygdalisque nonnunquam admixtis, post in butyro frictis, postremò saccaro perfusis & cinnamomo.

6. fricta oua] quæ libro de Euch. testante Ga- *Cap 7.* leno vsque adeo corruptioni in ventriculo parẽt, vt secum etiam permixta alimenta ad similem cruditatis speciem perducant.

7. raphanos] causam tetri ex radicula halitus *1. prob. 42.* putat Aphrodisæus non esse in raphano sitam, sed in sumentis ventriculi natura: omnes enim sumentes infestaret, si in raphano ea facultas inesset Sed fit, vt quibus putrens per moram pituita in vẽtriculo cõtinetur, à raphani acrimonia exagitata putrido halitus fundat. Quod tamen pace *Raphanus cur ructus moueat.* tanti viri dictum sit, si non esset raphani vitium, cur Galenus hic inter alimenta nidorosa recenset? cur maceratus extra parem fœtorem aquæ conciliat? quemadmodum igitur Persicum malũ siue intro sumatur, cito putret, siue extra: ita vt culiellus, quo sectus est, molestum odorem exhalet; ita & raphanus: potest verò accedere ea ex putrenti in vẽtriculo pituita, ceu actuarium, causa: quanquam par erat, vt ex acrioribus similiter sentiretur, cepe, allio, porro. eodem porro cũ raphanis nomine, lanaria herba radiculæ appellatione continetur.

8. quod ad ipsum] obseruat legẽ suam Galenus, vt vbi controuersia verbi citò componi non potest, circũloquio difficultatẽ fugiat magis, quàm temporis dispendio discutiat. Vt enim sentiatur de actione ventriculi, sit ne læsa, necne; illud negari non potest, non esse læsam ventriculi ratione, & quod subdet, ventriculum naturaliter se habere.

9. corruptionis forma] quod semper munet inquirenda diligentissimè, indicia sunt, à summo ad postremam speciem genere, in quibus tamen vestigandis nonnunquam notæ offeruntur euidentes & certæ, vt in prima distinctione cruditatis, forma cruditatis nidorosa calidam, acida frigidã affectionem certò demonstrant: at non ita aperta indicia sunt sequentium diuisionum, sit ne calor ventriculi hecticus, an bilinsus; & bilis ipsa immersa, an innatans. Obseruandum verò hic est *7. acut. 15.* nec Galenũ ipsum caruisse eo vitio, quod in medicis incusat sumentibus pro perpetuis frequentia: nã vt sępè nidor caloris, acor frigoris germẽ est, ita nonnunquam ex contrariis occasionibus ortũ ducere, in libris de Simplicib. ostensum est.

10. daréque oportet] Exploraturus, num ventri- *4. Simp. 15.* culus bile abundet, alit hominem victu non facilè suscipiente suspecti humoris vitium, qualis est panis, chondrus, quẽ alicã nostri, Arabes can- *1. Thor. 8.* darusium vocãt, glutinosi frumenti genus aut ex eo potio, testacei pisces, cochleæ, animalium intestina, pedesq;, quæ in bilem difficillimè cõmutãtur: quare tutò in nidorosa cruditate offerũtur: certi enim sumus à calore ventriculi ignen licet

in bilem

in bilem vertenda non eſſe. cùm ergo inſpecta vomitio cum eo, quod excretum eſt, nihil bilis cum alimento permixtum repræſentant, colligitur non contineri in ventriculo bilem. quòd ſi temerè cibaria offerrentur, fieri poſſet, vt ab igneo ventriculi calore aduſta alimenta, ſua natura in bilem mutari apta, exeuntia oſtenderent viſui permixtam bilem, deluderentque nos opinantes præfuiſſe in ventriculo bilem, quæ ex alimento nuper genita eſt.

3.in doc..27. *11. panem*] in acidum & experimento & Siraſi viri doctiſſimi teſtimonio permutari cõſtar, potiſſimum vbi ſolus ſumitur: partim, quia licet temperamento ad calorem inclinet & bilem, humoris ex illo generatio ſequitur ſubſtantiam admodum lentam pituitæ proximam plus quàm tẽperamenti exiguum illum lapſum: partim, quia fermenti acor actionis vehementia facilè in acidum commutat humorem, qui pituitæ ſapor eſt.

12. mel autem] acescere etiã nonnullis promptè mel, libro Simplicium oſtenſum eſt, ſed in prætcalido tantùm ventriculo. Galenus præbet in eo, qui præ frigore acidum eructat.

Lib.4.15. *13. manifeſtius alterari*] par eſt enim, vt ſi permiſcetur cum humore alimentum, magis & vitietur & alteretur, quàm ſi ſimplex calor ventriculum obſidcat.

14. omnino conſequitur] tam in calido, quàm in frigidiore humore. diſcrimen autem vtriuſq; ex ſiti petitur & fame lib. de cauſ. ſympt. primo:
cap.7. fit enim perſæpè (quod in canina fame experimur) vt ſimul nauſea & fames per quædam interualla hominem exerceant.

16. videlur] oſtenſum initio operis eſt à duobus illis capitibus curatorias ſumi indicationes affectu & loco affecto: non ſecus quam alibi à ſano & ægro temperamento.

17. igitur ſi] Decurſo agnitionis ordine curationem orditur, omittens cruditatam ab alimento profectam tanquam experiem læſionis ventriculi inter læſiones autem ab intemperamẽto facto tanquam à ſimplici inchoat.

18. idq; multò magis] cùm tentandi gratia remedium adhibetur, ex euentu cõiectura de morbo habita ſcientia fit, ſed tum maximè cùm ſperatum auxilium iuuat, oppoſitum lædit. Fit enim nonnunquam, vt qualitas auxilij ideò iuuet, quia interuentu accidentis cõtrariam qualitatem inducit, quomodo frigida aqua rigorem ſanat: ita non ſatis eſt frigido iuuari ad colligendum affectum calore peccare, niſi ſic frigido iuuetur, vt etiam offendatur calore.

19. quòd ſi humor] tranſit ad curationem immerſæ bilis.

20. quemadmodum] nempè purgari ſolet.

Cap.11. *21. ex tribus piperis*] tam ſimplex, quàm compoſitum traduntur 4. de ſanit libro: & & non abſimile dioſpoliticon, diacalaminthes: ſimplici verò diatrion etiam in nidoroſa cruditate vſum eſſe Galenum inuenias.

22. abſinthium] conſtat ſibi perpetuò Galenus
8.Ther.5. in pituitoſum humorem excoquentibus ſpetans
2.Cauſ. Symp.5. reductionem ſanationemque: in bilioſis ſoli fi-
7.Ther.6. dens purgationi, quoniam aſſum ad elixum re-
8.Local.1. uerti non poteſt. Docuit autem horum remediorum alibi occaſiones: nonnunquam enim ventriculus flacceſcit & laxatur maximè ore non abundante humoris copia, ſed magis humiditate quadam tenui, cui appoſitum eſt malo abſinthium, & in vniuerſum aſtringentia intro extraque. Eſt vbi copia humoris imbuitur, ſed tenuioris, cuius eſt præſentaneum aloë auxilium: ſin craſſus humor in ventriculum demerſus eſt, hiera inuenta eſt addens aromatum tenuitatem & penetrationem. Ex quibus tribus oris ventris affectionibus priore loco relatus videtur is eſſe, quem vulgus cartilaginis mucronatæ procidentiam vocat, & per aſtringentia ſanat, licet abſurdum non ſit opinari duas illas inſignes cartilagines, in quas & pectus & toto ſpina ad caudam ceſſant, quandoque tempore introrſum inflecti & labores imbecillitateſque corpori parere, reducique manus opere iunctis aſtrictoriis medi-
camentis quieteque. Fieri enim poteſt cùm à nul- Procidentia cartilaginis
lo contineantur, vt vel emollito glutine, quo oſſi cohærent, flacceſcãt, vel parte infima, qua in cuſpide ceſſant, introrſum reuulſa inclinent, ignorata veteribus affectione, ideò & indicta.

23. quippè certiſſima] Ita mutuas ſibi operas Cap.vlt.
porrigunt affectuum dignotio, curatioque, quod & libro Methodi duodecimo oſtendit. nam dum præſentaneum remedium coniectato malo adhibetur, certitudo fit, quæ coniectura erat de morbi qualitate: & cognitus exactè affectus multò
curatur promptiùs. Intelligi item hinc poteſt in Tentas curatio.
malis non exactè exploratis, in quibus indiuiduã vſque ſpeciem deſcendendo peruenire non datur, curationem ea moderatione adhibendam eſſe, vt indicationes ab exploratis generibus ſumãtur, vt in eo, qui propoſitus eſt, ægro à ventriculo & à calido intemperamento, ex quibus locum affectum cruditas demonſtrauit, calorem nidoroſus ructus. quoniam verò de calidi differentiis nil certi, ſed coniecturam ſola inhibitæ bilis indicia præſtabant, non perinde iuxta opinionis dictata operandum eſt. Id enim ſummopere deteſtatur parens ille medicinæ, alibi monens nihil temerè à medico fieri oportere: temerè autem fit, quod ex inconſtãti incertoq; indicio collectum
eſt: alibi apertiùs obteſtans, Te ad hoc exerceto 6.Epid.ſect.2 25.
in morbis, vt proſis aut ſaltem non obſis: nam 1.Epid.ſect.2. 50.
quæ ex opinione ſuſpicioneque emanant, & ſæpè proſunt, & nõ rarò obſunt. Ergo quæcunque indicãt certa, illa de morbo cognita firmaque exequamur. quæ verò indicationes ab incertis petuntur, fieri & poſſunt & debent: tantùm non vertatur in illis inſigne, ſi fortè in opinione de morbo concepta labimur, periculum præterea nec iuſta adhibeantur quantitate, alia eſt enim experientis tentantiſque, alia curantis conditio. poſtremò non ſit conſcius propoſiti noſtri æger, non vulgus, quod prudẽter & cautè ab Hippocrate commonitum, libro de decenti ornatu, malè à noſtris cum artis incommodo obſeruatum video, ne medici multa cum imperitis de morbi natura, curationeque fabulentur: nam & maieſtas artis ea manifeſtatione omnino extenuatur, & ſæpè accidet, vt cum ex cõiectura tentantur (quod crebro fieri neceſſe eſt) auxilia, etiam odio habeamur, culpemurque quaſi experimenta cum vitæ alienæ diſcrimine tentantes.

24. colicos vocatos] qui ceu colici medicis percalida tractabantur. referuntur autem in metho- Lib.12.7.
do paulò latiùs.

25. temperatis] lege, contemperantibus: non enim contemperant temperata omnia, niſi etiam quiddam

quiddam habeant admixtum emplasticum & acrimoniam obtundens.

26. *rursus interrogans*] quem non pœnitet Galenum interrogare, qui non modò de origine morbi rimatur & purgationis anteacti morbi, sed & causam, an fuerit purgatus, multò ante præsentem affectioné inquirit. Docet enim nos exemplo suo in sollicita interrogatione & cauta remediorum rétatione, morborum occultorum intelligentiam collocatam esse.

27. *astringentem*] nimirum panem cum pyro.

28. *cumque multo*] addit indagare partem affecti loci vitio oblæsam.

29. *at ciborum*] Id enim proximo capite expedietur, affectum locum à vitiata actione colligi affectum ipsum à læsionis differentia: ita ex primis duabus medici interrogationibus & de loco & de affectu vel scientia habetur vel coniectura.

30. *exitus tempore*] si intestinum aliquod exulceratum est, tempus interponitur morsuri & deiectioni varium pro vlcerati loci varietate, quod Galenus exponit: nam quod ad deliquiū attinet, quod in cacochimia purgandæ euenire solet citra intestini vlcus, infestare solet perpetuò proximè ante crementi purgationem, quod colon supra ventriculum inflectitur, qua means cacochimia iam sedi proxima tetros halitus ori ventris, cordique remittit deliquij causam.

SECTIO QVARTA.

Cap. 5. *PORRO accidit sæpenumero, vt ex vno indicio simul & locus & dispositio deprehendantur: aut locus vna cum causa: veluti locorū nota, & ab actione læsa, & excretis, & positu, & doloris proprietate, & proprijs accidentibus, sumuntur: affectuum verò, & ab excretorū specie, & loci natura, & doloris proprietate, & proprijs accidentibus. Sane actio læsa affectam partem indicare potest: & quidem hoc modo. Si enim accidens aliquod circa cernendi officium euenerit, oculum affici cōstat: verùm an proprio affectu, an per consensum, aut vtroque 2 modo laboret, alia consideratione inquirendū est. Excretorum species affectam partem indicat, veluti iam antea dictum est, & per partium ipsius essentiā, & per contēta in ipsa. 3 At positus quoque affectam partē nimirum commonstrare sufficienter potest: quippe durus in dextra præcordiorū parte tumor, non lienis, sed iecinoris affecti, nota est: quemadmodū si fuerit in sinistra, nō hepatis affectū sed splenis portēdit. At positus interdū, vbi similiter se habent excreta, affectā partem commonstrat. Si enim membranosæ tunicæ frustulum excernatur, id vlcus esse alicubi ostēdit: verùm, in qua sit particula, ex positu discere poteris. Nam, si vomendo fuerit reiectum, aut gulæ, aut ventriculi: si inspuendo, gutturis, aut asperæ arteriæ: si screando, faucium: si cum vrina, eius fistulæ: si a sede, alicuius intestinorum: si per mulierū pudenda, vteri affectum portendit. At verò constat, quod singuli dolores, propositum varietate, affectum locū ostendere possunt. Hoc etiam pacto ea, quæ supra 4 posuimus, distinguere oportet. Quippe apparentibus per vomitum vlceris notis, animaduertendum est, vtrùm anteriores partes circa præcordia, aut posteriores circa dorsum, dolor aliquis infestet: dignoscemus autem id hac ratione. Etenim, qui in anterioribus percipitur, ventriculum: qui verò in posterioribus, gulam occupare censetur: haud aliter os ventriculi à spatio ipsius distinguendum est: si 5 deuoratis quibusdam acribus, hoc quidem in ore ventriculi, aut parte inferiore mordicationem excitet: illud verò in transitu gulæ, quæ secundum thoracem est. omnia enim hæc positu distinguntur, quemadmodum alia ex doloris specie. Verùm de doloribus latius in secundo libro dicemus. Sed nunc exēplum aliquod afferre operæpretiū videtur, quomodo scilicet locus affectus ex proprijs accidentibus innotescat. Nam supra diximus singula, quæ vulneribus 6 adnascuntur; propriam ostensionē habere: id verò in præsentia subijciendum est. Ore quidem ventriculi affecto, 7 fastidium infestat: per hepatis verò imbecillitatem, excrementa per aluum deiecta, aquæ, in qua carnes nuper mactatæ 8 ablutæ fuerunt, similantur: item maxillæ 9 rubræ apparent in peripneumonicis.*

PRÆMISSIS vtilibus quibusdam huius artis elementis, explosisque inutilibus de proposito difficultatibus tanquam euulsis spinis; quod enim libro Simpliciū inquit impuris animis veros sermones si offeras, nō secus offendas, quàm si impura corpora alas; redigit in quinariū numerum indicia omnis affecti loci, addens 6. quin etiam propriæ] quatuor affectuum signa. *Lib. 1. vlt.*

1. *vna cum causa*] trium illarum summarum indicationum meminit, ex quibus locum affectū absoluere pollicetur hoc opus; nec parum etiam in affectus notitia promouet, ad causæ cognitionem facientia quædam ob affinitatem interseruntur, licet neque plenè nec ex professo.

2. *vtroque modo*] nempe vt inceperit per consensum, & duret adhuc per consensum patiens, sed tamen nonnulla ex parte iam affixus parti consentienti & minimè pendens.

3. *at positus*] situs recenset exempla & indicādi varietates: primùm enim solus ipse situs sensu percepti à medico tumoris aut duritiei: secundò, vbi situs excreto iungitur, idem enim excretum vario exeundi situ sedem ægram commonstrat: tertiò, vbi situs dolori iungitur; vnus enim dolor non proprietate discors, quācunque partem obsederit, in ea affectum subesse significat.

4. *supra posuimus*] de vlcere interno ex excretorum ramento percepto.

5. *si deuoratis*] iungendū est superioribus: cùm enim vlcus occupat vnam ex numeratis à Galeno partibus, quænam ea sit, deuorato acri & sequenti dolore per situ agnoscitur: ita ea dignotio etiam ad situm doloris referenda est gulam autē spinæ hærere ratio fecit, vt inniteretur immobili, nec aëris inanitatem occuparet, & experimentum ostēdens dorsi percussione maiusculas offas in transitu remorantes descendere. os verò vētriculi antrorsum magis vergere, ideò exigere remedia ea parte, & in methodo scriptum est, sed à multis perperam explicatum: ita enim legendū est, gulæ remedia spinę imponenda sunt, non pectori, quemadmodum, subaudiēdum est, pectori imponuntur in ventriculi affectibus. Accedit vt magis ex vsu sint quæ pectori imponuntur, quoniam carnosa est ea pars & remedij capax multò quàm ossea spina magis. Nec tamē proinde semper ab imponendis dorso remedijs ad vertebrā XIII. in ventriculi affectibus cauendum. Sunt enim dignissimi testes experimentis proprijs confirmantes profluuia ventriculi, quæ anteriora remedia contempserunt, adiectis illis ad spinā

13. Ther. 16. Locus remedij ad ventriculum.

Li. 11. tract. 3.

breui sanata. Adiicit Rasius in continente intestinorum notionem vlcerati ventriculi & intestinorum, quoniam multò citius ingestum ad ventriculum accedit quàm ad intestina.

6. *adnascuntur*] proprietatem eiusmodi signa habere, non communicare aliis membris, etiam suprà dictum est.

Aph.38. 7. *fastidium*] par esse videbatur, si appetentia, dicente libro aphorismorum 2. Galeno, testis est ventriculi, hepatis, lienis incolumitatis, vt opposita in appetentia in aliquo eorum vitium esse significet, non solius vẽtriculi proprium existimetur. Et vinceret quidem ratio, si appetentia statum illarum partium, per se & æquè demonstraret: nunc verò solius ventriculi incolumitatẽ ostendit; vicinarum autẽ partiũ, quatenus ventriculũ in sui consensum non traxerunt: ita vt per se appetentia sanitatis ventriculi solius index est. Sic fastidium eiusdem constitutionis vitiosæ peculiare indicium est.

Sect.1.2. 8. *abluta*] peculiare esse deficientis in iecore retẽtricis facultatis dixit in Prophetico, quæ iusto tẽpore ad concoctionem liquidiorẽ alimenti succum continere non potuit: ferè autem sequitur ad coctricis infirmitatem: ideo enim excretricem irritat, quia probitate ad alendum caret.

9. *rubra*] Sæpe fit vt in lõgis parisque febribus ea maxilla insigniter rubeat, in quam æger aliquandiu decubuerit. Fit enim vt exiguus ille, sed sepultus calor, ex decubitu retentus, malam inflammet, rubefaciatque, & propter contractum corpori ex diutino malo pallorẽ euidentior cõspectuique manifestior euadat, quàm in iis qui non ita diu in febres inciderunt, fuso adhuc & ebulliente in toto corpore sanguine: sed is rubor alterum tantùm latus occupat. ambarum verò maxillarum insignis rubor inflammato pulmoni proprius est, conscendẽte sanguinis in pulmone putrentis fuligine & propter tuctũ situm; multo verò magis propter carnium earum laxitatem raritatémque sanguinis colorem ebibentium, & tenuissimam genarum cute, ceu per vitrum, dicebat in problematis Aphrodisæus, oculis repræsentante ruborem.

Lib.4. *QVINETIAM propria affectuum ipsorum nota in excretis deprehenduntur: vt ramentum, vlcera: si in vrina sabulosum resident, lapidis: 1 cucurbitæ verò seminibus similia excrementa latorum vermium indicia sunt. Atque à locis ipsis morborum indicia sumuntur: eo quòd quibusdam solis morbus hic accidat: quibusdã verò solis non eueniat: quippe solis oculis suffusione laborãt: lapis in renibus, & vesica nascitur, atque (vt nonnullis placet) etiam in 2 colo: lumbrici in intestinis gignuntur. Rursus impossibile est, vt abscessum 3 cor sustineat: quemadmodum neque 4 pulmo, neque 5 ligamenta dolorem. Ab accidentium quoque proprietate, affectuum indicia oriuntur: nam quibusdam per tabificos morbos vngues 6 adunci euadunt: sine ratione inuadens 7 rigor, vna cum febre, inflammationis ad suppurationem transitionis, indicium est: lingua 8 nigricans, ardentẽ febrẽ portendit. Sic etiã colorum in vniuerso corpore proprietas, alia quidẽ per hepatis: alia verò per splenis affectus apparet: ita vt doctum medicum haudquaquam possit fallere, sicut nec color quidem, quem 9 hæmorrhoides induxerunt. Cæterùm pauca admodum sunt ipsorum affectuum propriæ notæ, quæ non simul locum affectum ostendant. Etenim actionis noxa affectam duntaxat particulam: earum verò differentiæ ipsum affectum declarant. Hæc ergo sola sunt affectuum propria signa quæ per se accidens ipsas sequuntur. Id verò clarius in vniuerso huius operis discursu patebit. Nec non videbantur communes quoque notæ, quæ simul & affectum, & eodem affectam, aut duos affectus, aut duas particulas indicare possunt.*

TRANSIT ad affectuum indicia.

1. *cucurbitæ*] propter authorũ pugnãtium paulò latius lumbricorum differentiæ inquirẽdæ in hoc loco sunt, tum partant nec ne: sint semper an non sint in corpore; quibusque locis gignantur. Ergo lumbricorum nomen cõplectuntur viua omnia, quæ in ventre gignuntur, quãuis iam vsus obtinuerit vt eo nomine nonnunquam soli teretes significentur, quod frequẽter illi in vẽtre gignantur, Appellantur veteribus nonnunquam communi nomine, quod & Lusitani faciunt ferè, quod & apud Hipp. & Dioscoridem, quod Marcellus miratur, legitur. species verò tres omnibus authoribus traduntur. Nec enim par est credere Hippocratem latuisse latum, qui & de morbis & de affectionibus libro quarto eius meminerit. Nec id libro Aphorismorum tertio, quod quidã citant, Galenus scribit, sed ideo latum in eo libro omisisse: quoniam non sit addicta illius generatio vlli certæ ætati: ætatum enim morbos eo loco recensebat Hippocrates. Nam & Aristoteles & cum Galeno Paulus & Ætius tres eorum species faciunt. Solus Auicena vitio, vt creditur librarij, iungit quartam. Primũ genus creberrimumque rotundi sunt vel teretes: proximum ascarides recto intestino familiares exigui casei vermibus similes perpetuo pungentes, & quiescere nõ permittentes, vnde appellationem obtinuerunt: nã ἀσκαρίζειν pungere est. vocãtur & ex eadem causa ascarides animalia illa pusilla, perciti & sine ratione motus in fontibus frequentia, Latinis tipulæ, nobis *tanaom*, vnde inter homines tauanes, conuicio dicitur in temerarios: tertium genus, latus est, qui & fascia ob amplitudinẽ prolixamque longitudinem nobis dicitur sicut Græcis tertia, quod nomen vitiosè apud Pliniũ quibusdam in locis mutatum in tineam est, & pro lumbrico tenia, scriptum lumbrici tineæ. Definitúrque Pauli versio, vt ita dicã, internæ intestinorum tunicæ in viuum corpus, quod dictũ per metaphoram accipiendum est. Si enim vera esset membranæ versio, non adderet similitudinis insinuationem, vt ita dicam; nec subiungeret in corpus viuens: viua est enim membrana ipsa, nõ mutatur in viuẽs: sed cùm præter duas membranas in munimentum biliosæ & erodentis fæcis, intra multo adipe intestina veluti vitro quodam stagnẽt, nõ aliter quàm ossium articulationibus præter ossa, & in quas ossa desinunt cartilagines, iungit tertium pingue lentum, quod inflammanti ex motu calori repugnaret: hãc tertiã substantiam per vniuersa intestina parte interna effusam vocauit veluti membranam, quam totã in latum lumbricum verti constat ex lumbrici lõgitudine. parere verò latos & eos solos Aristoteles author est, qui tamen ita recipiendus est, vt partus nomine intellexerit separationẽ quandã componentis partis: cùm enim constet latus cucurbitinis illis segmẽtis, vbi vel putredinis vitio vel

Marginal notes: Lumbricorum differẽtiæ. — *Hip. 4. de mor. 6 epid. 14. Aphor. 26.* — *De hist. an. 19 Paul. lib. 458.* — *Au. 16.3.* — *Lib. 458.*

vel xgente natura feiungitur vnum aliquod à toto,& à corpore fecedit,indiciũ eft,quod Galenus hic docet, interni lati.non eft quarta lũbrici fpecie, nec verò eft partus vllus, in quo id quod quidpiã ex fe proferat, ipfum non minuxrur minus momenti eft in eo quod apud Hippocratem legitur,Solos teretes parere, licet vulgus receperit,inductũ credo exiguitate numeroque illorũ. fed nec fexũ diuerfitas apparet: nec coëundi occafio;nec par eft, vt putredine genita confeftim propagxtione xugeantur;fed qui exigui funt,nafcentes tempore maiores redduntur. Idem verò fcribit de latis Hippocrates intra, vterum, non aliter generationem obtinere, quod nec experimento exquiri certò poteft, nec firma ratione monftrari.Iam quod Auicẽna fcribit ferè in hominibus reperiri lumbricos, ex diffectione cõtrxdictionẽ habet, & quod xudet xfcribere illis exiguis paucifque vtilitatem propter corporis purgationem immodicè dictũ effe videtur: quæ enim purgationis commoditas (præfertim vbi tam eft prõptx facilifque, vt in inteftinis,excrementorum porgatio)conferri queat cum multis & magnis lumbricorum incommodis?epilepfia, conuulfione,delirio,febre,fluxu,faftidio,rurfum colica & canina fame, & quæ funt alix mulia: quare & raro in corpore gignũtur & geuitos præftat interfectos educere quàm finere. gigni verò eos in ventre tantùm inferiore,præter Galenũ hic etiam Ariftoteles author eft,argumẽto quod ventriculus coctioni alimentorum dicatus fuperantem habet innatum calorem, vt extraneo putrefacienti & vermes gignendi non pateat. quod fi quando ad ventriculũ confcendunt euomunturque,fames facit & alimenti defiderium, non ipfa in ventriculo procreatio. Accedit quòd forma illa quam teretes lumbrici habent,continẽtibus gracilibus refpõdet inteftinis,lati omnibus,afcaridum fœculentiæ recti,nullius vẽtriculo: fcilicet fi de ijs xgatur frequentibus vermibus.rara enim quædam illorum exempla funt,nõ modo in ventriculo, fed in omnibus ferè partibus nafcentium. Azarxuius author eft,tuffiendo è pulmone reiectos & cum Azarauio Zoat, mufcarum fimiles. Vlyffipone verò nuper quædam poft moleftiffimam,diuturnam, rebellẽque tuffim, per dies multos tuffiens, excreuit ftrobylis nucleis fimillimos, Beninenius intra fruftũ carnis euomitum vermes intuitos eft.Mundella refert cõfpexiffe meiẽdo prodiiffe è vefica multos rubros oblongófque.Nam de fyronibus fub cute genitis, quos antiquitas non recenfuit, & dracontiis fub eadẽ cute,fed diffimili fpecie ferpentibus,quid attinet dicere?] In cerebro vifuntur frequentes & in naribus, dentibus, pilis,à quibus & eroduntur finduntúrque:ita nulla in corpore pars non quandoque vermibus corripitur: fed frequens quotidianúfque euẽtus in loco putredinis eft,extenti & ad eam generationem xppofito, quem ventrem dicimus.nam & quædam non ita pridem monftrofo euentu pullum membratim diuifum euomuit, poftquam de falute eius defperatum effet propter diutinos moleftiffimofque ventriculi cruciatos.duo alij lumbricis laborantes per inguina repente emergentes confpexerunt,perforatis & inteftinis & incumbentibus membranis: & alteri quidem vulnus occlufum eft,alter tota vita per occallefcens foramen ftercus deiiciebxt. quædam aliæ profluuia fruftorum carneorum paffæ funt, per vomitum vna,feceffu alterx, idque per multos dies: erant autem fibrofæ carnes, & quæ tranfuerfam & in longum fectionem paterentur, cõualueruntque: fed rara hæc faciliorem habent, quàm caufam, xdmirationem.

4. De affectio.
3. apho. 26.
4 Metheo. 3.
Loci vermium.
Azar. ca. de tuffi.
Zoar. lib. 1. tract. 11. 3.
Beni. 58.
Mundella dial. 4.

2. in colo] Nam quod infra vidit ex pectore tuffi reiecta grxndinofa quædã, non dignxtur lapidis nomine.Sed vt intelligatur quãto plus ætas quàm ratio docext, ex aliis authoribus exempla cõgeramus.Vidit Paulus auellanæ magnitudine;duritie verò nihil minus quàm lapidea, dũ caderent,fonora ex thorace prodiiffe:euidentius Trallianus. Zoar recenfet vifum à fe hominem, cui ex nafcente intra linguã lapide loquendi vis amiffa eft, ex ablato reftituta.Iam per fedem excerni genitos in colõ, quod libro fexto Galenus nec vidit nec videntem audiuit,fed ceu fcriptura perfpectum in hoc loco refert, vidit & fanxuit Beniuenius.Frãcifcus de Pedemõtio, incredibili & numero & magnitudine confpexit, per menfem enim durauit lapideus fluxus;erat xutẽ quorundam lxpidum oui magnitudo.Vgo refert cuidam ex vẽtriculo euomitos. Vefalius in ictẽrico repẽte pereunte diffectóque intuitus eft multos magnofque intrx veficam felleam fimiles his, qui in bubulis frequentes vifuntur.Idem vidit & Andreas Lacuna cum alis noftratibus, anxtomicis, quorum quidam etiam intra caluxriã & mefenterium & vterum confpexerunt. In renibus verò & magis in vefica fępẽ delufit medicos proiectus vnus aut alter, manentibus intro & pluribus & grãdioribus.Vifi funt enim iã numero 40. ex quibus non pauci femunciam æquabant. quæ rara præter doctrinæ vtilitxtem etiam xd excufandos medicos conducunt, vbi nihil curanda proficiunt.quis fcit enim, xn eiufmodi monftra impediant. nuper intra oculi orbitam hærentia fupercilij offi tã mxgna offx creata à naturx funt, & eo xcceflerunt magnitudinis, vt tumor totius adnati offis cute tecti oculum obtegeret,maiore tumore quàm ouum eft, extuberante oculo:quæ omnia(erant enim multa) chirurgi opera euulfa mulieri vifum, & decorem faciei reftituerunt.

Loci dis.
lib. 6. 9.
Paul. li. …
Benm. 24.
Trall. cap. de tuffi.
Zoar. lib. 2. tract. 2. 2.
Francifcus de Pedemõ. apud Mafpern.
Vgo quæ. ph 19.
Vefalius de radice cyna.
Benm. cap. 19.
Mufa 4. aph. 29.
Lacuna in methe. anat.

3. abfceffum] vniuerfalius fcripfit Aphrodifæus, in corde propter membri opportunitatem nullum morbum confiftere, quoniam antè mors rapit quàm morbus pateat:fed dolores crebro patitur & intemperies,tremores,deliquia, fimul & inflãmationum initia dicente paulo poft Galeno cum Auicena.Copiam verò humoris tumefaciẽtis morántique tantã,vt fuppuretur colligaturque in vnum locum pus fecedente vtrinque carne, quòd Græci apoftema, non abfceffum dicimus, nõ fuftinet.Nã quod Beniuenius in diffecto perfpexit,non erat xbfceffus,fed pituitofus tumor.

1. probl. 128.
Lib. 5. 1.
Auic. 11. 3. vlt.
Cap. 89.

4. Pulmo] cùm vifcera non occurrant externis, tegantur autem in profundo fita,humano fcelere to fenfo non indiguerũt;fola extima membrana ne flatu xut humore obuio offẽderetur,obtinuit; inter quæ pulmo numeratur, vt intelligatur locũ Auerroi vitiofè verfum effe,vbi plurimum à natura fenfu valere legitur: nam vel ipfe author libro Collectorij quarto, nec dolorem nec valere fenfu pulmonem fatetur.

3. Collect. 30.
Cap. 32.

Lib.2.c. 5. *Ligamenta*] & hæc Vesalius sensus nó esse experientia arbitratur, quemadmodum Zoar ossa: alij cerebri substantiam. Sed aliud est quod hæc mébra ambientis tunicæ commercio comparant, aliud quod in se obtinent, neque idem est dolore & sensu aliquo prædita esse.

6. *adunci*] carnium tabefactionem in varijs 1.Præs.9. Tabis indicia. morborum generibus non eodem indicio venátur medici, sed in acutis febribus ex nasi acumine, cauis oculis, collapsis tẽporibus: in tabidis febribus, ex aduncis vnguibus: in elephanticorum cõfirmatione, ex detumescẽte media inter pollicem & indicem carne, vbi ad se inuicem ambo adducuntur. eam varietatem ab illis sine iudicio factam esse opinari non decet. ergo acutorũ calor multo acrior, & instar flãmæ sursum cõscendens absumit exiguas illas carunculas, cartilaginibus & ossibus incumbentes; quoniam minus quàm musculorum toti renituntur & durant. tabidorum calor, æquè vniuersã, tamen multo & tardius & imbecillius extenuat; cũq; in exiguas omnes carnes pariter agat, euidentius digitorum extrema tabefacit, quia extranei calori vi & diuturnitate tandem extinguitur innatus calor carnes reparaturus: is prius in extremis deficit quàm aut in facie, aut in medio corpore locis cordi vicinioribus. in Elephantiacis ad musculum cõfugimus manus, propter morbi proprietatem mãdantis ad extremos digitos atræ bilis crassitiem, ex qua extuberãt & deformantur, nec extenuari permittuntur, & vngues inflectere.

2.Aphor.47. 7. *rigor*] supputans vapor per morsum rigoré concitat. ipsa supputatio propter ebullitionem humoris & innati caloris conatum febres auget, iuxta eam sententiam; Dum pus conficitur, dolores & febres augentur magis quàm facto pure.

Com. 4. 8. *nigricans*] si est quod scribitur libro acutorum quarto, causi proprium insuperabilis sitis, ea primùm aridam constituit linguam; post asperam: tandem atram.

9. *hemorrhoides*] immodicè defluentes; est enim suus sanguinis profluuio color.

10. *per accidens*] differentiæ actionis læsæ per se nullo intercedente sequuntur affectum. est enim sua natura morbus, affectus functioné lædens: sed differentia læsæ actionis cùm includat læsam actionem, simul ostendit locũ affectũ. Superest, vt signa loci affecti ea sola læsam actioné non includant; ideo locum affectum non ostendant, quotquot interuentu symptomatis cuiusquam affectum sequuntur, nempe coloris aut rigoris & similium.

SECTIO QVINTA.

Cap.VI. *HVIC itaque libro in præsentia finem imponere statui, si de proprijs affectibus, & ijs, qui per consensum eueniunt, aliquid addidero: 1 admonens in primis, quod affectus, qui à reliquis medicis primarij vocantur, equidem commodius proprios affectus appellauerim: quanquam 2 nihil refert, si eos primarios nominare volueris. Quippe satius est rerum differẽtias intelligere, quàm cõtendere de nominibus. 3 Sanè cùm vel vapores vitiosi, vel ipsi quoque humores à ventriculo ad cerebrũ ascendunt, dianœa. i. cogitatio læditur: primogenio quidem affectu cerebrum tũ laborare, dicet nemo: quanquã omni affectu carere ipsum, haudquaquã defendi potest. Verùm, quod per verbũ sympaschein, id est per consensum affici, de illis ipsis est in confesso, id omnino verissimũ est. Quippe est verbo (per consensum affici) partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici, declaratur. 4 Atqui melius, clariusq; enarraueris, si eã partem, quæ per consensum afficitur, ob alteram affici dixeris. 5 Igitur, quod multi medicorum veluti somniãtes, obscurè intellexerunt, atque ipsum, vtpote non intelligentes, hauquaquam clare enunciauerũt, id equidẽ veluti instituto operi per quàm necessariũ, docere aggredior, inde sumpto initio. Sunt nonnullæ actiones, quæ ex idonea facta 6 materia, ipsam ab alijs partibus præparatam accipiunt: quæ de re interdum optima ratione fit, vt nulla existente in actionis cuiuspiã proprij instrumentum 7 noxa, actionem ipsam perire cõtingat, defectu scilicet materiæ, ex qua fieri consueuit: veluti in voce res sese habet. Nam in libro, quẽ de ipsa conscripsimus, ostensum iam est, quòd efflatio materia quidẽ vocis est, & efficiunt eã, contracto thorace, intercostales musculi. Igitur his nihil agentibus, animal vocem amittit, & quidem nullo interdum in proprijs vocis particulis, 8 genito affectu. Sunt verò huiusmodi partes summatim quidem loquendo, totus larynx: si verò particulatim explicare volueris, sunt tres cartilagines, & qui eas mouent, 9 musculi, quibus accedunt nerui à cerebro demissi. Ac præterea in gutture ligula (Græci 10 epiglottida vocant) hæc maxime proprium vocis instrumentum est. Etenim, cùm hæc à musculis moderatè & aperitur & committitur, vocem efficit: quanquam vocem reddi impossibile est, nisi 11 vehementer spiritus egrediatur, id verò, intercostales musculi perficiunt. 12 Cecidit quidam ab alto in terram ita, vt dorsi initium affligeretur: is tertio die exiguam admodum vocem emisit, quarto deinde die omnino 13 obmutuit: resolutaq; simul fuerunt crura, manibus omnino illæsis, sed neque spirationem amittebat, neque difficulter spirabat. Cùm enim tota sub ceruice spinalis medulla esset resoluta, accidit thoraci, vt tum per septum transuersum, & musculos supernos, numero quidẽ sex, moueretur: quippe nerui ex spinali medulla, quæ in ceruice est, ipsis adueniunt. At intercostalium musculorũ nerui, per quos exufflationem fieri diximus, omnes 14 affecti erant. Cùm itaque frustra medici negocium subirent circa crura quidem, vt pote resoluta: circa guttur verò, propter vocis affectum: equidem id interdixi, atque 15 affecto duntaxat loco curationẽ adhibui. Proinde finita tandem spinalis medullæ inflãmatione, à vij die vox restituta est iuueni, & crura motionis facultatẽ recuperauerunt. 16 Huiusmodi ergo noxæ speciem, magis propriè per consensum euenire dixeris, quàm vbi ab humoribus in ventriculo contentis, caput dolore tẽtatur. Quippe per huiusmodi dispositiones, eleuatur ad ipsum aliquid: sed in dictis nuper dispositionibus, nihil noxium ad crura defertur: sed contra priuantur ea facultate, quàm antea spinalis medulla ipsis suppeditabat. Guttur verò, cùm vox ablata est, non omnino priuatur spiritu, quippe spirare animal per ipsum etiã dum videmus: at verò exufflationem amittit, quæ sanè est multi spiritus extra animal per guttur affatim facta emissio. Sed de nominibus contẽdere cæteris permittamus: nobis enim, res quas illi penitus ignorant, pertractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput, vbi cõtentis in vẽtriculo humores eleuantur, qui simul & calfacere, & distendere ea, quæ sunt in capite, possunt: atque aliter suffusorum apparent visa quædam, neque calfactis, neque mentis oculis, sed solo vapore per ipsos transeunte.*

Præterea

Præterea aliter videtur affici is, cui meatus à cerebro descendens obstructus est: aliter ille (quamuis huic quodammodo sit similis) cui propter spinalis medullæ inflammatione resoluta sunt crura: atque aliter is, cui vox aut perijt, aut vitiata est: etenim ad crura facultas quædam, citra 17 essentiã, descendere prohibita est: ad oculos verò, cum essentia: verùm, ad guttur quamuis materia perueniat, sufficiens tamen ipsius quãtitas haudquaquam accedit. Qui verò ob intercostalium musculorum perforationem obmutuit, is totam vocis materiã amisit. Porrò, quemadmodum crura per dictas spinalis medullæ dispositiones resoluuntur; ita etiam guttur vocalibus neruis vel incisis, vel laqueo interceptis: (vocare autem vocales neruos cõsueui eos, quos ipse inueni: nam præceptores mei eos duntaxat, qui apud arterias, sunt cognoscebant:) atque ob horum quoque vitia, vox perire solet: quoniam proprij gutturis nerui, quos equidem recurrẽtes nominare sum solitus, ipsorum essentiæ pars sunt. Sed cùm ad multas alias partes distributi perueniant, nullam habeo aliam magis propriam appellationem ea, qua vocales ipsos nominaui: quippe ad instrumenta vocem concinnentia, propriè pertinent. Atque idem est modus, quo gutturis musculi læduntur, siue recurrẽtes nerui, siue, hi, qui iuxta arterias sunt, vitientur: vtrinque enim animalis facultas desideratur, sine qua à consilio & voluntatis imperio, moueri illos non contingit. Et quidem incisis musculis, qui ligulam (id est epiglottida) mouent, animal penitus mutum euadit: sed neque simili omnino modo, neque etiam in totum diuerso ab eo, quo læsis neruis vox perit. Nam vtriusque noxa hoc cum altera habet commune, quod ligula continuitate, quam admonens principium habet priuatur. Id verò fieri solet, siue neruus siue musculus incidatur, aut laqueo intercipiatur, aut contundatur, aut quomodolibet aliter vitietur. 20 Equidem vocem vitiatam fuisse memini adeo, vt pene perderetur, refrigidatis vehementer neruis recurrentibus, cùm per hyemem in collo adhibita fuisset quædam chirurgia: quod cùm intelligerem, calorificis remedijs naturalem temperaturam neruis restituens, vocem reuocaui. Cæterùm, vt ob materiæ priuationem, perforato thorace: ita etiam aspera arteria tota incisa, vox perit, quod nullus supersit spiritus, qui ad proprium vocis instrumentum transmittatur: idem efficit, sed alio modo, laqueus toti collo circundatus: verùm hic non solum mutum reddit animal, sed etiam suffocat, tollendo scilicet spirationem. Arteria autem dissecta voci quidem nocet, sed animal, respiratione non priuat. 21 Angina verò vocata, cùm sit internarum gutturis partium inflammatio, strangulationi proportione respondens, respirationem tollere potest, ipsum meatum obstruendo; idcirco vocalis instrumẽti maximè proprius, affectus est, ac deinceps externorum ipsius musculorum noxa est. Cæteras verò partes omnes, quarum meminimus, non propriè, sed per consensum potius afficit. Cùm ergo ex ceruice quidam chœradas, id est strumas, in profundo incũbentes, excideret, ac deinceps inter secandum quoddam vas, membranas non specillo secaret, sed vnguibus euelleret, imprudẽs ob 22 ignorantiam simul recurrentes neruos distraxit, atque hoc pacto puerulum liberauit à strumis, sed mutũ reddidit. Quidam alius, in alio puero sectionem faciens, ipsum similiter semimutum reddidit, læso videlicet altero duntaxat neruo. Mirabantur verò omnes, quo pacto neque aspera arteria, neque gutture quicquam affecto, vocem lædi contingeret. qui, cùm vocales neruos (me ostendente) conspicerent, admirari desierunt. 23 Quibus igitur partibus vel materia, vel facultatis suppeditatio corrumpitur, actionem lædi probabiliter dixeris, parte ipsam faciente, nequaquam læsa. At verò, si vel à vaporibus vel humoribus aliunde ad ipsam venientibus lædatur, eã non rectè dixeris illæsam. Neque minus etiam probabile est, partem vel materia, vel facultate priuatam lædi, si, cum hæc recipiebat, dispensationem secundum naturam habebat. Proinde ex huiusmodi in vtranque partem conatu, logicorum problematum consideratio, neque ad affectuum notitiam, neque ad curationem, neque etiam ad futurorum euentuum præsagia, quicquam vtilitatis afferre posse videtur.

SI SVNGIT morbos per consensum à proprijs, id quod præsenti tractationi est cũ primis vtile & necessariũ. 2.5. animaduertas ergo] ostẽdit nihil interesse medici cẽsere de dialectica illa difficultate, nũ cõsentiens pars patiatur, nec ne. 3.5. atque iùm] locum docet exclusis inutilibus necessaria ad curationem affectuum per con-2 sensum.

1. *admonens*] duo antea probata in memoriam reuocat, primùm diuisionem non constare rectè affectuum per primarium & consensum, sed per proprium & consensum.

2. *nihil refert*] quorsum ergo commouerit? scilicet, quàdiu intellectus affectus per primariũ est ordine generationis primus, diuisio improbãda est, cùm non opponantur diuidentia membra necessariò: vbi verò iam cõuenitur, vt opponatur cõsensui affectus, qui in curatione ab altero non pendet, de nomine disputandum non est, & concedendum, si placet aduersario vocari eũ, qui proprius est, primarium vel primogenium, imò & Galenus ipse statim ita vocat.

3. *sane*] alterum etiam suprà ostensum, partem, quæ per consensum afficitur, cùm actionis vitium habeat, pati.

4. *atqui melius*] si primi impositores disciplinas percepissent, non huic affectuum, generi indidissent sympathiæ nomen, ex qua societas sola affectuum intelligitur: sed ab alio vel post alium passionis, id enim naturam affectus apertè facit.

5. *igitur*] sequitur consensuum differentia multiplex curationem mutans, vtilissima, & priscis apertè non explicata.

6. *materia*] addere poteras, quod subdet paulo post, vel expectant aliunde dimanãtem agendi facultatem par: est enim ad sympathiæ euentum, siue facultas ab alio petenda, vt in oculo; siue materia, vt in hepate; siue vtrũque, vt in voce fit, cuius vis cerebro, materia intercostalium musculorum operi tribuitur.

7. *nulla existente noxa*] lege, nulla propria passione, pati enim etiam illa monstrabit paulo post.

8. *genus affectus*] nempe, nouo vel producto, patiuntur tamen, quia affluxu materiæ priuantur. Cap. 11. Cap. 6.

9 *musculi*] Græcè corrupte additur tres, librarij vitio ex præcedẽte dictione muttitiis: vigioti enim agnouit Galenus 7. de vsu. & plures scribũtur libro De plac. 2.

10. *epiglottida*] lege, glottida. ea enim rimula potissimum est vocis organum, nũ supereminens cartilago & pro tempore nutans pharyngem occludens, quæ epiglottis est.

11. *vehementer*] ordinem harum actionum manifestius explanabit infra libro quarto. declarauit & in Prorrhetico actionẽ musculorum pecto- Cap. 7. Sect. 1. 8.

ris antecedere vocem : linguæ verò posteriorem esse & vocem sequi: quo circa hic oon numerauit eam inter vocis organa, sed vocem factam explanat.

12. *cecidit*] historia manifestat, quantopere curatoriam methodum adiuuet iotellecta consensus species.

13. *obmutuit*] crescente tumore in ictus loco propter humorũ defluxum, & ad tumoris magnitudioem sequeote attenuatoria oeruorum obstrictione.

14. *affecti sunt*] coostat ex hoc loco, vt in naturali respiratiooe cessent intercostales.

15. *affecto*] nempe ictus loco.

16. *huiusmodi*] quo magis coouincat Arcbigenis errorem, oegantis pati etiam dolẽs caput, ait, tolerari posse, si de consensibus priuatæ facultatis, vel materiæ diceret, oõ si cõmunicatur noxia causa. Sunt enim relatæ à Galeno differentiæ cõsentientium, iu affectu membrorum, genere tres, quarum quæuis in germanas duas secatur; primum geous materiam alterantem alteri mẽbro remittit quomodo caput à ventriculi bile dolet. huic gerioanus affectus est, vbi materia similiter cõmunicatur transiẽs tantùm, oõ alterans, qualis est oculi ex bilioso vapore corrupta visio. Secuodum genus priuat facultate mandari solita partẽ simul cum spiritu defluente : huiusmodi est oculi visio ex optico obstructo ablata. Affinis differẽtia est, vbi priuatur facultas citra spiritum mandata. In tertio genere materiæ necessariæ accessus cobibetur, & is vel omnino, vt confosso pectore nullus ad guttur aër accedit, vel copia impetúsve eius, vt si intercostales resoluũtur, par sequitur symptoma, quod mutos reddit.

17. *essentiam*] apertam facit mentem suam, vim animalem neruos sola qualitate suscipere

18. *horum*] qui apud arterias sunt, apoplectici vocati. cùm enim descedentes illi nerui trunci sint, quorom portio vtrinque voa iuxta alam inflexa recurrit implantanda gutturi ad dimittẽdas detrahendásque in quibusdam vocibus tribus gutturis cartilaginibus; siue truncus ipsæ lędatur,

7. de vsu 14. siue solus recurrens, quem ab officio vocalem vocat, vtrobique vocem lædi necesse est.

19. *epiglottida*] lege glottida. discrimeo autem aliquod etiam intra eandem consensus speciem diligenter agnoscit Galenus; vt in ea specie, quæ sequitur facultatis sine spiritu priuationem, potest neuticam accedere ad affectam partem facultas, vt cum mutus quis efficitur ex resoluto vel refrigerato recurrente neruo: potest & accedens facultas prohiberi ne operetur, secto scilicet musculo cartilaginem mouente. Non secus in altera consensus specie propter deficieotem materiam potest noo accedere materia, si confosso pectore efflatio ad guttur non accedit, sed vulnus: potest & accedere, sed vetari, ne exeat ad vocem edendam, compresso videlicet collo.

20. *ecquidem*] ostendit historia nerui accedentis læsionem tantùm voci obesse, vt sola refrige-

1. epid. sect. 3. 5. ratio eius vocem tollat.

25. *angina verò*] lege, cynãche verò vocata. Solent autem vti verbo vocata, vbi oon satis placet appellatio. Significat anginarum varietates, quas Græci quidam immodice de nominibus cu-

Infra lib. 4. 5. riosi cùm sint quatuor, quatuor variis nominibus distinguebant: vt syoanche sit internorum gutturis musculorum ioflammatio, cynanche externorum verùm parasynãche partium, quæ antestãt internis musculis, sicut paracynãche quę externis. Ergo cùm duo illa priora genera infestent gutturis musculos, constituentes scilicet partes, proprij erũt gutturis affectus, reliqua vitia numerata per consensum vocem vitiant, quarum quædam subdit.

22. *ignorantiam*] non enim intelligebat propè sitos esse vocales neruo.

23. *quibus*] explicata sexcuplici cõsensuum differentia, ad curationis necessitatem; quandoquidem proprij affectus solam patientis partis curatiooem expetunt; consensus verò primæ speciei vtriusque partis prouidentiam in curando: in secundo, vbi materia à primario accedens nõ alterat consentientem, primarum membrum curandum, cooseotiens cauendum est: reliquæ coosen- 7. Ther. 11.
suum species sola primarij consideratione contentæ sunt. Ergo cùm has species indies secare separaréque mutuò oecessũ sit; quærere verò, an debeat dici passa coosentiẽs omnis pars, nihil medico commodi afferat, prius illud medico perdiscendum est; posterius sub dubio relinquendũ, nõ soluendum eit; quod Galeous hic sequitur, qui tamen paulo post ostẽdet & vtilius & magis proprio vocabuli vsu omnem partem conseotieotẽ quomodocunque pati.

Id verò exactiús discutieodum est, num anima- Num animalis facultas cum spiritu
lis vitalisque facultates, qualitatis tantùm diffusione corpori à principiis communicentur, an simul cum defluente spiritu. prestat autẽ vtriusque 1. de simpt. 17 de vsu puls. 6. 7. plac. 8.
factionis argumẽta seorsum expendere. Galenus eò inclinat, vt opinetur neruos omnes opticis dempti, non esse perforatos, & sioe corpore vim suscipere, cùm multis aliis locis, tum ex professo Lib. an solus spiritus vit.
addubitans libro De placit. 7. cur verò eò inclinet magis significat: non videri sibi verisimile inquiẽs, exiles neruorum tenuitates canalibus interiꝰ perforari: oportebat eoim tam tenuem mea- Lib de elementis.
tum nullo nõ momento occludi. Sed adiiciamus oonnulla, quæ illius partes fouere possunt. Secto vbiuis oeruo repente partes iofrà ligaturam omnes sensu motúque orbantur, adhuc spiritu animali turgeotes: neque aliter arteria si dissecta immisso calamo ligetur, post ligaturam à pulsu cessat, licet spiritu cum arteriali sanguine abundet: per membra igitur, non per cauitates commeant facultates. non aliter protinus à solutione tedit ad extremos vsque pedes & aoimalis & vitalis vis, quæ spiritus vehiculo momento non deferretur: nã tergiuersatio illa, licet ab Isacio iurata quod Vitalis spiritus inter ambas labitur arteriæ mẽbraoas, nõ cum sangoine per internam cauitatem, nihil habet cur recipi debeat: neque enim io oeruis locum habet, nisi & ibi inter ambas tegeotes membranas animalem spiritum locet, qui extra cerebri substantiam non permeat: & absurdum est spiritus tenuitatem vna membrana inclusisse naturam, sanguioem tanto crassiorem duabus. Potest & ea ratio opinioni fauere Galeni, quod phrenetici paucissimo spiritu animali motiones edunt vltra vires vehementes: oporte- 11. dest. 6. 4. 6. natu. 8.
bat autem si sequuorur motus spirituum copiã, non qualitatis diffusionem, apparere pro vehemẽtibus languidas & inertes. Traoseundum iam

in al

in alteram factionem est, & contrariæ rationes
recensendæ: hanc enim Auicéna cum Arabibus
sequitur, spiritu vocans facultatum delatores,
nisi etiim spiritus per meatum deflueret, obstru-
Ratio ctus meatus facultatum non resolueret:atqui re-
1. soluit:per meatum igitur cum spiritu deducitur.
sed Auicennæ ratio id supponit, quod in contro
uersiam vertitur ; pateátne meatus in neruo,
nec ne. Præstat igitur ita attexere rationem : Vbi
neruus aut refrigeratur aut ligatur , facultate
priuatur : nec tamen quicquam in sua commutat
substantia,sed solum si habet meatum, densat &
angustat : cur non igitur recipiet facultatem in-
commutata subst átia,quam suscipiebat?aër enim
cùm nube occupatur, mutat natiuam perspicui-
tatem opacitate accedentis halitus ? quo minus
mirum est , non esse aptum,quod ante erat,lucis
.2 medium secus habet in neruo,cuius conditio ex
ligatura non mutatur,sed meatus. Altera,exerci-
tatus digitus fatigatur aut crus,non nisi deficien
te in eo pre motu &dissolutione animali spiritu:
cur enim aliter non posset modò , sicut paulo
antè,moueri , si sola tribuitur parti facultas?nec
enim credi potest exercitatis spiritum exhauriri
in cerebro , dum ad mouédi nerui originem de-
mãdatur , tum quoniam ad manum non à cere-
bro imaginante sed à ceruice neruus deducitur:
tum quia ea fatigatio nõ occupat aut cerebrum,
.3 aut dorsalem,sed solam, quæ laborauit, partem.
Accedit , quòd vel Galeno teste exercitatis res-
3.de caus.pul. 14. Auic.de pul.somn. piratio crebrescit,& pulsus non : quod quidam
scriptis mandauerunt , ex quibus Auicenna est,
propter solum exercitio auctum calorem , sed
multo magis propter exhaustum in motu anima
lem spiritum:quem natura reparare conata pul-
sus differentias auget.quid ergo in motu anima-
4. lem spiritum adsumi,dicere pertimescimus?Iam
neruorum perforationem multa indicant testi-
5. monia.crebra est colicæ in paralysim permuta-
6. tio,& rursus paralysis in colicam. humor autem
colicorum & frigidus & crassus per nerui angu-
stias ad intastinorum spiras deferri non posset,
si non media pateret inanitas.bilis ad ventricu-
lum confluens quanta celeritate capiti distentio-
nem,calorem & suffosorum inducit imagines,
coloresque per nerui canalem permeante hali-
tuosa expiratione.cerebrum ipsum , dorsalis,&
optici manifesto perforantur:quid ni igitur reli-
qui,quorũ idẽ munus est,nerui?neque enim spe-
cie, sed quãtitate sola distant intra genus vnũ ma
gna paruaq;.Addo,cerebrũ si nõ spiritu repletur,
sed impeditur à vẽtriculis transfusio,nihil animа
7. lis operis edit:quod euidẽte testimonio cõstat,v-
bi ventriculi aut comprimũtur aut vulnerantur.
similiter & spinalis , & optici:quo nomine igitur
neruus à cerebro ad imos pedes sine spiri-
tu descendens vim & suscipiet & exercebit?
Quòd si facultatis capax est ipsa nerui sub-
stãtia,eamque transmittit, qui fit,vt obturato op
tici foramine cęcitas obstructo dorsalis mea-
tu resolutio partium sequatur ? neque enim ine-
pta est illorum neruorum substantia deferendæ
per eam facultati. Deinde caro vim , de qua
quærimus , sine corpore recipere potest , quæ e-
nim interiacet neruosas tenuitates , puncta sen-
8. tit,& intra musculum mouetur. Quorsum ergo
deduxit à cerebro natura neruos peculiari qua-
dam cõstitutione,si per carnẽ facultas deduci po
terat?Sed quoniam spiritu ad longunquàm dela- 3.de vsu 7.
tionem proprio vase indiguit , non aliter quam
sanguis vterque,nerui creati sunt.quod enim idẽ
dixit Galenus , licet paulum quiddam materiis
in corpora ipsa ingredi , altius verò penetrare,
nisi ampla via demittantur , ipsis haud quaquam 9.
licet. Quid quod in mortuo boue per horas ali-
quot spectamus subinde motas pectoris carnes,
& in angulis & lacertis vibrantes caudas, ablato
licet & cerebro & corde : qui motus , si lux esset
ab illis fontibus deriuata,& non à contento cras
sóque spiritu partium prodiens, confestim cessa-
ret;quomodo in aere lux sublata face. Præterea, 10
si in animi deliquio & timore pallescẽte corpo-
re vis motrix corpus sustinere nõ potest,cõfluẽ
te ex vniuerso corpore ad cerebrũ ,qui corpus cõ
tinebat,animali spiritu;quis negabat spiritũ esse,
qui corpus firmum erectumque conseruabat?
ipsa enim facultas à cerebri spiritu deducta,in de
liquio eo abundantior influet,quo plus est in ce-
rebro illuminantis,quàm ante deliquium , spiri-
tus.Est verò & illud firmissimum rei testimoniũ, 11.
qui choreas agunt, vel in gyrum aguntur, sopiun
tur,nec corpus continere possunt , quales in cu-
nis infantes:si igitur sola est spiritus moti illumi
natio ad nerui , qui mouet,originẽ;par erat abũ-
dãtiorem vim influere versato in cerebro,quàm
quiescẽte spiritu:maiore enim impetu dilabitur
à moto,quàm ab ociante spiritu. sed quoniam spi
ritus est,qui per neruos rectà deducẽdus,circula-
ri illo flexu aliò vergit , & à neruorum initiis re- 12.
trahitur.Accedit nõ leue argumẽtum ex dolore,
qui stupidę parti succedit motum aggressę , de Cap.5.
quo sequenti libro dicendum est.Postremò con
stat , vbi per vnum neruum confluit vis vtraque
ad partem sentiendi vim dico & mouendi, amit-
ti nonnunquam motum,manente sensu , contrà
non euenire.cur ita ? quia validiores vires desi-
derat,quàm sensatio motus.quas vires obsecro?
si materię expertes sunt, pariter cerebrum vtran-
que imprimit : neruus non minus hanc quàm il-
lam recipit.cur non igitur excipiet mouẽdi vim,
cùm susceperit sentiendi? sed qua motio sine v-
bere spiritu peragi non potest, quam copiã sen-
sus non requirit , id verò in causa est. Atque ad
hunc modum bona ex parte cõfecta res esse vide
tur. Sed parũ nostris rationibus vrgemus,nisi ad-
uersas partes fundamus,diluamúsque , quo pro-
posita sunt ordine illorum argumenta.Primùm,
nõ apparet in neruis meatus.quasi verò nõ mul Ad primũ.
ta sint in corpore, quæ per exiguitatem perspici
nequeant, aut non sępe multa ratione conijcie-
mus, quorum sensus testis esse non potest.In op-
ticis foramina nemo post Galenum cõtẽplatus
oculis est,quorũ tamen est certum & efficax ar-
gumentũ vnius ex pupillis dilatatio clauso alte-
ro ex oculis.In dorsalis foramina duo septo inter
medio distincta.nullus scriptis mandauit,quæ &
morborum euentus & diligens intuetur explora
tio.A prioribus verò cerebri vẽtriculis ad cribri-
forme os aditus non apparet,quem adesse & o-
doratus arguit,& mucci expurgatio.At occlude-
rentur creberrimè tam exigui.mirum sanè, si nõ
multa in corpore similia ab admirando deterre-
rent. Araneosę arteriarum exiguitates continuo
in orbem distendentur , vacante angustissima Ad secũdũ.

circundantis carnis inanitate, quæ pulsantes excipiat; nec tamen tam prolixo vitæ spatio aut teplentur inania, aut arteriæ à distentione cessant. Oculi comprehendi non potest opticorum angustia; paucissimis tamen eius conciliauit cæcitatem obturatio. In ipso cerebri & testium corpore ductus sanguinei cernuntur perpetui, nullo vase cohibiti, & nullo tempore occlusi. Quid verò potest vel faciliùs concidere, vel discerpi prôptiùs molli illa cerebri constitutione, ea tamen ventriculis distenditur nunquam decidentibus, & in se dilabentibus, aut lateribus aut camerato corpore; nec vestiuntur & substinentur, quod opinatus est Galenus, vlla mẽbranarum internatū firmitate, sed sua se mollitie substinent ventriculi, etiam per casus & luctas, nec obstructi, nec detumescentes. Carnes ipsæ secundum corporis rectitudinem longis meatibus sulcantur, quibus materias suas qualitatesque communicant, nec vel subsident carnes, vel infarciuntur meatus. tãta est diuini opificij excellentia & admiratio, vt aliquando summus ille naturæ laudator Galenus substiterit, & artificij magnitudine oppressus, neruos perforatos esse non crediderit, quoniã tã angustos meatus nô posse naturam ab obstructione seruare, existimauit. Cur verò sectis aut ner-

Ad tertium. nis, aut arteriis confestim delata facultate priuemur, præsente licet spiritu; in pristinum verò statum redeuntibus protinus restituamur, maioris operę est inuenire. videtur autem natura ita comparatum esse, vt non aliter membra aliunde facultates suscipientia, in actionem exeant, nisi & spiritus facultatum instrumenta ab illis suscipiant, & prætereà liberam habeant & expeditam ad sua principia continuitatem, quæ ligatura cesset, solutione redit. cùm enim in tempore & qualitate motus nerui cum cerebro arteriæ cum corde concentum & motus vnitatẽ essent habitura, si non in societatem vnitatémque per liberos canales neruorũ arteriarũmque conuenirent, corrumperetur euerteretur que concentus ille & æqualitas motuum. quo fit, vt manẽs in parte animalis spiritus subsultus quosdã & inæquales cõcussiones excitet, interclusa cum principijs communione, siue per capitis truncationem, siue nerui aut sectione aut interceptatione; motum verò ex imaginationis arbitrio pendentem exequi nequeat. num phreneticos vehementes habere motiones cum exiguo spiritu, non magis mirari decet, quàm quod febri laborans alimenta & at-

Ad quartũ. terat & adurat sano velocius; non tamen aut delirans diu in motu persistet, aut eos edet constantes & semel firmos; nec febri correptus iustam coctionis mediocritatem alimento præstabit: tantùm inflammatus in delirante spiritus furibunda concitamenta mouet, nec propter indigentiam spirituum aut diuturnam aut stabilia. De proposito itaque problemate ita verisimillimè dictum sit.

ANIMADVERTAS ergo, velim, quomodo eãdem curationem ex affecti loci notitia inuentam, hac consideratione neglecta, narrare aggredior. occurrit mihi 1 quidam medicamentum tribus digitis adhibitum ostendens: dixitq; triginta iam diebus, ipsorum sensum se amisisse, illæsa seruata motione, sed nihil præsidij ab impositis medicamentis percipere. Ego verò id, quod in huiusmodi casibus facere consueui, ne tunc quidem obliuioni tradidi. Quippe vocato à medico qui digitorũ curationẽ susceperat, interrogaui, cuiusmodi remedia adhibuisset: quæ cùm intelligerem ad hanc rem esse idonea, causam inuestigare cœpi, cur nullam ab ipsis homo præsidium consecutus fuisset. Inquirens itaque, quæ præcesserant accidentia, inueni, ipso dicente, neque inflammationem, neque refrigerationem, neque ictum præcessisse, sed ipsum paulatim sensum perdidisse. captus itaque 3 admiratione rursus interrogaui: num superiorum partium aliqua icta fuisset. Ille respondit, manum quidem non fuisse ictam, sed dorsi initium fuisse afflictum. Deinde, 4 quomodo & quando id accidisset, cùm interrogarem: respondit se, cùm Romam proficisceretur, à vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum incipisse affectum. quocirca coniecturam feci, in primo exortu nerui post septimam vertebram prodeũtis partem quampiam ob ictum fuisse inflammatam, ac nunc 5 scirrhosam habere dispositionem. Id verò intellexit doctus ex arte secandi corpora, quòd nerui per propriam circumscriptionem, veluti venæ, exoriri videntur adeo, vt vnumquemque exquisitè vnum esse 6 putares, quemadmodum & venam verùm protinus ab origine multi sunt simul concreti, & communibus inuolucris contenti, quæ à cerebri membranis exoriuntur. Ergo neruorum qui à ceruice prodeunt vltimis humilior 7 pars ad minores peruenit digitos, per cutem ipsos continentem, ac præterea per medij digiti medietatem dispersa. Quod verò cæteros medicos in maximam duxit admirationem, quod dimidia dũtaxat pars afficeretur, id mihi persuasit potissimum eam tantùm nerui partem, quæ in cubito ab ipso egrediens, iam propositis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abijcere iubens, illi præcipuè spinæ parti, quæ affectæ particulæ initium & originem obtinebat, ipsum adaptaui: secutaque est res, vt aspicientibus videbatur & admirabilis, & inopinata, quòd digiti manum adhibitis spinæ medicamentis essent curati. 8 verùm affectu omnino summoto, orta est inter medicos quæstio, quænam sit eiusmodi neruorum dispositio, vt per ipsam, seruato eorum motu, sensus pereat. Equidem id ipsum dicebam, quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sensus in 9 patiendo: motus verò in faciendo aliquid, fit: quapropter, vt quis moueatur, opus est robore: sed vt sentiat, vel minima facultas sufficit. Cùmque rectè me hunc dixisse sermonem putarent: quid igitur (inquam) num vidistis aliquando contrà euenire, vt inseruato sensu, motus periret? Tum cæteris omnibus se nunquam conspexisse dicentibus, vnus id confitebatur, ac nomine laborantis citato testes quoque adhibere pollicebatur. Quamuis hoc cum proposita ratione pugnare videretur, in partibus, quæ mouentur quidem: non verò sentiunt, (etenim quod ad hanc rationem pertinet, fieri haudquaquam potest, vt perdito sensu motus à voluntatis imperio prodiens seruetur,) rursus orabant, vt causam explicarem, quamobrem vtraque appareant. Ea verò (vt plane intelligunt ij, qui neruorum dissectionem didicerunt) talis est: Omnis voluntarius motus ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se, sine ii musculo, vllam huiusmodi in animantis particulis actionem afficere potest, sed per musculos, omnes à consilio & volũtate prodeũtes motus perficiũt: ad partes verò mouendas, musculi ipsi aliquando quidem in manifestè perueniunt, aliquãdo verò per medios tendones, quos aponeurosis, id est, denervationes aliqui cognominant. Atque ex hoc genere sunt tendones, quibus digiti mouẽtur, haud ab similes his, qui tom ad Hippocrate nominantur.

nominantur, rotãdi scilicet. Si itaque musculorum aeruos affici contigat, motus digitorum perit: si verò eos, qui ad cutem peruenunt, tangendi sensus corrumpitur. Sed, vbi 13 tota resoluuntur membra, cùm videlicet cõmune principium affectum est, simul & sensus & motus pereunt.

QVOD in fugiendis reliquis dialecticis fecit difficultatibus, observat in præsenti, vt proposito, de quo quæritur, ægro agnoscat, præsagiat gloriosè sanet. dialectica difficultate ocquaquã: ita enim tandem intelligitur dialectici esse, non medici muneris, obiter autem inter curandum, moram difficultatem non inutilem recenset.

Cap.10. 1. *quidam*] Pausanias Syrus, de quo meminit tortâ libro 3.

3. Epid. sec. 3. c 2. *medico*] doctus ab Hippocrate monente, vt ex oblatis vestigemus morbi naturam: si enim commoda inuenta sunt, & io tempore adhibita, prauitatem morbi arguunt, si coõtrà, spem præstant citę sanitaris, quid quod ea vocatio & commendatio præcedẽtis medici honestatis speciem habet, & artis anctoritati accedit, quod medico impenditur.

3. *admirationi*] nam, vt quidam affectus sine recenti causa frequenter inuadunt, quales putridæ febres & tumorum genera sunt, ita alij recentem causam requirunt, vt diaria, vt in parte motus sensûsve abolitior: cùm enim toto suo ductu neruus facultatem excipiat deducatq́;, vnde cessabit in parte facta obstructione, non ad originem, sed ad oetui extremum insertionemque, si non externa causa obstructionem induxerit?

4. *quomodo*] vt ex ictus qualitate conіectaret de inflammatione secura, & ex tempore de consensu symptomatis digitos infestantis.

5. *scirrhosam*] in superiore ęgeo supra dorsum cadẽte, solius meminit inflammationis, quoniam confestim vox ablata est, post septimum diem restituta: hic quoniam præcesserant plures aliquot triginta diebus, & inflammationis quieuerant symptomata, commutationem in scirrhum persentiscit.

6. *patares*] lege, credere quis possit non aliter quàm venã: qui tamen ab ipso mox exordio multifunt, constricti omnes cõrentiq; communibus inuolucris.] cùm enim intellexisset, natura non posse mollem nerui medullam, & eam cauam sectiones in progressu multas ferre, quales vasa in corpore & in terra stirpes patiuntur, mox ab initio non grandi vno caudice deducit triginta illa

Neruorum ductus. neruorum paria, sed vnicuique pari producendo duo in vertebra quâuis parauit foramina insigni magnitudine, à dextris vnum, à sinistris alterum, petq; vnumquodque eorum eduxit numerosam neruorum propaginem, quantam partium varietas, quæ excepturæ erant exigebat. Et ne per longam viam iniuriæ paterent, rumpetentùrve exiles propagines, commenta est ex illorum mutuo cõplexu & contexu funiculis finiti, additis duabus vniuersos colligentibus membranis, robur, ve quod singulis gracilitas negabat, iuncti possiderent: quo artificio & sectionis pericula cauit, &

Artis med. 30 vnius caudicis firmitatẽ non amisit: quæ omnia si tam probè meminisset Galenus, quàm hic edocuit, nunquam in eam opinionem descenderet, vt crederet ad musculi constitutionem neruos multipliciter in fibras, non secus quàm ligamenta, discindi & interposita carne tumere.

7. *pars*] huc tendit enarrata neruorum origos si enim vno caudice processisset ad brachiũ neruus, originis offensam totum brachium sentiret: cùm verò multi fiot, quorum quisque suis propriisque membranis ab aliis dirimitur, quamuis vniuersi in vnum cumulum colligatur: potuit ex ictu vna inflammari primùm, deinde induruisse propago cum reliquarum incolumitate, vt sublato à digitis illis sensu, nihil in tota manu aliorum offenderetur.

8. *verum*] confecto ex superioribus proposito, nempè ostenso esse dialecticam Archigenis quęstionem, siquidem ea neglecta cõsentientis partis affectus in Pausaniæ digitis agnitus est, & prędictus finis, gloriosèque sanatus, poterat hic finem sermoni facere: tamen propter materiæ ad hos libros affinitatem, & solutionis vtilitatem, digreditur: intermisceos quæstionem inter conuenientes ad curationem medicos agitatam, à se ve iò explicatam.

9. *seruato sensu*] lege, seruato motu sẽsus periret. Cap.14.

10. *patiendo*] Henrie, Galeno non est pati, sed passionem agnoscere, libro De placit. 7. sed cùm constet sensum suscepta imagine, quam & inanima recipiunt, & receptæ iudico sentientibus proprio, & potiore parte passionem appellauit.

Cap. vlt. 11. *musculo*] quod enim scribit libro De plac. primo; Neruus vim defert, tum quæ sensum, tum quæ motũ efficit: ex quibus sensum neruus exercere potest, motum solus non potest: ab infirmissimo enim & mollissimo cerebri exordio vis ossa trahens, robur sufficiens obtinere nequibat. nisi externum præsidium nonnunc neruus iuxta mouenda ossa comparat: comparat autem ionsto descendenti neruo validissimo ligamẽto, & interfarciente ligamenti fibras media carnẽ. id cõiunctum musculum appellant, instrumentum mouendis partibus necessarium.

12. *manifeste*] sine intercedente tendine: ceu pè, vbi mouẽda pars infirmior est, vt frons, labia, lingua, grauia enim & valida citra tendines tutò non mouerentur.

13. *tota*] vbi per consensum ad principij affectum pars resoluitur. Est autem principium, cerebrum & dorsalis: sed præstat quędam ex Galeni serie in examen trahere. Solutio enim propositæ ab eo dubitationis iis ferè cõstat: Primùm, putat neruum omnem etiam ad musculum delatũ sensum tactus conferre, videlicet omnis neruus terreus est: obiectum autem tactus terreum, ex quo illud sequitur, vt tactus expers nõ sit neruus omnis: nam obiecta visus vel auditus, quoniam igneam & aëream naturam habent, nisi ab igneo aut aëreo organo perspici nequeunt. non est autem omnis neruus, aut igneus, aut aëreus, sed terreus. cur ergo, inquit, musculus describitur voluntarij motus organum, cur non similiter sensum, quando musculus contenti neroi nomine perpetuo sensu pollet, quia motus arbitrarius citra musculum non peragitur: sensus sæpè & plurimi. hæc ergo in soluendo prima est Galeni sententia. Altera, si facultates duas in vno neruo cõsideramus, fieri nõ potest, vt deficiente infirmiore, nempè sensatione, seruetur robustior mouendi functio. Tertia, quando mõstratum est cõacta naturam

Num. cessẽt sensus ... nẽte motu. Propositio.

6. de vsu 2.7. Placit. 10.

1. motu musc. 4.

1. de caus. symp. 3.

circundantis carnis inanitate, quæ pulsantes excipiat; nec tamen iam prolixo vitæ spatio aut replentur inania, aut arteriæ à distentione cessant. Oculi comprehendi non potest opticorum angustia; paucissimis tamen eius conciliauit cæcitatem obturatio. In ipso cerebri & testium corpore ductus sanguinei cernuntur perpetui, nullo vase cohibiti, & nullo tempore occlusi. Quid verò potest vel faciliùs concidere, vel discerpi promptiùs molli illa cerebri constitutione, ea tamen ventriculis distenditur nunquam decidentibus, & in se dilabentibus, aut lateribus aut camerato corpore; nec vestiuntur & substinentur, quod opinatus est Galenus, vlla mēbranarum internatū firmitate, sed sua se mollitie substinent ventriculi, etiam per casus & luctas, nec obstructi, nec detumescentes. Carnes ipsæ secundum corporis rectitudinem longis meatibus sulcantur, quibus materias suas qualitatesque communicant, nec vel subsident carnes, vel infarciuntur meatus. tāta est diuini opificij excellentia & admiratio, vt aliquando summus ille naturæ laudator Galenus substiterit, & artificij magnitudine oppressus, neruos perforatos esse non crediderit, quoniā iā angustos meatus nō posse naturam ab obstructione seruare, existimauit.

Ad tertium. Cur verò sectis aut neruis, aut arteriis confestim delata facultate priuemur, præsente licet spiritu; in pristinum verò statum redeuntibus protinus restituamur, maioris operę est inuenire. videtur autem natura ita comparatum esse, vt non aliter membra aliunde facultates suscipientia, in actionem exeant, nisi & spiritus facultatum instrumenta ab illis suscipiant, & prætereà liberam babeant & expeditam ad sua principia continuitatem, quæ ligatura cesset, solutione redit. cùm enim in tempore & qualitate motus nerui cum cerebro arteriæ cum corde concentum & motus vnitatē essent habitura, si non in societatem vnitatémque per liberos canales neruorū arteriarúmque conuenirent, corrumperetur euerteretur que concentus ille & æqualitas motuum. quo fit, vt manēs in parte animalis spiritus subsultus quosdā & inæquales cōcussiones excitet, interclusa cum principijs communione, siue per capitis truncationem, siue nerui aut sectione aut interceptatione; motum verò ex imaginationis arbitrio pendentem exequi nequeat.

Ad quartū. nam phreneticos vehementes habere motiones cum exiguo spiritu, non magis mirari decet, quàm quod febri laborans alimenta & atterat & adurat sano velocius; non tamen aut delirans diu in motu perstiter, aut eos edet constantes & semel firmos; nec febri correptus iustam coctionis mediocritatem alimento præstabit: tantùm inflammatus in delirante spiritus furibundæ concitamenta mouet, nec propter indigentiam spirituum aut diuturnam aut stabilia. De proposito itaque problemate ita verisimillimè dictum sit.

ANIMADVERTAS ergo, velim, quomodo eandem curationem ex affecti loci notitia inuentam, hac consideratione neglecta, narrare aggredior. occurrit mihi 1 quidam medicamentum tribus digitis adhibitum ostendens: dixitq; triginta iam diebus, ipsorum sensum se amisisse, illæsa seruata motione, sed nihil præsidij ab impositis medicamentis percipere. Ego verò id, quod in huiusmodi casibus facere consueui, ne tunc quidem obliuioni tradidi. Quippe vocato 2 medico qui digitorū curationē susceperat, interrogaui, cuiusmodi remedia adhibuisset: quæ cùm intelligerem ad hanc rem esse idonea, causam inuestigare cœpi, cur nullam ab ipsis homo præsidium consecutus fuisset. Inquirens itaque, quæ præcessorant accidentia, inueni, ipso dicente, neque inflammationem, neque refrigerationem, neque ictum præcessisse, sed ipsum paulatim sensum perdidisse. captus itaque 3 admiratione rursum interrogaui: num superiorum partium aliqua icta fuisset. Ille respondit, manum quidem non fuisse ictam, sed dorsi initium fuisse afflictum. Deinde, 4 quomodo & quando id accidisset, cùm interrogarem: respondit se, cùm Romam proficisceretur, à vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum incipisse affectum. quocirca coniecturam feci, in primo exortu nerui post septimam vertebram prodeūtis partem quampiam ob ictum fuisse inflammatam, ac nunc 5 scirrhosam habere dispositionem. Id verò intellexit doctus ex arte secandi corpora, quòd nerui per propriam circumscriptionem, veluti venæ, exoriri videntur adeo, vt vnumquemque exquisitè vnum esse 6 putares, quemadmodum & venam verùm protinus ab origine multi sunt simul concrete, & communibus inuolucris contenti, quæ à cerebri membranis exoriuntur. Ergo neruorum qui à ceruice prodeunt vltimi humilior 7 pars ad minores peruenit digitos, per cutem ipsos contingentem, ac prætereà per medij digiti medietatem dispersa. Quod verò cæteros medicos in maximam duxit admirationem, quod dimidia dūtaxat pars afficeretur, id mihi persuasit potissimum eam tantùm nerui partem, quæ in cubito ab ipso egrediens, iam propositis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abijcere iubens, illi præcipuè spinæ parti, quæ affectæ particulæ initium & originem obtinebat, ipsum adaptaui: securaque est res, vt aspicientibus videbatur & admirabilis, & inopinata, quòd digiti manum adhibitis spinæ medicamentis essent curati. 8 verùm affectu omnino summoto, orta est inter medicos quæstio, quænam sit eiusmodi neruorum dispositio, vt per ipsam, seruato eorum motu, sensus pereat. Equidem id ipsum dicebam, quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sensus in 9 patiendo: motus verò in faciendo aliquid. sic: quapropter, vt quis moueatur, opus est robore: sed vt sentiat, vel minima facultas sufficit. Cúmque rectè me hunc dixisse sermonem putarent: quid igitur (inquam) num vidisti aliquando contrà euenire, vt conseruato sensu motus periret? Tum cæteris omnibus se nunquam conspexisse dicentibus, vnus id confitebatur, ac nomine laborantis citato testes quoque adhibere pollicebatur. Quamuis hoc cum proposita ratione pugnare videretur, in partibus, quæ mouentur quidem: non verò sentiunt, (etenim quod ad hanc rationem pertinet, fieri haudquaquam potest, vt perdito sensu motus à voluntatis imperio prodiens seruetur,) rursus orabant, vt causam explicarem, quamobrem vtraque appareant. Ea verò (vt planè intelligunt ij, qui neruorum dissectionem didicerunt) talis est: Omnis voluntarius motus ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se, sine 11 musculo, vllam huiusmodi in animantis particulis actionem afficere potest, sed per musculos, omnes à consilio & volūtate prodeūtes motus perficiūt: ad partes verò mouendas, musculi ipsi aliquando quidem ita manifestè perueniunt, aliquādo verò per medios tendones, quos aponeurosis, id est, deneruationes aliqui cognominant. Atque ex hoc genere sunt tendones, quibus digiti mouētur, haud absimiles his, qui tonoi ab Hippocrate nominantur.

nominantur, rotūdi scilicet. Si itaque musculorum neruos affici contingat, motus digitorum perit: si verò eos, qui ad cutem perueniunt, tangendi sensus corrumpitur. Sed, vbi 13 tota resoluuntur membra, cùm videlicet cōmune principium affectum est, simul & sensus & motus pereunt.

QVOD in fugiendis reliquis dialecticis fecit difficultatibus, obseruat in præsenti, vt proposito, de quo quæritur, ægro agnoscat, præsagiat gloriosè sanet, dialectica difficultate nequaquā: ita enim tandem intelligitur dialectici esse, non medici muneris, obiter autem inter curandum, motam difficultatem non inutilem recenset.

Cap.10. 1. *quidam*] Pausanias Syrus, de quo meminit infrà libro 3.

3.Epid.sec.3 t 2. *medico*] doctus ab Hippocrate monente, vt ex oblatis vestigemus morbi naturam: si enim commoda inuenta sunt, & in tempore adhibita, prauitatem morbi arguunt, si contra, spem præstant citę sanitatis, quid quod ea vocatio & commendatio præcedētis medici honestatis speciem habet, & artis auctoritati accedit, quod medico impenditur.

3. *admiratione*] nam, vt quidam affectus sine recenti causa frequenter inuadunt, quales putridæ febres & tumorum genera sunt, ita alij recentem causam requirunt, vt diaria, vt in parte motus sensúsve abolitior: cùm enim toto suo ductu neruus facultatem excipiat deducatq;, vnde cessabit in parte facta obstructione, non ad originem, sed ad nerui extremum insertionemque, si non externa causa obstructionem induxerit?

4. *quomodo*] vt ex ictus qualitate coniectaret de inflammatione secura, & ex tempore de consecuto symptomatis digitos infestantis.

5. *scirrhosam*] in superiore ęgro supra dorsum cadēte, solius meminit inflammationis, quoniam confestim vox ablata est, post septimum diem restituta: hic quoniam præcesserant plures aliquot triginta diebus, & inflammationis quieuerant symptomata, commutationem in scirrhum persentiscit.

6. *putares*] lege, credere quis possit non aliter quàm veuā: qui tamen ab ipso mox exordio multi sunt, constricti omnes cōtentiq; communibus inuolucris.] cùm enim intellexisset, natura non posse mollem nerui medullam, & eam cauam sectiones in progressu multas ferre, quales vasa in corpore & in terra stirpes patiuntur, mox ab initio non grandi vno caudice deducit triginta illa

Neruorum ductus. neruorum paria, sed vnicuique pari producendo duo in vertebra quāuis parauit foramina insignī magnitudine, à dextris vnum, à sinistris alterum, perq; vnumquodque eorum eduxit numerosam neruorum propaginem, quantam partium varietas, quæ excepturæ erant exigebat. Et ne per longam viam iniurię paterent, rumperentúrve exiles propagines, commenta est ex illorum mutuo cōplexu & contexu funiculis simili, additis duabus vniuersos colligentibus membranis, robur, vt quod singulis gracilitas negabat, iuncti possiderent: quo artificio & sectionis pericula cauit, & vnius caudicis firmitatē non amisit: quæ omnia si

Artis med.30 tam probè meminisset Galenus, quàm hic edocuit, nunquam in eam opinionem descenderet, vt crederet ad musculi constitutionem neruos multipliciter in fibras, non secus quàm ligamenta, discindi & interposita carne tumere.

7. *pars*] huc tendit enarrata neruorum origo: si enim vno caudice processisset ad brachiū neruus, originis offensam totum brachium sentiret: cùm verò multi sint, quorum quisque suis propriisque membranis ab aliis dirimitur, quamuis vniuersi in vnum cumulum colligatur: potuit ex ictu vna inflammari primùm, deinde induruisse propago cum reliquarum incolumitate, vt sublato à digitis illis sensu, nihil in tota manu aliorum offenderetur.

8. *verum*] confecto ex superioribus proposito, nempè ostenso esse dialecticam Archigenis quęstionem, siquidem ea neglecta cōsentientis partis affectus in Pausaniæ digitis agnitus est, & pręditus finis, gloriosèque sanatus, poterat hîc finem sermoni facere: tamen propter materiæ ad hos libros affinitatem, & solutionis vtilitatem, digreditur: intermiscens quæstionem inter conuenientes ad curationem medicos agitatam, à se verò explicatam.

9. *seruato sensu*] lege, seruato motu sēsus periret. Cap.14.

10. *patiendo*] sentire, Galeno non est pati, sed passionem agnoscere, libro De placit.7. sed cùm contiet sensatio suscepta imagine, quam & inanima recipiunt, & receptæ iudicio sentientibus proprio, & potiore parte passionem appellauit.

11. *musculo*] quod enim scribit libro De plac. primo; Neruus vim defert, tum quæ sensum, tum quæ motū efficit: ex quibus sensum neruus exercere potest, motum solus non potest: ab infirmissimo enim & mollissimo cerebri exordio vis ossa trahens, robur sufficiens obtinere nequibat. nisi externum præsidium nonnullus neruus iuxta mouenda ossa comparat: comparat autem iuncto descendenti neruo validissimo ligamēto, & interfarciente ligamenti fibras media carne. id cōiunctum musculum apellant, instrumentum mouendis partibus necessarium. Cap.vlt.

12. *manifestè*] sine intercedente tendine: nempè, vbi mouēda pars infirmior est, vt frons, labia, lingua, grauia enim & valida citra tendines tutò non mouerentur.

13. *tota*] vbi per consensum ad principij affectum pars resoluitur. Est autem principium, cerebrum & dorsalis: sed præstat quædam ex Galeni serie in examen trahere. Solutio enim propositæ ab eo dubitationis iis ferè cōstat: Primùm, putat neruum omnem etiam ad musculum delatū sensum tactus conferre, videlicet omnis neruus terreus est: obiectum autem tactus terreum; ex quo illud sequitur, vt tactus expers nō sit neruus omnis: nam obiecta visus vel auditus, quoniam igneam & aëream naturam habent, nisi ab igneo aut aëreo organo perspici nequeunt. non est autem omnis neruus, aut igneus, aut aëreus, sed terreus. cur ergo, inquit, musculus describitur voluntarij motus organum, cur non similiter per sensum, quando musculus contenti nerui nomine perpetuo sensu pollet? quia motus arbitrarius citra musculum non peragitur: sensus sæpè & plurimi. hæc ergo in soluendo prima est Galeni sententia. Altera, si facultates duas in vno neruo cōsideramus, fieri nō potest, vt deficiente infirmiore, nempè sensatione, seruetur robustior mouendi functio. Tertia, quando mōstratum est coacta naturam

Num cesset sensus manēte motu. Propositio.

6.de vsu 2.7. Placit.10.

1. motu musc. 4.

1. de caus. symp.5.

naturam à mouendi vehementia alios neruos ad profunda ossa in musculos adaugendos mādasse, alios extrorsum ad cutem, quam externa molestia sensum afficiunt, deferentes: accidatque causam, quæ morbum gignit, modò hos; nonnunquā illus infestare, pro varietate afflicti nerui sequitur alterutrius ex duabus facultatibus aut abolitio, aut certè læsio, quæ cùm lucidè & accuratè Galenus docuerit, nimis morosi sunt, qui audent. illi obiectare in soluendo ignorantiam.

Quod primū motus organum. Cap 10. Cap. 3.

Proximum est, vt de membris quæ arbitrario motu & mouent & mouentur, disputetur. Nam de primo mouendi organo varia queruntur scripsisse Galenum, qui libro De vsu partium primo, musculum id esse tradiderit, libro verò duodecimo tendinem, addens musculum antecedere, non esse proximum, & citra medium motus auctorem. sperát autem quidem ita pugnantes hos locos consentientes reddere, si eum locū, in quo admittit musculum, interpretentur de toto motus organo: cuius partem similarem principemque tendinem faciunt: vt quemadmodum visio oculi, ceu primi organi operatio est, eadem tamē ad crystalloidem, ceu principem oculi partem agentemque refertur: ita motio arbitraria & à musculo prodeat primo mouendi organo, & ad tendinem, ceu principem in actione partem, referatur. quasi verò aut tendo musculi pars sit, & non magis ab eo exorta diuersa particula: aut musculi operatio non sit vna, tendinis alia. præstat ita nondum explicare, vt intelligatur Galenus initio librorum De vsu partium, nondū satis instructum nactus auditorē, crassè primùm motus organum statuisse musculum, quem tanquam lectori ignotum definitione circunscribit. cùm autem, quod hic scripsit, nonnunquam ipse manifestè moueat, sæpè tendinis interuentu, oportuerat id adiicere, sed meritò ad commodiorem locum distulit, nam procedens capite eiusdem libri xvj. enarrat tēdinis naturam originemque: & tandem libro xij. exactè primùm motus organum, hoc est, sine medio mouens, inquit esse tendinem, vbicunque musculus non sine ipso ossa mouenda attingit. Et de primo quidem motore, qui mobili cohęret, ita componēda pax videtur.

Quod vltimum. 2. Collect. 18. cap. 3.

de vltimo verò & motionis origine, sunt qui Galeno calumnias nectant. talis est Auerrous. cùm enim Galenus tum aliàs sæpè, tum libro De vsu partium primo, enumerans ordinem motu arbitrario mouētium, primum faciat cerebrum, inde neruum, quem musculus sequitur, musculum tēdo; Auerrous ita labefactat illius sententiā. Ostēsum libro Physicorum 7. est, necesse esse, vt corpus, quodcunque aliud mouet, & ipsum moueatur: at qui cerebrum & nerui non mouentur, non mouent igitur membra. apparet enim moto quouis membro & cerebrum & neruum quiescere, solum musculum contrahi, & cum eo tendinem. non est itaque primum mouens cerebrum: qui, vt vltrò accipiat, quæ assumit omnia, non assequi poterit vnquam, quod conatur: ita enim vno ordine recensetur membra illa à Galeno, vt nomine mouentium comprehenderentur, quotquot partes arbitrarium motum conficiunt, siue sint corpora mouētia, vt musculus & tēdo, siue facultatis motricis origo, vt cerebrū, siue delator, vt neruus. Sed potest ne vnus musculus plures voluntarios obire motus? Nū secus quàm naturale membrum naturales: nam, vt in his, vbi vno villorum genere constat membrum, simplex sequitur motus, ab interna gulæ membrana deglutitio, ab externa pulsio, quando verò diuersitate fibrarū cōstat, vt vesicæ, vt vteri, vnum licet membrum pro fibrarum motarum varietate varios producit: sic musculus, si, quod crebriùs est, formam obseruat villorum eandem, vnum ex eorum contractione motum habet, si plures, quod rariùs est, multos.

Vnus musculus an plures motus edat.

Idem verò Auerrous Galenū insimulat eius sententiæ, qua arbitratur omnis voluntarij motus auctorem esse in corpore musculum aliquem, & eius, qua omnem musculi motionem voluntati subesse putat, vt reciprocent mutuò voluntarius motus, & musculi: esse enim voluntarios motus aliquot citra musculum auctorem, primum: affert argumentum: vermes, lumbricos, scarabeos, quorum arbitrariis motibus musculi non præsident, alterum, quod etiam in perfectis lingua exeritur; coles inflatur, ventriculus ad vomēdum sine musculis excitatur, ex concepta illorum motuum imagine. alteram verò partem euerti putat productis in medium superciliorum & septi motibus, quos & musculi operantur & voluntas non antecedit. Sed quod contendit, obtinere non potest, firmis enim rationibus innitūtur Galeni placita: nam omni motioni imperatæ paratum esse à natura musculū, libro De placit. primo ita ostendit: Nerui infirmitas non potest robori mouendę partis solus sufficere, oportuit ergo aliunde sufficí vires, & ligamēti carnisque accessu crassitie & firmitate ad mouendi munus proficere, vt quemadmodum chordarum extrema arcum inflexura in se torquētur: ita nerui eo auctuario ossi proxima in musculos abeant. Nullius autem mouenti est similitudo, quam de imperfectis animalibus obiicit: admonemur enim pluribus, vt intelligamus, quædam opera ab imperfectis citra instrumenti interuentum edi, quæ in meliore rerū conditione sine illis perfici nō possunt. quàm multa enim sine testibus semen ad prolem procreādam effundunt, quod meliora non possunt! stirpis partes excisæ germinant, nō animalium. multa sine hepate aluntur, sine liene melancholiam expurgāt, sine ossibus stabilia sunt, sine musculis solis neruis voluntariè mouētur, quæ omnia perfectior natura, quia operatur perfectiùs, cumulo perficit instrumētoruo. Nā quod de lingua exerta quærunt, licet antiquis obscurum, tēpore manifestum factum est, quo musculo contracto efficiatur: coles verò non ad arbitrium, sed ad imaginationem Veneream augetur, & ventriculus ad turpem conspectum mouetur, ita instituente & edocente natura mēbra illa, vt fistulosus neruus ad Veneream imaginē vel inuito homine attollatur in seminis eiaculationem, ventriculus ad horridi prospectū nauseet, & ad vomitum contrahatur, ne corpori noxium tolleret, sed expellat. cùm ergo voluntarij non sint, musculis nō eguerunt.

2. Collect. 18. 19.

Num voluntarius omnis motus auctore fiat musculo.

cap. vlt.

Lib. de mot. liquidas.

Transeamus ad alteram reprehensionem nihilo & ipsam priore iustiorē: stat enim sententia motum musculi omnem voluntarium esse. nisi enim voluntati pareret, quorsum à cerebro appetētiæ auctore neruum exciperet? oculorum verò subitus nictus, & nō præmedita respiratio, quomodo voluntatem comitentur, eadem ratio est, quæ in

citha

citharœdo tam crebro, variéque singula digitorum internodia inflectente, vt interrogatus is, qui mouet de imperio, nihil minus sensisse se dicat, quàm imperasse huic vel illi tendini, modò interno, modò externo. eadem est in eo ratio, qui per somnium loquitur, graditur, percutit; quorū nihil, cùm tamē ea voluerit, (per musculos enim executus est) recordatur. eadem in homine prætergrediente, quò tendebat, locum. Ergo facilitas illarum motionum, consuetudo, & animi in rebus aliis occupatio faciunt, vt nec imperare nos, dum finitis sentiamus, neque imperasse recordemur.

ATQVE tum locum primariò affectum, ex læsorum neruorum multitudine duntaxat, inuenire poteris, idque si exquisitè cognoueris communia ipsorum principia, quæ in neruorum dessectione percurrimus, cùm nullus antè me huiusmodi dissectionem accurate tractasset, vtpotè nemine non plus minus errante. Igitur solus ille, qui in ipsis fuerit exercitatus, exquisitè considerare poterit, in qua vertebra spinalis medulla sit affecta: siue tota, siue altera eius pars afficiatur: nam 1 accidit, vt dextra ipsius pars duntaxat afficiatur: altera omnino illæsa: aut è contrario, vt illa manente integra, sola sinistra affectum sustineat. Atque hac ratione, interdum tota parte sinistra resoluitur; dextra parte manente illæsa: interdum contrà, dextra pars duntaxat & afficitur & resoluitur. vbi verò non affecta spinali medulla, tantùm vnus nerui processus læsus est, eas duntaxat partes resolutio cōsequitur, in quas neruus ille distributus est: accidit enim interdum, vt duo aut tres duntaxat neruorum processus afficiantur, cùm interim spinalem medullam nulla noxa 2 infestet. sic affectus erat is, qui per reliquas quidem manus partes omnes ita fuit resolutus, vt neque sentiret, neque moueretur, sed in tribus digitis sensum habebat integrum. Porrò euidam alteri, non solùm q manserunt illæsi, sed etiam eorum musculorum, in quos neruorum propago sub septima vertebra exorta distribuitur, motiones seruatæ sunt. Atque alius, ob casum ab alto vehementer afflictus, solos eos musculos resolutos habuit, qui huius nerui partes suscipiunt. idem etiam in iis duntaxat cutis partibus sensum amisit, ad quas prædicti nerui distributiones demittuntur. Igitur, si scire desideras, in qua vertebra sit affectus, vtrū in sola nerui cuiuspiam propagine, an in spinali quoque medulla, in neruorū dissectione te exercitatum esse oportet: communemq; habere methodū, qua resolutos musculos vnà cum cute, quæ sensum amiserit, obserues. nam si spinalis medulla in aliqua vertebrarum, tota affecta sit, omnes partes inferiores resoluuntur: si verò in altera parte lædatur, altera manente illæsa, partes duntaxat, quæ illi è directo respondent, resolutio infestabit: si verò nerui radix afficitur, reliquæ partes omnes affecto loco inferiores, nihil afficientur. sed solæ illæ partes resoluentur, in quas singuli nerui distribuuntur. Hæc si accuratè didiceris, circa resoluta 3 membra, relicta spina, non amplius occupaueris, sed huic adhibitis remediis, partem affectam curabis. Sic etiam, si non circa spinam, sed in regione illam sequente neruus afficitur, ex musculis, & ex cute quærenda sunt nota. cutis quidem facile est cognoscere, nam oculis subiicitur: musculi verò ex actione, quæ periit, deprehendūtur. Proinde necesse est, circa musculorum sectionē te exercites, & cognoscas, cuius actionis quilibet sit instrumentum: sic enim duntaxat discere poteris partes, quarū actio perit, nullo morbo 4 corporalem ipsarum essentiam infestante, aut in quibus, præcedit morbus, vel fiens, vel factus. verùm morborum genera & differentias omnes ex eo didicisti libro, qui De morborum differentiis inscriptus est, atque similiter ex alio, accidentium differentias. At de causis vtrorumque etiam separatim scriptum est: in vno quidem de morbis: in tribus verò de accidentibus: in quibus exercitari oportet eum, qui facilè voluerit inuenire, discernereque & causam, & affectum & sedem affectam. Etenim fieri non potest, vt omnia per 5 syndromas, id est, concursus doceantur, quamuis eorum, qui ab experientia empirici vocantur, huiusmodi fuerit opinio. Qui verò accuratè & præcedentia, & præsentia cognouerit accidentia, atque sic ad curandorum morborum experientiam via & ratione peruenire, inueniet & locum affectum, & simul ipsam dispositionem. Sed id magna ex parte accidit partibus, quæ in intimo corpore continentur, veluti paulò antè de his, quæ sensum & motum perdiderunt, ostendimus. 6 Atque non absre fortasse fuerit narrare quædam, quæ iam facta fuerunt, cuiusmodi hæc sunt. Puer annorum ferè sex, inuitus per aluum excrementa deiicere incœpit, resoluto de repente circa sedem musculo. Quin etiam seni quondam huiusmodi euenit accidens. Atque cursus alius puer, ætatis ferè annorum quatuordecim, excrementa inuitus per aluum deiecit, infestante simul vesicam dolore. Atque alteri vrina quoque fuit suppressa: contra, alius vrinam inuitus excreuit. Atque alius non solùm vrinam, sed alui quoque excrementa inuitus deiecit. In iis omnibus ea, quæ præcesserunt, scrutari oportet: nam 7 in totum aut refrigeratam, aut ictam ipsorum spinam arbitrandum est. Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto musculo nocet: ictus verò, magna ex parte pluribus noxam infert: nam perrarum est, vt icta spina vnus afficiatur musculus, quoniam nerui ex spinali medulla orti, in plures musculos diuiduntur. verùm, vbi ob ictum affectus est musculus, si superueniens inflammatio ob negligentiam in scirrhum coierit, resolui ipsum contingit: quanquam id rarò accidere videatur. At verò frigus sæpenumero vnum lædit musculum, maximè eum, qui in superficie sedis est, siue sederit quis super lapidem frigidum, siue in aqua frigida supramodum fuerit versatus. Igitur puer, cuius & vesica, & sedes læsa fuit, cùm in fluuio pisces venaretur, sic fuit affectus. Nonnullis etiam in aqua frigida natantibus, idem accidit. 8 Hos itaque sic affectos, curare oportet, calorifica auxilia loco affectu adhibendo. Quibus verò neruorum à dorsi medulla ortorum quispiam fuerit affectus, eius principio adhibenda sunt remedia. 9 Sæpenumero etiam, vbi ab alto loco quis ceciderit, aut vehementem fortémque ictum spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa, non solùm musculis, sed vesica quoque noxam intulit, quibus ob vesicæ ipsius affectum vrina supprimitur. Sunt, quibus non solùm vrina, sed alui quoque excrementa penitus retinentur, affectis scilicet intestinis. Nam, vt musculi affecti actiones à consilio & voluntate pendentes, ita & vesica & intestina naturales actiones lædere possunt, eo, quòd dum ipsa contrahuntur, excernuntur ea, quæ continent.

Atque 10 in hac re plurimùm differunt naturalia CAP. 7. *ab animalibus instrumentis: siquidem naturalibus cognatam actionis vim esse, animalibus verò instrumentis à principio (veluti lumen à Sole) ipsam defluere iam ostensum est. Ergo, vt magnetis lapidis vis inest, qua ferrum attrahere potest, ita naturalia quoque instrumenta omnia facultatem habent, qua actionem suam perficiunt. Proinde, si permanens fuisset ipsorum essentia, neque arteriis, neque venis indiguissent, verùm, quia*

quia nutrimẽto egent, seruaréque oporteat innati caloris symmetriam, hanc ob causam & venis indigebant, & arterÿs. Sic etiam musculi, vt essentiam suam seruare possint, non secus quàm naturalia instrumenta, & venis & arterÿs indigent. At, quia cognatum sensus & motus principium non habent, idcirco neruis semper indigent, qui illis ea suppeditent, quemadmodum Sol omnibus rebus, quas illuminat, splendorem affert. Quamobrem solis partibus, quæ & sentiendi, & mouendi vim habent, accidit, vt ipsis interdum 12 haudquaquam affectu nihilominus eorum actio pereat: id quod naturalibus instrumentis accidere nũ solet. quoties enim horum actio læditur, semper primario affectu laborant. verùm animalibus instrumentis omnibus naturalis quædã dispensatio inest, quippè & arteriarum & venarum adminiculo indigent ad essentiam ipsorum seruandam. Ideò accuratissimè intueri, ac discernere oportet, quæ accidentia eis ea ratione, quæ aut naturalia, aut animata sunt, soleant euenire: veluti alterari (vt ita dicam) à vicinis, ipsis, vt naturalibus: alterationem verò sentire, vt animatis, euenit. sic oculis quoque sæpenumere contingit: nam vapores à ventriculo elati ipsos omnino alterãt. verũ tã exigua alteratio nõ ab omnibus sentitur, nisi exactã habeãt sensificã facultatẽ. voco autẽ exactam, quæ minimas quasque res cernere non potest.

ADICIT postremo 5. necessaria ad curationem in morbis per consensum, docens, quę in corpore membra hoc genere affectionum laborent, quæ minimè.

1. *nam accedit*] quod anatomicis admirationẽ patiebat, sed explorata dissectio duplicem meatum spinalis commonstrat intercepto medio diuisum non aliter, quàm in cerebro.

2. *infestet*] recenset impeditæ facultatis species; alteram, vbi dorsalis tota obstruitur: secundam, vbi altera eius pars: tertiam, vbi vna aut plures nerui propagines. pretermittit speciem ex cerebri apoplexia pendẽtem, in qua fons ipse patitur, quoniam solos eos recenset affectus, in quibus dissectionis neruorum cognitio necessaria est, quod apoplecticis non euenit, in quibus vniuersæ partes ex æquo afficiuntur.

3. *membra*] impositione localium.

4. *corporalem*] nam spiritualis vel incorporea facultas mutata est, sed non apparet, quomodo pars per consensum patiens siue deficiẽte facultate, siue materia, ægra non sit: si enim conuertitur cum definito definitio, erit affectus præter naturam actionem sine medio lædens morbus: is affectus possidet consentientem partem: morbus igitur. prætereà si per consensum ægrotat, ægrotat sanè. Galenus tamen cùm appellet passiones talia, hîc à morbis excludit, addens morborum genera alibi explicata esse: cùm verò nec vllus similarium, nec organicorum aut cõmunis infestet cõsentientẽ partem: quis nõ videt morbi expertem esse: cùius tamen patiatur: nec enim audiri digni sunt, qui ea vitia cõpositionis astruunt, deprauata societate. cùm ergo instant, in parte affectum esse lædentẽ sine medio functiones, verè assumunt esse in corpore eum affectũ, sed non in cõsentiente parte, sed in primaria, cuius & morbus est altera cõsecutio peccat in eo elencho, qui est à dicto secundum quid ad simpliciter.

Morbus per consensum an morbus.

Cap. 4.

5. *syndromas*] de quibus libro Methodi 2. disseruit, ostendens longè plures esse morborum species, quàm explicatas ab empiricis syndromes.

6. *atque non*] profert exempla nonnulla affectorum neruorum, in quibus auditorem erudiat internoscere proprios à communicatis morbos: recenset verò ætates puerilem maximè & senilem, in quibus neruosæ partes imbecillæ per naturam, facilè offensæ sunt.

7. *nam in*] lege, nam omninò aut refrigeratio aut ictus iuxta ipsorum præcessit spinam: sphincter enim vterque cùm spinę innctus sit, nec possit solus ab interna causa resolui, relinquitur, vt præcesserit externa aliqua occasio mali iuxta spinam: frequens autem est ictus; qui, cùm penitiores etiam partes, vbi nerui siti sint, contundat, & eos inuicem implexos, aut saltem qui in aliquot subinde ramos dispergantur, fit, vt ictus rarò vnã tantùm partem offendat, reliquis illæsis: licet rarum id sit, accidit tamen, & præcessit non ita pridem historia de Pausania ex ictu læso, in solo digitorum trium sensu: & crebrò multarũ partium sensus motusque vitiat. Altera occasio refrigeratio est, cui malo temperaturæ suæ nomine nerui patent: sed ea, quoniam proxima tantùm & cuti vicinos musculos lædit, sequitur, vt vnus ex musculis aliquis maximè sublimis, & refrigeranti proximus, capiatur solus. Petitur ergo non negligenda causæ coniectura ex offensa parte: quæ, si multiplex est, ictus suspicionem facit, si singularis, magis refrigerationis, licet nihil in iis perpetuum sit, & percussus musculus aliquando secuta duritie, vnum tantùm membri motum sustulerit, & refrigeratio spinæ nonnunquam pariter multos.

8. *hos itaque*] quoniam proprio musculorum affectu laborant.

9. *sæpenumero*] in validissimis casibus inflammatio non solùm occupat ictus locum, sed ad vesicam extenditur, & nonnunquam intestina occupat: partes autem inflammatæ tactum non tolerant, tantùm abest, vt contractionem villorum ad excretionem contenti ferant, ideò excrementa cohibentur. fieri verò etiam potest, vt, læsa spina propter abolitum sensum, excretrix ab opere ferietur, morsum excrementi non sentiens.

10. *atque in hac*] colligit alterã internotionem morbi proprij ab eo, qui consensu gignitur ex natura partis petitam: si enim mẽbrum patitur, qua naturale est, alterius consensu pati non potest, quæ enim innatis reguntur facultatibus, quod in arte Medica dixit. Quomodo alterius membri morbo, cuius non fruuntur ope, laborabunt? scilicet facultatis propriæ oblęsione: nam illa consensus specie, quæ materiæ priuationem respicit, laborant naturalia in hydrope membra. sin qua parte animalia sunt, possunt ipsa, nõ mutata, in actione deficere ob deficientem vim aliunde accedentem mutuatamque: possunt & quà naturalia sunt, nutriuntur enim etiam ipsa, proprio malo succumbere.

Cap. 9.

11. *nequaquam læsis*] pati membrum omne, cuius læsa actio est, multis ostenderat, nec oblitus modò negat illa læsa, sed discernit pati & læsum esse, vel ęgrum: nam, vt lęsio & morbus constantem affectum indidant, qui in parte consentiente non repetitur, ita pati pendentem, quem in consentiente parte agnoscimus. Sed accuratiùs disputandum de proposito est. Primùm, animales illę facultates non in omni anim[illegible] genere similiter pendere accipie[illegible] in [illegible]bus

Discrimen animalium & naturaliũ facultatum.

quibus ſpiritus craſſior, caro denſior eſt, vt in anguillis & lacertis, aliquot etiã horas abſciſſo facultatis fõte cõſtat in mẽbro facultas: vbi cõtraria eſt ſpiritus carniúmque cõſtitutio, ne breuiſſimo quidem ſpacio. Naturales verò facultates *Prima 1. doct. 5. 1.* alitioni accommodæ, ita innatæ audiendæ ſunt, vt aliena ope nõ indigeant, ſiue ad primã in mẽbris impreſſionem, ſiue ad poſteriorem tutelã: id enim quidã inuenerunt ſequentes corruptã Auicenæ verſionem, in qua legebãt, ſi via inter os & hepar clauderetur, & os nutrimentum haberet, non nutriretur. conſtat autem legendum eſſe os nutriretur non modò ex Bellunenſi admonente, ſed etiam ex hoc loco; ſi enim ex iecore expectant ad alitionem ſubſidium membra, fieret neceſſariò, vt nonnunquam ob iecoris morbum partes malè alantur; atque adeo, quod hîc apertè inficiatur Galenus, laborabunt conſenſu naturalia non aliter quàm animalia membra. *Naturalis an ab hepate.* Sed maior machina demolienda eſt: citatur enim Galenus multis in locis, tres recenſens facultates, quibus corpus vniuerſum gubernetur, oririque à tribus fontibus, cerebro, corde, hepate affirmans: deriuarique per canales totidem neruos, arterias, venas: quod tam pugnat cum præſenti ſententia, vt multi ex iis, qui partes Galeni ſequuntur, manus dent, & pugnare ſecum *Artis medica 92 praf. 17. Infra lib. 5. 1. 7. Ther. vlt. art. med. 95.* Galenum dicere audeant. Alij moderatiùs delationem facultatis interpretantur ſanguinem gignentis non in membra, ſed in venas ab hepate oriundas; qui tamen non conſiderant nihil in eo opere præcipuum ſpecialéque iecori ineſſe; nam & ventriculus, vim, quæ ſuccum efficit, gulæ inteſtiniſque impertit; nec tamen id*6. Plat. 10.* circo principalis nomen obtinuit. Adde quòd eã facultatem non communicat cum Galeno corpori, ſed ſolis venis. ſed in eo ſita eſt iecoris facultas communicanda, in quo & illius principatus inter membra, nempe in mandando toti non facultatem vllam, qua membra indigerent, ſed materiam vtilem, ex qua alerentur; cúmque in iecore facultas, ſanguinem creans, reſideat, alimentum toti corpori cõficiens, idéque iuſtè pro partium varietate diſtribuens; non minus principatũ in corpore obtinere dicetur, & corpus vniuerſum gubernare, quàm cor; quia calorẽ tuetur in illis, & cerebrũ, quod illa donat ſentiẽdi mouendique facultate. fungitur enim principis munere, & qui dignitatem officia diſtribuit, & qui ſalutem ciuium tuetur; nec minus, qui ſumptibus ſuis familias alit ita libro. De placit. ſexto defi*Cap. 10.* niebat Principale membrum Galenus, id quod vel facultatem toti largitur vel materiam. Illud verò inquiſitione dignum, inuentu iucundiſſimum fuerit, quorſum natura alias ex animæ facultatibus voluerit eſſe membris omnibus innatas, vt ſibi ipſis ſola membra ſufficerent, non expectato aliũde ſubſidio, vt in nutritoriis, alias nempe animales membris non addixit; ſed cùm membra per ſe ad opus inepta ſint, eatũ auxilio adiuuantur, & ad opus idonea redduntur. Nam, quod Turiſanus ait, varietatem hãc functionum ex Platonica factione ortam, Peripateticos non *Art. med. 9. Cur facultates aliæ ſint innatæ, aliæ influentes.* recipere, parum cõſideratè dictum eſt: verè enim Galenus putans demonſtratas à ſe tres eſſe animas, ſubſtantia & locis in corpore diſſidentes, colligit nutriendi quidem vim habere ſedem in iecore, ſed tamen toti corpori communem eſſe & inſitam; reliquas duas; alteram in ſolo cerebro; alterã in corde reſidentes influere per quædam interualla membris, certis quibuſdã canalibus. & eò tendit, quod hic ſeiungit naturalia ab animalibus membris. quam explicationẽ Peripatetici, vnam in corpore animã cũ vniuerſis facultatibus aſſeuerantes, non admittent: varietatem tamen inter animæ facultates fateri cogũtur, intuentes ſingulas partes citra influxum quidem ali; non tamen ſentire, aut moueri. itaque Alexander inter eos vel nobiliſſimus in Problematis, quærit, cur natura quaſdam facultates liberas effecerit & integras in membris, alias pendentes ab externo adiutorio & ſepoſiti mẽbri influxu. *Lib. 2. 60.* fortè verò ab illo ſubtilius quæſitũ, quam ſolutum eſt. quoniam, inquit, alitionis ratio cõtinua opem alienam deſiderare non poterat: ſenſationis verò motioniſq; opera quæ longis temporũ interuallis ceſſare oportebat & intermitti, alieno auxilio iuuari poterant. quaſi non multo vrgeat magis pulſationis opus, cuius intermiſſio vel momentanea hominẽ tollit è medio, quàm arteriæ, niſi corde mãdante, exercere nõ poſſunt. Et non præſtaret membra ſuo ductu & facultate temperamentóque innatis obire vniuerſa animi munia, ſiue perpetuò, ſiue intermiſſis ſpaciis exequenda, quàm humanum opificium tam multis & variis canalibus facultatum perforari, cũ quotidiano obſtructionum diſcrimina periculoſo illo & difficultatum pleniſſimo: ſiue enim ciuitatẽ conſideres, ſiue domum, nihil magis eas reddit iniuriis & caſibus obnoxias, quàm continuitatis illa per aquæductus & meatus ſeiunctio: hominem verò obſtructio vaſorum febri obnoxium & putredini expoſitum reddit, vna omniũ cauſarum maximè. Alio ergo diuertendum eſt, ſi fortè contingat aliquid inuenire, ex quo rei explicatio petatur. cúmque intueamur animalia, quæ inſecta vocãt. quorũ natura minorem rationem formationis habuiſſe videtur, ea tamen diuiſa, ſuis portionibus ſentire & puncta contrahi; certum eſt poſſe naturam partibus tribuere id inſtrumẽtum ſenſui motuique appoſitum, & ſufficiens etiam ſine alieno ſubſidio, cumque id perfectioribus negauerit, maius aliquid quæſitura negauit non inuidens meliora. Ergo ad exactam rerum externarũ comprehenſionem, cogitationem, & diſcurſum, decebat non modò ſingula ſenſoria qualitates ſibi ſubiectas agnoſcere, ſed eſſe in corpore membrũ ceu ſenſuum fontem, in quem omnes ſimul confluat ſenſoriorum cõceptus: ita enim ex coniunctis illis multa agnoſcentur, quæ neceſſariò laterent, niſi in vnam aliquem corporis partem conuenirent. In hunc vſum ſenſuum organa à cerebro expectant inſtrumẽtariam ad ſentiẽdum lucem, ne poſſint ſibi ſolis ſuos retinere conceptus, ſi eos innatis facultatibus cõſequerentur: ſed recipientia à cerebro vim eandem confeſtim remittunt, idolis obiectorum onuſtam & veluti formatam. muſculos verò oportebat non ſuo impetu temere duci, ſed pro imaginationis imperio, vt percepta vtilia proſequerentur, noxia, refugerent: id quod ſine facultatis à cerebro defluxu obſeruati non poterat. concẽtum ergo quendam eſſe decebat in perfectæ cognitionis animalibus ſenſoriorum ad cerebrum,

cerebri ad musculos; cui obseruationi mirificè deseruit expectatio dicta facultatis. In arteriarũ pulsu alia, sed similis ratio est. nisi enim simul vniuersæ arteriæ cum corde distenderetur, simulque cõtraherẽtur, eueniret vt mutuò secum pugnarent & frustra mouerentur, cùm exclusus à corde aër in arterias recipi non posset. Ab hoc discrimine liberat expectatio illa à corde impellentis facultatis, vt nec distendi queant, nisi vim distensionis à distento corde excipiant; nec contrahi nisi à contracto facultatem subsidendi cõparent. propter dictas cõmoditates, quas nutritio & caloris innati conseruatio nõ habent, melius aliquid perfectis animalibus prouidente natura, pendent influentes aliunde facultates sentiendi, ex arbitrio mouendi, pulsandi.

Venarum & arteriarum vsus.

Sequitur vt expédiatur venarum arteriarumq; de quibus author meminit, vsus, repetito paulo altius exordio. corpora omnia sublunaria tempore marcescere, minui, & perire necesse est; & vicinorum quibus circundantur contraria vi, & calori interni actione. dum enim humidum sibi iunctum calor attenuat, & in flatum vertit & dissipat, deficiũt omnia. natura verò, cui nihil est magis in votis, quàm vt durent cõdita omnia vel incorruptione sua se tuentia, vel generatione substituentia, vt sint semper, quod Aristoteles dicebat, conditionemque subeant, quo ad possunt, diuinam: corporibus iis ortui interituique obnoxiis ita prouidit, vt quia immutabilem statum fluxa conditio non recipiebat, innata accrescendi vi assumpta repararẽt, & deficientia reficerent, & instaurarent. cúmque eam vim omnibus, quæ apud nos sunt, corporibus iustè donaret & benignè; pro eorum varietate reparationis formam sapientissimè reperauit, ita diuersa ratione commutans. Corruptibilium corporum quadruplex est omnis differentia. Elemẽta simplicia pariter & similiaria sunt: metalla, lapides, mineralia mixta, sed similaria. stirpes & demũ vegetabilia mixta dissimilaria. animalia præter hæc supremũ obtinuerunt dignitatis locum. Ergo elementis vires indidit seminales, concedens duas cuique qualitates, quas agentes ab opere nuncupamus; quoniam solæ possunt quod accedit familiare & alimenti vicem explẽs, sibi attemperare, & in propriam naturã vertere: quod quid aliud est, quàm familiare sibi proximum iungere, & sua similitudine induere, & eius appositione accrescere? mixta similaria agente compositionis propriæ temperamento, nnn secus quàm elemẽta, proxima quæque dum sibi adiungunt, alterant, & sui similia faciunt. id quod priscis non satis exploratum frequentia experimẽta docuerunt. lapidicinæ & metallorum fodinæ dum ex parte exhauriuntur, tempore conspiciuntur extendi, augeriq; parte altera, permutato eo, quod proximũ accesserit in propriam naturam substantiámque; vt iã ab eo euentu Græcis metallã dicta sint; quoniam alia post alia inueniantur. nec semel visum est, vt accrescẽte vel lapide vel metallo, ligni frusta aut ferri, quæ in metallum mutari non potuerunt, in medio manserint, vndique augescente pristini metalli vel lapidis natura. Insulæ verò quædam repente exorientes & subsidentes, ad hunc subterraneorum ortum, interitúmque, augmentum, decrementúmque, verisimillimè referuntur. Ita similaria corpora & simplicia & mixta temperamenti actione, quod solum omnium qualitatum, imò & accidentium in hunc vsum agens natura produxit, extrema sui parte aluntur & tanquam gignuntur quicquid vno perdiderint extremo, altero instaurantia: quoniã similaris natura partium omnium vnitate constans, vndecunque sine incõmodo & substantiæ varietate restitutionem admittit, contrà quàm dissimilaria: quæ iam Aristoteles ideo animata vocat, quia animam definit esse corporis organici formam. hæc enim cùm postulẽnt, vt variæ, quibus constat, partes augeantur: fieri haud potuit, vt altero tantùm extremo augescerent, sed indigent deferente alimentum ad singulas partes: vt, quod similare corpus in vicino, vnaquæque similaris in stirpibus pars & animalibus in eo quod accedit, alimento efficiat: accedere autem, nisi per vasa feratur, nõ potest: sunt igitur vasa animatorum alitioni necessaria. esse enim ductus alimẽti in plãtis oblongos ceu riuos quosdam, alitorum succũ deduceores, facilis in longum fissura, difficilis in transuẽrsum ostendit. & in plantis vasa cõstituta sunt oblongis inanitatibus, quas circunstant dẽsæ partes: in animalibus non secus, quàm organa reliqua, vasa maiore artificio constant ex sui generis perforata membrana formationem obtinentia. Postremò corporum genus sensu motoque excellens manifesta caloris vehementia antecedit: vnde minor animalium & magnitudo & vita emanasse videntur, absumente caloris copia vitæ principia. Accedit verò etiam, quòd innatus calor in plantis soli vacans alitioni plus promouet, quàm in animalibus ad animi etiam cogitationisque opera intentus: nam & inter homines ipsos, qui vitã in studiis ducũt & meditationibus, minus vegeto corpore habentur. Id tamen, vt cũque definiatur, certũ est animaliũ partes tanto calore superare vegetantia, quãto motus maiore calore quàm nutritio obitur. huic in membris calori tuendo arteriæ suum vsum præstant, nnn quidem gignendi temperamentum: quod nisi cuique membro in ortu natura optimum sufficiénsque tribuisset, accusanda imprudentiæ imbecillitatísque foret: sed manendi, durandique præsidium. quemadmodũ enim externo igni, cuius tenuitatem vis nulla, ne euolet, cohibere potest; diuturnitatem suffuso alimento & parata ventilatione paramus; & cordi rũ vbere per cauam venam sanguine, tum plurimo per guttur aëre: & fornacem figulinam apertis fenestris suprema parte & suffectis fomentorum fouemus facibus: non aliter membrorum calorem arteriæ continent, dum arteriali sanguine spirituque, demum calore alunt, eũdémque per tunicarum distentionem ventilant. In hũc puto modum arteriarum non minus, quàm venarũ, vsum in animantibus patere. Id vnum reliquum est, quod moneri possit, si vim expectant à corde arteriæ pulsantes nõ aliter, quàm partes à cerebro vel sentientes vel motæ: qui factum est, vt Galenus venas & arterias naturalium munerum esse instrumenta velit, naturaliumque nullum per consensum laborare aut influentes facultates excipere? quod tamen promptam habet diligenti expeditionem, si considerauerit partem, quæ vita destruitur & innato calore priuatur, quod malum

Rerum dotationis varietas.

2. De anima. 6.

2. anima t.

De vsu puls. 4.

malũm gãgrænam dicimus,ideo affici, quia propriæ arteriæ extra non solum intro plenæ distendi nequeunt, & prohibita pulsatione vita priuatur, commercio verò cordis idcirco euenire non potest, quia multo antè occupare mortem necesse est, quàm cor pulsationem deserat, & eam membris tribuere cesset.

a. Collect. 7.
Facultas naturalis an natura.
2. anima. 2.
3. Natural. 1.

Postremò de similitudine nutritoriæ in membris facultatis ad eam vim, qua magnes ferrum allicit, dicendum est. Suspecta enim fuit cum aliis tum Auerroo, quasi senserit Galenus nutritoriam vim animam non esse, sed innatam aliquam facultatem instar aliarum, quæ ex natura rebus insunt. Num igitur plantæ & animalia ipsa, qua parte aluntur, animata sint, an inanima, non conuenit Aristoteli cum Stoicis; Aristotele animam esse ostendente, Stoicis contra naturam. Et Galenus quidem qui secutus cum Stoicis Platonem naturam appellat, sequitur vulgi appellationem, qua φυτὰ, id est, naturalia compellant; cúmque ab anima dicantur animalia, nec stirpes quispiam animalia facere ausus est, nihil causæ videtur, inquit, cur animata credantur. contrà Aristoteles & post eum Alexander multis causam suam suadent. primùm naturam ab anima separare videtur facultas innata mouendi, vel ad vnam vel ad plures locorum differentias. est enim natura initium motus & quietis eius, in quo est ad vnam tantum loci differentiam, anima ad multas: atqui vis plantæ alimentum mouet sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, in quo conuenit cum vi animalium, quæ pro arbitrio mouet: erit igitur anima. præterà viua esse plantas, & semina, non solum animalia vel Galenus ipse cum vulgo fatetur: vita autem separat animatum ab inanimo.

2.Anima.2.
Aphrod.1. de anima.
2. Phys.1.
Ratio.

1. Quo etiam animalia, cum non polleant 2. eisdem in omnibus animantium generibus potentiis; fit, vt amissis omnibus aliis, adhuc vita priuata non dicantur; sublata verò alitione, confestim mortua dicuntur: vis ergo illa alendi animam & ea sola tuetur: nec enim homo, si mania desipit, si resolutione neruorum torpet, vita functus est; sed cùm ali amplius non potest: quid ni igitur erũt animæ participes stirpes, quæ 3. potissimæ animæ facultatis expertes non sunt? Addit verò Alexander animalium semina, dum animalia formant, vi animæ fungantur; nec verò dissimiliter plantarum semina, germina fingunt animæ itaque facultate & ipsa nouos formationis perficient: Si verò semina plantarum animata ipsas plantas, quarum partes & germina semina sunt; quis dubitet animam continere? Nam quod populus animalia sensu motuque definiat, illa ratio est, quòd nomina sæpe tribuãtur, non à simplici facultate, sed à præstanti; sic cursores non sunt, quicunque currunt, sed qui celeri, perpetuoque cursu itinera conficiunt. Sic animalia, quæ anima non quauis pollent, sed illa sensus capaci. cuiusmodi cùm subtiliter in torqueant Peripatetici, eludit Galenus quasi nugaces, & solam nominis animæ proprietatem agitantes. contrà conatur Auerrous rei esse, non nominis purgantiam. Et est illa quidem controuersia aliqua ex parte nominis, partim etiam in re discrepantia; appellãda ne sit forma illa & actus plantarum, quo & viuunt, & aluntur, anima an natura, dialecticum est non philosophicum. num verò ea, siue forma, siue anima temperamenti proprietas sit; an diuinus quiddam, & quod temperamento imperet; id verò & physicum problema & medicum est, non nomen agitans, sed rem. In quo, vt Galenus hic & libro Quod animi mores] eo inclinat, vt opinetur non esse animam superius aliquid ad temperamenti proprietatem; sed quemadmodum à sua mixtione temperatarum qualitatum magnes vim, qua trahit ferrum, obtinuit; à suo etiam temperamento carnem obtinuisse, sanguinis tractricem, coctricem, retentricem, & expultricem: ita ab eo merito nobis recedendum dicitum propter sapientiam, excellentiámque, operum, quæ in stirpium formatione, germinatione, incremento, & duratione conspiciuntur: tum, quod Galenus ipse aliquando rei magnitudine oppressus; nobis acclamat; dicens, arduam esse quæstionem, sit ne formatrix ex qualitatibus quatuor, & Aristoteli dubitatam, esseque rationi consentaneum, qualitates harum actionum organa esse; formatorem verò aliud. Ita alimenti per membra progressum pariter & mutationem anima operatur, vsa qualitatum temperamento. conuenit tamen huic tractioni cum magnetis tractu.

4. de vsu. 13.
2. Collect. 7.
Lib. de Maros. 1.
2. temper. 14.

quemadmodum enim ferrum suspensum retinet in medio aere pergrandes magnetes, angulis domus affixit: ita in viuo animali sanguinis fluuij per corporis proceritatem pendentes ascendũt, superiorum membrorum sugendi vehementia, seu magnis quibusdam magnetibus coërciti, & descẽdere prohibiti; qui vniuersus sanguis suspẽso animali confestim subsidet. Nec enim audiendi sunt, qui acutiùs quàm veriùs motum hunc alimenti ad sua membra non trahentibus membris tribuunt; sponte sua deducto alimento. putant enim, quemadmodum in elementis accidit, vt ex qualitatum impressione sequatur illius alterius elementi motus, & aqua ab igneo calore excal facta, extenuataque in leues halitus soluta: ita partes sanguinis, vbi aliquam membrorum similitudinem susceperunt simul ex ea similitudine motũ ad eas partes comparasse, quibuscum iam tẽperamento cõsentiunt. Sed enim si membri forma motus ad certũ locum author esset, non aliter quàm ignis forma cõsensus; pateat, vt in dextra ad brachij carnem similitudo sanguinis, ad brachium moueretur: si verò caro deorsum tantùm vergit, nec alia est in vlnæ carne, quàm in tibiæ motio, quomodo non fuerit stultum eam similitudinem motionis variæ in sanguine causam opinari: præsertim, cùm peculiares illæ similitudines membrorum non recipiat in vasis sanguinis, quo tempore mouetur; sed posteaquã membris adiunctus est, vnde non recurrit amplius Adde, quod non conueniret sanguinis motui cum ferro, quod Galenus putat, si ferrum traheretur, sanguis sua ipse sponte conscenderet. sed fit disputationi modus.

Sãguis quomodo ad mẽbra mouetur.
8. Phys. 4.

DE LOCIS AFFECTIS
LIBER SECVNDVS.

CVM duo priores libri huius tractationis de Symptomatis agant, deducentibus ad affecti loci notitiam, simul & ad speciei affectus inquisitioné, quæ quot numero sint capite 5. superioris libri traditum est; huic libro genus dolorum disserendum seruatum est: in quo, ceu difficiliore & erroribus magis peruio, longior est Galenus, quàm in superioribus symptomatum generibus interpretandis. Secatur autem in partes quatuor. Prima disputat de dolore stupido & pulsante, de quibus Archigenes primo loco docuit, sed quamuis superioribus omnibus medicis exactius, & ipse tamen non sine errore. Secunda profert sententiam suam, 5. ar pulsus. Tertia reliquam Archigenis de doloribus seriem in examen ducit recipiens ex ea vtilia, reiiciens inutilia, cap. 2. Postrema separat notis, quod hactenus non fecerat, primarios à consentientibus affectus, cap. 3.

SECTIO PRIMA.

1 SCOPVS est, hortante semper Erasistrato, exercere mentem cum aliis artis operibus: tum verò in ea, quam nunc proposuimus, affectorum locorum notitia, circa quam 2 tres sunt exercitationis modi: vnus circa singulas corporis partes, quas loco nominaui: Alter circa causas & dispositiones: Tertius est circa accidentium differentias. Igitur à locis sumptus modus, huiusmodi est: Affecto cerebro, huiusmodi separatim eueniunt accidentia: ventriculo affecto, hæc sunt propria: colo affecto, hæc: atque in reliquis similiter. A dispositionibus & causis, talis est: 3 inflammationis seorsum, huiusmodi sunt accidentia: scirrhi, huiusmodi: refrigerationis, hæc: 4 plenitudinis, hæc: διαφθορᾶς (id est, 5 corruptionis ciborũ) hæc. Ab accidentibus, vt hoc doloris genus hasce dispositiones portendit, aut hosce locos: tussis verò hæc: ita & vomitus, sanguinis profluuium, fluor alui, conuulsio, rigor, quæ est concussio totius corporis, horror, delirium. 6. cùm enim hæc omnia inter se hoc pacto distinguuntur: facile intelligetur, quid vel bene, vel malè dictum fuerit. Quod verò sic sese res habeat, planè disces, si singula consideraueris.

CAP. I. *EXEMPLI causa, ne te longius suspensum teneã, cùm in hoc genere multum sit Archigenes, qui ex dolorum differentiis locos affectos significari existimauit: exactè super his considerandum est. Nam stupidum quidem dolorem in neruis fieri dicit: sed planè peccat: 7 quippe cùm stupor à frigida dispositione eriatur: non in neruis duntaxat, sed & in venis, arteriis, carnibus, membranis, tunicis, & cute erit. Igitur, si ob id, quod hæc omnia per neruos sensum habent, ad neruos dispositionem refert, cur non reliquas omnes dolorum differentias propriè ad neruos pertinere dicit? Quippe, dolor tristis sensus est: sicuti voluptas, blandus est sensus. Ergo non solum stupidus dolor, in neruis est: verùm etiam reliquorum dolorum omnium, quos ipse quoque Archigenes descripsit, vnusquisque. Quod si 8 rem accuratius inspexeris, haudquaquã doloris species quædam est stupidus dolor: veluti neque vlceris species, vlcus 9 inflamatũ. Sed duarũ potius rerũ, in his quidẽ vlceris & inflammationis: in illis verò doloris & stuporis cõcursus est. Etenim stupor, refrigeratio insignis est: idcirco corporibus ita dispositis & sensus & motus difficultatem inducit. quemadmodũ, cõpleta refrigeratio, & sensum & motũ omnino tollit. Sed, quod stupor dispositionis sit nomẽ, nõ sensus aut doloris, sic dicente 10 Hippocrate, declaratur: stupor enim mediocris dolorem soluere potest. Nam stupor ob refrigerationẽ fit, vt planè videre est in his, qui in hyeme per frigora proficiscuntur, atque in refrigerãtibus quoque medicamentis: nã si extrinsecus immodicè adhibeantur, particula ipsa stupida euadit, quæ deinde sensum quoque omnino amittit, si vehemẽtissime refrigeretur: idq; nõ solũ à medicamẽto, sed etiã à circũfuso nobis aëre. Equidẽ noui quosdã adeo refrigeratis pedibus, vt in primis quidẽ sensus periret, sequentibus verò deinde diebus emortui pedes putrescerent. Ergo, vt perfecta refrigeratio & sensum penitus aufert & motum: sic moderatior & sensus & motus difficultatẽ inducit: nominaturq; (vt dixi) huiusmodi refrigeratio, stupor. 12 Itaque stupidũ dolorẽ dispositio efficit frigida simul & dolorifica, indicãte id nomine, nõ doloris (vt dixi) differentiã, sed dolorẽ simul, & frigidam dispositionem, aut 13 ab ipsa inductam particulæ, & sensus & motus difficultatem. 14 constat autem, quod 15 constrictas vehementer particulas, atque eos quoque, qui torpidinẽ animal, dum adhuc 16 viuit, tetigerint, stupor infestare solet. Et quibus membrum aliquod stupidum fuerit, ij, quicquid tetigerint, obscuro & hebeti sensu percipiunt, neque moueri possunt: si verò moueri cogantur dolent. At citra hoc, quod moueri tentent, affectum ipsum stuporis haud obscurè sentiunt, sed tum nequaquam dolent. Proinde male Archigenes enunciauit, stupidum dolorem ad neruos propriè pertinere. Stupor enim dispositionis, non loci affecti indicium est.*

IN diiudicanda Archigenis priore sententia præmittit procœmium veluti occurrens iis qui sermonis longitudine grauabantur, docens exercitia terum vtilissimatum ita solum comparari. Et statim censet de serie doloris stupidi 2. 5. Atqui paulò post, agitat eiusdem de pulsatorio sententiam.

1. *Scopus eſt*] in accuſationē Empiricornm, de quibus libro tertio diſputabitur, citat Eraſiſtratū commendantem in morbis rectè curandis non concurſuum empiricorum compēdia, ſed exercitionum longitudinem quam dogmatici ſequimur, & alias ſemper, & in dignotione locorū affectorum; quam partem ceu minime neceſſariam empirici negligebant.

2. *tres ſunt*] Primæ qnidem duæ tractationes ſeiunctæ ſunt mutuo, altera incipiens à partibus inquirens ſympromata; altera ab affectu & cauſa ad eadem ſymptomata & indicia progrediens: tertia exercēdi ratio à ſymptomatis progreditur ad locos, & affectus, & cauſas, inuertens ordinē priorum exercitiorum, non tractans ſeparatum aliquod argumētum. Et hæc quidem poſtrema in duobus prioribus libris exercetur, ſicut priores duæ in ſequentibus quatuor.

3. *inflammationis*] exempla diſpoſitionum.

4. *plenitudinis*] exempla cauſarum.

5. *corruptionis ciborum*] abundat (ciborum) opponit enim plenitudinis humorum vitium.

6. *cum enim*] ratio cur interpoſuerit procemium, vt ex exacta rerū diuiſione certius feratur de ſcriptis ab authoribus iudicium, quale de Archigene ferre conatur.

7. *quippe cum*] prima è tribus Galeni in Archigenem ratio: Si eſt proprius neruorū ſtupor propter cauſam ſentientem, quæ vis eſt neruorum, omnis dolor, eſt neruorū proprius: ſin propter ſēſatū ſtuporē, non eſt ſtupor propria neruorū affectio. Sed quomodo idem paulò poſt ait, (ſi ſtupide pulſat muſculus, ſcire licet diſpoſitionē in muſculi neruis conſiſtere, quippe ſtuporis diſpoſitio inter reſolutionē & integrā valetudinē media eſt) quod ſi ibi propter præſentē pulſationē, quæ calorem indicat partis, nō poteſt referre ſtuporē ad carnis refrigerationē vel vaſorū, ideo cogitur ex ſtupore arguere incompletā nerui obſtructionē: quomodo in vniuerſum hic definit ſtuporē, quòd ſit valida refrigeratio. ſi verò ſtupor diſpoſitio eſt inter neruorū ſanitatē & paralyſim media, quomodo nō referetur ad neruos ſtupidus dolor nō inſentiētis, ſed inſēſati ratione: ita nō efficit quod vult aduerſus Archigenem Galeni ratio. Si enim eſt ſtupor nerui affectio, perpetuo dolorem ſtupidum ad neruos pertinere quis dubitet? Nec ꝓbabile eſt, vt accedēs cauſa refrigeret carnem aut cutē vſqueadeo vt facultatē minuat ſentiēdi, neruū verò per carnē cutēmq; ſpatiū tanto frigidiorē non refrigeret. Accedit quod neruus dolēs contrahitur, & cōtractus dēſatur, vt minus recipiat ſpiritus eius, qui ſenſum gignit; quò ſit, vt cū ſtupore dolor magnā faciat cōiectură dolētis nerui.

8. *quod ſi rem*] ratio ſecunda. Malè inter dolorum ſpecies numerat ſtupidū, cùm ſtupor morbi ſit, non doloris, ſpecies. quod ſi dolor non locatur ſub morbi genere, ſed ſtupor, conſtat non eſſe doloris differentiam ſtuporem. Sed medicum (dicet Archigenes) decet, eá omnia dolorum differentias conſtituere, quæ referentes ægri tanquam ſpecies narrant dolorum. Eò enim tendit iſthæc conſideratio, vt ex relatis ab ægro de dolore, attingamus & locum & affectū. quid quod vulgus etiam frequentem dolorum ſpeciem facit, quo crura nephriticorū ſæpè afficiuntur (dormiente) nec enim id modo quærimus, quales ſint propriæ maximè, ſed quę ægro familiariſſimæ differentiæ. quod ſi differentias appellare non placet, certè ſint adiuncta.

9. *inflammatum*] artis medicæ 92.

10. *Hippocrate*] 5. Aphoriſm. 25. ita autem confirmat Galenus: Dolor dolorem in eadem parte factum ſoluere nequit, ſed augere: ſoluit verò ſtupor. non eſt igitur ſtupor dolor.

11. *quoſdam*] de quibus meminit differentiis morb. cap. 5.

12. *itaque ſtupidum*] itaque melius quàm Græcè. Emendanda eſt enim Græca lectio ex antiquo interprete & orationis ſerie.

13. *aut ab ipſa*] ſtuporis verbum & ſimilia, epilepſia, reſolutio, num ſignificent affectiones ſymptomatum cauſas, an magis ſymptomata, in ambiguo eſt & paulo explicandum poſterius.

14. *Conſtat*] ratio tertia. Stupor in otiante mēbro citra dolorem adeſt, in tentante motum ſuccedit dolor: non eſt igitur ſtupor doloris ſpecies, ſiquidem inſeparabile eſt ab ſpecie proprium genus. Sed neſcio quomodo in his rationibus Galenus argutiorem dialecticum agit, quàm alibi in medicu exigat. ſi enim exactè expenditur, quod ſcribit Porphyrius, nō conſtituit generis differētià quoduis generis accedens, ſed id tantùm quod ſecundum eſſentiam generi ineſt, id ipſúmque ſecat: cúmque ſtupor: id eſt, inſignis refrigeratio nō inſit per eſſentiam dolori: differentiam quæ ſpeciem conſtituat, efficere nō poterit vnquā, quod vnum Galenus obtinere poteſt. Et tamen medicis, quorum eſt conſilium varietates dolorum quàm manifeſtiſſimas, & ægris exploratas in vſū agnoſcendorum affectuū proponere, ſtupidi doloris frequens mentio eſt non tantum antiquioribus ſed & recentioribus. Nam & Paulus, & Ætius eius meminerunt: & quod magis mirum eſt, Galenus ipſe nonſſemel. quo magis Archigeni cōdonandum ſit. Videtur enim, Galenus honeſta quadam ambitione glorioſi in pulſibus & doloribus tradendis Archigenis dictus in illum animaduertiſſe paulò immoderatiùs.

Cap. de differentia.

Paul li. 2. 47. Aetius lib. 5. 109. Gal. Infra. 7 Art. med. 82.

15. *conſtrictas*] vbi aſtrictio multa eſt commeatum ſpiritus cohibens, ſola eſt membri immobilitas & ſenſus priuatio, nec moueri tentat, qui patitur, quia nec poteſt: vbi verò obſtructio non integra neruos occupat, ſenſus oboritur, cū motum quis agreditur, moleſtus & qui repentes formicas vel pungentes acus multas repræſētat. ſpiritus enim delatio ſi libera eſt & expedita, ſenſum non efficit; ſin eſt vehementior, & cum impetu erumpens, dolorem inducit oblectationi intermixtum, quod Plato dixit, ea motionis in ſpiritu ſpecies titillaris contingit, dum repente cauæ corporis partes agitantur, alæ, inguina, mētum, in quibus contentus copioſus ſpiritus ex ingruēte motu turbatur & inudat. Nec multo aliter in ſtupido membro; conata vis mouere per anguſtas & conniuentes neruorum cauitates ſpiritū detrudit; qui carnibus accedēs formicatū vel aculeorum incidentium imaginem inducit, cum quadam ſuauitate moleſtam. Sic enim multo cōſtantius dicitur, quàm quod quidam ſcribunt; humores compreſſione detentos, dum exitum petunt, pungere, id enim non magis motis eueniret, quàm quieſcentibus.

Stuporis ſēſus ratio. In phylebo.

16. *vnus*] ſimilis vis eſt ranis data, ſed ignauior, &

uior, & in vtroque animali viuo maior multo
quàm in mortuo, nam & è ranis oleum calidis do
Apud Mesuen. loribus sedandis familiare est. Sed quoniã dolo-
rem hic voluptatémq; Galenus definit, per sen-
sum qnidē molestum dolorem, per suauem verò
voluptatem; oportunè integra indagãda definitio
est. reliqua enim horũ symptomatũ tractatio li-
bro de Symptomatũ causis opportunius collo-
1. caus. sympt. 6. Lib. de tr. 6. & 7. cãda est. cúmque constet finitio doloris ex sẽsu &
tristitia, quibus alibi iungit violentam impressio-
nem, tres illæ finitionis partes per singulas dispu-
tandæ sunt.

Dolor an sẽsus obiectũ Ergo doloris genus quidam faciunt sensibile:
alij sensum: tertij apetitus motum quendam, ex
Ratio. quibus priores illi ita sperant causam persuadere:
1. Non infrequentius dicitur quis dolorem senti-
2. 3. 1.2. doct. 2. 22 re, quàm calorem, quàm frigus; cur igitur non pa
riter ea omnia æstimabuntur sensui subiecta tan-
quam sensilia esse? deinde qui dentem dolet, sen-
tit. qui enim doleat nihil sentiens? & tamen inter
rogatus quid sentiat, & seipse interrogans, non
calorem respondebit, non frigus, non aliud quàm
dolorem: sentitur igitur dolor. quod si dolori sẽ-
tiendo nihil natura corpori tribuisset, impruden-
tiæ accusationem mereretur, quæ omnium mole-
stissimæ rei & naturæ aduersissimæ dignoscendæ
aduersandæq;, nihil in corpore genuisset; & quæ
etiam fragoris percipiendi rationem habuit, sum
Opposita ratio. mum doloris malum vitæ negligens contem-
psisset. Sed indignior est sentẽtia, quàm vt multis
1. egeat ad cõfutandũ. vel definitio enim grauium
2. omnium authorum sensum esse affirmantium
3. ab ea sententia depellere quemnis potest. Quod
Ad primam si sensile est, proprium ne an commune? inter
neutra enim à physicis relatus est dolor. Præte-
reà quomodo validè sensum moueret intra senso
rium latens, cùm alioquin vel nihil moueant, vel
2. apho. 6. lãguide sensorijs admota citra medium sensilia.
Vbi verò præfuit ante sensum dolor? sensilia e-
nim omnia sensus perceptioné antecedũt. Quod
enim citant locutionis formam (sentio dnlorem)
admonuit Galenus etiam Hippocrati assuetam
esse phrasin, vt nomine doloris causam ipsam do
lendi significemus. Sic enim inquit; quicunque
dolentes partem aliquam corporis omnino dolo
rem non sentiunt. quod nisi sic interpreteris,
constare non potest. Si enim omnino dolorem
non sentiunt, quomodo dolent, nisi quod dolere
dicuntur, id est, causam intra se dolendi habere,
aleréque, in primo loco: In secundo verò doloré
non sentire, est doloris causam non percipere.
Nec verò alienum est, si ab homine dolente fatea
mur dolorem ipsum sentiri, non quidem exterio-
re sensu, qui suas apprehensiooes ipse agnuscere
non valet, sed interiore communique, cuius ea
est vel maxima functio. ita enim dicimus sentire
nos ex nuntio voluptatem, vel ex mali recorda-
Ad secundũ. tione dolorem. In eo autem qui cum dentem
doleat, & quid sentit respondere non valet, cau-
sa est; quoniam vis qua sentimus, non semper ac-
cedit ad exactam obiecti agnitionem, sed cum
latitudine quadam & communitate. Et quemad-
modum è longè visa, etiam non satis percepto
calore, situs & figuræ cognitionem præstant; ita
humor mordens aut soluens licet non certam
& indiuiduam sui formam impresserit organo,

ea tamen iam tum dolorem inferre & molestiam
potest, maxime præsente affectu doloris tanto Ad tertiam.
magis potentiam lacessente. vt sensationem ob-
nubilet. Nam quod putãt oportere præesse etiam
sensum aliquem dolori percipiendo, ru diuseſt.
externa enim sensoria de externis indicant: dolor
verò non est extra, sed intra id, qnod sentit. Nec
verò cognitio ipsa obiecti lædit, quæ dolor dici-
tur, sed externæ rei malitia & aduersatio. quòd
si prorsus necesse est ipsum etiam dolorem non
latere eum qui dolet, communi sensu cogitatione,
& ratione perspici & temperari potest, quominus
aut offendat aut molestiam afferat, vt nihil aliena Dolor an sensus.
potentia egeat qua intelligatur. Maius est eos re-
fellere, qui dolorem in sensuum genere numerãt.
cùm enim constet dolorem munus esse facultatis
vnius animæ, quæ vniuersæ quinque sunt: certum
est non esse vegetabilem, si quidem plantæ nec
voluptate, nec dolore tẽtantur, neque verò ad ra-
tionalem referenda affectio est, qua etiam bruta
capiuntur: Iam fugam, licet dolorem sæpe sequa- Ratio.
tur, non esse idem cum dolore manifestum est, vt
ad secundum locum mouentem relegetur; super-
sunt ex quinque illis sole appetens & sensoria,
quarum functio censeri possit. ex quibus ad sen-
soriam ferè medici, ad appetentem philosophi
Theologique exactius pensantes detorserunt.
quibus quæ subiungam argumenta fidem faci-
unt. Si dolor tristis est sensatio, dolor complecte-
tur & in se continebit duo illa, tristitiam dico & Lib. de summo bono.
sensationem: deinde dolori lætitia opponitur: cõ-
plectetur itaque lætitia ex contrariorum lege op
posita duo, sensationem & lætitiam; eritque læ-
titia sensio simul & lætitia, videlicet pars toti
idem & reciprocum, quod natura non patitur.
Altera argumentatio. sensio & mæsticia genere
distant, cùm colorum & sonorum sensio sola se-
parentur specie; cæterum sensationibus illis duæ
à physicis consẽtientibus facultates assignantur,
non vna: quomodo igitur vna animæ facultas
duo illa seiunctissima conficiet sentire, & dolere
Iungitur & hæc qui dolorem dicit vnam tantum
actionem, vnam simplicémque animi affectionẽ
significat. sentire autem & tristari duæ sunt actio 1.
nes: non sunt itaque ambo iuncta dolor. Addo-
quod sensatio omnis tanquam actus potentiam
perficit, redditque meliorem: dolor sensorium. 2.
offendit, & perimit: non igitur dolor sensio est
Illa verò est vel manifestissima B. Thomæ ratio. 3.
ex obiectis actus facultatésque distinguuntur:
feruntur autem sensoriæ facultates in verum &
falsum ceu in proprias materias appetentia verò 4.
in bonum malúmque ex bono voluptatem, ex
prauo dolorem contrahens: Ita fit, vt dolor vo- 5.
luptásque ab appetendi facultate emanent ceu 1.2. q. 35. art. 6.
peculiares quædam functiones: totáque progres-
sio ita constet; Sensus percipit excellentem flam
mæ calorem, sequitur iudicium pugnantiæ cum
sanitate temperamentóque humano: id iudicium
vis animæ imaginans organis coextensa, quam
Aristoteles asseuerauit, præstat & operatur? siue
ea ratione tantum à sentiente differat; siue
quod aliis placet, re: quoniam seruat absentis
obiecti species ad prosequendam continuen-
dámque motionẽ, quod sensus non potest. & spe-
ciem format boni malique, quæ sub sensum
non

non cadunt neque sui imaginem sensibus impri-
munt. Succedit in appetentia motus is animi quẽ
quærimus, dolor aut voluptas in sentiente gau-
dium & tristitia in intelligente appetitu quem
voluntatem appellamus: iis posterioribus soli ho
mines vtimur, in prioribus cùm bestiis commu-
nicantes. ita confectum esse videtur doloris ge-
nus, motus vel actio vel passio appetentis facul-
Galē. 7. plac. tatis. sed quid facies Galeno & Auicennæ non
24. & hic 2. separantibus à sensu duorum alterum, vel reci-
caus. symp. 6. pienda finitio est ceu causam finiti tradens, non
Auic. 2. 1. substantiam, quæ res in finitionibus crebro fit,
doct. 2. 19. licet Aristoteli Topicorum libro sexto non pla-
6. topic. 3. ceat? vt quomodo admittimus febrem esse con-
uersionem natiui caloris in igneum, quia per
eam conuersionem oriatur non quasi febris sit
ipsa mutatio alteratioque: ita dolor sit sensatio,
quia ex noxa illa antecedente sensione non ali-
ter efficiatur: vel quod sæpè alibi in hac discipli-
na fatendum est, non esse spectandum exactum
à medico de rebus iudicium, quæ cùm difficul-
tatem contineant & controuersiam, curationis
artificium non perturbant aut euertunt. ita licet
principes facultates indagatibus physicis plures
statuantur, nobis tres asseruntur, quoniam quæ
mutuo seiuncta sint instrumento temperamen-
táque, & quarum vna reliquis illæsis offendatur,
tres solæ sunt imaginatio, cogitatio, memoria.
In exteriore verò sensuum apprehensione trium
facultatum opera caloris sensionem, iudiciũ pu-
gnãtiæ ad naturã, & molestũ animi motũ, quẽ do
lorẽ dicimus, etiãsi & operãtib⁹ facultatib⁹ distẽt,
& sint ipsa inter se separatę quędã actiones, cùm
ab eodem organo instrumentóque perficitur,
habeantque communes & lęsiones & incolu-
mitates, & quarum vel tuendarum vel abigenda-
rum gratia de illis sermonem mouemus, meritò
7 placit. 14. non seiungemus: & dolorẽ à sensu ipso nõ secer-
nimus. Sola illa Galenus indiuisa coniuncta-
que manere non patitur, quia & re separantur,
non cohęrent in sensoriis, immutationem senso-
rij ab obiecto, & factę immutationis perceptio-
nem apparet enim in delirantibus citra sensum
impressio, de quibus dixit alicubi Hippocrates
2. Aph. 6. Num dolor tristis. dolentes dolorem non sentire. Et de doloris qui-
dem genere, satis. Nam quod vulgo additur tri-
3. Plac. 9. stis, impropriè dictũ est; ἀνιαρὰ enim quo verbo
Galenus vtitur molestiam vertimus, magis quàm
tristitiam. nam tristitia quę Gręcis λύπη, sicut &
ἀλυσία quam diximus anxietudinem, subiecta do-
1. 2. q. 35. art. lori sunt tãquam generi, si peritissimo Gręci ser-
2. & q. 31. art. monis Galeno danda fides est. Sed & inter no-
3. stros beatus Thomas dolorẽ superius esse vniuer
saliusque tristitia statuit & delectationem gau-
dio, licet non sint stata fixáque harum vocũ signi
ficata. Sed accedendum iam ad id est, quod tertio
loco & ordine de violenta impressione dolorem
efficientis obiecti motum est. est enim, interpre-
tante seipsum Galeno, violenta impressio, quę du
cit ad innaturalem habitum, idque confertim &
quasi saltu quodam: siue enim redeatur ad natu-
ram, dolor non nascitur, sed suauitas: siue ad im-
moderantiã gradatim fiat prolapsio, quia sensum
fugit, dolor non nascitur, nec enim mutationes li
cet nequam, quibus per ętatem discursus corpus
Num dolor repentina mutatio. labitur & fatiscit? vel quibus per anni partitas
mutationes continens nos aċt deflectit, dolorem
monent aut morbum, nisi repẽtinę fuerint; quas 3. Aph. 1.
Hippocrates timet, mutationes dicens tempo- 2. Caus. symp. Cap. 7.
rum morbos committendi vim habere. Addidit
verò agens de iis animorum motibus Galenus,
voluptatem parari ex festino ad naturã recursu;
non aliter quàm dolorem ex festino ad immode
rantiam lapsu. Et tamen idem ipse libro Metho-
di xij. longè aliter sentiens putat tantum situm
esse ad voluptatem & naturæ valetudinem in
gradatione & progressu, qui paulatim fit, vt etiã
ad naturam reditus si confertur fit, cruciet. huic
pugnantiæ sedandæ docti viri alij aliter, multa
excogitarunt, quæ omnia expendere conuenit, &
quidpiam inuenire, quod verum quàm proxime
attingat. Quidam ita ambos locos dissidentes cõ
ciliant. reditus ad naturam es voluptate af-
ficit, qui nec propter motam sensum non mo-
uet, neque præ velocitate terret, seruat autem
in progressu modum, cúmque is modus in exces Solatio.
suum mediocritate constitutus, extremis col-
latus, extremorum subeat appellationem; fit, vt
alibi Galenus expetat ad suauitatem in redi-
tu velocitatem, alibi tarditatem; semper enim
modum illum quærit, qui pro varia collatione
& festinus est, & morosus. hos quidam alij ita su-
gillãt & increpant, lapsus omnes siue exigui sint, 1.
siue mediocres, demum non sumit tarditatem nul
lam curationis requirunt, sed eo suauius sanan-
tur, quo vel ocius: ita modice frigens, sitiens, æ-
stuans, libidine percitus, eò magis deliciãtur, quo
ocius cupitis fruuntur. Soli extremè algentes ex 2.
immodico calore dolent: quærenda igitur ratio
est extremis lapsibus propria, non omnibus com
munis. eam quidam sic excogitant, eximij lap-
sus citò reducendi contrarium lapsum & eum
exigunt pariter eximium: Duo verò cõtraria ve-
hementiaque dum subiectam partẽ vtrinque op-
pido, intemperant, distrahũt & dolorem ingemi-
nant. Periclitantur autem ij, ne non ex toto satis-
faciant. contraria enim curantia agunt in mor-
bidum lapsum non inducentia contrarium in-
temperamentum, sed actione præsentiaque sua
remittentia contrarium robur, & extinguentia
magnitudinem: nihil ergo causæ est, cur doleat
magis adhibitione contrarij contemperantis, nõ
augentis intemperantiam. Alij sapientius inue- 3
niunt, accessu contrarij neque excellentis, neque 1. Epid sect. 2.
repẽtini minui obtundique in corpore præsens 6.
aduersum intemperamentum: vbi verò vehemẽs
occurrit & repentinum; sæpe fit, vt non mi-
nuat, sed augeat magis: nam & Aquilonius Au-
tũnus bilẽ in corpore nõ minuit aut extinguit,
sed dum introrsum cogit, auget & intendit; &
frigore rigens ignis copiosi accessu ideo magis
dolet, quia ad vnguium radices concretum fri-
gus magis vrget. Quód enim generaliter per se
velox efficit sanatio, nempe voluptatem libro de
causis symptomatũ edocuit; quod particulariter
accidentis interuentu vehemens concitatumque
contrarium, in Methodo, Sed consideranda est
authoris in Methodo ratio. quoniam, inquit, na
tura repentinis lacessitur, malè habet etiam ex
confecto temperamento sanante reducentéque:
quæ verba non accusant robur pristini intempe
ramenti ex accessu contrarij curantis, sed muta-
tionem ipsam, quòd subita sit, culpant, & natu-
ræ noxiam esse confirmant. Ita ergo & verè &

cum operis vtilitate quæſitum expediri poteſt. 4 lapſus illi ingentes, vbi naturam mutarunt, & in coonſuetudinem babitumq́ue abieruot, repente mutati dolorem nonnunquam & motbos pariuot, & mortem. id enim cauere nos oportere admonuit Seoex. plurimum inquiens ac repente replere aut euacuare, calfacere aut infrigidare, aut quouis alio modo corpns mouere periculoſum, omne enim nimis naturæ inimicum, ſed quod paulatim fit, tutum eſt tum alias, tum cum ab altero ad alterum tranſitus fit. id & illins aſtipulator Galenus probibens ne remedia auricularia quibus medicus malè per dies aliquot aures aſſuefecerat, repente incommoda mutarentur. id in cauſa eſt, vt conſuctudines paulatim mutádæ ſint eodem Hippoctate auctore, & intemperata corpora etiam ex conſuetudine noo niſi diu & pedetentim in optimam naturam reformanda. quoniam æqualis fixáque intemperatura natura eſt & dolorem non mouet; magis mouebit ſi mutare coneris traducereq́ue vel ad optimam. Ergo fixum aſſuetudineq́ue confirmatum malum repentina curatione dolet, quoniam non reducitur ad naturam ſuam, ſed à natura, quæ ſua cuique conſuerudo eſt, detrahitur & ſecedit. Si verò lapſus etiam recens eſt & callum non contraxit, nec naturam mutauit adhuc, ſed mutat & laceſſit: quo velocius laboranti oaturæ ſubuenimus, eò iucundius vtiliúſque rem peragimus. Quicunque igitur valde rigent, ob cauſæ imprimentis magnitudioem frigus etiam penitius exceperunt, & partibus quibuſdam ita fixum, vt ſemel abigi non patiatur, ſed per partes. Si enim etiam phreneticus in capite calor hecticum capiti paucis diebus infigit temperamentum, & rabidi canis virus teſte Galeno; cur non ſimiliter gelidi aëris circumfuſa copia aptiſſimis vnguibus frigiditatem incuſſerit? Sed quæſtio eſt, ſi rigentes blande calefieri poſtulant ad ſuauitatem, cur immiſſa rigens in ſinum manus tepefacta mi ti pectotis calore amplius dolet? Quoniam inquiunt reenperat ſenſuta facultas temperiem, quo inſtrumento moleſtiotem ſentit frigiditatem tepefectam quàm paulò ante ſeotiebat vigeorem. Si ſtupidum crus cùm iam mouetur, minus friget & magis dolet, quia motus excalfaciés parti reſtituit ad ſentiendum temperiem. Nec aliter ambuſtus digitus in frigidam merſus irritatur, & acrior euadit temperato calore caloris ſenſus, Sed vt illa recepi poſſuot, ita aliter facilius ſoluuntur. manus ex ſinus calore rarefactis neruis antea præ frigore denſatis, ſuſcepit aduentantem ſenſificum ſpiritum cuius inopia ſtupebat, crus motum ipſo mouendi conatu retentum ſpiritum per neruorum anguſtias pellit, & dum pellit, quia frigus ſentit, & grauis membri laborem, dolet, nam exuſtus digitus occalleſcit, & ex aquæ contactu denſata cute, nec reſpirante, ſed ebulliente intus flamma exarcerbatur; idcirco enim talibus confert ignis vicinitas rarefacientis, & contentum flatum ignitum pellicentis natiua quadam ſimilitudine. Sed de dolore ſtoiendo tantum.

2. Aphor. 51.
5. Ther. 20.
11. Epid. ſect. 3.27.
2. Cauſ. ſymp. 4
Infra 5.
8. Prov. 33.
Cur rigees manus tepe facta magis dolet.

ATQVI paulò poſt rurſus Archigenes propriè ipſum ad muſculos pertinere ait: babet autem dictio vtraque ad bunc modum: prior quidem, Nerui autem contorti diſtenduntur, & indurantur, atque bi ſtupidos, inducunt dolores, atque durè intendentes. Deinde paulò poſt in bunc ſermonem prorumpit. Muſculu carnis neruorúmque mixtura, tanquam propria ſubſtantia, conſtituti, arteriarum quoque in doloribus mixtionem præ ſe ferunt, 1 ſtringentes, (vt ita dixerim) atque latè diſtenti, ac ſtupidè pulſantes. In borum ſermonum priores, neruos ait ſtupidos inferre dolores: In altero verò muſculos ſtupidè pulſare ſtupidum non ad affectus, ſed ad partes referens. Sed, vt 2 dicebam, ſtupor non particula cuiuſpiam proprius affectus eſt, ſed diſpoſitio, qua quidem in omnibus corporibus fieri poteſt, ſed non in omnibus ſenſibiliter apparet: quippe in bis duntaxat apparet, quæ ſuos affectus ſentire, & pro voluntatis imperio moueri nata ſunt. Sed & 3 bis quæ manifeſte in muſculis apparent, ſermo ipſius repugnat. 4 Quinetiam indiſtincte prolatus eſt. ac 5 fortaſſe non intelligit, nuſquam in corpore carnem ipſam per ſe inueniri. Nam muſculorum id quod neruoſum eſt, in plurimis vel capitibus vel extremis partibus neruoſum eſt; vbi etiam tendones inueniuntur. Id verò totum, quod in medio cõtinetur, omnes homines carnem nominant, nemine intelligente, cùm exquiſite diſſecatur, non eſſe ſolam carnem, ſed cum tenuiſſimis quibuſdam veluti fibris, in quas neruorum genus reſolutum eſt. Voco autem neruoſum genus, in vnicum appellationem cogens tum vinculatum tonos: quippe ex ijs per carnem diſperſis, muſculorum oſtendimus eſſentiam conſiſtere, quæ vt permanere poſſet, venis indigebat & arteriis. 6 Cæterum citra dolorem pulſare, ad ſolas arterias pertinet, animali etiam dum beneualente. vbi verò ingens oborta eſt inflammatio, vel eryſipelas vel abſceſſus arteriarum pulſum cum dolore ſentimus, cùm antea per bonam valetudinem neque cùm dolore, neque ſine dolore ipſum ſentiremus. Etenim res ad bunc modum ſe babet. 7 Duabus præcipuè occaſionibus vebemens dolor inflammatis partibus infertur: cùm mouentur, aut cùm à re quapiam comprimuntur. inflammato igitur toto muſculo, duplici modo, dum attolluntur arteriæ, dolorem ſentimus. Nam & mouentur, & adiacente carne comprimuntur, & ipſum compriment. Atque bac ratione partes inflammatæ pulſant, quem veterrimi quique ſolum vocant pulſum: 8 poſteriores verò omnem arteriarum motum, quem ſenſus percipere poſſet, ſimiliter nominauerunt. Sed non protinus ſtupidè pulſare, inſeparabiliter aut omnino propriè ad muſculos affectos pertinet, cùm ne pulſare quidem proprium eorum omnino ſit: ſi quidem pulſus (vt prius dictum eſt) dolorem quendam inſinuat. Nam in ſcirrbis, & œdematis propriè appellatis, atque intemperiebus, quæ ſine tumore conſiſtunt, motus arteriarum dolorem baudquaquam excitat: Ac ne per inflammatorios affectus quidem niſi cùm maiores effecti ſunt, dolor infeſtat. 9 Quinetiam ſine muſculo arteria ipſa per ſe inflammatorum ſuſtinens affectum, cum dolore pulſat: Dico autem inflammatorium affectum, vt ſimul cum inflammatione & eryſipelas, & abſceſſus intelligatur. Huiuſmodi igitur affectuum, cùm maiores fuerint, pulſus accidens eſſe cenſetur. 10 Quòd ſi aliquando in ijs pulſus, ipſi ſcilicet laboranti, ſtupidus eſſe videatur, (bic enim ſtuporis affectum ſentire poteſt) tum ſcire licet diſpoſitionem in muſculis neruis conſiſtere, ſed ita conſiſtere. vt ad paralyſin (id eſt reſolutionem) tendant. Quippe ſtuporis diſpoſitio inter reſolutionem, & integram valetudinem media eſt.

DE pulsatorio dolore Archigenis dictionē, & proponit & quatuor allatis rationibus, tenduit.

2. stringentes] florentes, legendum est. facilis enim est lapsus à σφριγῶντες vigentes ad σφίγγοντες, astringētes, significat autem esse validos musculorū dolores ob loci amplitudinē & teneritudinē.

2. sed vt dicebam] Ratio prima, quæ ex superioribus responsionem habet.

3. sed & hi] secunda. tarum est vt musculorum affectus annectant pulsantem stupidè dolorem, imò nec pulsantem, quod paulò post ostendet, (1.Post.24.) nisi in solis magnis inflammationibus: non ergo oportuit statuere eam doloris proprietatē in musculis, cùm sit omnis scientia vel sempiternorum vel frequentium, sed non est propositum indicia iungere affectorum, sed dolentium musculorum, dolent verò nonnunquam carnis nomine, & sunt vigentes & latè distenti, quandoque arteriarum gratia & pulsatorij sunt: sæpè etiam neruorum, suntque stupidi.

4. Quinetiam indistinctè] apertiùs est: præter quàm quod indistinctè.

5. atque fortasse] Tertia. cùm modò proprium velit esse neruorū stupidum dolorem, modò musculis item conuenire, videtur opinatus cum vulgo musculi neruos neruorum expertes esse, cùmque illi etiam nonnunquam stupidè doleant, cogitur Archigenes duabus iis partibus communem facere stuporem. Sed iniustam esse accusationem exclamabit Archigenes, qui enim prædixit constare musculos neruis, arterijsque, & arteriarum consensu pulsare, neruorum stupere; cur credatur cum vulgo deceptos ignarus compositionis musculorum? si verò accusatur quòd dolorum singulorum proprietates, satis erat similaribus partibus & primariis addicere, non ad organa & consentientia extendere: leue est aut verius nullum peccatum, nisi fortè etiam laudi tribuēdum sit, quod etiam de cōpositis nōnullis exempla quædam proponit: quod in indagandis curandisque compositis intemperamētis, post simplicium traditionem Galenus facit, etiamsi solēnem veterum doctrinam extollat, ceu maximè naturalem, de singulis simplicibus seorsum tradere, compositiones lectori remittere. (3.Ther.4.)

6. cap.3. Ceterùm] Ratio 4. Nec pulsatio musculi est, sed arteriarum: nec stupor, sed neruorū, perperam igitur alienos dolores musculis attribuit, sed in eodem luto hæret, per consensum enim non primariò has proprietates dolorum musculus subit

7. duabus] In vtraque autem vnum commune est, motus contenti intemperātis & dolorem inducentis, nisi quòd in motu partis, agitatur à sustinente contentus humor, in compressione ab externo tāgere. violentiùs autem imprimere noxium in inflammatione contentum turbatum quiescente, aperta ratio est, quia magis penetrat.

8. posteriores] ordine tria illa sequuntur, vulgaris pulsus, & Hippocrati dictus, & pulsatorius dolor: nam Hippocrates sibi cum arteriarum motū ita appellabat, qui laborāti sentitur pręvehementia, quale scribit Epidemiorum 2. Si vena in cubito pulsat insanum est. primus verò ille nomen induxit in artem pulsus: quod si nomen probabile est rem ipsam quadam ex parte attigisse, quod ex multis locis colligi euidenter potest, quibus ille medicum cōsiderare cum respiratione pulsus præcipit, ceu sanitatis morbiq; indicia: & à cordo ortū pronunciauit, licet differētiarum & præsagiorū eius, ceu inuentor non satis callēs.

(Pulsus nomen. — 1. Præsag. 31. 1.differ.pul.2 lib. vsu pul.fi. 4. acu. 23.lib. fatib. ad med. lib. alim. li. bomor.)

9. quinetiam] ergo sentir arteria, nam paulò post docet pulsationem etiam magnam in parte non sentiente pulsantem dolorem inducere non posse, sed de hoc seorsum.

10. quod si] ex stupore pulsationi iuncto colligit nerui affectum, quoniam præsente inflammationis calida affectione, stupor ad validam refrigerationem partis referri non potest, superest vt credatur euenisse propter angustiam & compressionem nerui ab inflammatione prodeūtem, & quod nuper scripserat stuporem validam esse refrigerationem, ceu frequens, non tanquam perpetuum recipiatur.

ILLVD verò hoc in loco examinandum est, sensu ne participent vasa? propter discordes Galeni locos: nam vt hic illa sensu priuat, ita libro De differentiis morborum facere videtur, numerans inter similaria membra: cumq; similaria vasa neruos non habeant, sensus expertia sint, necesse est: nam per iniustam vasis longitudinem facultas, quæ sensum efficit, sicut & materiæ citra suos canales non mādatur à natura: manifestissima verò scribitur sententia libro De vsu partium 16. vasa siue seces, siue rumpas, nihil dolere comperies. Nonne etiam qui à pulmonis vase rupto sanguinem expuunt, separantur ab iis, quorum causa musculos thoracis obsident, per doloris absentiam? annotationes verò continuatum febrium rigore dolorifico ob eādem causam vacant, quod bilis non persentientes musculos, sed per insensilia vasa feratur: quibus omnibus quid possit magis pugnare, quàm quod idem Galenus in Aphorismis scribit renum affectus, si vasa occupant, dolores vehementes inducere. Sed inter has locorum controuersias, media eligenda via est. Sentiūt enim, sed admodum exiliter. Id quod præsens etiam liber ostendit, dum arteriā etiam solam inflammatam pulsatoriè dolere docet. In Methodo verò astipulante experimento, inquit, venam ad partem defluxionē ferentem, apparete nonnunquam rubram dillentamq; & si tangas, dolentem. In annotationibus etiam nō intermittentium febrium horrorem facit delata per vasa bilis, exiguum illum, sed tamē aliquem dolorem molestiæ coniunctum. Id itaque temperamentum recipiamus: & quod scribit nihil sentire etiā secta vasa, in eum sensum explicandum est, vt citra nerui vim communicatam nihil posse credātur; id enim eo loco agebat, vt monstraret neruorum in corpore vsum & necessitatem, etiam post vasorum generationem. cùm verò validè dolores renes docet, affectis vasis confert dolorem vreterum illorum densorum & crassorum, cum renis corpore insensilis neruique expertis, cui collatæ vreterę egregiè dolēt, maximè simul distenta continente. quod accidit, membrana.

(Cap.3. Vasa an sentiant. — 6. vsu 17.c.12 Infra lib.4. cap.6. — 6. Aphor. 5.)

SECTIO SECVNDA.

AT pulsus cum dolore factus sequitur inflammatorios affectus notatu dignos, idque semper in ipsis arterijs, atque in continentibus ipsas partibus, quas & ob angustiam premunt, & cùm tollūtur, modò pars affecta

scatere

sentire nata sit, veluti percutiunt. Ergo neque in peripneumonia, neque in pleuritide dolor pulsatorius euenire potest, idque ob partium naturam. Namque pulmo sensum non habet: pleuritis verò membranæ costas succingentis, morbus est: quæ vbi costis quidem vicina est, necessario 2 comprimitur. At media ipsius tota pars comprimi non potest, sed inflammationis duntaxat ratione dolet. Atque in hoc spatio arteriæ sunt, quæ per intercostalia vocata spatia, & per crassas, laxásque laterum partes extenduntur, ac in profundo magis delitescunt, vt succingentem costas tunicam haudquaquam attingant. Harum igitur arteriarum motus in pleuritide ab ægrotante, sensu non percipitur, tantum abest vt et dolorem inferat. Nam inflammatis interdum intercostalibus musculis, arteriarum eleuationem dolorem inferre necesse est: proinde laborans, ipsum facilè percipiet: atque pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflammata pulsationem. 3 Ob hanc quoque causam vbi vehemens fuerit pulsatio, suppuratur inflammata particula, consequente suppuratione ingentes duntaxat inflammationes. 4 Constat igitur ex his quæ iam diximus, quod pulsatorius siue pulsatilis à Medicis vocatus dolor, per inflammatorios affectus fiat, atque in corporibus sensibilibus: idque vel per se, vel propriè, vel primario affectum in arterijs: (nominet enim quilibet, vt voluerit) in reliquis verò partibus sensibilibus omnibus, per consensum, eò quòd à vicinorum contactu premantur. Quare neque in hepate neque in renibus vnquam huiusmodi pulsatio apparet: quoniam nullus per totum corpus ipsorum neruus dispersus est, neque etiam per pulmonem. Quocirca grauitas in ipsis sentitur, cùm tumoris præter naturam genus aliquod ea infestauerit. Nam in horum viscerum quolibet, circumambiens membrana, per quam neruus dispergitur, sensu potitur. Quia verò à tumore, qui est in viscere, ipsa extenditur, doloris speciem appellatione dotarunt. Proinde 5 Hippocrates primus omnium scripsit: In renem dolor grauis. Post hunc verò optimorum medicorum non pauci, non acutis doloris, sed grauitatis sensum in prædictorum viscerorum inflammationibus fieri dixerunt. Quinetiam membranas, vt quibus nullæ sunt arteriæ, non pulsare rationi consentaneum est, quemadmodum neque cutem, etiamsi vehemens adsit inflammatio: atque eadem ratione, neque adenes, quibus nullæ sunt arteriæ. Sed huiusmodi partes, cùm inflammatæ sunt, vnico duntaxat doloris modo vexantur, extensionis. Quippè huiusmodi doloris species, à nullo sentientium corporum, in inflammatorijs dispositionibus separari potest.

QVID Auctor de pulsatorio statuat simul & illi affini tensiuo explicare contendit. 2. §. reliqui verò] duos alios tractat & ipsos nō valdè dissidentes, perforatorium & impactum. 3. §. Sed qui mordaces] de altera classe & calidis tenuibusque humoribus orto.

1. *arterijs*] cùm pulsatorius dolor ex dolore constet & pulsatione, doloris nomine sensum partis requirit pulsationis arteriam: ita vt vel ipsis insit arterijs vel partibus aliis, sed arteriarum contentarum gratia.

2. *comprimitur*] significat pleuram, quoniam arterijs vacat, pulsationem nō incidere, cur verò arteriis priuetur, causa de aëris copiâ pulmonum motu concitatam referenda est: nam & iecoris gibbus propter septi vicinitatē ventilatis arterijs vacat, sicut alentibus venis destituuntur vesicæ felleę & cordis partes penitiores. Ergo plura, quà parte costis subest, comprimitur, sed arterias non habet: quà verò arterias recipit, (recipit autem in mediis costarum interuallis) non comprimitur, & profunditas earum ad cutem magna est: itavt consensu earum pulsatoriè pleura non doleat. efficitur in sola notha pleuritide ob inter costales inflāmatos pulsatorium euenire posse dolorem.

3. *Ob hanc*] In confirmationem causæ dictæ de pulsatorio dolore refert euentu confirmatam sententiam, partem inflammatam, vbi vehementer pulsat, suppurare. causam putat, quoniā ostensum est pulsatorium dolorem in solis magnis inflammationibus contingere: magnę autem inflāmationes non resolutione terminantur, sed suppuratione. Et quidem quod ad auctoris sententiā attinet, sola illa causa facit. Iungūtur tamen duæ aliæ non contemnendæ, cur indicet imminētem proximamque suppurationem pulsatio quæ non aderat, vel vehementior quàm aderat. cùm enim suppuratio fiat commissa inter naturam & humorem pugna, quam dolores & febres sequuntur docente Hippocrate, aucto calore duplex pulsationis causa accedit: prior, auctus calor æquali indigens refrigerio distentioneque: posterior humoris copia ex fusione aucta: plurimis enim plenitudinis morbis fusio occasionem dedit: auctus verò humor quo magis implet, minùs cedit, magis autem premit & dolore afficit intentam arteriam. Cómodum verò addidit Auicena externos tumores non suppurare, anteaquam pulsent ob causas dictas, nam interni nō necessario pulsant, tum quoniam viscera rara abundāt arteriis, cum externi musculi vniuersi habeant: tum quoniam internæ inanitates & circundantium laxitas facit, vt pulsatio, si quę est, citra dolorem fiat.

4. *Constat*] compendio & vtilissimè dolorum differentias, per inflāmata loca distribuit. si pars arteriis abundat simul, & sentit, in insigni phlegmone pulsatorie dolet, si sensu vacat intra membranam sentientem contenta grauitatem affert; si arteriis destituitur, inflammata tenditur, quorum affert exempla. quod verò pulsatorium dolorem propriam esse arteriarum docet, parū exactum est: nam vt pulsare arteriarum proprium est, ita pulsatoriè dolere sæpè circundantis arterias carnis inflammatæ quod proprium symptoma est propter arteriarum motum.

5. *Hippocrates*] 6. Ep. 5: quemadmodum enim manus sentiens à contento pōdere insensili grauatur; ita viscerum membranæ à tumente visceris carne. *es.Ther.11.* Iungit verò auctor nō dolentibus pulsatoriè adenes, non quidem omnes, sed viles opplendis inanitatibus creatas: eæ enim solæ arteriis vocant.

RELIQVI verò doloris modi quibusdam partibus accidere possunt, quibusdam non possunt. Igitur meminisse eorum semper oportet, ac cognoscentes singulorum locorum naturam, intueri, qui vnicuique parti modus doloris peculiariter conueniat, qui verò contrà. Perinde resumentes rursus ipsos dicamus. 1 Quippe vnus doloris modus est, qui per 2 inæqualem intemperiem in affecta parte consistit, vt nulla re ipsam extrinsecus attingēte. Alius, qui ob tensionē fit, non amplius soli affectæ parti proprius, vt qui ob vicinas partes interdum eueniat. Est item dolor, qui à tāgentibus duntaxat, in affecta particula generatur, cùm videlicet vel cōpressa, vel contusa,

contusa, vel à re quapiam supernemente vulnerata dolet. Atque is doloris modus, qui à motu procedit, quemadmodum paulò ante de arteria dictum est, à re quadam media dolorem efficiente pendet. Etenim quæ per se mouetur pars, tenditur: & ad vicinas accedens cõprimitur, interim & contunditur, & vulneratur. Si verò nulli inciderit, eam sola tensione dolere necesse est. veluti partes omnes ab alijs motæ, si nihil extrinsecus ipsas tãgat, nullo præter eum, qui 3 necessarius est, dolore afficiuntur. 4 Cæterùm alibi me frequenter dixisse memini primas doloris species duas esse, cùm affatim temperies alteratur, atque cùm soluitur cõtinuitas. Quæ cum iam dictis haudquaquam pugnant: namque pars intenta, aut compressa, aut contusa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis solutionem. Neque enim cùm acu quispiam vulneratur, alio affectu laborat, quàm si ab acri humore facta fuisset erosio, vtpotè per vtrumque affectum corrupta continuitate. 5 Igitur non eandem doloris speciem excitant, mordax humor, ac plurimus: nam ille rodendo dolorem excitat: hic verò tendendo, flatuosi spiritus exẽplo: ac veluti vrina vesicam intendit, cùm non redditur. Verùm in erysipelate, & inflammatione, atque in totum, in affectibus inflammatorijs, non solùm quia intentæ sunt, ob repletionem partes laborant, verumetiam quia intemperie affectæ sunt, ac ne hac quidem exiguam ad dolorem inducendam vim habente. Id quod declarãt hi, qui per vehementem hyemem profecti, manus ad ignem affatim calefacere tentant: intolerabilem nimirum sentiunt dolorem. & quidem maxime in vnguium radice. Porrò 6 memini mihi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt mihi viderer in intimo ventre terebro perforari, in eo potissimum spacio, per quod à renibus ad vesicam vreteras scimus extendi. Iniectio deinde rutaceo oleo cùm id paulò post excernere tentarem, excreui simul cum grauissimo dolore humorem vitreum à Praxagora appellatum: quippe vitro fuso, tum colore, tum substantia, haud absimilis erat: atque id alijs quoque accidere conspexi. Quod verò hic humor sit frigidissimus, iam à Praxagora dictum est, qui vitrei nomen ipsi imposuit. Id enim haud obscurè percipitur sensu tactus tum ipsorum, qui illum excernunt, tum aliorum, si quis confestim ipsum tangere voluerit. Sed dignum vtique admiratione est, quomodo frigidus excidere possit, neque ab excretionis violentia, cùm excidit, calidus euadat.

8 Equidem putabam lapidem in altero vreterum impactum: adeo erat, vt mihi videbatur, doloris ipsius species perforãti similis. Atqui vacuato humore, doloreque sedato manifestè constabat, 9 neque lapidem fuisse causam, neque vreteras, aut renes fuisse affectos, sed intestina potius, præcipuè verò crassiora. Neque enim tanquam per tenue corpus, breui temporis spatio pertransibat, sed tanquam à profundo per crassius quoddam corpus, quàm sit tenuium intestinorum tunica, ferebatur. Ideoque 10 huiusmodi dolores, omnes fere medici colicos nominare videntur. quanquam ab ea parte qua dolor sentitur, nullum indicium sumi potest. quod magis colon, quam tenue intestinum, dolor afficiat. Huiusmodi sanè dolores, perinde ac si terebro partes proferentur, molestare solent, narrantibus ita infirmis. 11 Sunt alij dolores, per quos palus videtur infixus, qui & ipsi corporis affectum crassum esse significant. 12 Differunt autem inter se aut multitudine, aut crassitudine, aut motu, aut rei dolorem facientis potentia, siue ea humor fuerit, siue spiritus flatuosus, quippè paucus plurimo & tenuis crasso, & permanens moto, minorem dolorem excitare solet. Atque, qui ad vehementem refrigerandi vim haudquaquam accedit, vehementissimè refrigerante minus cruciat. verùm hoc doloris genus ad 13 crassum intestinum referendum est, siue palum ibi infixum, siue terebro perforari locum quis putauerit. Atqui huiusmodi dolores ab eo, quo lapis impactus est, discerni non possunt, nisi quis accidentia, quæ postea consequuntur, expectauerit. Quamuis ob huiusmodi ignorantiam, quod ad doloris mitigationem attinet, nullam laboranti noxam indicamus: siquidem vtriusque doloris præsidia omnia communia sunt, & quidem calorifica in primis, siue ea extrinsecus adhibeantur siue iniciantur. Deinde, nisi mitigatus dolor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorem obtundere possunt, aliquod, adhibendum est: cuiusmodi est id, quod à 14 Philone institutum est. Verùm, si lapis dolorem excitauerit, ipse interdum solus, interdum vna cum cruore excernitur: etenim radit ea corpora, per quæ transit maximè si vel asper, vel acutus fuerit lapis: ac si postea vrinas inspexeris, sabulosa quædam subsidere inuenies. Quòd si in colo affectus constiterit, neque lapis, neque cruor, neque arena, sed humor aliquis, qualis iam dictus est, subsidere videtur, atque alia, quæ ad affectum intestinorum pertinent, apparent accidentia. Proximus enim inflatio quædam, & distentio, & flatus complures præsertim 15 postmodum, & tormina, & excrementa flatibus plena videbuntur. Ea autem discernere licet, si super aqua natẽt, ac bubulo stercori similentur: quin etiã cibi tum cupiditas, tum concoctio deterior, tum quæ præcedit morbum, tum quæ comitatur, quæque consequitur propter consensum ventriculi, qui simul cum ea parte, quæ primario laborat, afficitur. Insuper colicos nominatos affectus magna ex parte præcedit & cruditas, & flatulentia, & vomitus, & nausea, quæ multo tempore inanis permanet, & in præcordijs 16 mordacitas, & fastidium, & iactatio plurima. Igitur ex huiusmodi quidem doloribus, 7. qui vehementissimi sunt, haud ab re in crassis intestinis consistere putantur: qui verò mitiores sunt, ex duobus alterum necessarium est, aut quod in his ipsis sint, sed à leniori causa, aut quod in tenuibus consistant intestinis.

TRANSIT ad perforantem & infixum, in quibus mentẽ suam aperit, præmittens duo sequentibus necessaria. primum diuisionem dolorum penes locum causæ dolorificæ, alterum quot sint numero dolorum causæ.

1. *Quippe*] Diuisio est dolorum penes locum causæ dolendi: nam intemperies in parte ex sentiente perpetuò. tensio verò aliquando causam continet intra partem dolentem, vt in adene inflammato pariter & tenso: aliquando distant locis vt in pulmone vel rene inflammato tentionis dolor membranam occupat, causa vel tensionis, vel grauitatis in carne est visceris. tertia doloris species causam habet externã, cuius accessu dolor in parte nascitur: tales sunt quotquot ex secãtis accessu vel prementis oriũtur. quarta differẽtia & ipsa externã habet dolendi occasionem, sed non peruenientem ad dolentem locum, magis enim dolens pars ad causam dolẽdi accedit, dum enim arteria inflammata pulsat, ipsa accedit ad circunstantem partem, à qua quia contunditur, laborat & patitur. eò autem tendit præsens diuisio, vt ex dolore intelligatur, quod potissimum quærimus, locus causæ noxiæ, quæ amouenda est.

2. *inæqualem*] Experimento constat æqualia intemperamenta, siue ob ortu contrahatur, siue ab arte, seu per assuetudinem cõparentur, seu per morbum

morbum, non afferre dolorem, imò nec ſentiri quidem ab eo qui poſſidet: quàm verò ob cauſam ita natura voluerit, non eſt perinde facilè: videbitur enim fortè naturam aut negligentiæ incuſandam aut ſenſum etiam factæ intemperaturæ animalibus contribuiſſe: ſi enim tendit dolor in mali cautionem, eſtque maius in facto, quàm in eo quod fit, intemperaméto periculum, quomodo non etiam illi percipiendo vim donauerit. Deinde ſi varia membra oppoſitaque ſe alterant temperamento, eò quod fit (factũ enim per vniuerſam vitam ferè tale durat, quale creatum eſt) & eſt annexus intẽperamento quod gignitur dolor, vitam animalium totã in moleſtia & dolore verſari oportet. Soluitur autem prima quæſtio, quod natura efficere non potuit, vt cum dolore ſentiretur factum, & ſi poſſet incommodaret, nõ potuit inquam id præſtare, quia id quod ſentit, ab eo quod ſentitur, diuerſum eſſe oportet. vbi autem intemperamentum abiit in factum, vnum eſt tantùm naturæ operantis inſtrumentum: non ergo potuit ſentiri factum. Non decebat autem: ſiquidem enim dolorem inferret fixũ iam intemperamentum, perpetuo doleret bilioſus ob perceptum calorem, pituitoſus ob frigus, ſic Indus in ſua patria, Germanus in ſua dolerent, & malè haberent; quo quid poſſet parari ærumnoſius, vt ſua cuiq; natura grauitatem ferret & moleſtiam. Iam quod ſecundo loco quæſitum eſt, cur membra non doleant, quorum eſt mutua per intẽperamentum, quod fit, alteratio, Galenus alicubi cauſam non dolendi ſtatuit in temperamenti influens æqualitate, vnitateque, cuius gratia ſine dolore eſt omnium mẽbrorum exigua inęqualitas. lib. verò 2. artis Medicę adiectæ duę rationes ſunt admodum efficaces. vna ipſa animæ conditio & natura exigentis in variis partibus temperamenti varietatẽ, idcirco tuentis in quauis parte ſuum ne mutetur, nec cũ dolore alteretur: altera perpetua alitio, quæ cùm à temperamento facto prodeat, teſtituit ſimile natiuo in parte quauis temperamento, prohibetq; eam, quæ timeri poterat, dolentem partis mutationem.

3. neceſſarius] nempè tenſione, à qua dictum eſt, non abſolui vllam inflammatam partem ſentientem.

4. Caterùm] Alterum quod præmittit de cauſis doloris. Alibi enim perpetuo duas facit omnes dolorum cauſas, hic plures. docet primò ad duas illas has reduci: nam morſus & extenſio ambo propter ſolutionem moleſtant, variè autem, nam mordens pũgit acus ſimilitudine, extendens verò rumpit, à quibus diuerſum genus eſt vehemens intemperamentum.

5. Igitur non eandem] Melior interpretatio: Non tamen eandem: nam οὖν ſæpè abundat.

6. porro] confirmat vim intemperamenti ad dolorem eſſe inferendum, ſimul & tractare incipit, quod propoſuit, perforantem.

7. Sed dignum [auget admirationem remediorum natura intro intraque calefacientium, vt intelligatur magna vis frigoris, quę nec motui ceſſit nec auxiliis. Id verò multo eſt admiratione dignius, ex alimento in ventriculo & iecore concocto & intra corpus tactu inſigniter calens cõtentus humor qui potuit & vnde tantum refrigerari, vt ex continentis loci calore per dies & menſes non tepuerit, cùm externus liquor quamuis egelidus euaporanti cacabo immiſſus, confeſtim calefiat & liquetur. Cui proxima illa quæſtio eſt, de frigido ſudore in acuta febre, quẽ Hippocrates exitioſum pronuntiauit: nam & ille algidus fluit ab ardẽte corpore. Progrediamur autem à ſimilibus quibuſdam naturæ exemplis, ſi fortè inter illa occurrat quam indagamus cauſa. flamma elychnium momento depaſcitur, & abſumit euaporante ignis calore humidum partes amplectens, & verſis in cinerem fauillis: idem tamen humidum diu durat incorruptum affuſo lampadi quod circunſtet oleo, inhibente longius poſito oleo flammæ vim, & ab elychnio ad oleum trahente. olla ſi ad ignem vel ſartago imponantur ſicca comburuntur, liquore plena annos trahunt, non modo menſes integra nec combuſta. Ex papyracea charta ſartago confecta prunis imponitur, affuſoq; oleo charta integra bulliente oleo oua friguntur. Ipſum animalium humidum ab inſito calido intra triduum exhauritur, accedente verò alimenti ſucco ceſſat ad alimentum conuerſus calor, atq; ita ceſſat, vt centenos viuat annos. Ariſtoteles quidem particulares quaſdam cauſas comminiſcitur, quod fundus vaſorum continentium feruentem aquam non vrat, vrat autem ea effuſa, refert ad vim aquæ humiditate ſua extinguentis ignis in vas vehementiam & obtundentis; argumento, quod ſi metallis præ ignis calore ſuſcepto liquandis quidpiam aquæ affundatur, liquari nequeũt. cur verò idem fundus ante ebullientem liquorem calefiat, quãprimum ebulit, tepeſcat, cauſam cenſet prohibitum progreſſum calefacientis halitus propter aquę frigiditatem & copiam; quare moratus intra vaſis fundum exurit, qua de cauſa feruens oleum pluſquam aqua exurit. Sed vna & horum & illorum ratio in hoc ſita eſſe videtur, quod ignis humidum occupans multo redditur potentiſſimus, vnde & ebulit, ſiccum verò occupans fit languidior, de quo alibi diſſeruimus: cumque comparatum natura ſit validiorem calorem allicere abſumereque ceu alimentum id quod infirmiùs eſt, meritò eueniunt ſuperiora. cùm enim auertatur humidioris præſentia ignitus à ſicciore ſolidioreque corpore flatus, fit vt non ſiccetur perinde ac ſi humidũ illud abeſſet. id enim multo credibiliùs eſt, quam quod quidem excogitant fieri propter antipathiam, quæ ex antiperiſtaſi naſcitur, recludentibus frigidis illis liquoribus & coërcentibus ignis ſuperiora petentem vim, quãquominus per fũdi poros permeet in liquorẽ, nõ impedire poſſunt: partes tamẽ aliquot aqueas natiua frigiditate durare, & accedentes ad partes fundi non poroſas refrigerare, & actionem ignis cohibere. quomodo enim probabitur tota die ebulientem aquam adhuc partes aliquot ea frigiditate ſeruate, vt ignem reprimant & obtundant, aut quomodo cohibebunt, ne in fundum vaſis agat, ne in ſe agat longiùs ſitas prohibere non potentes? Dicti igitur euentus eiuſmodi aliquam cauſam habent, quam nec humor, nec ſudor frigidus recipere poſſint, cùm ſint membris liquidiores, ideò aptiores & appoſiti magis, vt calefiant. Alio ergo diuertẽdum eſt. conſtat calorem in animalium corpore natiui caloris vnione & opere cõſtari: prętereà eundem

non

non omnibus ex æquo partibus humoribusque accedere, sed pro intemperantis naturæ arbitrio. ea enim in plantis omnibus per hyemem calidum hoc ad inferiora reuocat radices augens & fibras; vt secedente à summis calore, semina foliaque propter innutritionem arescant & decidant: contra per æstatem ad superiora euocat, in florum, foliorum, fructuumque germinationem. In animalibus verò per somnum intro, per vigiliam extra vniuersus calor in varios vsus conducitur. Eadem ratio est, vt ad suppurandam inflãmationem congregatus calor in reliquis mẽbris rigorem pariat, cùmque natura contumaciæ humoris ita succumbit, vt pugnare non audeat, sed calidum quo instrumẽto vtitur an alias functiones diuertat retrahatque, sequuntur symptomata crebro medicos deludentia, de quibus cum alibi, tum 3. Epidemiæ libro meminit Galenus. dum enim pars inflammata quam præ magnitudine & calore valde dolere sperares, in totum dolore priuatur, in gangrenam abit. dum febris in periculoso morbo præter vllam causam cessat, mors timẽda, nõ salus expectãda est, vbi vlcus insigne nihil puris aut sætoris emittit, præceps periculũ est. vbi in graui febre vrina cruda non est, sed ab initio cocta, malum penitius latet naturæ intentatum. vbi humor aut liquor, propter summam cruditatem & substantiæ ineptam alendo conditionem, naturæ elaborationem suscipere nõ potest, contemnitur à natura perterrita, nec applicatione calidi agitatur: quo fit, vt exhalante si quam continet, portione tenuiore calidioreque, geletur indies & crassescat magis, & appareat pituita, vitrea, cum insigni intra intestina calentia frigiditate, sudor etiam in acutè febriente gelidus, qui nisi longo tempore emendari nõ potest.

Lib. 7. morb. vulg. 8. *Equidem*] Magna medicorum consolatio. Hippocrates refert in duabus mulieribus, quæ ex retentis mensibus laborabãt, tentasse, nec quicquam profecisse mẽsium profluuium. Idem memorat vocatũ se cutũdo dolori admouisse deceptum calorifica, à quibus cùm diu adhibitis nihil iuuaretur æger, transisse ad frigida cum magna vtilitate & sedatione. Galenus qui agnoscendis propriis malis cæcutiuit, quid in alienis faceret?

9. *neque*] tarda commeatio magis arguit canalis angustiam: qua igitur consequentia ex tarditate motus coniectat locum esse crassum, non tenue intestinum? sanè nulla, si humor intra inanem cauitatem locaretur: sed quia in vasis contentus crassitiem intestini permeat, eo magis in transeundo moratur, quo crassior est transeunda membrana.

10. *huiusmodi*] Idcirco inquit validos intestinorum dolores ad colon, non ad tenuia intestina vulgus medicorum refert, quod statim confirmat.

11. *Sunt alij*] cur duo hæc dolorũ genera crasso intestino vel affectis renibus attestentur, hæc causa est. perforari vel infixum quid se cõtinere illi cogitatione fingunt, quibus rumpitur quæpiam pars cum quadam duritie. Intercedit durities in ruptura vel propter rumpentis duritiem, vt in renum lapide, vel propter rupti soliditatem, vt in colica à flatu vel humore; ita proprij sunt nephritidi & colicæ dicti dolores.

12. *Differunt*] magnitudine doloris plus etiã quàm specie dissident dolor is, qui videtur perforare, & infixus; seiungit autem magnitudinis in dolendo causas ex agentis varietate quadruplici, eo quòd passum in vtroque genere dicto crassum est intestinum aut ad simile corpus auctæ causæ eum, qui perforat, languidiores infixum faciunt.

13. *crassum*] scilicet ambo genera si vehementia fuerint, nam remissi, quod subdet, tenuia possident intestina.

14. *Philono*] 10. Ther. in finem & 9. Local. 4.

15. *postmodum*] ἐξ ὑστέρου satius ex posteriore loco, quoniam ructus etiam calculosis adsunt.

16. *mordacitas*] licet enim morsus calidi & acris humoris magis quàm frigidi flatus soboles sit, verumtamen 4. simpl. ostensum est à frigido tenuique flatu morsum prodire, & propter plenitudinem incoctam, cibi horrorem, quem fastidium appellat.

SED qui mordaces sunt, à mordaci humore intestinum erodente fieri solent. vnde dysenteriam semper huiusmodi dolores precedunt: eam inquam, quæ cũ intestinorum vlceratione fit, quam vt solam, tũ recentiores medici, tum antiquorum nõ pauci, dysenteriam nominant. Ex his nonnulli, nõ solum hanc, sed aliã quoque quæ cruenta, ob excretorum speciem nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum sincerus plurimusq; sanguinis interdum veluti limus & fæx ipsius non paruâ quãtitate excernitur. verùm hæc affectio nocinoru accidisse censetur. Ea verò, per quam & sincerus, multusq; sanguis excernitur, vniuersum corpus plerunque euacuat, haud secus, quàm hæmorrhoides, aut muliebris purgatio. Verùm de ijs post hæc rursus nobis agere licebit. Nũc ad dolorum species redire oportet: eas enim in hoc libro persequi potissimum propositum. Igitur iterũ incipiamus ab eo dolore, quem 3 punctorium vocant, qui circa membranas potissimum cõsistit, ipsius affectus veluti radice eo loco fixa, vbi membrana pungitur: dolore verò circa locum punctum, ad magnum spacium circulatim se fundente. Atque hoc modo in laterali morbo dolorẽ punctorium esse, & in inflammatione pulsatiuum apud omnes ferè medicos in confesso est. Non tamen 4 hemodia, id est, dentium stupori, simile quid dolor membranosorum corporum habet, vt Archigenes scripsit. Haud enim ignoramus oris duntaxat, neque toti tamen ori, accidere: sed dentes, gingiuasq; infestare solet affectus quidam, quem hæmodiã vocamus: hunc verò oratione quidem enarrare impossibile est: sed, cùm quispiã & austeros, & acidos cibos ingesserit, ita vt affectus aliquis sequatur in dentibus, & gingiuis, eum in omnibus eũdem esse credimus: siquidem videmus nos magna ex parte similes esse in affectibus habendis, ita vt ab ijsdem causis eadem sustineamus. Talem quidem dolorem in ore duntaxat fieri scimus. Alia verò dolorum genera ab Archigene perscripta, neque dum fiunt, cognosci: neque dum proferuntur, intelligi possunt. Veluti holcimos, (id est tractoris,) austerus, dulcis, leniter acutus salsus, viscosus ferus, stringens. Atque huiusmodi nomina in libro De pulsibus scripta posteritati reliquit: quæ auditores nihilo doctiores reddere possunt, eò 5 quod doctrina quæque propria desiderat nomina. Si enim de saporibus, aut omnino de proprijs, quæ lingua indicantur sensorijs, disseramus: dicemus vtique austerum, & acerbũ & stringentem, & mordacem, & salsum, & dulcem, & amarũ. Si verò de his, quæ tactu indicãtur, humidum corpus & aridum, & calidum, & frigidum, & asperũ. & lene, &

molle, & durum, & acutum, & obtusum. Haud secus de his, quæ visu discernuntur, rubrum, flauum, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quòd si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas, auditorum intelliget nemo, veluti de astringente, aut austero dolore: quippe fieri non potest, vt quid sit dulcis dolor, intelligatur. Nam dolor semper molestare laborantem solet: atqui dulcia quæque iucũda sunt. Igitur quàm verissimum est Archigenem circa medica artis opera fuisse studiosum: quo pacto verò in huiusmodi nomina inciderit, cùm sæpenumerò inuestigauerim, inuenire non potui. Videamus ergo, quid manifestè ex ipsis colligere possimus, veluti paulò antè de torpido labore iam fecisse videmur. Nam iustum est, vt obscura nomina in dubio derelicta: inutilia reputentur, perinde ac si nunquam scripta fuissent. Quæ verò clara sunt, iudicentur nõ ratione duntaxat, sed multo etiam præcedente experimẽto. quanquam huiusmodi iudicium perdifficile est: nam plerunque alijs nos credere oportet, qui suos affectus ob animi mollitiem neque consequi planè, neque si consequantur, eos enarrare possunt: aut quia oratione, quid patiantur, declarare omnino nequeũt (quippe nõ parua facultatis ea res existimatur,) aut quia affectus ipse ineffabilis est. Ergo relinquitur, quod nemo singulorum dolorum species conscribere potest, nisi ipsemet passus fuerit, sitq; medicus, qui interpretandi alijs facultatem habeat, & qui prudenter & sine mollitie comprehẽdere possit suos affectus, dum laborat. Atque nemo inuentus est, qui per totum ætatis suæ decursum omnes affectus sustinuerit, etiamsi per quàm morbosus fuerit. Proinde non possum nõ mirari, cùm eorum proprietates ab Archigene scriptas lego, ita scilicet ipso narrante, tanquam omnes passus fuisset, 6 quanquam non admodũ morbosus erat Archigenes. Si enim vnam aliquam partem, & infirmam, & morbidam habuit, non protinus omnibus laborauit: veluti nec reliquorum mortalium vllus. Neque enim inuenire est hominem eundem, qui simul & caput habeat infirmum, & thoracem, & pulmonem, & hepar, & lienem, & ventriculum, & intestinum ieiunum, & colon, & vesicam, atque reliquas id genus partes: videtur itaque Archigenes proprijs quibusdam consilijs, & quidem logicis potius, quàm affectuum ipsorum experientia fulcitus, pro viribus dolorum species explicare voluisse.

DOCET ex similibus mordaci & punctorio locum agnoscere simul, & insimulat erroris Archigenem quòd defecerit in punctorio explicando, ostendens male illum multa aceruasse citra vsum dolorum nomina.

1. *intestinum*] Non quasi alibi ex simili materia non fiat mordax dolor, annectit Galenus intestinum, sed quoniam de intestinorum dolore à frigido vel humore vel flatu dixerat, iungit quid contrarius humor in eodem operetur membro.

2. *sincerus*] quatuor dysenteriæ latiùs dictæ species tradit libro. De caus. sympt. 3. nempe venalem ex immodico non noxio sanguine; eam quæ propriæ disenteria dicitur, ex exulcerato intestino; & atrabiliosam ex adusto in hepate propter calorem sanguine: loturæ similem ex incocto, nec satis propter iecoris frigiditatem elaborato, vtranque postremam vocant hepaticam.

3. *punctorium*] explicant qui patiuntur quod pungontur, vel foraminibus pertunduntur. Et quemadmodum mordax dolor causam, ita punctorius locum significat.

4. *hæmodia*] cur inductus Archigenes scripserit membranæ dolores habere quiddam stupentium dentium simile, paulo post referet, id quod hic duabus reiicit rationibus.

5. *eo quod*] prima probatio.

6. *quanquam*] altera: cùm dolorum proprietates vel proprio experimento addiscantur, vel patientium relatione percipiantur, vel discursu quodam rationis animo fingantur, non potuit Archigenes eas consequi prioribus illis mediis: superest igitur, vt ex ingenio finxerit inutiliter operi, nec omninò consentaneè euentibus.

Lib. de ossib. c. 5. Dẽtes, an sentiant. Ratio.

EXIGIT verò præsens doctrina, vt primo de dentium dolore, tum particularim de hæmodia dicamus. Igitur ex antiquis Galenus præfatus controuersiam esse nominis dentes ossa appellare, aut non; id quod res habet, duo in illis ab ossibus discrimina agnoscit: primum, quod semper augentur, eo argumento, quoniam auulso opposito dente non cessat crescere, qui è regione situs est: alterũ, quod sentiunt cõtra reliquorũ ossium naturã. Sentire verò dẽtes suadetur ex fine; exer- 1. citi enim nisi sentiant ab occurrentibus offendan- 2. tur necesse est, præterea experimento eorũ qui à *5. Medio local. S.* dolore confestim leuantur ablato dẽte: quemad- 3. modum enim vbi gingiuam affectio occupat, dente sublato dolor manet qui fuerat: vbi neruũ, quia respirat & remedia admittit, mitescit; ita si dentem ipsum lædit, omnino cessat ablato dẽte. Addit dictis, sensisse se nonnunquam in dente *Lib. 1 Trac. 9. cap. 10.* pulsationem, vt dubitari non possit dolere dentis substantiam. Zoar verò vltra progrediens, paulo audacius, non dentibus tantũ, sed & ossibus vniuersis sensum concedit, ad hunc fermè modum colligens. Ossa per meatus citra vasa aluntur, per eosdem citra arterias vitam recipiunt, & immunitatem à putredine; cur nõ igitur citra receptos neruos etiam vim animalem a vicinis neruis cõparabunt? Neque enim minus est, sed magis spi- *6. vsu par. 17.* ritalis animalis vis quam priores illæ. Auget verò dictis fidem quod Galenus tradit facultati, sicut & materiæ ad longum interuallum deferẽdis canales necessarios esse, non ad breue. Nec verò inquit à patribus discedimus, qui ossa sensu priuant: in eum enim sensum neruos vocant insensiles, in quo insipidom & ingustabile & insonabile vocant, quod exiguo sapore, gustu, sono præditum est. Quod si inter secandum os non dolet, maior dolor ex simul diuisa carne & periostio id facit: duobus enim doloribus non vnũ locum obsidentibus vehementior alterum obscurat. hæc Zoar. Aretæus verò & ipse magnam *2. Aph. 44. Aret. 2. caus. diut. 12.* quæstionem & soli Deo cognitam ratus, cur dẽtes ex intemperamento doleant, secti non doleant, à tanto potentiori dolendi causa, quãtum homini coniectare datum est, refert eius euentus causam, ad dentis constitutionem, quæ dum frangitur, non exasperatur, nec partibus diuellitur, sed vtrasque sectionis oras monstrat lenissimas æqualésque; videtur autem dolorem in sectione facere partium diuisarum exasperatio, inæqualitásque. Sed & illud non ineptè afferri pro causa posset. Natura, quæ nec máca est vnquam, nec vsus habet superuacuos, carnis mollitiei tuendæ prouidit molestia ex intemperamento oboriente; maiore verò ex solutione, quoniam carnis mollities sectioni patebat: in dentibus

contrà

contrà intemperamẽtum maiorem vim obtinere voluit ad dolendum quam diuisionem, quãtò ex natiuo robore ad vitãdam fracturam robur obtinuerunt valentius. Nam & animalia robusta sagacia non creauit, & timida vel astu armauit vel pernicitate, ne iniquè vitæ subsidia diuiderẽtur. Sed præstat paulò liberius de dictis agere, nec maioris facere magistrorum quàm rationũ momenta. Et de ossium quidem sensu negligẽda est senis sententia & existimatio. nã quæ in imo corpore natura recondit, sensu nõ donat; erẽt enim ab externis offensis tuta. Itaque etiam viscerum carnes, cerebri, pulmonis, cordis, hepatis, lienis, quamuis ob mollitiẽ pati facilè possunt, sensum non obtinuerunt, quantò maiore de causa ossibus sensum negasse credẽda est natura, quorum sanitatem durities cum situ tuetur; & quibus sensus si adesset, molestiam & dolorem corporis quod portant, afferret, nõ incolumitatem? Deinde si parum est tam apertà ratione vrgere, an nõ tactus firmum est & ineuitabile testimonium? In vlcere enim antiquo & diuturno, (id enim sumimus quo effugiamus calumniã carnis & mẽbranæ simul sectarum) nudato iam osse, si serra seces, aut lima radas, non magis sentit sectum, quàm aliud corpus. Postremò si tantum est duritiei cum sensatione dissidiũ vt cutis natura sentiendo formata, vbi occalluit, sensum amittat; quomodo sentiet os extrema & inuicta dẽsitate præditum? Sed de hoc fortè nimis multa. De dẽtibus enim verò similior ratio est; sed & ipsa quoque quantũ assequor, non admittenda cùm enim obnoxij essent dentes & secantibus & intemperantibus, frangentium violentiæ satis cautum fuisse sua soliditate existimauit natura. Ne verò intemperante offenderentur, ea cõditione effinxit componẽtis materiæ, qua & metalla; vt sicut illa calorem frigúsque promptissimè excipiunt & per se tota transmittunt, cùm figulina multo laxiora imbecillioraque eam transmissionẽ longè tardius & multo languidius admittant: ita dẽtes pariter & vngues, (quorum idem futurũ erat cum dentibus discrimen) perceptam intemperiẽ magna celeritate neruo, quem dentium radici apposuit, vnguibus verò subdidit, deferrent cum insigni dolore sentiendum, quo vno artificio dentium & vnguium soliditas sine sensu, (nec enim sensum eorum natura ferebat) incolumitatem integritatémque suam tuetur; dum per occultos meatus & rectos aëre plenos similiter metallicis externi intemperantis imaginem non minore velocitate neruo imprimit, quàm si nudo neruo sentienda occurrissent. Ita Aretæi miraculum nullum est, quod fractus dens non dolet, cuius sectio neruum non tangit; intemperatus dolet facto ad neruum intemperãtis qualitatis aditu. Ita corruunt Galeni argumẽta; quòd decuit nudũ os sentire. quod experimẽto doleat nonnunquam dens ipse, quando ab euulsione confestim cessat dolor; cessat enim repẽte dolòr dente sublato, siue quia aufertur causa sentiens, quod non concedimus; siue quia sensibilis dẽtis putredo, quod credimus & fatemur: nam pulsare dentẽ nõ posse cùm arteriis careat, in aperto est; quo fit vt imaginatio pulsantis dentis magis partes nostrás agat quàm aduersas. cùm enim arteria gingiuæ in occursu dentis pulsans, imaginem præstet pulsantis dentis; cur non similiter opinandum est obsidere dolorem aut neruum, aut gingiuam, etiamsi laborantis imaginatio denti tribuat, non separans proprium à consentiente locum? Sed vocandus in medium Archigenes est Nam de hæmodia libro. De caus. symp. 2. oportunior tractandi occasio est.

Ossa an sentiant.

Dentes an sentiant.

SECTIO TERTIA.

Cap. II.

VERVM, vt studiosi maiori à nobis copia dotati recedant, proposito eius oratione eos, qui in arte exercitãtur, moneo & hortor: vt, quæ planè vera sunt, simulq; etiam manifesta, ea duntaxat eligant, ipsisq; credãt: quæ verò ab ijs abhorrere videbuntur, ea præterire oportet. Igitur Archigenes, cùm reprehendisset 1 Asclepiadem dicentem in articulari morbo neruum affectum dolore haudquaquam cruciari, quod nihil omnino sentiat: carnem autem, quanquam non affectã, dolore tamẽ, vtpote à parte vicina compressam: postea ad verbũ ita scribit: 2 Porro vasa solide compressa, capitis dolores sine inflãmatione obortos arcent, veluti prohibita in ipsa incisione, id quod barbaricum vinculum tum maxime perficere potest. 3 Sphaceloden verò hemicranias, id est, altera capitis parte dolores, diffectio eorum, sed maximè arteriæ circumscribit: 4 quæ primo affecta, pulsatorium turgidumq; dolorem inducit, ac rotũda euadit, insigniter subhorrescens, quemadmodum venæ quædam veluti varicosæ fiunt. Nerui verò contorti distenduntur, atque indurantur, atque hi stupidos inferunt dolores, & dure distendentes, & profundos, & infixos, & angustiæ plenos, & minimè fusos. Membranæ in latum discurrentes, & inæquales dolores excitant, atque ita laborant, vt & hæmodiæ simile quidpiam habeant transmissionis videlicet asperitatem. Dolet verò sæpenumero hoc modo etiã superficies: Et membranæ in media carne contentæ, quæ dilaniantes quoque dolores inferũt. Dolores verò à mẽbranis ossa circundantibus dependentes, perinde affligere comperiuntur, ac si in ossibus ipsis consisterent. A venis, graues & detrahentes, & æqualiter infarcti dolores suscitantur: a carne autem, & fusi & laxiores: 5 quapropter non adeo extendi videntur, sed arbitratur laborans sensum asperis quibusdam rebus impleri. Musculi carnis neruorumq; mixtura, tanquam propria substantia constituti, arteriarum quoque in doloribus mixtionem præseferunt, stringentes (vt ita dixeris) & cum capati latitudine pulsantes & extenti. Ex reliquis verò vlcerosus quidèm dolor, & in vlceribus gracilis et acutus, & non minimè dulcior: & qui pruriginem inducere potest, ad superficiem pertinere videtur. 6 Punctorius autem profundas partes infestat: infixus autem, cùm sinus accesserit. 7 Stimulans autem, partim eorũ, quæ in loco sunt, aliquid affectum esse declarat, partim contra, vtpote qui haudquaquam in profundo subsistit. Lacerans autem est qui in finibus consistit. Hic est primus Archigenis sermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conatur, quomodo ex dolorum differentijs partes affectæ possint inueniri. Igitur rursus ab initio ipsum examinemus, nõ obiter & transcursim. Sphaceloden, inquit, hemicranias, vasorum diffectio circunscribit. Igitur, quot dolores nominet Sphacelodeis, inuẽtu difficile est: non enim inter omnes conuenit, quid hæc vox (sphacelos) significet. Sunt enim qui dicunt ipsam vehementem dolorem declarare: alij tantum inflammationis excessum, vt partem ad corruptionis periculum inducat: quæ dispositio à nõnullis gangrana appellatur: alij partis affectæ corruptionem ipsam, sphacelon dici

volunt: alij conuulsionem: alij non simpliciter conuulsionem, sed neruosorum corporum, quæ inflammatione laborant. Nonnulli non eam, quæ fit, conuulsionem, sed quæ ex inflammationum magnitudine exspectatur: alij simpliciter fortem tentionem: alij putredinem. Ergo vocabulum sphacelodes, in iam proposita Archigenis oratione scriptum, ad tantam peruenit obscuritatem, vt nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquam medicorum nominum enarrationem conscribente. Per verbum autē, circumscribit, fortasse intelliget quispiam ab eo velut celeriter vel ex toto sanari: ac subijciamus, vt ita dicatur. Nam quid facere poterit is, qui intelligere cupit ea, quæ ne is quidem, qui scripsit, intelligi voluit? Deinde pulsatorium, & turgidum dolorem, arterias inferre dicit, cum ipse videlicet per sphacelodes altera capitis parte dolores primogenia affectione laborans. In primis itaque, qualis sit pulsatorius dolor enarrare tentemus, quamuis ante nostram enarrationem, omnibus medicis notus sit: siquidem ingentium inflammationum accidens ipsum esse perhibeo. 8 Turgidus autem dolor est, qui à parte primariò affecta, veluti à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Id verò non solum in hemicrania vehementissima, vt Archigeni placuit, sed in cephalæa quoque vocata, euenire solet. Etenim in hac nonnunquam arteria primariò affecta huiusmodi, qualem dixit Archigenes, dolore vexantur: ita vt fateantur nonnulli, vasorum ipsorum se dolorem sentire: quod interpretari tentans, arteriam subhorrescem, fieri rotundam dixit. 9 Igitur inquirendum est, vtrum veluti per sphacelodes hemicranias, arterias ita affici dicit, ad eundem modum de venis eum sensisse existimandum sit, quòd per hunc solum morbum, veluti varicosa fiant: an commune sit accidens venarum vel quomodolibet affectarum, vel duntaxat inflammatarum. ex eo enim quod sermoni de arteriis inogit sermonem de venis par est, vt coniiciamus, de eodem affectu ipsum fuisse loquutum. Ex eo autem, quod mox in vniuersum de neruis, atque aliis huiusmodi partibus scribit non adaptans vni morbo sermonem de ipsis habitum, eadem ratione putandum est iisdem de venis quoque fuisse dictum. Itaque in hac ambiguitate satius fuerit, vt existimemus in eo sermone quem de hemicrania cōscripsit, simul cum arteriis ipsum venarum quoque mētionem fecisse: simpliciter verò reliquorum instrumentorum sine vllo distincto affectu, neque in iis neruis, neque in iis partibus, quæ illo deinceps consequuntur. in quibus dixit venas, graues, ac detrahentes, atque æqualiter infarctos dolores inferre. Verum hæc nonnihil ambiguitatis continent. Quod verò deinceps sequitur, vbi dicit: 10 Nerui verò distenduntur, & contorti indurantur: recedit manifeste ab hemicranica dispositione desinens id in vniuersum ad neruos quomolibet affectos pertinere: quod planè mendacium est. Neque enim quilibet neruorum affectus, ipsorum essentiam indurat, atque intorquet. Sunt enim nonnulli, per quos laxiores euadunt nerui, quemadmodum per alios quosdam, aridiores: Quinetiam sæpe numero nullam sensu perceptibilem habent differentiam, ita vt exquisite sani videantur, nihilominus neque sensum neque motum præstant subiectis corporibus. Itaque in solis fortasse inflammationibus, aut inflammatoriis morbis, aut præter naturam tumoribus dixit neruos & indurari, & contorqueri, quandoquidem in iis quidem manifeste apparet neruos intendi. Nam & laborantibus ipsis & nobis aspicientibus intenti nerui apparent: quapropter, nisi curentur, & conuulsiones & distensiones ad ipsos sequuntur. Atque omnium, quæ in tumorem attolluntur, commune accidens esse videtur, vt intendantur. Nam & arterias, & venas inflammatione affectas manifestè intendi vidimus: venas quidem, vbi per summa membra, orta inflammatione, bubon exurgit. plerunque enim totum vas intentum videtur, ac rubere magis, & calere, atque maiori dolore (si tangatur) affectum: vt sit manifestum totum inflammari, incipiēde ab ea parte, quæ primariò affecta est, vsque ad alas, & inguina. proinde rectè dixerunt omnes ferè medici, inflammatis partibus accidit, vt rubescant, tendantur, renitantur, intumescant, & doleant. Verum (vt diximus) non omnibus, sed his duntaxat accidit pulsus, quæ arterias habent notatu dignas, & partem sensu præditam, aut vbi ad notabilem magnitudinem inflammatio attollitur: tunc enim pulsatorium dolorem sentiunt laborantes, vel nullo existente sensibili vase in affecto corpore. Sed 11 interrogabis me fortasse, quæ sint singulorum instrumentorum propria accidentia. Id verò iam antea, neque semel duntaxat, explicatum est, quod videlicet propria actionis noxa, qualicunque sit specie, cuiuslibet partis proprium est accidens. Neque enim alio deu ex necessitate accidens, neque etiam noxarum differentiæ existunt. Sed differentiæ quidem variant, pro affectus tum specie, tum magnitudine: Accidentis verò ad vitiatam actionem pertinentis siue genus, siue species, aut vtcunque nominare volueris, semper permanet. Cæterum satius fuisset Archigenem, totum via & ratione complectendo, abundantius hæc persequi, præsertim cùm ab aliis negligentius essent tradita: quorum non pauca in plurimis aliis libris conscripsimus, quemadmodum & posthac deinceps dicentur: sed breuiori, quidem compendio ea, quæ exactè alibi fuerunt exarata, longiori verò disputatione hic tractabuntur ea, quæ alibi breuiori stylo percurrimus. Nunc verò reliquas dolorum differentias, quarum in præscripto sermone Archigenes mentionem fecit persequamur. 12 Quod enim peccauerit, dicens torpidos dolores neruis euenire, quódque stupor non vnius cuiuspiam partis proprius sit affectus, sed causa potius. ac dispositionis rationem habeat, iam antea dictum est. Quod verò dolores durè distendentes in ipsis fieri dicit, rectè dictum est: 13 quanquam melius erat, si simpliciter dixisset, distendentes, non addendo, durè. Nam neruorum dolores, vtrinque vehementer distendere possunt: quia ad vtraque extrema tenduntur, tum id, à quo incipiunt, tum illud, in quo finiuntur: non secus quàm chordæ in cithara, quæ sæpenumerò, vbi nimis intenduntur, dirumpi solent. Quapropter citharistæ, cùm instrumenta sua post vsum reponere voluerint, chordas relaxant. Et sane, quòd ea à contrariis tum causis, tum dispositionibus intendantur, planè constat, siue humidus fuerit ambiens aer, vt rigare ipsas & implere possit, siue vehementer aridus: ab vtraque enim ambientis aeris temperie ad vltimam tensionem perueniunt: vnde non mirum, si rumpatur. Proinde rectè dixit 14 Hippocrates neruorum conuulsiones & à plenitudine & ab inanitione euenire: vtpote quæ sint immodicæ neruorum tensiones. Sed, quod profundos dixit esse eorum dolores, id ab accidentibus, quæ plurimis neruis eueniunt, sumptum est. Etenim, cùm venæ quidem semper priores in superficie sint, deinde post eas arteriæ, quibus postea nerui subduntur: idcirco laborantes eorum tensionem in imo sentiunt. Quanquam multi tendones (qui ob id quia neruosa sunt corpora à nonnullis planè nerui nominantur) non profundos, sed in superficie dolores habent, si

quando

quando ipsos quoque sic intentio contigerit, vt sunt illi, qui digitos extendunt. Sunt autem, & qui illos incuruant, in superficie quidem, sed non similiter vt extendentes. Porrò Archigenes neruorum dolores 15 infixos esse dicit, cùm huiusmodi doloris species, vt anteà diximus, ad colon magis pertineat: Atque accidit etiam auribus cum quadam pulsatione atque dentibus molaribus: quinetiam oculis. Sed infixus dolor neruis minimè euenire potest: etenim magna ex parte vtroque extenduntur & ad supernas & inferiores animantis partes. Quod verò deinceps ab Archigene dictum est, neruos angustia plenos habere dolores, 16 ineptè quidem dictum est. Nã nihil amplius declarat, quàm cùm dicit, & minimè fusos: vt verò enim minimè fusos idem est: quòd in latitudine porrectos dolores nerui non habent, sed magis quodammodo circumscriptos, vtpote perueniente ipsorum tensione & ad supernas & ad inferiores partes, magis verò sursum vsque ad caput. Ac eum primum ipsos vniuersi corporis, & conuulsiones, & distentiones comitantur, nulla nerui tensione huiusmodi accidentium aliquod inducere potente, antea quàm caput ipsum attingat. Post hac consequenter scripsit Archigenes de membranis, quod in latum discurrant ipsis dolores, cùm afficiantur, quod quidem verùm esse fatemur: quod verò aliquid 17 hemodia simile habeant, non est verum, vt antea dictum est. 18 Neque etiam in totum verum est quod membranarum dolores sint inæquales: si quidem contrarium magis veritati consonat: quippe ex propria earum ratione videntur æquales inducere dolores, eo quòd vniuersum ipsarum corpus æquale est. Nam quod, ob communicationem cum vicinis, inæqualitatem quandam afferunt, id interdum per accidens euenire solet. Cùm enim ad affectam ipsarum partem circumiacentes & ducuntur & tenduntur, dissimilem fieri dolorem necesse est. Vbi enim intenta particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cruciantur: vbi verò sensum habet hebetiorem, ibi minus dolent. Atque ex eo quoque quod, quæ tenditur membrana, os ipsum vel attingit, vel non attingit, non ab re dolorum differentia deprehenditur. Atque hac ratione nonnulli pleuriticorum iugulum dolent porrecta in hunc locum membrana costas succingente. Aliquando tamen non ad iugulum, sed ad præcordia dolor transit, percepto ipsius sensu in septo transuerso (vtpote quod necessario mouetur, cùm pleuritici respirãt) magis quàm in cæteris thoracis partibus: Cùm enim veluti radix doloris in latere consistit, tum laborantes musculi, qui alias sunt respirare pigritant. quare tum soli septo transuerso. natura respirationis officium committit: quemadmodum in bene valentibus, qui libera vtuntur respiratione, contingere solet. Igitur, cum in partibus laterum inferius oritur inflammatio, septum transuersum intentam, magis dolet: cùm vero in partibus supernis. tum iugulum potius dolor infestat. Cæterum septum transuersum, quia mouetur iugulum autem, quia durum est, dolorem efficit. Vbi vero ingens in hepate oritur inflammatio, aut vbi ipsum induratum est, dolor, qui tum iugulum in dextra parte infestat, cõcauæ venæ magis, quam membranarum tensionem sequitur. Cum autem dixit, hoc modo sæpenumero superficiem quoque dolere, quod est habere ea, quæ sunt propria membranarum affectarum planè declarat, vnde motus Archigenes dixerit ipsas dolores habere hemodiæ non dissimiles. Quia enim simul cum hemodiæ proprietate. stuporis etiam sensus percipitur, perinde ac si ab eadem causa vterque affectus fiat: membrana autem, quæ in superficie cuti substrata est, sæpenumero stupido dolore afficitur, vtpote quæ ab externis causis, & quidem frigidis, celerius noxam subit. Idcirco deceptus Archigenes dispositionis communitate, cæteras membranas hemodiæ simile quidpiam habere dixit, ac sæpenumero superficiem quoque, non secundum affectæ particulæ essentiam facto dolore, sed ob membranarum ipsarum essentiam; quæ exanguis est, & frigida: quapropter facile a frigidis affectibus infestantur. Quia verò affectum ipsum huiusmodi dolores comitantur, idcirco sæpenumerò dixit fieri huiusmodi dolores, non veluti per affectæ particulæ essentiam, sic enim inseparabiles essent, sed per accidens superuenientes. Substrata igitur cuti membrana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tensiuos, & torpidos. 19 membranæ verò, quæ in media sunt carne, veluti dilaniantes dolores excitant. sunt enim plurimæ & inæqualiter insitæ, atque eam circũdãtes. Quinque aliquãdo ex contrariis secundũ naturã tendi carnem contigerit, huiusmodi dolores euenire necesse est. Sæpe a multis exercitationibus aut tensiui, aut vlcerosi prouenuint dolores, qui totos musculos occupare consueuerunt, inter quorum partes, carnes quoque numerantur. Verùm de huiusmodi doloribus satis in Salubribus præceptis iam dictum est: 20 Sed quod membranarum, quæ ossibus adiacent, dolores & profundi sunt, (id est, in intimo corpore sensum excitantes) & ossium ipsorum, veluti dolentium inducunt imaginem, haudquaquam mirandum est. Nam iij à quam plurimis ostocopi, (id est, ossium labores) nominantur & magna ex parte ab exercitationibus euenire solent: quamuis interdum vel a frigore, vel plenitudine fieri possunt, Insuper 21 venas dixit graues & detrahentes, & 22 æquabiliter infixas inferre dolores. Verum ab initio, vbi hemicrania mentionem fecit, venas varicosas fieri ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. Atqui sive licet proprium arteriæ venæque dolorem, extensi secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam, speciem referre, nulla 23 vtique profunditate simul apparente. Æquabiliter autem infigi venarum dolorem admodum obscurum est: quippe, infigi ad nihil, quod ipsis accidere solet referre potest. Deinde de 24 carnibus dicit, quod & fusos, & laxiores inducant dolores. Atqui in totum nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vocitet, quoniam & vasorum & membranarum dolores magis intendi videantur. Id enim consitetur eos non adeo extentos conspici, ob hoc, quod carnea musculorum partes breuibus lineamentis contineantur. Sed id, quod deinceps scribit, videri tactum veluti asperitatibus quibusdam plenam, an propriè ad dolores, qui in carnibus consistunt, pertineat, inquirẽdam est. Nam, quod interdum aliquid huiusmodi per ipsarum dolores eueniat à veritate haudquaquam abhorret. At quia non semper euenit, ad vnam potius quandam dispositionem magna ex parte in ipsis factam, non ad earum substantiam, propriè referendam videtur: neque simpliciter intelligendum est eam dispositionem esse affectam inflammatoriam, sed quæ cũ humore sit exasperare suapte natura potẽte. Porrò deinceps de musculis 25 scribens Archigenes, eos carnis neruorumq; mixtam proprietatem referre dicit, tanquam peculiari ipsorũ essentia ex his consistente. Addit verò arterias, quoniã in ipsis inueniũtur. Atqui hoc pacto venas quoque dicere debuit, atque membranas. vocabulum autem 26 adstringentes, patrio sermone de his dicitur, qui cum bono corporis habitu pleni sunt, atque idcirco de iunioribus duntaxat dici consueuit: de 27 senibus verò, minimè, quod non possit ipsorum corpus, boni habitus plenitudinem suscipere. At verò inquam rem hoc vocabulum Archigenes referre velit, inuenire non est facilè,

maximè quia confundere, & corrumpere solet patriorum nominum significata. Quod si adstringêros, de iis dici intellexerit partibus, quæ à plenitudine intenduntur: non propriè ad musculos, sed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. Cùm verò eos 28 capaci cum latitudine extêdi dixit: puto ipsum hanc neruorum plenitudine voluisse sexûgere. Torpidè autem pulsare haudquaquam fuisse rectè dictum, iam antea declaratum est. 29| Reliquorum verò dolorum, vlcerosus, inquit graciliter acutus est. Est autem hæc quoque oratio obscura, nec per se quicquam docere potest, haud aliter, quàm cætera ipsius obscuræ orationes, quas ne enarrare quidem possibile est: nisi 30 quis rem ipsam per se intelligens, eam orationi adaptare conetur. Cùm itaque scimeru tum medicos, tum gymnastas, eos dolores vocare vlcerosos, per quos inter mouendum, vel taogendum lassatas partes, sensus veluti vlceratarum partium percipi solet: facile intelliges per dolorem graciliter acutum, huiusmodi quampiam speciem significari, qualis ab acuta acus punctura fieri consueuit. Ergo constat ipsum neque continuum esse, neque æqualiter per omnes partes porrectum. Hunc itaque dolciorem esse dicit, cùm dicere deberet, imbecilliorem, aut obtusiorem, aut non vehementem, aut minus molestum, aut id genus aliud quidpiam. Nihil enim, quod molestum est, propriè dulcius appellari potest. Id autem, quod dicit & pruriginem inducere potest. inarticulatè dictum est: quippe haud obscura est inter pruriginosam sensationem dispositionémque & vlcerosam differentia. Verùm, quia crebrò pruriginosa vlcerosam antecedit, atque soluta quiescentéque vlcerosa, in pruriginosam transmutatio fieri solet: inde est, quod de ipsis cōfusè, indefinitéque Archigenes scripsit: vt qui nec causas vtrarumque dispositionum exactè alicubi tractauerit. Verum nos eas in libris Salubrium præceptorū perfectè exarauimus. Igitur vlcerosus dolor non solum ad cutem, sed ad imas quoque partes: vt ossa, extenditur. Pruriginosus autem re vera ad solam superficiem pertinet, non tamen primariò, pro ratione ipsius propria, sed per accidens: eo quòd densior subiectis sibi partibus, cutis est. Horum ergo dolorum vterque, propriæ dispositionis est accidens: fiunt autem ab acres quosdam humores: atque tantum ipsi, quantum dispositiones ipsæ, inter sese differunt. Sed, vt dixi, satis de ipsis in libro Salubrium præceptorum definitum est. 31 Punctorius verò (inquit) dolor in profundo est: sed non rectè, nam ad membranas, non ad imas partes propriè pertinet. Infixus autem (vt inquit) cùm sinus accesserit. Hic sermo, 32 non omnino absurdus esse videtur, quippe sinus, concauitas quædam est, cùm partium antea coniunctarum altera distat ab altera. Cùm itaque fluxione impletur. ita vt adiacentes partes distendantur, tum tensiuum dolorem sentiunt laborantes, non quidem secundum longitudinem latius exporrectum, sed propriis limitibus conscriptum. At excreto quomodolibet è sinu humore, protinus dolor quiescit, nisi ambiētia sinū corpora adeò distendantur dilatenturq., vt inflāmatoria dispositione torqueatur. Hæc sunt, quæ propriè ad sinus pertinent. Quod verò ab Archigene dictum est, aliud ab his est: verum: quid intellexerit, cùm ita scriberet, haud facilè inueniri potest. At quod deinceps scriptum est, non minorem habet dubitationem. Nam 33 stimulans (inquit) dolor non in imo subsistit. Hic enim sermo cum eo, quē in initio præmisit, pugnare videtur. quo in hunc modum scripsit: stimulans autem, 34 partim eorum, quæ in loco sunt quidpiam affectum esse declarat, partim contra. Id enim fieri potest secundum profundum in parte ossibus maxima vicina, & in cute, atque omnino in medio huiusmodi doloro facto ab humore mordaci, sensibilium partium aliquam erodente. Deinde quod in fine eiusdem orationis] sic scriptum est 35 lacerans autem est, qui in senibus cōsistit, si lacerans quidē idem significat, quod diuellens mendacium est. Nam illi, qui in sinu est, in minimè contingere solet. Quod si non hoc, sed aliud quidpiam dicere voluerit, quomodo id poterit inueniri? Atque huiuscemodi sunt, quæ in præscripto sermone Archigenes posteris memoriæ prodidit.

DVAS ex Archigene series citat: priorem, in qua dolorum proprietates explicantur singularum partium quę per corpus distributę sunt; posteriorem, de viscerum doloribus. In quibus addit censuram suam, paulò quàm eruditio Archigenis in difficilibus explicandis requirit, acerbiorem.

1. *Asclepiadem*] paulo altius sumit orationis principium, ne lateat authoris sensus lectorem: videtur autem scripsisse Asclepiades in attritide ligamenta, quę antiquitas neruos appellabat. in se causam mali habere; non dolere tamen propter sensus inopiam; carnē verò articulis impositam ex ligamentis tumentibus compressam dolere, cùm in se proprium affectum non exceperit. *Cap. vlt.* Deligatio benefica dolenti.

2. *porrò*] hanc non iudicat Galenus quoniam curatoria est, quod modò non agitur. Est autem in opere vtilis & Galeno recepta libro De medicatrina 3. in cephalagiis, citra phlegmonem vtiliter adhibetur capiti vinculum, nam & ea cōpressio inhibet defluentis vim humoris, & dum vndique premit, facit ne concutiatur caput arteriarum pulsu, & concussum magis doleat. dolore enim magis affectas partes, vbi mouentur, apertum est. tantum inflammatio vrgens quia mollissimè tractari debet, deligationem non exposcit. ipsam verò deligandi rationem diligētissimus Archigenes edocet, vinculi barbarici nomine; quod quale fuerit, incertum est. Illud certum, nō ineptè redimiri ad eum vsum caput linteaminibus vulgaribus, quę & ad occiput & ad sinciput duplici modo arctantur. Sphaceli nomen. *2. fract. 20.* *4. acut. 35.* *7. Apho. 51.*

3. *sphacelodes*] Author est Galenus sphaceli nomen reliquis medicis quamuis membri corruptionem significare, Hippocrati solam osseam; & tamen idem ipse quandoque memorat ab Hippocrate eo nomine etiam carneam intelligi. Sed in carne quidem gangrena initium mali est, vbi color cioortuus & exigua sensatio interitum partis minantur, plena extinctio & iam serpens phagedena: in osse sphacelus est, siue incipiat vitiari, siue integrum os vitiatū sit. Quod verò attinet ad pręsentem locum, cùm antecedens dictio cephalalgias, quę phlegmoni iunctę non sunt, vincula curare docuerit: hic phlegmoni iunctas insigni vocat sphacelodes, & secto vase sanat.

4. *quæ primo*] lege, quę pręcedens pulsatorium micantémque dolorem inducit, atque rotunda euadit, manifestè subhorrescens, quemadmodum venę veluti varicosę fiunt.

5 *quapropter non*] lege, Nec plurimum exteosi.

6 *punctorius*] lege, stimulans.

7 *stimulans*] lege, perpungens.

8 *turgidus*] Dolor arteriarum capitis repente extenditur tanta vehementia, vt exclamare coneotur ęgri, & caput manibus pręmant, credantque

dántq; sibi malleo pertusum fuisse, vnde obtinet nomen fulminei vel malleantis, quem Archigenes vocar micantem; paulum enim ab inustione cessar, estque frquens comicialibus & vertiginosis quibusdam. Quoniam autem respondet doloris vehementiæ caloris contractio, manifestè subhorrét. apertum verò ex serie est de capitis vasis agere, siquidem paulo post de reliquis vasis disserit. Memorat verò hemicranias, non quasi solæ eos dolores afferant, sed quòd frequenter afferát,

9 *igitur*] varicum sensus est, turgentium venarum plenatúmque: is euenit nó in quauis venarũ affectione, sed in plenitudine potissimum inflammante.

10. *nerui*] Mirum quàm insolenter arguat mendacij Archigenem, quòd per neruorum dolores indurari & intorqueri eos dixerit, nam & res est explorata in rigentibus conuulsis, demum quocunque modo neruos dolentibus experimento pariter & ratione: dolentia enim contrahuntur, & cùm sint natura dura & oblonga intorquentur: si verò resoluti laxantur, qui ad Archigenem solas describentem dolorum differentias?

11. *Sed interrogabis*] quoniam tensionem commune symptoma inflammatarum partiũ esse dixit, non neruorum proprium, interrogat quod potissimum in hoc opere inquiritur, inflammati nerui quod sit proprium non commune aliis indicium? quod inflammatæ membranæ & reliquorum? ita enim tantum dabitur locum certũ agnoscere singularum affectionum, si vna affectio pro loci varietate subeat signorum diuersitatem. Respondet, fieri ferè non posse, vt vnum signum ambo illa ignota aperta faciat, nempe affectionem & locum: sed locum quidem ex læsa actione, quæ parti secundum naturam inest, affectus speciem ex læsionis varietate & quibusdam aliis indiciis, quæ partim suprà tradita, partim infrà latiùs tradenda sunt. In quibus oportuerat exercere ingen- *Lib.1.5. Cap.vlt.* tium Archigenem magis, quàm in excogitandis verborum nouitatibus.

12. *quod enim*] cùm ad contractionem dolentis nerui densatio sequatur & ad densitatem prohibita facultatis delatio, meritò stupor accedit: id est, sentiendi diminutio & imbecillitas. Quid autem mali est, si dum medico apertum facimus nerui, qualis sit. dolorem explicamus stuporem iunctum, non quidem doloris differentiam, sed iunctum quoddam symptoma dolenti neruo perpetuò, aliis partibus dolentibus raró. Varij enim generis signa, si in vnam quandam significationem cõeuut, iuncta, non diuisa separatáque; merito iungi doctrinæ ordine, Galenus sæpe in Prorhetico author est.

13. *quanquam*] Accusat, quod addiderit, durè. nam dolentes nerui ad chordæ similitudinem vtrinque tenduntur, non tamen ideo in substantia exiccantur, in qua durities consistere videtur. Sed vt omittatur quod durum sæpe cum reniten te confundimus, vt possit vocari durum id quod quia tensum renititur quamuis nihil siccatum, sæpe dolenti neruo & tenso iungitur intorsio & durities. Signa verò sunt vel perpetuorum: vel *5.Simp 4.* eorum quæ frequenter iunguntur.

14. *Hippocrates*] 6.Aph.39.

15. *infixos*] conferens ad venas & arterias per quas humor liberè fluens dolorem mutat, infixos esse ait in neruis dolores, quanto meatus habent angustiores.

16. *inepte*] ad carnium differentiam addidit minimè fusos, quod fusissimus Galenus iniustè in alios accusat.

17. *hemodia*] coniectat Galenus delusum Archigenem, quoniam externa membrana sæpenumero à continente refrigerata dolet, iuncto stupore dolori, opinatum esse omnibus mẽbranis conuenire, vt dolor stupidus sit, quod vocat hæmodiæ simile. Sed quam non ita senserit Archigenes, illa verba monstrant, quæ sequuntur, (habet membranarum dolor quiddam hemodiæ simile, nempe transmissionis asperitatem) quæ similitudinẽ hemodiæ non iniuncto stupore, sed in difficultate traditatéque communicati doloris subesse significát. Ergo vasa propter liberum noxiæ causæ commeatum horrorem non incutiunt, nec rigorem, quod continuæ febres obseruant; membranę verò cùm propter innatam densitatem promptè non traducunt noxam; fit, vt ex mora doloris contractiones corpori & horrores inferant, tales & propter acerborum gustum dentibus, & propter mordentis humoris decubitum membranis accidunt, vnde intermittentium febrium rigor, & similitudo dolentis membranæ ad dentium hemodiam ducta est. Potissimum inquit eum horrorem, in quo similitudo est hemodiæ, extimæ mẽbranæ euenire; siue enim perfundatur calida aqua aut perfrigida, siue videatur terrens quicquã & noxium, inhorrescit vniuersa cum substrata membrana cutis.

Membranarum dolor.

18. *Neque etiam*] Inæqualitatis doloris membranaceis, per quam alia membranę pars magis, alia minùs doleat, diligenter Galenus recenset causas tres. Primam, varietatem in sensus acrimonia. Secundam, quòd alia pars hęreat duro nec cedenti membro, vt ossi alia laxo, vt carni. Tertiam, quòd ex membris quibus alligatur, quędam quiescunt, alia mouentur: quę verò mouentur in dolore anguntur magis. Primi generis exemplum est in pulmonia, dolente pectore non pulmone, Secundi, in pleuritide ascendente iuguli dolore. Tertij, in descendente pręcordiorum.

19. *membrana*] frequens est horum dolorum in gallico morbo euentus: cùm enim quadam morbi illius proprietate humor ad membranas confluat: membranę verò sibi mutuo incumbentes & accumbentes per interualla quędam quibusdam ceu punctis cohęreant & agglutinentur, fit vt dum dolentes tenduntur in varias partes carnes distrahant musculorum, qui à singulis membranis singuli continentur arctanturque: Aiunt autem sic affecti à carnibus se exedi quòd verò carnes quandoque doleant vlceroso aut tensiuo dolore, libro Salubrium quarto ostensum est; verum hic peculiariter membranarum dolor; non contentę carnis explicatur.

20. *Sed quod*] libro Salubrium tertio ostensum est, quę causa externa ostacopon inducat, spontanea verò est frigiditas, aut crassities humoris, qualis quartana laborantibus inest: nam vt tenuis calidúsque humor ad cutem vsque progreditur: ita crassus intus manens & ossium membranis incubans, dolentium ossium imaginem præbet.

21. *venis*] Graues dixit venarum dolores; quo-

niam corpus plenæ grauant; ita enim per synochos laborantes referunt, graues se esse, toto corpore potissimum dorso & ceu arenoso pondere contusos. vbi verò hepar aut pleura inflammata sunt, vas magnū ingulo insertum propter inflammati loci pondus deorsum ingulum trahere sentitur: quod Archigenes significare videtur: dicēs, esse venarum dolores deorsum trahentes. Æqualitas vero infractus venas à carnibus subiectis separat. nam vt carnes propter impedientem densitatē asperitatis arenosæ imaginē inducunt; ita vasa propter liberum noxiæ causæ defluxum, plenitudinem quandam æqualem sibique similem sensui referunt.

22. *æqualiter infixos*] lege, infarctos.

23. *nulla vtique profunditate*] lege, grauitate: *βάρος* non *βάθος*.

24. *carnibus*] carnis dolores fusos esse inquit hoc est, in triuam expansos dimensionem, non in solam cum neruis & vasis longitudinem, non in latitudinem, amplitudinémque cum membranis, sed & in crassum etiā profundúmque. Et cùm peculiare sit oblectationis laxare corporis ad obtinendum, quod familiare est, constitutionem, doloris in figam coottrahere, caro non laxat, emollitque; qui enim id faciat dolens? Sed quia nō inducit horrorem, neruorum & membranarum similitudine, laxiores eos reliquis doloribus facit. & quoniam nec omniuo expedite meat, vt per vasa humor, nec admodum difficulter totus vt in membranis hæret, sed per carnium meatus diffluit, in mediis partibus cohibitus repressúsque sparsæ inæqualitatis phātasia inducitur, asperitatisque pungentis; quā in oculis multi, & in carnibus non pauci fuso mordaci humore percipere se fatentur.

25. *musculi*] Accusat Galenus, quod in musculi compositionē admiserit arterias, non venas nec membranas, quarum similiter oportuit meminisse, sed non inquerebatur musculi cōpositio, sed quę partes ingrederentur plurimum variātes doloris speciem: Sunt autem dictæ, caro, neruus, arteria.

26. *stringentes*] lege, florentes.

27. *sensibus*] lege, sensibus. Significat Archigenes, musculorum dolores, quales in suppuratis apparent inflammationibus, esse validos & vehementes; siquidem iunguntur multæ pulsationes, & tota musculi caro membrana comprehensa affectionis particeps est. Danda erat autem Archigeni venia in verbo, florentes: partem quia adiicit temperamentum, vt ita dicam: partim quia nō malè quadrat allusio, vt quem locum inter ætates habet vigens, eum inter dolores musculosus.

28. *capaci*] lege, cum latitudine distensi & torpide pulsantes, nam carnis fusio ex nerui mixtione distensionem: arterię pulsatio ex eiusdem commercio stuporem induit. cur verò iungatur dolendi neruo stupor, paulo antè ostensum est.

29. *Reliquorum*] hactenus multis corporis partibus suos dolores dicauit: nunc species dolorum indictę quas partes significent, declarat, ab vlceroso orsus. fugit autem similes quasdam differentias, quę ad cutem & qui proximas partes attinēt. Ergo vlcerosum dolorem appellant eum, in quo queritur is, qui laborat, corpus sibi multis pertusum esse velnti foraminibus, nec tactū ferre posse: ita enim dispositus est, ac si vlceribus scateret; vnde & nomen obtinuit: lungit eum qui in vlcere leniter acutus est; ingruit enim per quędam temporum interualla velnti punctim lacessens, & paulo post ab inuasione cessans, quia is etiam ad superficiem spectat. tertius est pruriginosus, quem vocat dulciorem, & pruritum antecedentem, quoniam est etiam voluptatis speciei dolori iūcta, quod Plato in Phylebo dixit, de quo in lib. De causis symptomatum disputatum est; vt in cachinno, titillatione, scalpellatione. quare nō absurdè hoc genus doloris dulcius, id est, volupta admixtum nuncupauit. quę omnia vel perpetua sunt vel certè frequentia, si concedimus Galeno vlcerosum nonnunquam profundas etiam partes tangere.

30. *nisi quis*] Sententia Galeno familiaris, & tali viro digna. valdè obscurę authorum sententię nihil legenti commodant: sed potius, qui legit scripturę commodum affert, dum enim nihil noui addiscit, sed ex his quę cognita perspectàque habuerat, vestigat quid potissimū obscurę dictioni quadret, frustra tempus consumit, ipse nihil lectione adiutus, sed ab illo id, quod obscurè scriptum est, veri alicuius expositionem comparans magnopere adiuuatur.

31. *punctorius*] satius, stimulans. videtúrque significare eum quē diximus terebrę vel pali stimulantis similitudinem gerere; is enim profundas corporis partes infestari significat: nam punctorius membranarum est, siue extra, siue intus sitę sint, Addit hoc genus doloris, si sinum, hoc est, cauitatem quamuis occupauerit, pręter affixi pali imaginem etiam adhęrere, quoniam à cauitate dolorifica causa non excedit.

32. *non omnino*] lege, omuino.

33. *stimulans*] satius perpungens. Solent enim ęgri puoctiooes percipere, vbi vel ęxtimę partes vel certè non profundę laborant.

34. *partim eorum*] lege, Partim, aliquid pati significat eorum, quę in loco aperta sunt, partim secus, neque tamen in profundo essentiam suam habet.

35. *lacerans*] si mordax materia intra cauitatem ita coutinetur, vt exire nequeat, quęruntur ęgri se à canibus laniari, dum uulla ex parte vel labitur vel dissipatur infestans, quale intestinorum & tenum cruciatibus contingit, quas cauitates author nomine *κόλπους*, videtur expressisse.

IGITVR transeamus ad alium. qui & ipse ex dolorum differentia affectas partes cognoscere docet. Est ipsius dictio huiusmodi: hepatis verò dolor i holcimos, (id est, tractorius) & inhærent & stupidus est, atque atrociùs molestans. Splenis autem acutus non est, sed grauitatem simul & extensionem habet: atque similis videtur ei, qui ad elisionem quidem atque expreßionem, sed extrinsecus incumbentem renititur. Renes & austeros dolores inducunt, & cum permanente adstrictione pungentes. vesica vehementer stringentibus vtitur doloribus, atque tensionibus punctorijs. vterus autem acutis, turgidis, pungentibus, distendentibus, terminatius incidentibus: quippe qui huiusmodi mixtione dolore natus est: quāobrē idiomatis quoque ambiguitatē inducit. In hoc sermonē iterū Archige nes protinus ab initio hepatis, dolorem holcimon, (id est tractorium) esse dicit, Verùm hoc vocabulum, holcimos, apud Græcos in vsu

non est: proinde quid significet, haud facilè inuenire est. Nam vocabulorum significationes ex longo vsu deprehenduntur. Atqui video eos, qui illo vtuntur: viscidum per ipsum velle significare, quale viscum esse videtur, vt cuius vna parte tracta, potest per ipsam reliqua illi continua simul attrahi. Sic pasta quoque ex frumento bolcima dicunt, maximè si accuratissimè subacta fuerit: sed ex hordeo aut milio pasta, bolcima non dicetur. Atqui sub hac significatione, hepatis dolor haudquaquam bolcimos euadet: proinde aliam significationem quærere oportet: Itaque vnus ex his, qui Archigenis sectam reliquis præponere conantur, bolcimon hepatis dolorem dici asserit, cùm hepar vel induratum, vel inflammatum, detrahere iugulum videtur: alius, cùm diuturno morbo laborat; alius, cùm mediocri dolore afficitur. Sunt, qui tardum ipsum significare velint, vtpote qui acuto aduersetur: atque vrgentem & adeò vehementem, vt nullam admittat requiem, hunc acutum eum vocare solitum: contrarium vero nempe tardum, bolcimon dixisse autumant. Nonnulli eum dolorem, bolcimon vel grauem dicunt, qui grauitatis speciem refert: vsu enim receptum putant, vt de grauitate bolce, id est, tractus, dicatur. Multa insuper alia variè explicant admirandi illi quidem enarratores, sed quæ intelligantur à nomine. Constat igitur hoc vocabulum, bolcimos, quod in proposita orationis initio inuenitur, nihil nos posse docere. At verò deinceps consideremus, quid vtique sit, dolor inhærens: nam hunc quoque hepatis proprium esse dixit. Mihi quidem facile persuasum est penetranti dolori, inhærentem per contrarietatem opponi, ipsum dicere voluisse. Quid enim aliud conycere quis posset? 2 Etenim hepatis dolor, si quispiam alius, vicina corpora ad consensum inducit. Nam & ad iugulum vsque porrigitur, & spirandi difficultatem creberrimè affert: ac interdum quoque tussim ac dysenteriam, neque rarò nothas costas infestat. Igitur quoniam pacto vero dicetur eodem in loco permanere? At fortasse satius fuerit putare quod inhærentem dolorem dixerit, veluti infixum. Atqui hepatis dolor, vt nuper ostendimus, haudquaquam huiusmodi est. Similiter antea iam declaratum est ne torpidum quidem dolorem particulæ cuiusquam proprium esse: nisi ad dispositionem potius referendus est: quod si etiam partis cuiusdam sit proprius, at sanè nequaquam iecinoris, sed certè neruosorum potius corporum. Porrò atrociter 3 molestans, cum torpido pugnat, vtpotè qui violentus est, atque continuus. Sed nec huiusmodi quidem hepatis dolor est, sed potius grauis. At ne grauis quidem exactè proprius hepatis est, sed splenis quoque, ac renibus inflammatis communis. At Archigenes (haud scio, quo pacto) in iecore duntaxat illius speciei dolorum mentionem fecit: nec audiuit 4 Hippocratem dicentem: & in renem dolor grauis. Verum hoc peccatum exiguum fortè censebitur. At longè maximum est illud, quod committere solet, nomina scribens cæteris sensibus peculiaria: quemadmodum nunc de renibus quidem austeros scribit dolores: de vesica vero adstringentes: hæc enim saporum sunt nomina, qui lingua vt instrumento, & gustandi sensu dignoscuntur. Igitur res quædam declaratur generatim quidem per hoc vocabulum 5 stringens, sed magis particulatim per austerum & acerbum: quippe ambo adstringunt, sed magis acerbum, qualis est omphacia vocata galla. Porrò austera sunt multa, vt mali punici genero, atque cotonea mala, ac reliqua complura esui apta. Sane acerba haudquaquam sunt iucunda, non solum ea, quæ medicamentorum speciem referunt, veluti hypocysthis, & balaustium, & galla, & rhus, sed etiam illa, quæ cum sint huiusmodi, recipiuntur tamen in cibos. Quapropter non excogitari quidem potest, quid vel austerum, vel acerbum dolorem dicere voluerit Archigenes, non magis, quàm aut cæruleum, aut rubrum, aut fuscum, aut alium aliquem à coloribus nominatum. Nunc autem, quid dixerit doctor quidam ex Archigenis familia, tempus est considerare. Nam dolorum proprietates Archigenem 6 arrogantia motum interpretari voluisse censet: At, quia re vera ineffabiles sunt, eum in huiusmodi nomina absurda incidisse, non 7 intelligens vnamquanque qualitatem, siue gustabilem, siue tangibilem effari posse: vbi verò multæ qualitates circa vnam essentiam apparent, vbi & proprietatem fieri contingit: idque maxime in gustu videre est: cùm, verbigratia, & amaritudinem, & dulcorem, & austeritatem, & acrimoniam in vna essentia apparere contigerit: sic enim in gustu proprietas quædam oritur, ineffabilis illa quidem, si vnico nomine ipsam explicare tentaueris, sed quæ dici tamen potest, si per singulas qualitates discurras, eo addito, quòd & magis & minus declarare haud impossibile est. Ita & herbas vniuersas, & reliquam quoque materiam enarrauerunt medicorum non pauci singulas qualitates, quæ enunciatis rebus insunt, explicantes. Ergo Archigenes, si vniuersam essentiæ proprietatem vnico nomine comprehēdere voluerit, indoctus omninò fuisset; id quod de Archigene nequaquam sentiendum est: si autem simplices qualitates, ipsæ quidem ineffabiles non sunt, earum verò quantitas, exacta quidem mensura, ineffabilis est: quanquam sub latitudine quadam explicari potest. Igitur longiori sermone vti non oportet, cum ea species ob oculos omnibus sit posita, qua vti debent, qui quamlibet rerum sensibilium interpretari aggrediunt: quippe omnium tangibilium qualitatum propria habemus nomina, haud secus, quam gustabilium, visibilium & audibilium. Atque omnibus ijs patrio more vti debemus: & neque stringentem, neque austerum nominare dolorem, vtpote quæ saporum propria appellationes sunt. Plurimi enim medici ab Archigene stantes, cùm dolorum differentias conscriberent, haudquaquam ausi sunt à consuetudine in nominum vsu recedere, quæ ab ipsis laborantibus audire licet, qui perinde se dolere interdum aiunt, quasi acu pungantur, ac rursus perinde, ac si terebro perforentur. Quin etiam videri sibi aiunt contundi sese, & diuelli, & tendi, & retrahi, & detrahi, & 8 grauitatis cuiusdam sensum percipere, quæ interdum subiectarum partium aliqua suspendi videtur, interdum verò circundantibus incumbere. Igitur huiusmodi omnia consueta sunt. adstringentes verò & austeri & acerbi dolores in insolitorum ac inutilium numero habentur. Hæc intelligere debuit Archigenes, cùm docere nos vellet, quomodo loci affecti possint cognosci. Nam 9 omnis, qui de doloribus habetur sermo, vanus nugarúmque plenus esse censetur, nisi ex his, quæ laborantes ipsi dicunt, eos cognouerimus. Ergo si ab ipsis, quomodò dolent discere oportet, nunquam verò dicant acerbum, aut austerum, aut atrocem, aut bolcimon dolorem, rursus inutilis erit huiusmodi doctrina. Præterea ex eo loco, quo dicunt Archigenem interpretari velle dolorum proprietates, hæc docendi ratio tum impossibilis, tum inutilis esse planè videtur. Primum enim vel ipsis auctoribus non omnis ipsorum proprietas enunciari potest: quod cùm ita sit, omnino fieri non potest, vt ad doctrinam aliquid conferas, vtpote quam ij duntaxat, qui sensibiliter ipsam percipiunt, noscere possunt. Deinde ea nobis ignota sit, necesse est, quæ nō laborauerimus, nisi fortasse Archigenes omnes sui corporis partes habuerit affectas. quod licet concesserimus, fieri tamen non potest, vt credamus

flauum, aut rufum, ac ſpumoſum quoque, & nigrum & liuidum appareat. Inſuper 6 grauitatis cuiuſdam thoraci incumbentis ſenſum ſæpenumerò percipiunt: ac dolorem ex imo ad ipſum peruenire:& ad os pectorale & ad ſpinam. Præterea acuta eſt ipſis febris. 7. pulſum verò habent, qualem in libris De pulſibus diximus. Sic, vbi membrana coſtas ſuccingens inflammata eſt, acuta febris infeſtat, accedēte ea pulſ.m. quā in commentarijs de pulſibus diximus, proprietate. Eſt autē dolor punctorius vnacū ſpiritus difficultate: Ac magna ex parte ſputū colore infectum apparet, haud ſecus quàm in peripneumonia. 8 Igitur vtroſque affectus ſpirandi difficultas neceſſario comitatur, eo quòd affecta particula ſpiritus ſit inſtrumentum. Oritur autem febris & propter affectum ipſum, & propter ſitum. Nam & pulmo, & ſuccingens coſtas membranas prope cor conſtituuntur. Inflammatio verò calidus affectus eſt. Sic etiam tuſſis ipſis, vt ſpiritalibus, conuenit. Sed, quod aliquid expuatur, id ab 9 affectu ipſo procedit. Quippè iam oſtendimus omnem inflammationem ex affluente fieri 10 ſanguine, quapropter, ſi biliosus fuerit ſanguis, flauum aut pallidum erit ſputum: ſi pituitoſus & ſpumans & candidum: ſi melancholicus, aut nigrum, aut liuidum: ſi nihil horum ſanguinem infecerit, rubrum: quin etiam in pleuritide ſæpenumerò magis biliosum: in peripneumonia verò magis pituitoſum ſputum ſequi conſueuit, ſed de hoc ſatis iam declaratum eſt. Quod autem inflammatarum partium excrementa per aſperam arteriam reſcreantur, eius rei cauſa, tum ad ſitum, tum ad conformationem referenda eſt, quippè, quæ per ſolam hanc viam effluere poſſunt. At verò ventriculus duos habet meatus, vnum, 11 per quem natantes in ipſo humores euomuntur: alterum, per quem humores ad inferiora delabuntur. Verùm, id quod in eo vitioſum inuenitur, ſupernatat magis: ac vomitione reijci conſueuit: reliqua per inteſtina deijciuntur: veluti renum, veſicæque excrementa meiendo excernuntur, cerebri verò redundantia per 12 nares præcipuè, nonnunquam verò per palatum, & aures vacuatur. Igitur ſedes affecta dignoſcūtur & ab 13 accidentibus, & ab actione læſa, & excrementorum qualitate, & à tumoribus præter naturam. & doloribus. & à coloris vitio, quod ſequitur vel in vniuerſo corpore, vel in vna quapiam parte, vel duabus, idque 14 maximè in oculis, & lingua. Extra horum numerum ſunt indicia, quæ colliguntur ſecundum eam, quæ propriè 15 ſympatheia, ſi ita velis, appellatur, veluti in priore libro iam diximus.

EXCVSSIS iam Archigenis & reliquorum peccatis, ad calcem vniuerſalis tractationis reducit in compendium doctrinæ vſum: primùm quidem methodum tradens indagandi propoſiti: Deinde §. At nunc tempus] exercet in ea lectorem. Tertio §. Nunc verò quod plurimum curationem mutat] inquirit ex agnitis iam affectis ſedibus, quæ propria affectione, & quæ aliunde cōmunicata laborat.

1. *Et cætera*] Siquidem ſapientis ſignum eſt poſſe docere.

2. *in primis*] lege, in primis enim quærere oportet, num fieri poſſit, vt inueniantur cuiuſque loci patientis indicia, qualiſcunque fuerit affectio, an per ſingulas mutentur ſigna paſſiones: deinde, num cuiuſque affectus propria quædam ſint, an per affectas varientur ſedes: oportetque deinceps vtriuſque memores & locorum & affectuum ſigna in medium afferre.]

3. *veluti*] cùm propoſuiſſet duo problemata inquirenda, ducit in medium inflammationis ſigna varias partes obſidentis, pulmonem, pleurā, hepar, vt ita ſolutionem veneretur illorum.

4. *anguſtia*] tanto enim maior eſt pulmoniæ, quàm pleuritidis in thorace anguſtia, quanto pulmo inflammatus magis anguſtat bronchia aëris conceptacula, quàm pleura.

5. *expuunt*] pulmonici ſemper propter loci paſſi laxitatem remittentis contēnta, pleuretici non ſemper, quandoq; enim ob crudi humoris malitiam expulſioni non patet, quandoq; ob locum externi muſculi affecti humor introrſum non permeat.

6. *grauitatis*] membranæ interſepientes ſentiunt, hæ à tumente pulmone licet non ſentiente depreſſæ grauantem dolorem perpetiuntur, potiſſimùm extremis partibus quibus pectori & ſpinæ alligantur. 3. Cap. 4.

7. *pulſum*] peculiarem pulſus differentiam ideò non explicat, quia in exemplo tantùm iungit indicia omnia, conſideraturus num alia loco, alia affectui propria ſint, an ſimul vtrunque indicantia.

8. *igitur*] diſcutit quo ordine relata ſunt ſigna omnia. Inuenit autem nōnulla loci propria, vt tuſſim, diſpneam, quædam affectus tantùm, vt coloratum excretum, inflammationum exitum habentium proprium: multa vtriuſque, vt febris, ea ſequitur inflāmationem principalium membrorum, externa enim dum ſupputant, interna etiam ab initio febrem iunctam habent, dixit Auerrons. 4. Col. 40.

9. *affectu*] vnde intelligitur infectum ſputum non ſoli atteſtari affectui, ſed nonnihil etiam loco: affectui quidem, quia omnis inflammatio, niſi cutis denſitate impediatur, quiddam contenti remittit humoris: loco verò, duplici nomine, & quia quod expuendo cum tuſſi educitur, ſpiritalem venirem affectum eſſe indicat, (nam ex naturali veniunt nonnulla ſurſum, ſed vomendo, nō tuſſiendo, plurima deorſum trecuntur) & quia ſi ſpumoſum eſt, pulmones, ſi flauum, pleuram magis indicat: nam ſicut pulmonis laxitas tenuitati bilioſæ cedens bilioſam fluxionem nō acceruat, ita pleuræ durities craſſitiem lentoremq; pituitæ non admittens, pituitoſum tumorem non recipit. Cur verò ſeptum parte interna pertuſum non ſit, ſed integrum, alibi oſtenſum eſt.

10. *ſanguine*] cùm pleuritis, pulmonia, phrenitis, per inflammationem definiantur, quo ſignificato intelligatur in illis inflammatio, ex tribus ſpectandum eſt: nam ex benigno & naturali ſanguine propria eſt exquiſitaque inflammatio: latiùs verò etiā eryſipelata cōplectitur. 2. ad Glauc. libro, latiſſime ex omni fit humore, quomodò lib. Criſium 2. à Galeno refertur. Nam priſcorum illud ſignificatum pro feruore, & ſine humore inflamine obſoletum eſt. Ergo conſtat non eſſe in anguſto illo priore ſignificato recipiēdam in iis finitionibus vocem, ſiquidem ex phreniticis quidam rident, flent, cogitabundi ſunt pro humoris inflammantis varietate, & in pleuriticis ſputum ſubinde variè infectum ſpectatur. Nec verò illud alterum 2. loco relatum recipi poteſt. Nam poſt tractationem, phreneticorum ſeparatum eſt Paulo & Auicennæ de eryſipelate cerebri caput & pleura,

Cap. 1. Cap. 12. Inflammationis argumenta.

De const art. 18. pleura, dicente Galeno, nonnunquam eryſipellas patitur, quandoque pleuritim, vſque adeò Galenus pleuritidis inflāmationem ab eryſipelate ſeiungit. Reliquum eſt poſtremum in quo venire *2. Criſ. 10.* poſſit. Non quiuis humor in corpore excedens committit pleuritim aut phrenitim non ſolus ſanguis: & ſputum pars contenti humoris, ſi *pho. 13. criſi. 12.* flauum eſt, indicat bilem inflāmantem moram eſſe, nulli humori permixtam, vt dicebat Galenus. Ita nonnunquam eſt candidum & ſpumoſum, ſi pituita inflammationem committit; quod nunquam eueniret permixto vel modico cum pituita ſanguine. Dicas, in eum modum inflammationem omnem tumorem continere & cum eo *De const art. 18.* conuerti. Iterum Galenum citabis qui eryſipelata, œdemata, ſcirrhoſque pleuræ pleuritidis nomine non dignatur, ſicut nec Paulus eryſipelata cerebri ad phrenitides relegat, & quomodo hic ex ſanguine fieri perpetuò ait phlegmonem, ſi ex omni naſcitur humore? Soluuntur autem hæc, quoniam inflammatio non ex quouis ſimpliciter humore conſtituitur, ſed ex putrente calefactoque: id calidis natura humoribus frequentiùs, frigidis etiam non rarò accidit. demum inflammationis appellatio ſignificat tumorem omnem putrentis humoris, quomodo putrida febris ipſam ex putredine febrem ex quocunque oriatur humore. Cùm ergo contentus humor nondum concepta putredine extraneum calorem corpori non impertit, eryſipelas eſt, aut œdema, aut ſcirrhus; non pleuritis, aut phrenitis. poſteaquam cóceperit, & eſt & dicitur inflammatio, aut ſimpli*Aui 3. 4. 2.* citer aut adiectione eryſipelatodes vel œdematodes &c. Ita verum eſt quod hoc in loco Galenus ſumit phlegmonem calidam affectionem eſſe: nam & natura ſæpe calida eſt, vbi ex calida materia conſtat, ſemper verò accidentario putridoque calore. Ex ſanguine autem, nempè ſanguinea & promiſcua vaſorum materia, oritur inflāmatio omnis.

11. vnum per quem] lege, magis autem in ipſo innatant & euomuntur vitioſa, quædam per *7. Ther. vlt.* inteſtina expurgantur] ita enim ſcripſit in methodo. ſola ventriculo innatantia vtiliter vomitione reiiciuntur, reliqua magis infernè.

12. nares] 8. de vſu oſtendit ſolam palati ex infundibulo expurgationem ſano cerebro ſufficere, accedere autem etiam ceu auctuarium eam *Cap. 8. in fine.* quę naribus peragitur, ſiquidem narium constructio & neruorum eò pertingentium odoratui facit & reſpirationi. infundibulum verò & rimæ ad palatom pertingentes, & deorſum grauia excrementa promptiùs deducunt, & nullum habét præter haoc expurgationem in corpore vſum. Vbi tamé ægrotat præ humoris copia cerebrum, & arte paramus peculiarem capitis inanitionem, tanto potentiùs faciunt quàm gargariſmata errhina, quanto errhini non vis tantum, ſed moles ad ventriculos accedens plus exhaurit, quàm medicamenti qualitas ex gargarizatione conſcendens.

Cap. 5. *13. accidentibus*] Nonnihil diſcriminis eſt inter hæc ſigna & relata libro priore, quod tamen componi facilè poſſit: nam actio læſa, excreta doloris proprietas, ſymptomata vtrobique referuntur: ſed illic ſitus numeratus, hic omiſſus eſt: addita verò ſunt color præter naturam & affectiones per conſenſum ſuccedentes cum tumoribus, ſed tumor ſitu cōtinetur, calor verò & per conſenſum frequentia ſymptomatis voce contineri poſſunt, ſicut & ad faciliorem interpretationem ſeparatim à ſymptomatis in hac parte recenſentur.

14. maximè] oculi vt valent, ita & totum corpus: nec ſecus lingua ſuccum abundantem commonſtrat apud Hippocratem: cutis enim color *Sect. 4. 27. Sect. 5. 14 16. 4. de ſan. 7.* ſucci naturam indicat, niſi in profundo occubuerit, dicebat Galenus, potiſſimum vbi pars nudata eſt, quales oculi ſunt, aut cute tegitur tenui, vt lingua, quoniam intra os condita eſt. Accedit & illa ratio cur manifeſtiora indicia dicta membra præbeant, oculus & mundiſſimus eſt, & tam mollis, vt vitri inſtar contentum colorem latere non permittat, lingua flaccida & laxa cum vaſorum amplitudine, vt non ſine cauſa crebro à medicis ſpectetur.

15. Sympathiam] vt quod in pleuritide detrahatur iugulum, vel condoleat præcordium: nam & talia indicant etiam affectam ſedem; quoniam autem affectus per conſenſum multi malebant appellare ſecundarios, Galenus auerſans nominum diſſenſiones, petit à contendente, vtro modo malit nuncupare.

AT 1 nunc tempus eſſe videtur, vt amicos, quorum petitioni obtemperans, hos commentarios ſcribere aggreſſus ſum, ad exercitationem inducam. ſit autem exercitatio omnis, cùm particularia ſub 2 eandem viam & rationem ducuntur. Huiuſmodi autem doctrina ſpecie: vt perſæpe oſtendimus, non aliud inuenitur vtiliùs: quippè via & rationei', vbi ſola ſine multifaria ſecundum ipſas exercitatione cognoſcuntur: haud quaquam poſſunt perfectos efficere diſcipulos. 3 Altius igitur viam & rationem dicere aggreſſi ad exercitationis modum accedamus. In primis quidem intueri oportet, num actio aliqua ſit læſa, quippe cùm ipſa proprium actionis inſtrumentum affici 4 neceſſe eſt. Deinde, vbi actionem læſam eſſe perſpexeris, ad modum 5 læſionis accedendo conſidera, ad quam affectionem pertineat propriè: poſteà affectam particulam nota, num tumore quopiam aut dolore infeſtetur, & quidem accuratè cuiuſlibet horum ſpeciem inueſtigando. 6 Sic enim non ſolum tumorum, verumetiam dolorum quoque varios modos addiſces. Aſpice ſubinde affectæ partis excrementa, per quem meatum vacuentur: ac vide, num aliquid eſſentia ab affecta parte ſecernatur. Poſteà etiam, vtrum omnino incocta ſint ipſius excrementa, an 7 mediocriter cocta. Ac 8 tum quibus ex ea vniuerſum corpus, quibus priuatim quadam corporis partes fruantur: quod partim ab actione, partim à colore & figura deprehendes. Eſto enim, vt quiſpiam inter reſpirandum in notharum coſtarum loco doleat, non protinus hunc eſſe pleuriticum ſuſpicari 9 debes, ſed in primis quidem, an tuſsiendo aliquid expuat, intueri: id enim ſi coloratum, vt dictum eſt, videris, tum ipſum pleuriticum eſſe dicet. Quod ſi tuſsiendo nihil omnino expuat, fieri poteſt, vt nihilominus pleuriticus ſit ille quidem, ſed inflammationem habeat, & incoctam & ſtrictam adeò, vt nihil ab ea foras eiici 10 poſsit. Ac fieri quoque poteſt, vt ob hepatis inflammationem, dolor in iam dicta ſede excitetur, intentis videlicet internis vinculis, quibus non 11 nullorum iecur coſtis alligatur, atque ſic dolor ad ſuccingentem coſtas membranas perueniat. Verùm nequaquam

ſimilis

similis est 12 pulsus in hepatis, & membranæ costas succingentis inflammatione: ac ne alui quidem sedimenta similia sunt: quanquam nõ in qualibet iecinoris inflammatione eadem fiunt, sed in his affectibus, qui propriè 13 iecorarij nominantur. Igitur vbi 14 nihil excernitur, à quo indicium aliquod sumi possit, satius fuerit præcordiorũ dextram partem tãgere: quod si nullus apparet tumor, ne sic quidem desistere oportet: quippe fieri potest, vt in sola sima hepatis parte fit inflammatio: potest etiam in gibbis partibus, sed non in omnibus, verùm in his duntaxat existere, quæ à nothis costis 15 cõteguntur. Itaque laborantem, vt vehemẽter respiret, monere oportet: deinde interrogare, num 16 grauitatem sentiat, aut suspẽsam à superioribus, aut incumbentem viciniis. Accidit autem aliquãdo, vt 17 in his, haud secus quàm in hepate, oriatur tumor præter naturã, cuius occasione septũ transuersum oppressum respirationem efficit difficiliorẽ: atque qui ita laborant, ab exigua tussi irritantur. Ergo in huiusmodi dispositionibus, solidum, firmumq́; discernendi indicium per omne tempus morbi, à pulsu sumendum est: deinde tractu temporis reliqua quoque accidẽtia consideranda sunt. Nam & linguæ, & vniuersi corporis color alteratur, vbi hepar vitiatum est. Sicut rursus thorace affecto tussis increscit, atque eo tẽpore omnino apparent ea, quæ tussiendo expuuntur. Igitur quẽadmodum fieri non potest, vt 18 illæsis spirandi tum partibus, tum instrumentis difficilis fiat respiratio: accidit autem interdũ, nullo existente in ipsis proprio morbo: sed transuerso septo aut 19 detracto, aut oppresso, vt homo difficulter spiret: ita etiam vsu venire solet in ea 20 sede, quæ principem in se animæ facultatem continet: nam, cùm & scientia, & opinio, atque agitatio omnis in ipsa consistat, si harum aliqua lædi videatur, protinus ipsam quoque affectu quopiã laborare arbitramur. Nam, vbi vel in pleuritide, vel peripneumonia delirium incidit, nemo vel à costa, vel à pulmone accidens hoc prouenisse dixerit: quippe vniuersi eam partem, in qua principis animæ vis residet, simul affici putant: ac nititur quisque, vt modum consensus secta 21 sua consentaneum ostendat. verùm in aliis affectibus non consentire, sed primogenio ipsam affectu laborare aiunt: veluti in lethargo, & phrenitide: ac verò 22 vndique affici, vbi propriarum ipsius actionum aliqua lædatur. Proprias actiones dico, quæ per nullam aliam partem, vt per instrumentum, fiunt. Nam reuera & videre illam, & audire, haudquaquam negandum est, sed videre oculis, & audire auribus: Atqui, vt cogitet, & reminiscatur, & existimet, & eligat: neque oculis, neque lingua, neque alia quapiam parte vtitur. Quod si 23 hæc animæ pars ita esset in cõtinente ipsam corpore, vt nos in domo aliqua in primis fortasse nullam ei noxiam afferri putaremus à loco: quoniam verò ipsam lædi videmus, quomodo lædatur, esset inuestigandum. Si verò veluti forma quædam corporis est ab ipso inseparabilis, eam lædi nõ inficiabimur ob suscipientis ipsam corporis alterationem. At quia de hac re inter Philosophos ingens pugna est, aliis eam veluti in domicilio contineri dicentibus: aliis verò ipsam corporis formam esse putantibus: idcirco, quomodo lædatur, inuentu perdifficile est: quòd verò lædatur, ab experientia discere licet. Etenim, vbi fracto capitis ossi terebra admota est, si quis vehementius comprimat, protinus sensum omnem amittit laborans: eumetiam, si inflammatio quædam oriatur hæc etiam euenire interdum videmus. Mentem itaque lædi minimè negandum est. Præterea nonnulli per vehementem capitis vstionem delirauerunt: atque per fortes ictus capiti adactos, sæpenumerò stupidum soporem sequi videre est. Multi quoque affectus in capite consistentes, cogitationem haud obscure vitiant: adeò vt etiam populares, cùm aut delirare aliquem, aut cogitationem quomodolibet affici conspiciũt, capitis remedia adhibẽda esse censeant. Verùm enimuerò, quod principium sensus & motionis ab impetu prodeuntis, sedem in cerebro habeat, & quod hoc à membranis, (Græci meninges vocant) contegatur: id in aliis commentariis quàm verissimum esse declaratum est.

PERDVCIT methodum explicatam ad particularem exercitationem. nam, vt scientiæ sola methodica traditione integrè traduntur: ita artes, nisi accedat particularis frequénsque exercitatio, non reddunt auditorem sufficiẽtem, sed, quod est in prouerbio, fit nauta ex libro.

1. *at nunc*] discurrit paulo antè enarrata indicia, affectũ locum pariter & affectionẽ indagaturus, simul & ordinem inquisitionis examinans.

2. *sub eandem*] lege, sub ipsam methodum.

3. *altius igitur*] lege, enarrata igitur superius methodo.

4. *necesse*] Idcirco Galenus, recedens ab Archigene, colligit ex actione læsa affectam partẽ cuius est actio, quoniam ita própior multo procedit indagatio, si antea statuatur membrum pati cuius læditur actio: facilè enim ab eo principio constante procedit ratiocinatio per signa inquirens, num ea affectio sit propria: & si per consensum, cuius partis consensu, qui progressus rationis multo est expeditior, quam si vagi & incerti venemur membrum, morbi originem & initiũ.

5. *ad læsiona*] Nam ostensum est genus læsionis locum indicare, speciem verò eius affectus qualitatem. Lib. 15.

6. *sic enim*] lege, Didicisti enim, non solum tumorum, sed & dolorũ ipsorũ species plures esse.

7. *mediocriter*] ex toto enim cocta in morbis reperire non est.

8. *actum*] lege, deinde, quibus incommodis ex affecto loco vniuersum corpus, quibus quædam particulatim partes infestẽrunt: & hæc vel in actione incommodum ostendentia, vel in colore, aut figura. Significat autem postremum signorũ genus, quod à cõsentientibus desumitur partibus.

9. *debet*] quoniam à iecore per medium septum transumi humor ad sputum non potest, latet verò iecoris portio sub nothis costis quanta scilicet occupat reflexum ad costas septum ex vtroque latere.

10. *possit*] fieri etiam potest, vt pleuritim patiatur notham inflammatis musculis thoracis, nec remittentibus ad asperam arteriam contẽtũ.

11. *nonnullorum*] Non enim omnibus hominibus iecur pleuræ per ligamenta cohæret, sed spinæ omnibus.

12. *pulsus*] multo enim durior est ex membranæ quàm ex iecoris inflammatione. verùm de pulsus sermonem ceu abstrusiorem Galenus nõ explicat, sed ad tertium de caus. pulsuum seruat.

13. *iecorarij*] ita appellantur quibus labat vis hepatis, quæ sanguinẽ efficit, vt cogatur natura serosum & inelaboratum ad intestina refundere, vnde loturæ similis deiectio sequitur. ea vt nunquam pleuritidi iungitur, ita sæpè coit cum iecore inflammato, quando inflammationem debilitas visceris sequitur.

14. *vt nihil*] lege,In quibus nihil.

15. *conteguntur*] nibil ergo faciunt qui immunem pronunciant ab obstructionem bominem, cuius tactum bepar non percipitur obduruisse.

16. *grauitatem*] in magna respiratione etiam pleuretici dolor acrior fit, sed est punctorius; qui verò in hepatis inflammatione, grauis, propter obtusum hepatis sensum; &, siquidem pars ipsius sima inflammatur, cohibito spiritu, suspensi ponderis sensus oritur: si gibba, grauitas incumbens ventris musculis.

17. *in ys*] circundantibus scilicet muscolis, quorum ab hepatica inflammatione distinctio infrà locum habet.

18. *illesis*] lege non passis. cur verò præferatur bæc inquirendi ratio Archigenicæ neganti semper talia consentiẽtia pati, hæc ratio est: promptior est, expeditiorque affecti loci in corpore indagatio, si non incerti vagique discurrimus per membra omnia corporis inquirentes mali originẽ, sed ex data ab ægro læsa actione confestim generica quædam patientis partis agnitio comparatur firmaturque; nempe morbum in eo mẽbro consistere, cuius læsa actio est. quo constituto & fixo discursus initio, secunda consideratio discriminat affectionis speciem qualisnam sit, in totum propria, an prorsum per alterius partis cõsensum, an ex vtraque mixta: tãdem tertia indagatio superest, vbi intelligitur consensus, quodnam primariò patiatur ex iis membris, quibus consentire consueuit pars in actione viriata. Accedit quod quæsita & inuenta cõsensus species, apertam facit curationem: quia ita non tam contẽdit Galenus dari sibi principium hoc cen proprietatis verborum obseruator, sed tradendæ optimæ methodi auidus, breuissimæque.

19. *detracto*] detrahitur inflammato iecore, opprimitur in mosculorũ epigastrij tumoribus.

20. *sede*] non audet nominare cerebrũ, propter contendentes eam sedem magis esse cor.

21. *secte sua*] Peripatetici enim ostendere conantur læsiones mentis ex consentiente corde succedere; nos ex cerebro.

22. *ac verò*] lege, vbique tamen pati. nam passionem in vtroque casu concedunt, offensa aliqua principum functionum; sed alibi per consensum, per proprietatem alibi.

23. *quod si hac*] cum præmisisset ad partis primarium affectum sequi in secundaria per cõsensum affectum, & proinde lædi actiones animæ principes: difficultatem proponit de posteriore hoc euentu: nam partem vnam corporis alteri cõsentire parti, nihil cõtinet improbabile: actiones verò rationalis animæ, si separabilis à corpore est, mutato corpori consentire mutarique improbabile. Affert autem Galenus in medium de animæ essentia sentẽtias duas, priorem Platonis, eam inesse corpori cuu motorem; alteram Aristotelis, quòd sit corporis forma vel actus, vocãt endelechiam: iuxta priorem autẽ sententiam putat solutionem difficilem esse, nam habitator ex ruina domus non perit, & quod nihil est corporis cum corpore non mutatur: iuxta Peripateticos solutionem facilem esse inquit, sed teneri eos ad animæ cum corpore interitum, nam forma rei naturalis cùm per se existentiam non habeat, sed sit existentis pars altera, manere per se posse diffidit. Hæc Galenus: qui tamen summus licet præceptor, in vtroque defecisse videtur concluso. nec enim aduersus Platonem obtinere potest, quod hic putat confecisse se, & lib. Quod animi motes] non discessuram animam ab ægro corpore, aut manentem in agendo labi & offendere, si ceu gubernator naui, corpori assistit. Quemadmodum enim oculus solem contemplans in quiescente aqua vel integro speculo non fallitur, intens verò in mota aqua vel fracto speculo hallucinatur & errat, licet oculus nulla pars sit aut aquæ aut speculi: nõ aliter intellectus licet à cerebro separabilis, quoniam rerum idola in cerebro contemplatur, vitiato cerebro, contemplans labitur & delirat; vbi verò vitium immodicè processit, secedit relinquens ineptam sedem, & sui muneris incapacem. Nec verò plus in Aristotelem potest. cùm enim mixtorum formæ vires habeant sentiendi mouendique, quas elementis natura omnibus negauit, & tamẽ formæ mixti iunctis tantum insunt elementis, videlicet quoniam actus vires habent materiis quas perficiunt non concessas: rationabile est, vt perfectissima naturalium formarum humana vnam quandam facultatem habeat, vltra corporalis organi indigentiã: ea est intellectus, qui, vt citra corpus operari potest, ita & esse: & non aliter quam graue perpetuò in centrum contendit, tamen extra centrum sustinetur & durat; sic humana anima, corporis, cuius forma est, semper appetens, citra corpus tamen subsistit, & durat: Ita Galenus contra neutram sententiam demonstrat. Sed vtra earum verò similior est? vulgatior, magisque recepta, etiam B. Thomæ peripateticorum est: cùm enim lib. 8. Metaph. finitionis rerum naturalium differentia ab specie sumatur, sicut à materia genus; sitque hominis differentia, rationale: fit vt intellectus sit hominis forma. Adde quod, vt est apud Aristotelem, intellectus est id quo prima intelligimus; id verò quo quidque primo operatur, forma est; est itaque intellectus forma. postremò cuiusque speciei propria operatio à forma est: constat autem propriam hominis operationem intellectum esse: forma igitur hominis, intellectus.

NVNC verò quomodo distinguantur affectus primitiui ab ha, qui per consensum eueniant, considerandum est. Nam huiusmodi speculatio propriè ad hoc nostram institutam pertinere videtur: & quidem non sine manifesta vtilitate: quippe quod ad curandi rationem in prima pertinet, cui nam partis remedia sint adaptãda cognouisse. Nam per solum consensum leso cerebro, si ea pars, qua primitiuo affectu laborat, fuerit curata, priusquam cerebro propria aliqua eueniat dispositio, nullum in ipso relinquitur accidens. Quod si ex consensu, permanens aliqua fiat in ipso dispositio, non solum partis, qua primitiuo affectu laborat, sed capitis quoque remedia adhibere oportet. Ob id hac autẽ, ipsam exactè desinire, vtrum cerebrum, an membrana ipsius primitiue afficiantur, haud magnam vtilitatem afferre potest: in vtraque enim dispositione capitis auxilia adhibentur. Igitur huic rei non ita vehemẽs studium adhibere, sed morbi potius essentiam, qualis sit, inuenire: quippe humidum exsiccare, aridum humectare, frigidum calfacere, calidũ refrigerare, oportet. At si coniugatus fuerit affectus, per contrariam coniugationem ipsum curare: vt calidum & siccum, refrigerare & humectare,

humidum

humidum frigidumq́, excalfacere, & ficcare: atque in reliquis duabus coniugationibus ad portionem: ac in ceteris morbis omnibus eadem ratione similiter facere conuenit. At vniuscuiusque speciem in libro. De morborum differentiis persecuti sumus. Cùm itaque & cerebri, & membranarum eius qdem 2 morbi simili curatione indigeant, logica magis, quàm ad curationem vtilis esse videtur quæstio, in vtrolibet eorum contineatur princeps animæ facultas. Verùm an in corde sit ea facultas, longè diuersa, atque omnino re differens est quæstio. Esto enim vt à flaua bile in corde & accumulata, & putredine affecta, phrenitis sit excitata, nonne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino, (id est, oleo rosaceo cum aceto) perfundere iusserit? Nam si hoc præsidio, phrenitidis causa sanari posit, non capiti, sed thoraci ipsum adhibere debuerat: neque tamen vniuerso thoraci, sed illi duntaxat parti, in qua cor continetur. Hactenus hæc explicasse sufficiat, hoc addito, quod non solum affectum locum: verumetiā causam illi noxam inferentem, considerare oportet: vt, exempli gratia, Deliriū est accidens eius actionis, quæ à loco mentis impote prodit, similiter sopor stupidus: sed à contrariis causis oriuntur: Quippe & vigilias, & delirium causa potestate calida efficit: at, quotquot somnolenti & comatosi sunt affectus, omnes à frigida causa proueniunt. Id quod ex medicamentorum natura planè discere licet. Quippe frigida, stuporem soporemq́; calida verò, vigilias & varias motiones inducunt. Sed quid opus est fortia medicamenta memorare, cùm quotidie videamus & lactucas, & potabilium, calidarumq́, aquarum balneas, & vinum modice dilutum, somnum inducere, reliquorum medicamentorum exemplo, quæ & humectare & refrigerare possunt: quæ verò iis contraria sunt, vigilias excitaret? Itaque 3 tenuis ratio victus, & vinum meracius, vigilias inducūt: idque multo magis, cùm vinum meracum, aut suapte natura fuerit calidum, aut valdè antiquum: veluti apud nostrates Pergami olim accidisse memoria proditum est. Neque absurda videtur historia ipsius narratio. Grammaticus quidam, singulis diebus balneum petens, vnum ex pueris secum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem seruaret, atque ea, quæ ad victum essent necessaria, præpararet. Puer itaque domum custodiens, cùm vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aqua copia, vinum antiquum liberaliter potauit, atque ex eo tempore vigil omnino permansit. Posteà correptus febre, vnà cū vigiliis oborto delirio periit. Cæterùm animantia, quæ 4 frigidiore sunt natura, per hyemem ob frigoris vim perinde ac si mortua essent, latitare solent. Atque tum viperas quoque videres, si manibus tractentur defetanturq́, haudquaquam mordere. Nam per æstatem, tum hoc animal, tum serpentes reliqui omnes, maximè sub Canicula feruore, cùm vehementer æstuāt, furorem præ se ferre videntur, adeò vt ne exiguo quidem momento quiescere possint. Quod intelligens Nicander sic de Cenchride cecinit:

> *Non temere offendas calcando Cenchridis artus,*
> *Dum furiis agitur.*

Verùm de iis alibi pleniorem inuenies & enarrationem, & demonstrationem. Siquidem calida causa motum excitat, atque idcirco vigilias affert: frigus autem otiosum & ad motiones pigrum reddit animal, ob idq́, 5 somnum comaq́, inducit. Igitur, qui hæc intelligit, cùm per ardentium febrium vigorem, hominem viderit & vigilare & delirare, deinde inclinante iam febre, & dormire, & rectè sapere, in capite nullam esse propriā dispositionem, sed à febris abundanti calore delirium fieri existimabit. Sic etiam in peripneumonia, & laterali morbo, cùm ad vigorem febris peruenerit, delirium sequi solet, nullo existente in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius esse putandus est, cùm permanere in parte quapiam conspicitur. Vnde si in laterali morbo, permanēs eueniat delirium, caput proprium habere morbum perpende, ita vt, quamuis lateris morbus quiescat, possit tamen capitis morbus permanere. Sæpenumerò enim vidimus bubonem ob vlcus aliquod obortum, vlcere curato deinde diutius infestare. 6 Ergo, cùm pars aliqua simul cum alia sic afficitur, vt irritata quidem vnà, altera vehementius molestetur, remissa verò irritatione quiescat, eam per consensum affici putandum est. Hæc quidem vna coniectura communis est. Sed de 7 cerebro, vt dictum est, proprium sumitur indicium, si non assiduè delirium permaneat, sed auctam febrium sequatur. Atque eadem ratione fieri solet, vt, cùm febrium accessiones irruere incipiunt: sopore & comate laborantes grauentur, quod hoc tempore cerebrum vehementer refrigeretur: quippe quod alioqui paratissimum sit, vt noxam huiusmodi subeat, cùm intemperiem habeat frigidam: non verò tantam, vt hæc sola prædictorum accidentium possit esse causa: sed, cùm accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit, vt cataphoram vel 8 soporem queat inducere. Id verò, vt dixi, fieri consueuit, vel ab intemperie frigida, vel à pituita in cerebro exuperante.

SEPARAT notis quibusdam primogenios à secundariis affectibus.

1. *ob hæc*] lege, ob eandem verò causam. significat controuersiam de qua lib. De placit. 7. in qua nec Erasistratus secum conuenit; iuuenis enim opinatus est à membrana cerebri neruos oriri: idem senex repudiata membrana, cerebrum recipit. Cap. 4.

2. *morbi*) quandoquidem constat iam de loco affecto, licet non particulari, saltem de toto organo, nempe capite; superest sola de affectu ipso disquisitio. Sed estne medico necessaria de membrorum principatu dubitatio? Galenus hîc putat apertè, quoniam in hác formam dubitat: vis animalis corpori mandatur à corde, an à capite? nisi enim alterum horum prius definitum, statutúmque sit, incertū est vtri parti, ratione affecta, auxilia imponenda sint. Auicena verò sumens ceu vtrique vix confessum, neruos omnes hanc vim deferentes, non cor petere, sed cerebrum, & à cerebro eam facultatem membris deferre; solā inter vtranque controuersiam ratus, de primo fonte & facultatis initio, num cor in eo primatum obtineat, exequatur autem interuentu & ministerio cerebri; an cerebrum ipsum animalis facultatis princeps statuendum sit, nō aliter quàm cor pulsatilis: pronunciat nihil ad medicum attinere dictam disquisitionē: quando enim vtrique conueniunt in cerebro, ceu neruorum radice, constat capitis rationem habendam esse nō cordis. Qui licet verò similia dixerit, aliquantò verius & exactius in illum pronunciauit Auerrous, mutari inquiens curandi rationem ex ea, licet minore quàm sit superior, varietate. Nam si est & huius, & reliquarum animæ virium primum in corde initium, in cerebro verò posterior de articulatio imprimitur: nec necesse est errantis animi vitia vtriusque visceris non solius cerebri rationem habere; sin, quod Galenus putat, sui

Quæstio de principatu an medica.

Prima 1. doct. 5. 1.

2. Collect. 4.

iuris est in principe facultate, & solum princeps cerebrum; curanti in totum cor negligendum est; non secus quàm reliqua viscera, quæ nec ipsa tunc curantur.

3. *tenuu*) vnde fit vt ieiunantes sæpè vigilata cogantur.

Serpẽtes an calidæ.

4. *frigidiore*) quomodo numerat inter frigida, viperas & serpentes, quorum est vis homini collata admodum calorifica, egregiéque dissipans, siue caro edatur, siue oleum cõficiatur? Sed aliud est acrimonia, & intensione caloris pollere, aliud copia innati calidi abundare. quæcunque ergo vel vtroque deficiunt, vt plantæ & exãguia animalcula, vel altero tãtum calidi genere, vt serpentes, hyeme aut pereunt, aut torpent, & quiescunt, habitu mortuis simillimo; eadem hæc accessu solis florent vigéntque, quoniam quantum calore natiuo destituuntur, tantum solis accessu reparant & perficiunt, homo verò, & quæcunque calore abundant, potissimũ copioso naturæ apposito, qualis in primis homo est, dicente Aristotele, vt hyeme robustior, ita æstate laxior euadit: nisi vel homo natura langueat, vel hyems sit intempesta & effeta. quin & inter homines ipsos tolerantiores hiemis reperimus sanguineos, carnosos, rubicũdósque, biliosis & pallidis. Cùm enim & naturales functiones & repugnantia causis vitiantibus, à calore fiant, nõ tam propriæ ad frigus oppositionis nomine, quàm formæ vi & potentia, cui illa instrumẽti vice seruit: fit vt plus possit copia natiui, quàm extrarij vehementia & intensio: eo enim fit, vt partes spiritu destitutæ crebro & ardeant & per vices algeant. Sed si languet & infirmatur humanus calor æstatis accessione fusus exhaustúsque, quid est quod lib. Simplic. 4. scribit Galenus, insolatione robustum hominem, robustiorem etiam reddi? Sanè insolatio cùm valida sit repentináque ad solem mora, si occurrit exiguo hominis calori, quia fundit & trahit, dissipat; non aliter quàm meridiana lux lucernam extinguens: at vbi multus est internus calor, quique se continere aduersus solis feruorem possit, occallescente densatáque cute intus vnitur, & ex vnione inualescit; quod rusticorum corpora ostendunt, languescẽtibus & debilitatis ad solem ciuibus. Ita aliud est tractu æstatis paulatim corpora exolui, quod omnibus commune est; aliud parui temporis insolatione cogi & increscere, quod solis euenit robustis.

4. prob. 6.

Cap. 13.

4. Ep sect. 3. 3. Aph. 59. 29.

5. *somnum*] quod author subdit, quoniam citius frigiditatem sentiunt partes natura frigidissimæ, cerebrum & dorsalis medulla. Nam & rigores idcò lumbos inuadunt & dorsum. dicebat Hippocrates.

6. *Ergo*] tandẽ internotionem affectus duplicis proprij & per consensum edocet: quod autem illi familiare est, etiam hic facit; vt assumptum rarò simul perficiat; nam paulò posterius nonnulla indicia ad hoc idem facientia iungit; ex quibus iunctis coniectura transit in scientiã. Ergo præsens coniectura, nec ea leuis momenti, ex eo sumitur, quod affectus cum alterius membri in corpore affectu, ita cohæret, & reciprocatur; vt ad prioris augmentum increscat, ad defectum minuatur, ad abolitionẽ cesset. Intelligitur enim nondũ quidpiam fixũ & proprium cõtineri in membro secundò affecto. Sed quod idem Galenus admonuit, indicium vnum coniecturam facit & opinionem, non scientiam & certitudinem: nam præsens quamuis neruosum & validum, dupliciter destituitur à firmitate: ita vt decipiat, si solum sit, ait Auerrous. fieri enim potest, vt caput propria infirmitate laboret, nec tamen adeo magna vt sola dolorem moueat, & accedente ventriculi læsi commercio, euadat in sensilem caput dolorem & noxam: quo casu dolor capitis imitatur ventriculi noxam, & iudicabitur medico absolutus consensus; qui tamen absolutus non est, sed parte vna proprius, altera aduenticius & consentiens. Altera deceptio. quid prohibet, vt ab vna aliqua causa communi, qualis defluxio vitiosi humoris, pars vna ventriculum petat, altera caput; & vtrobique læsio sequatur, prior in ventriculo, in capite posterior, ita sibi cohærẽtes, vt simul & augeantur, & deficiant & cessent; nec tamẽ altera ab altera pẽdẽs, sed ambæ à communi aliqua & promiscua? Ne ergo in internotione, si quę alia, & vtili, & necessaria curanti, vno deludatur mediens indicio; bene habet, vt ex authore ipso, & ex Auicenna adiiciantur nonnulla. Nẽpe consensum ostendit, quod præcessit tempore affectio in corpore alia. quod affectus ipse secundarius, non continuò infestat. sed per interualla, quod non omnibus à se ortis communicat & infectionem, transmittit: demùm quod non habet affectus particulatim exquisita omnia affectionis signa, sed cùm quædam habeat, nõnullis caret: vt sint omnia consensus argumenta quinque, proprietatis verò opposita quinque, quorum vt nullum est perpetuum, ita iuncta rarò fallunt; vt enim primum omnium, ita & alterum ordine secundum, nonnunquam errandi occasionem præbet. Accidit enim vt bilis ad ventriculi fundum effusa, quoniam is locus hebeti sensu constat, non confestim offendat, aut nauseam moueat, sed mandans mordentes capiti halitus in eo primum dolorem mouet; posterius verò, fluctuante in ventriculo bile & ad os conscendente, nausea sequitur & vomitus; ita posterior affectio propria est, quæ verò tempore antecessit sensum mouens per consensum.

Lib. plen. vlt.

4. Collec. 45.

Internotio primogenij affectus à secundario.

Lib. 3. 5. Aui. 1. 3. 15.

7. *cerebro*] indicium in genere præcedens exẽplo cerebri manifestum facit.

8. *soporem*] cùm cerebrum mollitie & imbecillitate sua aptissimum sit, vt & frigescere & inflammari possit, ex febrium consensu per statum in vigilias & deliria deducitur, per initia accessionum in soporem communicato totius vel calore, vel frigore parti maximè ad patiendum obnoxiæ.

DE LOCIS AFFECTIS

LIBER TERTIVS.

TRIBVS posse ordinibus tradi quam quærimus doctrinam, præmisit procemio libri secundi Galenus. Instruimur enim in agnoscendo laborantē locum, dum quærimus quot & qualia sint indicia affecti loci, quæ affectus ipsius, quæque separantia proprium à cōsensu affectum. hanc partem priores libri absoluerunt. Superest ordo duplex traditionis in posterioribus quatuor obseruandus, dum vel rimamur singulorum membrorum signa, vel affectionum particularium. hos ordines duos coniunctim præstant sequentes libri, hic quidem tertius in capitis affectibus, diuisus & ipse quadripartito.

Prima sectione tollit è medio dogmata euertentia vsum propositæ doctrinæ. Altera docet locum & affectus abolitæ memoriæ, vel iudicij, cap. 4. ¶. Sed tempus est. Tertia tantundem de Epilepsia, mania melancholia c. 5. ¶. Atque morbus. Postrema de vertigine tractat & cephalea, cap. 8.

SECTIO PRIMA.

CAP. I. *DE affectis locis (sic 1 enim vocant corporis partes) pauci admodum medici scribere aggressi sunt, ac multò plura quàm attigerint, omiserunt. Itaque cæteris silentio præteritis, vnius Archigenis haud indigni, qui omnibus præferretur, meminimus. Diximus enim eum sermonem, quo asserit actiones quasdam lædi, illæsa ea corporis particula, quæ ipsis deputata est, 2 distinctione egere. Defendi 3 enim potest, si pars per alterius consensum læsa, nondum permanentem habeat dispositionem, sed veluti vmbra quædam, (vt ipse dicebat) insit hæc ei affectio. Nam si 4 ad ignem propriùs quis accesserit, vt ferè comburi videatur, citra tamen vstionem, dolebit quidem vehementer, sed 5 calfacta parte nihil adhuc patiente. Sic etiam, vbi ambiens aër vehementer frigidus, aut aqua exactè frigida, aut nix infestat, grauis admodum dolor excitatur 6 Atqui ablata re, quæ nocuit, protinus conquiescit affectio. Quamobrem satius fuerit, vt dicamus, nomine id ipsum indicante, affici 7 quodam modo eam partem, quæ alteri consentit. Neque enim pars, quæ nihil patitur, sed ea, quæ cum alia patitur, consentientis vocabulo significatur. Itaque, cùm, affecto stomacho, oculi similibus infestantur casibus, quales in suffusionibus apparere solent, dicendum est illos pati e-læso ad cerebrum ab humoribus in ventriculo contentis fumoso quopiam vapore: non tamen adeò afficiuntur, vt ablata re, quæ molestiam intulit, propria curatione egeant. Verùm huiusmodi disputatio, vt dixit, ad logicā magis pertinet. Quæcūque enim quæstiones vsum transcendunt, qualis sit rerum natura secundum propriam essentiam indagantes, haud dubie logicæ esse censentur. Sic 8 etiam Chrysippus Philosophus de animi passionibus scripsit vnum quidem de curandi ratione librum, quo scilicet, maximè ad earum curationem vtimur: cui tres alios subiunxit, qui logicas continent quæstiones.*

CAP. II. *Quod 9 autem melius fuerat, & huic nostro instituto cōmodius, Archigenes parum exactè declarauit: quod certè modis actio lædi possit. Sic enim & primario affectæ partes, & 10 proprio vitio laborantes, aut quomodocunque quis nominare voluerit, deprehendantur, & curandi ratio abunde nobis suppeditari possit. Ergo verò in vocalibus instrumentis id iam exposui, ac in eo quoque, qui in manu sensum amisit digitorum, ipsis non affectis quippe inuenta in dorsi imitio parti, quæ primò afficiebatur, idoneam curationem ostendit.* CAP. III. *Sed aliter eueniunt suffusionis accidentia affecto ventriculo: atque aliter ei, qui ab alto decidit, nullo existente in vocalibus instrumentis vitio, vox offensa est. denique alias consensus specie laborabat is, cuius digiti sensum amiserunt. Si quidem oculi vexabantur, quod ascenderet ad eos aliquid: vox autem, quod materia eius esset oblæsa: sed digiti idcirco torpebant, quòd sentiendi facultas ad ipsos non descendebat. Proindéque 11 satius fortaße fuerit, vt vocalia instrumenta, digitósque nulla prorsus affectione laborasse existimes, quàm oculos: nam his affectus ipse inest, quòd fumosa quadam exhalatione replentur. Vocalium verò instrumentorum, atque digitorum officium læditur, non quod veniat ad eos quippiam præter naturam, sed quòd careant eo quod secundum naturam ad ipsos peruenire solet. Sanè vis sentiendi digitis non influit, exortu nerui iuxta spinalem medullam læso: neque guttur resolutis intercostalibus musculis efflatū spiritum recipit. Nihilominus rectè dixeris in ipsis hanc esse passionem, quòd non perueniant ad ipsas partes ea, quæ anteà, cùm secūdum naturam se haberent, venire solebant. Etenim fontes affici haud absurdè putaueris, si non perueniat ad ipsos aqua. Sic Cerealium quoque frugū è terra prodeuntium squalor immodicæ passio est, & animalium cibi potionisque penuria. Nam quod alicui ad naturalem eius gubernationem quomodocunque deficit, ipsum sanè quispiam passionē illius meritò putarit. Sed huiusmodi quæstiones (vt iam dixi) ad logicam potius pertinent. 12 Cæterùm magna medicorum pars negligit eas considera-*

tiones quæ vel læsis, vel deperditis actionibus necessaria sunt. Cùm enim duæ trosuè fuerint aliquando huiusmodi actiones, accidit interdum, vt vna particula affecta reliqua illi consentientes in suis actionibus simul lædantur: interdum verò, vt omnes eodem modo afficiantur. Atque accidit interdum, vt harum aliqua dispositionem habeant, (vt ita dicam) hecticam, id est, quæ tenaciter hæret, reliqua verò, (vt sic dixeris) catascbesin, id est, quæ facilè discutitur: de quibus 13. secundo libro De vinorum dissectione, atque in eo, qui hunc præcedit, iam diximus hac non nihil in sequentibus quoque dicemus, vt videlicet futurum sermonem, qui sine huiusmodi distinctionibus explicari non potest, perficiamus.

TOLLIT è medio dogmata tria euertētia huius doctrinæ vsum. primum Archigenis negantis proouotiarum vtile sæpe repeiitum, puti partem omoem, cuius vitiatu actio est: Alterum Empiricorum astruentium citra difficilem occulti loci indagationem curari morbos posse, §. sed ium enarrare. (Tertium quorundum ex Archigenis familia, qui proprium vocem non obserueotes, præfari oportere locum agoosci, eum in opere non obseruant, impooentes auxilia noo affectæ parti, sed illæsæ. §. Igitur cum perditam.) præsenti autem §. duabus rationibus reiicit Archigenem; addēs, quod vtilius est, varias consensuum differeotias.

1. *enim*] satius, autem.

2 *distinctione*] satius, explicatiooe) verecuodè aurem explicationem appellat, quam improbationem dicere potuit.

3. *defendi enim*] lege, rectè enim quispiam dixerit, etiam si manentem affectum oondum habear pars per alterius cōseosum læsa, sed quod ille dicebat affectus veluti vmbrā, hoc ipsum iam partis consentientis passiooem esse.

4. *nam si*] ratio ex suprà allatis manifestissima.

5. *sed calefacta*] lege, nullo modo passioois experte calefacta parte.

6. *atqui ablata*] lege, etiam si ablata.

7. *affici quodammodo*] lege, pati aliquo modo, & est oouu propositi ratio ex verbo compassioois desumpta.

8. *sic etiam*] satius, sic enim) ostendit Chrysipp authoritate significatum logicæ difficultatis, non solum esse controuersiam de nominum proprietate; sed etiam aliud paulò infrequentius, vbi in artibus indagantur rerum essentiæ ooo ad artis vsum necessariæ. tales difficultates vulgo magis

Cap. 1. physicæ dicuotur qoàm dialecticæ. constat autē vel ex hoc loco quod in arte parua ostensum est, medicinam artem esse, nec temerè uooounquàm à physicis recedere.

9 *quod autem*] annectit doctrinam propriam moltò curatiooi vtiliorem, de consensuum differeotiis.

10. *& proprio*] lege, aut proprio.

Sed aliter] lege, aliter enim numerat cooseosuū differentias tres plurimom distantes, quarum quanis io duas affines diuisa, euaduot vniuersæ sex, explicatæ libro 1. prima, vbi aecedit noxia materia, & ea vel transieos, vel immanens in parte coosentiente. Secuoda, vbi solita facultas non. mandatur, & ea vel sola vel spiritui iuncta. Tertia, vbi materia non sufficitur, siue tota deficiat, siue, parcior quàm requirit actio, accedat.

11. *satius fortasse*] lege, & sanè quidem melius foret.) indicat tolerabilius illud dici, nō rectè tamen, quod proximè subdit.

12. *cæterum*] lege, quæ autem siue in læsis, siue in ablatis actionibus coosideratio oecessaria est, prætermissa illis est.) significat citra eas oomiois (puti) controuersias, separaodas esse affectiones in corpore coeūtes, ex diuisione quæ lib. 1. præcessit, vel enim affectio vna est fixa, alia transieos, vel secundo, ambæ transeuntes aut fixæ, aut tertio, voa pars affectionem habet alterutram ex dictis, reliqua verò compatitur, licet nec fixa, vel hectica, nec transeuote affectiooe laboret, hæ enim differentiæ curatiooem in primis variant.

13. *in secundo*] perieruot ij libri. oam fragmeotum hoc nomioe seruatum alienissimum à Galeno est.

SED iam enarrare aggrediamur id, quod admodum vtile fuerit prædixisse propter eos, qui 1 verbo quidem demonstrare nituntur affectorum locorum inuestigationem medicis esse necessariam, opere verò illam euertunt. Atque vnum aliquem affectum pro exemplo sumamus, sitque is pleuritis, in qua latus esse affectum, dolor ipsius declarat. sed, verū quæ succingēs appellari solet siue mēbrana, siue tunica, (nihil enim refert) inflammetur in pleuriticis an alia quædā laterū particula: præterea, verū pulmo secundū fibras necessariò afficiatur, an omnino affectionis sit expers, scire, nihil ad rē pertinere autumāt ij, qui vsum & experimenta præseferunt. 2 Dicunt enim multos se vidisse pleuriticos, tum à preceptoribus, tum à se curatos obseruatis in præceptis, quæ ab Hippocrate in libro De ratione victus in acutis morbis præscripta sunt: Item, quid ipsis prosit, & quid noceat, noscere, distinctionésque (Græcè διορισμοὺς) habere, quæ ex signis euidēter apparentibus in memoriam reuocent, cui venam secare oporteat, & cui non: Insuper de fomentis, cataplasmatis, victus ratione, alui ductione, nihil sibi ad completam notitiam deesse. idque ex longa experientia 3 Igitur, quid vel Hippocratem, vel alium quempiam illo priorem induxerit, vt hæc inueniret auxilia, se penitus ignorare: satis ipsis esse, si iam dictis remediis commodè vtantur: id quod alios quoque artifices facere videmus. Neque enim faber, siue lignarius, siue ærarius, neque cerdo, quo pacto artes suæ fuerint inuentæ, inquirunt: sed à præceptoribus edocti, vsu eas probant & confirmant, atque sic clarum nomen assequuntur. 4 Equidem, vt verum fatear, cùm medicos, qui se empiricos ab experientia nominant, talia proferentes audio, inducor certè, vt probabiles putem eorum rationes, videtúrque mihi dogmatici contra illos parum idonea se responsione tueri. Proinde vt cæteris in rebus omnibus temerarium assensum semper refugi: ita de his in inuestigandis singulorum morborum remediis, diu multúmque apud me inquisiui, an logica demonstratione indigerem, an sufficerent ea 5 præcepta quæ ab experientia, & à præceptoribus, atque ex me ipso didiceram. Igitur ea, quæ diutina inquisitione optima iudicaui, ita me Dij ament, veritatis amatores docere non grauabor. Nihil enim causæ est, quamobrem mentiar, quod facere solent ij, qui vni sectæ addicti, omnem ex ipsa gloriam quærunt, quippe contentiosè eos defendere oportet eam sectam veram esse, quam vnicam nouerunt: nam ex nulla alio disciplinarum genere gloriam sperare possunt. Ego verò re ipsa, & publicè, & priuatim, apud eos videlicet, qui

sectam quamlibet à me discere cupiebant, ostendit in omnium sectarum scientia (ne maius quicquam dixero) me esse posthabendum nemini. Quod si vni sectarum patrocinium ferre velim, quamuis in tempore, ac pro re nata dicendum fuerit, haud tamen facile ab aliquo conuinci me, rationum penuria, patiar. Non enim (vt nonnulli faciunt ex libris eas didici, sed 6 præstantissimis id vnaquaque secta præceptoribus vsus sum. Neque sanè odisse possint empiricos, quorum sermonibus sum institutus, vel dogmaticos: pari enim studio omnibus dedi operam, versatusq; sum cum præstantissimis in vnaquaque secta præceptoribus. Itaque innotuit Romæ, tum primoribus eius vrbis ciuibus, tum Imperatoribus deinceps omnibus. & quidem ob artis opera, non ob sophisticas rationes. Quamobrem nihil prohibet, quominus de vnaquaque secta verè dicam ea quæ sentio. Igitur per artis exercitationem comperi eam remediorum inuentionem, quæ ex vera demōstratione procedit, in his, quæ rarò accidunt, empirica cognitione præstare. vnde multos morbos curaui maximè 7 contrarijs præsidijs, interdum ijs, quæ experientia & vsu cognita sunt: quæ quidem in libro De curandi via & ratione latiùs explicaui. Nunc verò ea duntaxat perstringam quæ nostro proposito magis accommodata videbuntur. Nam 8 comperi læsas actiones non solùm ob similares à quibus aduntur, ægrotantes: verumetiam ob alias particulas, quæ, licet actionem non habeant, vsum tamen quendam præstant. Sic etiam instrumentalium partium morbos, actionis nocentes deprehendi, quibus præcognitis, inueni deinceps morbos quosdam continenter plurimos homines infestantes, alios verò rarò accidentes. At conspexi empiricam medicinam, non quod rarò, sed quod crebrò accidit, in memoria & imitatione collocare. quocirca dispositionem rarò euenientium non solùm curationem, verumetiam præuenientes ipsarum notiones negligere. Proinde primum inuestigaui, quomodò cognoscenda sunt inueníque earum quasdam scientifica posse deprehendi notitia: nonnullas verò artificiosa vocata coniectura, atque idcircò ipsas magna ex parte 9 rectas. Eiusmodi enim est artificiosa coniectura vn. verùm & has ipsas, & dispositiones eis priores. quæ videlicet scientificam notitiam admittunt, indigere semper inueni affectarum partium notione. Itaque medicinam hoc pacto professus vsque ad senectutem, nullam in hodiernum vsque diem 10 calumniam subij, neque curando, neque præsagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdum accidere memini. Quod si 11 quis gloriam ab artis operibus, non à sophisticis sermonibus assequi voluerit, is nullo negotio facili compendio colligere poterit ea, quæ per omnem ætatem diligenti inquisitione inueni. Idque sibi persuasum habeat hac via & ratione medicamenta me inuenisse, quibus morbos rarò euenietes curarem, cùm anteà neque præceptorem vidissem huiusmodi morbos curantem, neque ipse aliquod expertum haberem remedium. Sint igitur huius sermonis Dij immortales mihi testes. Quippe vitiata actione, semper inuestigare studebam. quænam sedes vel ipsa afficeretur. 12 vel alteri consentiret: quùmque eam inuenisse persuasum mihi esset, tū dispositionem quærere, atque ex his statim vtrisque totius curatinis 13 generis indicationem sumere, simul remediorum & quantitatem & qualitatem, & idoneam materiam inuenire. Præterea cum prædictis, & ætatem & naturam laborantis, tum anni tempus, & regionem, & id genus alia, quorum in Hippocraticorum librorum enarratione memini, perpendere operæpretium docebam. 14 verùm superioribus duobus libris hunc præcedentibus, nisi fluxa admodum fuit memoria, didicisti affectás sedes, 15 quinque modis posse deprehendi. Nempe ab excretis, atque ijs, quæ affectis partibus 16 adnascuntur, necnō actionū læsione, quibus connumerantur, & color præter naturā, & figura. Sed excreta trifariā diuiduntur: aliquando enim affectarum sedium partes, ipsarum videlicet essentia vel soluta, vel 17 confracta excernuntur interdum ea, quæ in ipsis continentur: nonnunquam aliquid quod morbosas dispositiones sequitur: idq; vel 18 solas, vel semper, vel magna ex parte. 19 Cùm itaque in quibusdam affectibus nulla alia mihi pateret via, sola actionis læsio satis conducebat ad affectarum partium inuentionem.

EXPLODIT Empiricorum sententiam opinantium, citra difficiles loci & affectus indagationes, curationes perfici posse.

1. *verbo*]in Archigenicos inuehitur, quoniam nobiscum recipientes loci cognitionem ceu curanti necessariam, à se ipsis in opere discifcuot, opinantur enim memoriam in corde sitam esse, in cuius tamen læsione capiti prouideot, non cordi. Et quidem eorum accusandorum non erat hic locus, sed qui proximè sequetur 5. Sed impatiens Galenus, in eorum inuidiam Empiricos laudat quasi consentanea locutos: vt postquàm hos etiam reiecerit, nulla reliqua sit Archigenicis excusatio. Hos ergo hic significat, opere tollentes propriam ipsorum sententiam.

2. *dicunt*]Prima Empiricorum confirmatio.

3. *igitur*].Secunda.

4. *equidem*]antequam sententiam ferat, integritatem suam ostendit: idque primum iure iurando: inde ratione quod neutri litigantium esset vlla necessitate aditus: postremò quod operibus innotuerit iam orbi vitæ suæ probitas, & fidele iudicium. Cap.8.

5. *præcepta*]delendum est.

6. *præstantissimis*] cùm septem recensuerit libro De artis constitutione ad maxima quæque & perfectissima consequenda cōducentia, quæ omnia de se liberè commemorare potuisset; præceptorum peritiam, & suam in audiendo sedulitatem sola in medium profert; quoniam inter alia vel primas obtineot, Accedit quod rarum est, vt qui vnius sectæ præceptores audierit. & in ea promouerit, rursum alterius sectæ magistris se tradat imbuendum, ex magistro discipulus effectus. Id itaque ceu laude dignum magni facit. Cap.6.

7. *contrarijs*]vt quod lib. Methodi 7. cruditatem ventriculi & imbecillitatem humidis lacte & balneo penitus sanat: quem affectum empirici ceu frequentem ortum ab humiditate obtinentem per astringentia medicabantur. Aliena enim interpretatio est, referre huoc locum (quod quidam faciunt) ad medicamentum à dogmatico confectum ex ærugine erodente & cerato sordidante, ad abstergendum potens, de quo lib. tertio Methodi meminit. Nam hic de tota curandi ratione, non de vnius inuentione remedij sermo interponitur. Cap.2.

8. *comperi*]Solutio difficultatis ex Galeno. Empirici sola frequentia per concursu tradunt, in quibus reiici non merentur. At verò dogmatici non minus raris malis quàm frequentibus subueniunt. Præmittit verò solutioni læsiones, actionū in quouis mēbro obseruatas per syndromes ab Empirici paucas esse, cum coniunctiones sint

multo plures, cui pronunciato ostendendo præmittit vitium actionis cuiusuis ortum habere nonnunquam ex intemperamento similaris in organo agẽtis: verbi gratia, læsa visio ex Crystalloidis affectus oritur, nonnunquam ex intemperamento cuiusuis alterius partis similaris, quales in oculo plurimę sunt: Succedit & ad organicum vitium & totius organi & partium; cúmque intemperamenti morbi octo sint in parte quauis, organici verò plures, & adbuc numerosiores ex vtrisque compositi, fieri non potest vt redigantur curandæ omnes affectiones ad numeratos concursus, sed ad innumeros. quo fit vt Empirici contenti frequentium affectum tractatione raros illos non attingant.

9. *rectas*] Pudeat medicos nonnullos suam ipsorum artem traducere & conuitus falso incessere, nunquam non prædicantes fallacem esse mendacémque medicinam. Nam cogniti affectus curatio nihil babet incertum aut fallax: agnitio oe cultorũ multum refert coniecturæ acceptũ, dicebat Galenus: quantũ autẽ apertè hoc loco explicauit, frequentes morbos ferè certò agnosci dicens, raro nonnunquam scienter, aliquos artificiosa coniectura, quę ipsa tamen coniectura ne parui habeatur, rarò scopum non attingere, magna ex parte veram esse docet. Quod si prudentia omnis & consilia, agendorumque ratio, quæ tanti apud homines fiunt, longè ab euentum sciẽtia absunt, sola coniectura contenta; cur non maioris fiet curandi ratio, & doctrina quæ in multis supra prudentię cognitionem certam de occultis scientiam prębet, in paucis non omnino sęcutiens, sed artificiosa coniectura magna parte latentis vitij cognitionem assecuta.

Lib. pleo. fine.

10. *calumniam*] lege, nihil erubui.] Prudenter autem gloriatur Galenus nihil egisse se in arte in decorem, sciens ob naturę curantis societatem etiam parùm doctis sępe ex animi voto succedere: Nunquam tamen falli in prędicendo, supra captum hominis esse dixit in Pręsagijs. Sed Galenus ab ambitione alienus suspendebat vsque ad certitudinẽ iudicium: quod quis non semper facit, eum errare prędicentem aliquando necesse est,

Lib. 3. pen.

11. *quod si quis*] quod in genere dixit, libro Quod optimus medicus, possonos modo breuibus Hippocratis paginis perlectis, assequi, quę ille longo tempore, & multo deuorato tędio inuenit: ita, qui abscedit à dialecticis Archigenis difficultatibus, dat autem Galeno operam.

12. *vel alteri*] nihil curans, inquit, an ipsa pars, cuius vitiata erat actio, pati dicenda foret: an, quod Archigenes etiam fatebitur, consentire patienti primario affectę.

13. *generis*] indicatio generica à loco affecto & affectione petitur; particularis autem, vsque ad indiuiduam speciem ab iis quę peculiariter curando insunt, qualia primo aphorism. contemplari docuit Hippocrates condonandum dicens esse aliquid ętati, tempori, & consuetudini.

Aph. 17.

14. *verum*] breui repetit locos, vnde petitur agnitio affectę partis, & quo monstret rem carere multa difficultate ad pauciora capita reducit.

15. *quinque modis*] delendum est.

16. *adnascuntur*] concernunt.)Significat quinque illa primo libro relata, tribus diuersis capitibus contineri, genere actionis lęsæ, hanc ęger recenset genere excretorum, quę medicus extra corpus intuetur: & tertiò eorum quę circa affectum locum spectantur, qualia situs doloris, propria simptomata continentur.

Cap. 5.

17. *confracta*] Memorat dicta lib. primo quomodò bronchium nonnũquam eiicitur, vel exesum, vel solutum à continente membrana. Altera species genitum in membro, vt lumbricus, vt lapis. Tertia substantia vrinę aut color, mutatione sua à natura constitutionem innaturalem indicantia.

Cap. 1.

18. *solas*] insinuat signorum medicorum differẽtias quędam enim sunt affectus signa propriissima, vel maximè propria, quęcunque omni tali affectui insunt & soli. Itaque cum inseparabilia sint ab affectu, nulli alteri communicant. Quę verò altera dote dictatum destituuntur, vt sint solius affectus, sed non omnis; vel omnis, sed non solius propria sunt, vel pathognomonica indicia. Tertium genus familiare, quod frequenter coit cum affectu; nec semper nec soli tamen inest. remotiua est anceps vel assidens, id enim alicuius speciei in eo genere proprium est, totius generis nec proprium nec familiare, vt in tertiana, quòd accessio intra 12. horas finiatur, vel pleuriticus dolor ad iugulum pertingat. Quintum genus est rarum, quod cum morbo nulla germanitate cohæret, nec cum morbi specie reciprocat: sed illi iungitur, infrequenter tamen.

1. Pror. 4.

Signorum varietates.

19. *cum itaque*] ostendit, nunquam non patere aditum inueniendo loco, etiam si detur nec excreri aliquid conspicum esse, nec apparere circa affectam sedem symptoma. Nam lęsio actionis, citra quam ne esse quidem morbus potest, ipsa deducit ad quęsitum, medicum. Sed agitandę exactius sunt similes difficultates, nec enim exigui vsus. Prima; inter medicas traditiones vtra pręstet empirica an dogmatica. Altera: si dogmatica sequenda est, cum in diluendis, quę occurrunt, dubitationibus, non rarò aliud suadet ratio, aliud monstret experimentum, vtri potior fides pręstanda est. Tertia, in medico eligendo pręferatur ne satis doctus, non valde expertus; experto, non satis docto. Et vt à prima exordiamur: Empiricis partes suas in hunc modum confirmant. cùm medicina vna sit ex humanis artibus, decet eam non secus quàm reliquas in vsum trahi: atqui reliqui artifices edocentur propriis instrumenti vti, non quo ingenio inuenta fuerint primum disquirentes. Decet igitur medicũ suis, id est, medicamentis similiter instrui, non vnde inuenta sint, sed quomodo & vbi vsum trahẽda, prætereà inutili dispendio ex symptomatis ad morbi naturam progreditur dogmaticus; & ab illa ad remediorum facultatem, à qua tandem auxilium petit morbo accommodum: cùm Empiricus vtili breuique compendio, symptomatum concursui sui attexit, citra eas difficultates, remedia. Hæc illi quibus contra ostendendum est, in omni morbi genere longè superiorem esse dogmaticum, primùm enim, cùm in concursus redigi nõ possint omnes omnium partium affectiones, & simplices & compositę. fit, vt empiria sola frequentia, vt considerat, ita sanet; reliquorum nec agnitionem attingẽs, nec curationem. Deinde etiam in frequentibus morbis, quicunque soli

Empirica an dogmatica præstet.

substant

subsistant coniecturæ, dogmaticus tentante curatione scientiam morbi indipiscitur, non empiricus. Dum enim dogmaticus remedij adhibiti potentiam cum sequente in ægro opere coniungit & confert, facilè perspicit, quantum in coniectando, aut deliquerit, aut profecerit: vnde reliquam curationem commodè perficere queat, quod empiricus, cui remediorum naturæ incognitæ sunt, sperare nõ potest. Postremò etiam in morbis frequentibus & certo agnitis plurimum præstat dogmaticus. cùm enim singulis affectibus parata habeat medicus remedia aliquot, robore & imbecillitate separata, vbi non succedit vnum ex illis applicitũ, quo transeundũ sit empiricus ignorat, neque enim ex effectu colligit quantum vel defecerit vel excesserit admouens: dogmaticus verò perspiciens quæ in corpore mutatio admotum auxiliũ secuta fuerit certò intelligit ad quale ex iis quæ idem pollicentur, commigrandum

3.Ther.3.
Ad obiecta.

sibi sit. Cùm igitur in omni morborum genere vtilior sit dogmatica traditio, quidni præferatur empiricæ? nunquid citant reliquos artifices nihil curare instrumentorum suorum inuẽtionem, sed vsum: non animaduertunt etiam illos perspectas habere instrumentorum facultates, quomodo varia præstent: nam nisi id cognouerit faber, non laxabit interdum serram, alibi contendet, nonnunquam inflectet, atque adeò vsus sui ignarus erit, non aliter medicum oportet de suis medicamentis quæ facultate aut prosint aut lædant ad commodum vsum cognouisse, num frigefaciendo partem, an calefaciendo, vt pro varietate affectus medicamenti vim aut remittens laxet, aut augens intendat. Dispendium verò dogmatici non inficiamur, cuius nos non pœniteat contemplantes multam ex eo circuitu commoditem. Et de prima quidem difficultate satis.

Ratio an experimento præstet.

De secunda verò ita sentiendum esse videtur. Inter rationes demonstratio pugnans experimẽtum artificiosum habere non potest: nec experimentum artificiosum demonstrationem, id quale sit, lib. Simpliciũ quarto docuit Galenus. Superest, vt tale experimentum, quod est artis principium, aliquando opposita habeat rationes apparenter vrgentes, quæ tamen in arte dimouere nõ debet, vt ab experimẽto recedatur. Maximè enim sophisticum esse ait Galenus propter apparentiũ rationum verisimilitudinem sensibus fidem abrogare, & Zoar in hac arte tam in vita, quàm in morte cum experimento cupit saluari, rationum vbuersarum negligens. Sed & Auicenna in id cui confidit experimentum est. Ratio verò non minus id ipsum cõfirmat. Primùm enim intellectus noster quantopere labet in rationibus diluendis, licet non veris, abũde magnum testimonium est, philosophorum controuersia in disciplinis omnibus, quorum vnusquisque dum putat concludere rationem suam, sectas varias cõdidere. Sensus verò in experimento indagando, vtpotè in proprio sensili non errat: firmius est itaque artificiosum experimentum in artibus ratione. Deinde quod sapientet dixit Auerrous, cùm non curemus hominem, sed Socratem, vel Calliam, regulę artis vniuersales ratione iuuentæ ob peculiares indiuiduorum proprietates deficiunt, & fallunt. Postremò, quandiu in corpore sumus corporeis sensibus alligati, magis mouemur sensu & experimento. Nam & astronomicis theorematis licet

1.Metus meß. 2.
Zoar lib.2. tra.c.5.
Am.4.c.
7 Colloß. procem.

demonstratis (ait Galenus) fidem abrogamus, antequam Eclypsium prædictis successibus iuxta astrologica theoremata cogamur. quod prudenter intelligẽs Hippocrates, licet nihil sine demõstratione tradat, annectere solet demonstrationi experimento fidem: vt cùm inquit, vbi cibus præter naturam ingressus est, morbũ facit: ostendit autem sanatio. Ita apparet cur in artibus experimenta rationibus præferamus. Sed cùm sint duo hæc artis constituendæ instrumenta, quod Hippocrates dixit iudicium rationis, & sensus experimẽtum ab vtro ordiendum magis est? Aristoteles enim dicens initium arti dedisse experientias, rationem verò secutam artem complexisse, originem & initium experientiã facit. Contrà Galenus præcipiens medico vt vniuersim ratio inueniat, experimentum iudicium de inuẽtis fuerat, à ratione considerationem inchoat: qui tamen in hunc componendi sunt modum. Artis constitutio ad theoremata statuenda confirmandaque cùm sint vniuersalia, à singularium experientiis orditur, in vniuersale rationis conceptũ terminata: cùm verò id inquiritur, quid ægrotãti Petro adhibendum, aut quale sano illi consilium initium à iudicio iuxta artis dogmata sumendum est, propter rationes verò dictas non satis fidenter in opere singulari exercendum ante experimenti tentationem est: atque de secunda quęstione hactenus. Sequitur vt duos illos medicos cõferamus, quorum vnus in librorũ lectione, alter in ægrorum curatione magis versatus sit. Aristoteles enim forte expertis magis fauere videtur, alibi dicens: expertos in artibus plus proficere videmus, sine experientia scientiã habentibus. Alibi, Nonnulli etiam nescientes, quibusdam scientibus in opere plus possunt. Contrà ex professore respondet Rasius cum Galeno. Et planè, si quod scribit Auerrous, quæ artes constant multo sensuum habitu pauca theoremataũ cognitione melius opere & exercitio, quàm lectione & studio comparãtur: quæ verò contrà multis theorematis, sensuum habitu parciore, è conuerso conficitur vt scribendi cognitio, aut pulsandi, & inter partes medicinæ chirurgia, & anatome lõga magis & apta actione quam auditu & libris parentur, reliquæ verò huius artis partes, quæ ad medicum physicum attinent, magis librorum quàm operum diligentia & instructione perficiantur. Quod enim scribit Galenus, ante integrã totius artis ex libris cognitionem nihil proficitur multis ægris inuisendis. Ea verò librorum cognitio medicum perficit, non quæ probabilia sequitur, magis quàm vera, aut sophisticis immoratur difficultatibus, & quæ artis vsum transcendunt, vnde his deditos in opere ab idiotis expertis vinci videmus, sed quæ vera tantùm & vtilia curanti inuestigat sedulò, & memoriæ ad vsum imprimit.

Proce.Epid. 2.Natur.1.
2.Apho.17.
1.Aphor.1.
Procem metaph.
Procem.Epid.
6.San fue.
Procm.Metap.
6.Ethi.7.
Expertus medicus an docto præstet.
4.Alm.ult.
1.Cretum.12.
1.Caute.
3.Cris.8.

CAP. IIII.

IGITVR, cùm deperditam cuiusdam memoriam restituere oporteret, essemque adhuc iunior, ac nec præceptorem vnquam vidissem, qui huiusmodi affectionem curasset, neque apud vllum antiquorum curationem legissem: Primùm quidem apud meipsum inuestigaui, quænam pars esset affecta, cui ipsa, id est, localia vocata remedia adhiberem, prius videlicet vniuersi corporis curatione præmissa. Id enim commune præceptũ est, quod in omnibus morbis obseruare oportet. Deinde qua via & ratione,

& ratione, remediorum singula inuenirem. Caterùm affectam sedem eam ipsam existimaui, qua princeps anima vis 1 continetur. Medicamenta autem ea adhibenda esse, qua huius sedis dispositioni aduersarentur.

2 Interim oratos velim habere omnes, qui in horum commentariorum lectionem inciderint, vt scabiem, vel rabiem, vel insaniam, quam de sectis conceperunt, deponant: deinde sic, vt probos viros decet, dicendorum speciem considerent. Equidem, cùm ea, qua iam suprà proposui, perpenderem, accepi Archigenem librum quendam de oblasa memoria instauratione edidisse: quocirca omnes bibliothecas illico percurri, conueniq́; bibliopolas omnes, atque medicos quoque, quos scriptorũ eius viri studiosos esse sciebam, quo eius libri copia mihi daretur, vt mihi quidpiam conferret ad remediorum non ad loci affecti inuentionem: quod planè scirem nullam aliam à corde sedem huic affectioni ipsum destinasse, secta ipsius constanter defendente principem anima vim in ea parte sedem sibi vendicare. Porrò intelligere cupiebam, quod intemperantia genus, eius affectionis causam esse putaret: neque enim dubitabã quin distemperantiam aliquam pro causa afferret, vtpote qui sectam eius non ignorarem. Sciens itaque octo intemperantia genera in qualibet particula posse consistere, quatuor simplices & quatuor cõpositas, noscere cupiebam, quod intemperantia genus Archigenes lasa actionis causam esse declararet: frigus ne, an humiditaté spiritus in corde, an compositum ex frigore & humiditate, aut ariditatem cum frigore putaret huiusmodi posse affectionem producere etenim manifestum erat eum in hac re nihil tribuisse calori. Sed, quid demum mihi acciderit, ijs, qui huius secta insaniam absterserint, iam narrare aggredior. Sanè primos eius libri sermones 4 scripsi, vbi videlicet 5 Archigenes curationem scribere aggreditur deleta recordationis, siue obliuionis, siue memoria amissa, aut lasa, vel vtcunque eam, quam suprà proposui affectionem, nominare volueris: aut si non affectionem, sed morbum, aut accidens, aut infirmitatem appellaueris: talia enim à sophistis tractantur, qua ne minimam quidem vtilitatem ad curationis rationẽ afferunt: Verùm, quo clariora reddantur ea, qua posthac dicemus, hoc pradicere necesse erat, Archigenem vndecim libros epistolarum scripsisse, in quorum primo extat ad Marsum epistola, qua consulit, vt patris memoria restituenda sit, atque ab initio statim post proœmium, vbi curationem tractare incipit, ita ad verbum scriptum est. Detractionem igitur sanguinis moderatam & eiusdem iteratam detractionem fecisse vos incipiente interceptatione mihi persuadeo, nisi imbecillitas quadam obstiterit. Deinceps rursus: Puto autem, quod & irrigationibus oportuno vsi fuistis, & fotibus totius corporis, & capitis derasione, & cucurbitularum appositione. His ita lectis (vt verum fatear) obscura vertigine conturbatus sum. Idque non ab re, quod spe, quam de viro conceperam, frustratum me viderem: quippe qui millies in multis commentarijs suis, affectorum locorum, atque dispositionis ipsorum scientiam, necessariam ad rectam curationem esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde consequemur, nisi ab ipsis ad remediorum inuentionem dirigamur: Qua igitur, ô Archigenes, probabili ratione persuasi, caput aggrediemur, relicto corde, cuius congenitum, quoddam opus memoria est: affectus verò, actionis eius est deperditio? Quam dispositionem sanando, cucurbitula capiti adhibita, memoriam reuocat? qua ratione huiusmodi suades remedia? Ita 6 nunc quoque inter visitandum agros, per communes consultationes, video medicos ad inuicem interrogantes, qua ratione hoc potius, quàm illud, adhibere suaserit: atque ij ne minima quidem negligunt, tantum abest, vt tam grandia, qualis est cucurbitula capiti adhibita, pratereant. 7 Neque video, si thoraci è regione cordis fuisset adhibita, qua ratione Marsi patrem iuuare potuisset. Praetereà proposita iam verborum series non explicat vtrum concisa antè scalpello, an integra cute cucurbitulas thoraci aptas fuisse volueris. Si enim fortè fortuna, vt nonnunquam euenire solet, frigida aridaque fuerit dispositio, sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum: sola verò cucurbitula non alio nomine, quàm caloris excitandi gratia, vtilis esse, censentur. cucurbitula enim attrahũt ad sese humorem ex imò, id quod arida dispositioni maximè aduersatur. Ignota itaque adhuc existẽte dispositione, qua vel caput, vel membranas ipsius afficit, haudquaquam tutum fuerit in exteriores caluaria partes materiam retrahere. Sic enim pradicere debuerat: si frigida humidaque affectio fuerit, capite hoc modo disposito, curationis summam in calfaciendo exiccandoque statuere, atque prasidiorum materiam, qua huiusmodi habeant facultatem, adhibere oportet. Quùmque vix ex obscura me vertigine recollegissem, sequentia etiam legere aggressus sum, inuenire me posse sperans, si non per ordinem, saltem sine ordine. 8 huiusmodi aliquem sermonem, qualis erat is, quem nuper exempli causa percurrimus. Deprehendi itaque vniuersum prasidiorum catalogum, vehemẽter calfacientem & exiccantem, adeò vt totum caput & ipso etiam 9 sinapismo à so vocato calefacerẽt, & eo quidem ipso vehementissimo: quippè ablato sinapi, caput nitro conspergere, mox aqua calida rigare iubet, quo medicamine nullum in arte medica violentiùs inuenies: siquidem dolorẽ, veluti cauterium, excitat: sed diutiùs durat eius operatio. Itaque Archigenes inferens, inquit: Igitur intollerabilem habet dolorem, neque vlli vel maximorum prasidiorum cedit hoc medicamentum. At verò ex sinapi, nasturitio, 10 granocnidio, 11 vua taminea (staphidagria Graeci vocant) apophlegmatismos instituit, ac sternutamẽta mouere, & potiones propinare iubet, vtraque ex vehementer calidis aridisque medicamentis componens. Vt facilè constet ipsum credidisse, ad humiditatem & frigiditatem vel cerebri, vel membranarum, hanc dispositionem pertinere. 12 Neque enim huiusmodi dispositio, si caluariam tantum affecerit, hominem memoria priuabit. Verùm hac obiter propterea dixerim, quod exiccantia calorificáque remedia inducit: quanquam nusquam ab ipso explicatum est, humore frigoréque obliuionem constare. Quis igitur non indignaretur videns caput tantis vexari negotijs, alia videlicet parte affecta? caterùm id, quod de cucurbitulis ab initio inde terminatè protulit, posteà pergens huiusmodi verborum serie manifestissimè declarat: irritationésque ex sinapi & cucurbitulis, sapius quidem mitibus, interdum autem admodum validis, facere oportet. Efficaciores autem sunt illa, qua cum scarificationibus adaptantur. Verùm, ô clarissime Archigenes, nulla tibi suffragari ratio potest, quamobrem capiti illa adhibeas, si affectio consistat in corde. 13 Neque ab experimento, vt interim empiricos alloquamur, talia possunt inueniri. Æstuans quispiam sub ardente febri, frigidam aquam per intemperantiam ingessit, & nonnihil prasidij expertus, medicis imitationis viam sine rationali indicatione aperuit. cucurbitula verò, nulla occasione duce, sed sola indicante ratione adhibetur. Neque enim sua spõtè cucurbitula vnquã gigni, neque etiã, si hoc detur, per occasionẽ aliquã capiti applicari potuit, prasertim in ea affectione, qua rarò euenire solet. Interrogãti igitur mihi nostra tẽpestatis medicos, pracipuè

senes,

senes, & exercitatos, curassent ne vnquam huiusmodi affectum: omnes penè responderunt, nunquam id se tentasse, vno duntaxat excepto, qui diceret, curationem quidem aliquando se aggressum, nihil verò profecisse. Quo pacto igitur eorum quæ casu quodam accidunt, auxilia, vel experimento, vel imitatione cognoscemus, cùm rarò eueniat huiusmodi affectus: neque fieri possit, vt cucurbitula per occasionem capiti adaptetur? frigida enim potio, cæteráque id genus remedia, quorum quotidie in multis creberrimum facimus periculum, per experimenta inueniri possunt: sed cucurbitula appositio siue concisa prius cute, siue ea integra fiat, ab experientia occasionem accipere non potuit. Cùm enim aliarum actionum sedes, quamuis non exactè, ad inuentionem tamen remediorum, satis sensibus dignoscantur, in memoria id conceditur minimè. Alias dico affectiones, vt lateralem morbum, peripneumoniam, nephritidem, dispositionem colicam, hepaticam, splenicam, aut vesicæ, aut vteri affectus, atque id genus cæterarum partium. In quibus omnibus, & dolores, & ea, quæ per meatus excernuntur, & si non exactissimè, saltem in latitudine sedem affectam declarant. In laterali enim morbo facilè est vniuerse lateri adhibere, quicquid volueris: similiter ventri in colica, quemadmodum si hepar aut lien inflammetur, præcordijs, atque haud secus in cæteris partibus. Deperdita verò memoria nullum affecti loci signum, neque tumor præter naturam, neque dolor aliquis, neque excretio, neque aliud quidpiam extat: quemadmodum neque in melancholia, phrenitide, mania, morbo comitiali, lethargo, sopore, & in ea affectione, quam recentiores medici cathochen, id est, vigilantem soporem nominant, atque catalepsi, id est, occupatione: Ac ne in totius corporis spasmis, vel in saltibus, vel in dimidij corporis paralysi, id quod veluti radix est, vllum signum prodit, vel ex tumore præter naturam, vel ex dolore, vel ex colore mutato, vel ex aliquo excretorum: quare neque ex his Archigenica remediorum inuentio fieri potuit, siquidem 14 nugaces sunt empiricorum occasiones, atque Archigenis sermo nos ducit ad cor. 15 Verùm concedamus ab experientia dictarum affectionum auxilia prodijsse, nunquid manifestè deprehenditur falsa illorum arrogantia, qui dogmatici vocantur? ac ne simplex quidem illa reprehensio erit, sed gemina, atque vtraque fortis. Si enim vsque adeo vtile est experimentum, vt nō solùm citra rationem inueniat remedia, verumetiam coarguat rationem tanquam apertè falsam, tantùm abest, vt ratio dogmaticis medicis sit vsui, vt etiam nocere videatur: Sed (vt aiunt) satis reprehenditur id: quod inutile esse ostenditur. Quod si ratio etiam nocere videatur, quod maius argumentum desideras, quo rationis vitium ostendatur? Porrò multas de principe vi animæ rationes, dialectico more interrogādo inductas, vnà cum affectorum locorum vsu, quibus euincere possis in animalibus affectibus auxilia cordi adhibenda esse, ita tu subitò contempsit Archigenes, alioqui in curandi ratione exercitatissimus, vt neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret: ipsúmque, licet haudquaquā affectum, & incideret, & vreret. Num igitur per leuem mentitus sum paulò antè, cùm dicerem rationalem viam, quod ad remediorum inuentionem pertinet, omnino prodi, ab his scilicet, qui patria, quam secte suæ proditionem æquiori ferrent animo? quippe proditionem esse arbitrantur, si vera dicēdo, dissentiendū sit ijs, quibus ea secta defenditur. Igitur, vt in præsentia 16 turpem contentionem manifestè declarant, sic etiam haud obscure 17 dementiam suam produnt, cùm putant omnia sua decreta turbari, si aliquando vel in vno reprehendantur. Placitorum enim alia, mutua consequentia cohærent, alia inter se pugnant, alia neque consequuntur sese, neque pugnant necessariò: vt in hac ipsa de principali animæ potestate, quæstione: siue enim in corde, siue in capite sedem ei statueris, poteris de natura elementis quæcunque volueris, eligere opinionem: cum priore sententia, neque pugnando, neque consequens aliquod adducendo: haud secus de generatione quoque & corruptione, de animæ essentia: de Dijs: de prouidentia: de fato: item genitus ne sit mundus, an ingenitus: finitus an infinitus: præterea an plures sint mundi, numeróque incomprehensibiles, an vnus duntaxat. Quippe nulli iam dictorum placitorum repugnat, neque ad vllum ipsorum sequitur ea, quæ de anima vi principali habetur opinio, siue in corde, siue in cerebro eam contineri dixeris. Itaque vniuersam suam sectā dogmatici produnt, qui huiusmodi scribunt curationes, cùm de præcipua animi vi adeò manifesta sint demonstrationes, vt omnibus ferè hominibus nota sit pars, in qua residet: soli medici, summique philosophi, qui in corde eam collocant, non appareat. Demonstrationes verè ipsas, in commentarijs, quos de Hippocratis Platonisque decretis edidi, iam dixi. Porrò rationalem animæ vim in cerebro, virilem verò atque irascibilem in corde, concupiscibilem in iecore sitam esse, nemini non persuasum est, id quod quotidie dicentes audiendo, dicere licet. Quippè fatuum aiunt cerebrum non habere, timido & pusillanimi, cor deesse. 18 Tytio verò iecur ab aquila erosum, non solùm Poeta, verumetiam pictores sculptorésque fingunt.

SVPPONIT hæc tractatio ex actione læsa affectum locum agnosci: prętereà curanti necessariam esse affecti loci cognitionem. Postremò, loco sic agnito, imponenda esse remedia nō locis his, qui affecti non sunt. Tria ergo placitis iis tribus aduersa anteà tollit, duo priora in præcedentibus, nunc postremum. Archigenes enim, ceu propriam vocem ignorans, commendat curaturo agnitionem affecti loci: cumque fateatur facultates principes in corde cum Aristotele residere, in earum læsione capiti auxilia admouet. quod si illi damus, loci agnitio inutilis relinquitur curanti.

1. *continetur*] siquidem memoriæ ablatio principis facultatis læsio est.

2. *interim*] benignum reddit auditorem, vt agenti contra Archigenem faueat. Etenim redarguit eū dupliciter. primò, quia sine ordine iubet particularia remedia adhiberi, antequam ex cognita essentia affectus eliciat vniuersalē methodum, & vim curantium remediorū: secundo, quia cum ex ipso Archigene cognitus locus faciat ad inuentionem partis, cui remedia imponēda sunt, qui memoriam locat in corde, cordi, non cerebro remedia adhibere tenetur, vbi ea oblæsa est.

3. *ad loci*] eo quod sciebat illū falso traditurum de loco affecto, nēpè cordi imponenda esse.

4. *scripsi*] lege, in margine annotaui.

5 *Archigenes*] obtinet sua ratione Galenus aduersus Archigenē & Aristotelē, qui cerebro negabant ingressum ad animales functiones & tan- *Cap vlt.*
quam principi, & tanquā instrumento. Aristotelem autē ita sensisse apparet ex lib. De progressu *Cap 7.*
animal. asserente, solùm cor cum spiritu ad iuncturas mandato mouere, nulla facta de cerebro aut neruis mentione: & ex secundo De partibus animal. nullum cerebro vsum tribuente alium quàm excrementi: & nihil discriminis inter ligamentum agnoscente & neruum. nec aliter lib. De respiratione sanguinem in corde gigni, & ab eo

solo distribui cēset in corpus. Verùm in Auicennam & sequentes nō obtinet, tribuunt enim cordi facultates has ceu primario agenti, cerebro ceu vicario & sine medio mandanti.

6. *ita nunc*] sensus est, teneri Archigenē reddere rationem, interrogatum, cur sic applicat auxilium, quia dogmaticus est, non empiricus, nec discipuli eius rationem reddere subterfugiunt.

7. *neque video*] dupliciter Archigenem reprehendit, primò quia qualitas remediorum prius in genere explicāda erat dogmatico: secundò, quia non obseruat locum affectum. Et lege. (Ego verò ne si thoraci è regione, iussisset apponi, video qua ratione.) Sed quod ad priorem locum attinet, est quo se tueri possit Archigenes, Hippocratis doctrina lib. De decenti ornatu, qua præcipit, ne medicus cum ægro & familiaribus multa fabuletur de morbi essentia, & curatione: nam auctoritas minuitur artis & artificis.

8. *huiusmodi*] Nempè processum à morbi natura, ad auxilij inuentionem.

9. *sinapismo*] vehementis, mediocris, & leuis habes apud Mesuen compositiones, & Aëtium.

Ætius lib. 3. 191.

10. *granum gnidium*] trouisco.

11. *vua taminea*] staphysagria. fapartaz.

12. *nec enim*] ostendit Archigenem non solùm falso sensisse de animę sede, sed & proteruia peccasse, ne descisceret à recepta de principatu cordis sententia. Nam si remedia, in affectibus dictis, capiti esse imponenda ex ratione ceu dogmaticus inuenit, oportuerat affirmare sedem rationalis animæ caput esse: sin experientia dixerit se, non ratione inuenisse, dupliciter exploditur: & tanquam mendax, quoniam experimento citra rationis discursum inueniri non poterat: & ceu male dogmaticam profitens, cùm experientiam pugnantem reiecta ratione in opere sequatur.

13. *neque ab*] ostendit experimento non potuisse eam remediorum applicationem inueniri: nam nec concurbita sponte sua accedit ęgris: deinde nec capiti peculiariter: adde in rarissimo morbo, cuius raritatis testes citat: quarrò in affectu, cuius nec sub ampla latitudine sensu locus percipi potest, memoria enim in cerebro an in calcaneo sita sit, sensus non discernit.

14. *nugaces*] ostēsum est enim occasiones empiricas non præbuisse eam cognitionem.

15. *veram*] Altera ratio, reiiciens respōsionem eorū, qui pro Archigene dicunt, experiētia inuenta esse dicta remedia. Si ratio inuenire nō potuit, sed experiētia, inutilis est ratio, quam dogmatici empiricæ præferunt: si verò ratio non solùm non deducit in certum locum, sed cogit ad alienum cordis, conuincitur dogmatica secta non tantùm inutilitatis, sed & falsitatis.

16. *turpem*] quoniam experimento suo remediorum redarguuntur.

17. *dementiam*] memorandus locus, ne propter vnius sententiæ reprehensionem liber totus vel auctor parui habeatur: qui quandoque est vel præstantissimus, & in reliquis recipiendus, quæ ex sententia illa non pendent.

Cap. 10.

18. *Tyrio*] de quo lib. De placit. tertio.

SED quæstionem de animæ principatu per difficilem quidem illam in medium afferamus, illius memores, quod in Aphorismis dixit Rasis, difficillimas eas tractationes esse, in quibus

6. Apho. 8.

Galenus & Aristoteles pugnant. Nec verò virum Philosophum multum mouere debet dicentis auctoritas: nam sapientissimi (inquit Galenus) hominem fuerunt Hippocrates & Plato, quibus tamen citra demonstrationem credendum non est: absoluetur autem quinque propositionibus argumētum. Prima: Perperam putat Galenus demonstrasse se aduersus Aristotelem ternarium in homine animarum numerum. Nec enim demonstratio est quam ita format, constat dissectione singulas corporis partes per neruos à cerebro vim animalem suscipere: præterea cerebrum nō aliunde, sed à seipso eam obtinere: In cerebro igitur anima rationalis sita est. porrò irascibilem in corde, nemo non fateatur: concupiscibilem in iecore, venarum monstrat origo: Sunt igitur separatæ locis animæ tres. Si verò locis, etiam substantia: idem enim variis locis contineri non potest. hæc tota est ratiocinationis deductio, in qua illud vnum ostendendum relinquitur, cerebrum à corde nō mutuari animalem siue vim, siue animam: id verò (ait Galenus) ostendit eam dissectio, si vinculo excipias vniuersos canales cerebrum connectentes cordi, venas, item arterias, & neruos. Cùm enim iam nihil à corde cerebro influat, non secus quàm ante interceptionem vis sentiendi & mouendi à cerebro partibus corporis deducitur. Sed quod tanti viri pace dictum sit, dupliciter deficit in demonstrando, tum quoniam putat se in experimento, quod citat intercipere omnia vasa, cùm non intercipiat: nam bona arteriarum vtrinque portio sub circularibus vertebrarum colli processibus latet, illaqueationem effugiens, quarum commercio vis illa communicari queat: tum quod etiam si detur, nihil cerebro à corde accedere, tantùm obtinere potest, membra nisi accedente quopiam à cerebro instrumento, sensu motuque fungi nō posse: animam verò illam sentientem mouentemque in solo cerebro sitam & veluti circunscriptam esse non obtinet. Fieri enim potest, vt quemadmodum videndi principium in toto corpore est, saltem in toto capite, & tamen nisi accedat illa oculorum constitutio, visionem exercere non potest, ita principium sentiendi mouendique in totum corpus expandi, nec tamen partem vllam suo muneri sufficere, antequam præstito à cerebro adminiculo fruatur. Frustrato itaque opinione sua Galeno, consequens est rimari aduersariorum rationes, num plus possint in astruenda animæ humanæ vnitate. Prima ex Aristotele. Si sunt animæ tres coëuntes in vnum Petrum, dari oportet quicquam à quo in vnitatem redigantur: id vniens corpus non est, tum quia vniēs rationem habet formæ ad vnitum, quod corporis non est: tum quoniā corporis partes absente anima mutuò secedunt & seiunguntur, vt intelligantur vniri ab anima nō ab illis animam. Accedit quod corporis partes varię sunt, vt & ipsæ coniunctionem desiderent, nedum illæ veniant dissidentes animas. Nec verò dici potest, animas illas à seipsis in vnum indiuiduum coïre: nam quæ naturis separata sunt & varia, quomodò à suis ipsorum naturis vnum fient? Nec verò, ait Albertus, ab accidente aliquo vniuntur: nam quæ propter accidens vnum sunt, vnum sunt per accidens: Petrus autem est per se vnum. Præterea sicut exi-

De animæ principatu. 3 Plac. 3.

Propositio 1. 7. & 8. Plac. ad initio.

Quod anima hominis sit vna. Ratio 1. 2. anima. vlt.

stentiæ,

ſtentiæ, ita & vnitatis accidentibus ſubſtantia
cauſa eſt, nõ accidens ſubſtantiæ. Demum ſi acci-
dens aſſeritur inſeparabile ooo ſeiungetur vn-
quã ab anima: & quomodò in equo & lactuca ſe-
parantur? Si ſeparabile, poterit abeſſe manente
ſubiecto, eritque Petrus vnũ ſine voiente. Quod
ſi fateris ſubſtantia aliqua vniri tria illa operum
priocipia, quid aliud aſſerimus? aut in quo à no-
ſtra recedit Galenus ſententia? credimus enim
tria principia operum animæ tres eſſe facultates,
2. voa quadam animæ ſubſtãtias voitas. Altera Phi-
loponi ratio: Si opera vegetantis animę alitio, au-
3.anima vlt. ctio, generatio, à tribus prodeunt ſubſtantiis, ve-
getans anima malè vna eſſe aſſeritur: ſin prodeũt
3. omnes ab aoima vna, ſed tribus ioſignita facul-
Lib. animæ per vnit. tatibus, quidni etiã fateamur hominis opera ab
aoima vna propter facultatum prodire varietatẽ?
Iungamus verò iia etiam duas Auiceonæ ratio-
nes: Prima eſt, nõ aliter quàm philoſophi perſua-
dent communem eſſe ſenſum ea de cauſa, quod
ſentimus album dulce io lacte, quã coniunctio-
nem nullus percipit exteroorum ſenſuum: nos ad
voitatẽ animę vrgemus, io qua facultates variæ
locẽtur, & ad quã voã terminentur. Si eoim ſen-
ſitiua aoima percipit pulchrũ ooo concupiſcibi-
lis: concupiſcibilis concupiſcit oõ ſentit, cur mo-
uetur concupiſcibilis Petri ad pulchrũ ſpectacu-
lũ? Sicut eoim ſi ego video pulchrũ, nõ proinde
4. tu cupis: ſi ſic à ſenſitiua aoima percipitur pul-
chrũ, illa altera anima moueri non debuit. Altera
eſt: Idem eſt Petrus ioteger & mutilatus mẽbris:
idem ergo de ſe effert, dum integra mente coo-
ſtat, & dum mania corruptam ratiooẽ habet, &
dũ reſoluta mẽbra ſenſu motúque priuata, dũ ali-
mento & outritione priuatur; quid ergo illud eſt,
in quo vnitas Petri ſeruatur, ſi oec eſt corpus,
quæſt. 3. nec vlla facultatũ animæ? Solum ſupereſt facultа-
tũ illarũ ſubiectum anima, quæ quandiu eadem
manet, vnus eſt idémque qui fuerat Petrus. iis an-
5. nectantur tres aliæ B. Thomæ. Prima eſt: Ex po-
tentia & actu fit verè voum & per ſe, quia illa oõ
ſunt duo, ſed eſt aptitudo ad rem & res, quare
verè vnum: ex duobus verò actibus ſiue ſubſtan-
tiæ ſint, ſiue accidentia, quonam modo fiet verè
voũ, cùm duo actus duæ res ſint? atque adeo Pe-
trus voum erit per accidens tantum, ſed hæc in
6. Ariſtotelis rationem redit. Altera eſt: Fit vt ani-
mal oon ſit geous hominis. Si.n. homo non eſt
per animam vegetatiuam aut ſenſitiuam præce-
deotes, ſed per ſequeorem rationalem; noo eſt eſ-
ſentia, hominis animal, neque igitur ingreditur
eſſentialem finitionem. Eſt tameo quo ſe tuea-
tur aduerſarius, cùm enim phyſicæ finitiones con
ſtent ex materia & forma, & geous à materia,
p.1. differentia à forma ſumatur, octauo Metaph. ha-
beátque corpus anima ſeoſitiua præditum ma-
teriæ vicem ad ſequentem rationalem aoimam:
meritò homo vt pote naturale ens finitur per ani
7. mal ceu materiam, & ratiooale ceu formam. Ter-
tia eiuſdem: Si variæ formæ eſſent, non obſtarent
ſibi in opere: cùm tamen meditatio multa alitio-
nem extenuet, outritio meditatiooem. Sed &
hęc obiiciet aduerſarius inſtrumentum vnum a-
nimarum, innatum calidum. Nec concedet ex ra-
tione colligi animæ voitatem, ſed vel animæ vel
inſtrumeoti: eſt autem omoium aoimatum in-
ſtrumentum innatum calidum, quod cùm vni ex
operibus iteodit, neceſſe eſt ab alio diuertat.
Cùm tamen ex ſeptem allatis rationibus multæ
admodum neruoſæ ſint, Galeni verò demonſtra-
tio improbabilis; meritò vnam animam in homi-
ne recipimus cum facultatum oumero, nihil mo-
rantes modo Scoti de forma corporeitatis inuẽ-
tum. numerum enim tantum animatum inquiri-
mus, & ratiooes allatæ omnem formarum oume-
rum excluduot. Sed ſi eſt vna hominis anima,
eáque rationalis indiuidua, & inextenſaque cor-
poris mole: qui fit, vt euolante ea cadaueris vn-
gues piliquе augeri oõ ceſſent: & abſciſſa manus
aliquandiu & viuat & caleat? ſanè; eueoiũt ea agẽ
te breuiſſimo tempore inſtrumento, quod in par-
te reſiduum aut in cadauere eſt, vice deficientis
animæ, cuius imaginem & miniſterium gerit: ſic
ablato corde vociferata victima eſt, & abſciſſo
capite calcitrat gallus, lacerti verò amputata cau-
da concutitur, & (quod maius ſed certiſſimũ eſt)
vrinæ conteota pro natiui caloris io vrina reſidui
aut robore, aut infirmitate, aut ſerius aut citius
in ſua loca ſeceduot & vniuntur: pili verò defuo-
ctorum augeantur. Propoſitio ſecunda. Vt primũ Propoſitio ſecunda.
obtinere Galenus coniẽdendo oõ poteſt de ani-
marum oumero; ita hoc alterum egregiè in Ari-
ſtotelem conuincit: tria eſſe in corpore membra,
quibus corpus vniuerſum gubernatur & durat,
non vnum; ſiue propria tantùm facultate id ope-
rentur, ſiue à corde communicata: id enim paulò
poſt in diſputationem trahetur, cerebrum, cor, he
par, & de corde quidem oemo diſſeotit: de cere-
bro certa argumẽta ſunt, quod ſingulæ partes tã-
diu ſentiunt, & mouẽtur; quandiu fruuotur oer-
uo à cerebro delato; & ad cerebrum terminato;
quòd cõpreſſis cerebri vẽtriculis ociãrut omnia;
quod refrigerato capite ſomnus oboritur, qui o-
cium eſt animaliũ in corpore functionẽ: quòd lę
ſas illas functiones capiti admota auxilia ſanãt.
Demũ artificioſa & varia cerebri formatio & cõ- 8.vſu.2.
poſitio multum eius vſum demonſtrat. Si verò
contendunt Arabes cum multis Peripateticorũ,
Ariſtotelẽ aſſecutum eſſe hunc cerebri vſum &
munus, quod illius interuentu membra fruuntur
animali facultate, nihil valdè repugnãdũ eſt; nec
enim (quod ſemper Galenus ait) id ſapienti plu-
rimùm curandum eſt, quàm verè dixerit Ariſto-
teles, ſed quàm certũ verúmque ſit id, quod intel
ligimus: niſi tamẽ fuerit lector cõtẽtioſus, facilè
ex Ariſtotelis dictione intelliget, quàm in eo ope
re cerebro nihil tribuerit, nec in ſanguine gignẽ
do iecori Nã libro de progreſſu animalium putat
ſpirituio à corde ad membra deferri motionis ar
bitrariæ authorem ſimul cum villis in corde coo
reoris nulla facta de cerebro mentione. Idem ſe-
cũdo De partibus animal. cerebrũ medullã cal- Cap.7.
uariæ opinatur, ſolius refrigerij gratia creatum:
libro verò De reſpiratione, io corde putat alimẽ-
tum cõmune confici, & ab eo, oõ a iecore per ve-
nas diſtribui. Sed præſtat, tẽpore parcere, & quod
ſupereſt rationibus ex Galeoo petitis lib. De pla-
cit. ſexto, ortum venarum ab hepate & ſanguinis Quod venæ à iecore oriuntur.
alituri generatiooẽ in eo oſtẽdere. Prima eſt, ab Ratio.1.
hepate trunci oriuntur duo, deſcẽdẽs craſſior ali-
turus partes infra hepar craſſiores; aſcendẽs mi-
nor, vt ſuperiores nutriat: nõ eſt igitur à corde ori

go; quidem solent maiora prestare minoribus o-
riginem, non è contrario. Altera; ascendens aore
cor scinditur, petitque altero caudice cor, altero
2. iugulum, ita vt ambo rami crassitiem æquent
ascendens cauæ. Iungit Galenus, oportere, vt ali-
3. menti origeni, sicut & radicationi in plantis, (ita
appellant plantæ partem, ex qua vis & ad radicũ
fibras, & ad fructuum extrema deriuatur) omnes
corporis venæ annectẽtur: atqui iecur venis na-
turalium membrorum per meseraicas & cauũ, re
liquit per cauam & gibbum cohæret; nũ cor: ie-
4. cur igitur venarũ est origo. Preterea pisces & nõ-
nulla alia dextro cordis ventriculo destituta, quî
5. poterũt ab eo ventriculo toti sanguinẽ distribue-
re? quid quòd ingressus cauæ ad cor perclusos ha-
6. bet sanguinis exitus membranulis tribus foris in
tro hiantibus. tum etiam oportebat, si caua à cor-
da oritur, eã nõ secus arteriis pulsare: pulsat enim
7. totum cor & ab eo orta Neque verò minore ar-
gumento sunt expurgatoria vasa, quibus natura
8. hepar circundedit, fel, lien, renes. In eo enim loco
oportebat adesse, vbi per coctionem succorum
expurgantur, secedúntque excremẽta. Adde quod
non solet natura vno vase inelaboratam & in-
cultam materiam introducere, & iam coctam ex
purgatámque educere; solus autem & vnus est ca-
uæ in dextrum cordis sinum ingressus: quomodo
itaque nõ erit improbabile eodẽ ipso canali ad
eductionem vtilitiam; coctique sanguinis abuti
naturam. Hæc Galenus & copiosè & fortiter;
plura fortasse quàm manifesta veritas exigeret, ni
si Aristoteles aduersaretur: Sed quod non facilè
ferendum est, non desunt adhuc qui cognito &
oculato testimonio minus tribuũt quàm vni Ari-
stoteli, cuius in re anatomica, & partium actioni-
bus, pro illius ætatis infirmitate, plura sunt & ma-
iora errata, quàm vt excusari à doctis vel possint
vel debeant, quàm verò molles sint aduersarij &
eneruati in reiiciẽdis Galeni rationibus, pensan-
dum est. Prima, inquiunt, ratio & secunda su-
mitur, quod experimento non apparet, in omni-
bus animalibus cauam venam in iecore bipartitã
esse trũcúmque eius ascendentem, sursum in cau
dices duos distribui, ita vt iuncti æquent ascen-
tis magnitudinem; quod longè aliter in piscibus
constitutum est, & quibusdam aliis: nec agnoscũt
tamen qui ita obiiciunt, rationem constare, si in
multis ea dissectio venarum apparet, quæ à Gale-
no proposita est: si enim in auibus, in reptilibus,
in multis etiam gressilium, ita se habet venarum
ex iecore distributio: eadem autem est iecoris in
iis, & reliquis facultas & natura; quomodò nõ ex
illis generatim colligemus venarum ab hepate
originem? & quoniam ipse conspectus imponit
nonnũquam, inspecto ingressus cauæ ad cor, qua
si multum pateat, meminisse oportet eam rimã,
qua caudex ille in cor hiat communicata cordis
distentione per interualla ita patere, vt appareat
crassior tota vena ascendente, cùm sit gracilior
rami totius ductu & amplitudine. Auicena verò
licet distributionem Galeni admittat; illud non
3. animal. 1. li. anima penult. vlt. admittit oportere vt maiora sint minorum ini-
tia, non minora maiorum: proponitque chorij va
sa priora, sed minora quàm sint vmbilici: opti-
cos retina, fibras radice. poterat adiicere dorsalẽ
medullam ad lumbos crassescere, & amplio-
re foramine quàm sursum patere: quæ tamen vim
& originem à superioribus trahit. fit etiam vt
stagnet quandoque fluuius, & qui angustus des-
cendebat, in amplam magnitudinem assurgat. In
quibus tamen exemplis oportuit perspexisse, quæ
dam ex dictis, vt plantarum fibras & chorij va-
sa, initia esse formationis, non dispensationis; quę
duo apertissimæ Galenus subiunxit, monens ini- Lib. format. fœtus.
tia formationis nonnunquam esse minora; dispẽ-
sationis verò, aut gubernationis perpetuò maio-
ra. Nam opticus non efficitur maior, dum in mẽ-
branam amphiblestro idem transit, sed latior; si-
militer & fluuius qua parte inundat. Dorsalis ve
rò ad lũbos latiore foramine aperitur, vt in eo tã-
quam stagno recipiatur crurum motibus copio-
sus, & qui sufficiat spiritus: vas, verò sanguinẽ in
totum corpus delaturum quorsum procedens e-
rit amplius. si enim, vniuersum sanguinem pri-
mùm exeuntem gracile vas complexum est, quo
modò non magis inanita per ramos aliquot ma-
teria, residuo par erit, sufficiétque? sequentem ve
rò rationem ita impugnant. Si excluditur à ve-
narum origine cor propter meseraicas, non mi-
nus excludendum hepar est, quod nec cum ar-
teria venali, nec cum vena cohæret arteriali, sed
insulsa est calumnia: partim quia ratio radicatio-
nis expostulat, vt vtrisque venis annectatur, id
est, alimẽto per fibras trahendo & fructui per ra-
mos producẽdo, quæ res vt in hepate apparet, ita
cordi non conuenit, partim quia ratio peculiaris
est, cur ab hepate vasa illa duo nõ prodierint, ar-
teria quidẽ venalis, quia arteria est; vena verò ar-
terialis, quia duæ tunicæ quibus erat vestienda à
simplici cauæ trunco explantari non potuerunt.
Quartam insectantur: quasi non intellexerit Ga-
lenus: cor etiam vbi vno tantùm constat ventri-
culo, recipere à caua vena sanguinem, ita semper
coctici sanguinis originem cor esse. Sed in caui-
tate vna quomodò duo sanguines temperamen-
to varij gignentur per duo vasorum genera mã-
dandi; venalis, & arterialis? In rationem verò quę
ex membranis cauæ desumitur, foris intrò nutan-
tibus, ridicula redargutio est; qua citant per os ar
teriæ venalis, licet similes valuulas habeat, exire
à corde fuliginem. Nam primùm non similiter
habent vtrobique valuulæ. Sed in arteria venali
duæ tantùm appositæ sunt non exactæ clausuræ.
In caua tres egressum omnem negantes: deinde
aliud est exigua solius cordis fuligo, & aliis angu-
stiis clauditur: aliud sanguis vniuersum corpus a-
liturus, qui nisi amplo & recluso foramine demit
ti nõ potuit. Postremò obiiciunt venam arteria-
lem à corde ortam, nec pulsantem tamen, vt ni-
hil obtineat Galenus illa quàm affert ratione;
pulsaturas esse venas, si à corde ortum ducerent
Et tamen venam arterialem pulsu destitutam es-
se non constat, in egressu enim à corde illa sicut
& reliqua vasa cor attingẽtia pulsant, in progres-
su verò per pulmones: quia tota pectoris inani-
tas à distentis occupatur arteriis, non est quo ve-
na illa arterialis licet connata distendi queat. Sed
de his hactenus. Propositio tertia. quid sit facul-
tas à cerebro toti influens & à corde arteriis, nõ 7. vsu. 9.
satis constat. Galenus putat ex Aristotele esse a- Propositio
nimę influxum; ita enim inquit. Cogitur Aristo- tertia.
teles dicere animam esse spiritum illum mem- 7. Plac. 16.
bris delatum, aut certè spiritu ceu vehiculo vehi.
Sed & Philoponus cum quibusdam aliis peripa-

teticis addubitát, maximè propter locom, lib. De progressu animal. quo asserit animā nō roti corpori assistere, sed in medio omnia regētem, non aliter quàm regem io regni medio. Sed vulgarinx est certiórque feorentia, totius formam esse animā. nam si vna est aoima, & eas singulas partes alit, omnibus partibus præsens est anima perpetuáque: supereit vt vel mandetur facultas ab iis principiis animæ membris præsenti, vul certè instrumentum aliquod operi necessarium: at verò facultates auimæ vel compositi, vt pote naturales quædam passiones à suis inseparabiles sunt subiectis: relinquitur mandari tantùm instrumentum animæ, operaturæ necessarium. id instrumentum apud plurimos est temperamentum, aliud quidem à cerebro per netuos sensationibus aptū, aliud per arterias à corde pulsatinni. Sūt tamen multa nec inualida quæ dissuadeant. Temperamentum (ait Galenus ablato agenre aliquandiu durat, quoniam permanens res est; lux simul cum luminoso cessat: atqui ligato vbiuis neruo confestim destituitur animali facultate etiam lōginquum membrum neruo fruens, & rursum soluto repente redit; noo est igitur temperamentū, sed qualitas alia, temperamenti soboles, sed
2. successiua luci similis. Deinde si remittitur ex nerui presentia multus mēbri calor, quo fiat sensationibus aptus, cur ex ligata nerui origine sensū destituitur, manet enim in parte neruus moderaturus partis calentis immoderantiam. Si verò immodicè refrigerat neruus spiritu animali orbarus, promptum est calfactoriis nerui frigus ob-
3. tundere. quid quod causo laborantis manus feruida, & hydropici algida, sentiunt & mouentur citra ooxam & tamen sana manus ligato ad humerum neruo, non magis qnàm mortua; quæ rea ad intemperantiam manus referri oō potest, cùm magis iotemperatæ causo laborantis & hydro-
4. pici sentiant. præterea si sola temperies per nerunm accedit, accedit autem is calor, sed multo auctior per arterias, quid facit vt ligata arteria multo plus temperiem manus immutans, operationes animales non lædat, sed ligatus aut sectus
5. neruus. cur verò compresso aut ablato corde victima currit & vociferatur, leniter verò cōpresso cerebri ventriculo obtumescit & torpet? Si enim temperies est quæ io parte ministrat operanti animæ, magis auté motatur ad cordis arteriarúmque mutationes quàm ad cerebri netuorúmque: oportebat cordis læsiones magis quàm cerebri sequi. Postremò vis pulsatilis experimento illo Galeni de canali arteriæ immisso, non per san-
6. guinem & spiritum, sed per membranam arteriæ diffenditur: non est igitur temperamétum. Calor enim multò promptius mandato feruente sanguine & spiritu, quàm diffusa per frigidam membranam qualitate manabit. Si verò pulsatilis vis aliud est quàm temperamentum; nimirum & animalis: pariter enim à suis priocipiis, nec dissimiliter communicantur. Cur verò ita natura instituerit, vt anima membris cum facultatibus præsens opera alitionis peragat, sensus verò & pulsus citra accedentem à sua foote qualitatem non peragat, lib. primo discussum est. Propositio quarta. Num duo illa, cerebrum & hepar: quæ dicta sunt mandare toti facultatem cerebrum, alimentum verò iecur, in iis muneribus principia sint & origines, an cordi seruiant, vnde prius recipiant; controuersum est, & rationibus disceptandum. quæ ergo Auerous, Aphrodisæus, Auicenna, & aute illos Aristoteles afferunt, cōfirmantes vnius cordis inter membra principatū, talia ferè sunt. Id tantum asseritur operis princeps quod instrumentum haber operi sufficiens, non egens aliena ope, sed alia illius: hoc enim nomine apud Galenus cerebrum animalis facultatis priocepa est, quia ipsum sibi sufficit ad principes functiones, sensoria verò & musculi open illius expectant: cùm ergo innatum calorem operum omnium vniuersale instrumentum nullum io corpore membrum citra cordis influxum, sufficientem habeat functionibus, non cerebrum, non hepar, non vllum aliud: relinquitur vnum cor omnium in animali functionū solum esse priocipium. præterea multæ & magnæ arteriæ à corde ad cerebrum pertinguot: si in vsum sensuom motionúmque, nulla est controuersia: si ac cerebri tantum alimoniam, conuincitur cerebrum esse etiam corde præstaotios; quo quid possit dici alienum magis; conuincitur autem hac necessitate; cor instar quo qui cuiusdam cerebro alimoniam subministrat: cerebrum tori solum sensationes motionésque, præstat igitur cordi cerebrum. Deinde animalia vincunt plantas calore, & eadem sensu motúque supra plantas valent: sensus igitur motionísque author, erit membrum calore superans, uépe cor. Tum etiam (quando inter cor tantum & cerebrum ambiguitas est) cerebrum cum netuis innata pugnat frigiditate, ne possior motibus ministrare: ministrabit igitur cor, validè item ira vtgens, Constat perfici alitiooem membrorum calore, nec tamen illo sensifico, sed aliò nā per somnum coctio membrorum pleniot fit, nec tamen adest membris sensificus calor, sentitent enim. quo fundamento iacto adiiciūt, oportere id mēbrum recipi pro origine sensunm, in quod dormienti calor sensificus ab exterois membris recipitur, & à quo expergefacto mādatur; ad cor autem per somnum retrahitur, à corde exit surgenti. Coofirmant; Nutritoria facultas sedem in corde obtinet; est autem nutritoria animalis facultatis materia: ibi igitur locabitur & sensilis, quare & sensificus calor: non enim aliter est facultas facultatis, quàm calor caloris materia. erúntque calores duo; alimentarius & sensificus, subiecto vnum, ratione finitionéque oō vnum. Quid quod io syncope deficiente in membris vitali spiritu, animalibus functionibus membra priuantur: Io cardiacis auté & naturalia & animalia opera iofigniter offenduntur & labant: ligata ampla arteria, ait Rasius, membri, in quod pertingebat arteria, resolutio sequitur; sicut ligaris carotidibus carus, magno argumēto influxus animalis per arterias facultatis. Sed & illa non mittuot. Motus omnis arbitrarius cooiunctam habet vtilis prosecutionem aut noxij fugam: In vtroque cordia motus dilaratonia constrictionisque apparet: à corde itaque originem trahit arbitrarius motus. Eo maximè qnod vel visu ipso conspicitur in noxiorum motibus pallor & decoloratio retrocedente ad cor calore, præsente autem familiari, rubor & risus affluentis ex corde sanguinis indicia. Quod si ad animi ignauiam inducendam, paulò post moneute Galeoo, primùm locum frigus ha-

[Left margin notes: Facultas nō est tempera mentum. Ratio.1. 7. Plac. 9. 15. · 2. Plac. 2 & 3 · Li. Num solum sang. fine. · Cap. vlt. Propositio quarta. Auerroes ra-col]

[Right margin notes: lect. 7. 11. 12. Aphrod. 1. anima vlt. Ratio. 1. · 2 · 3. · 4. · 5. · 6. · 7. · Contin. cap. paralysi. · 8. · 9.]

bet, alterum humiditas: quomodo erit verisi-
10. mile naturam hæc munera cerebro commi-
sisse omnium membrorum frigidissimo humi-
11. dissimóque. Addunt cor primùm viuere, po-
stremò mori, quasi vitæ & animæ primordium.
12. Si verò neruorum venarúmque exortus in cor-
de ad cerebrum hepárque conferantur, non le-
ue cordi patrocinium accedet. Nam in cor-
de nerui multi & ij robustissimi apparent, quos
motionum ministros opinari par est, magis
quàm cerebri illos mollissimos medullares &
inualidos; vena verò quum primum cor con-
tingit cessat non amplius per cor delata, cessat
autem in sanguinis stagnum; cùm hepar vena
permeet perforétque citra vllum sanguinis si-
num, non secus quàm reliqua corporis mem-
bra, quæ à vasis alimentum, non vasa ab il-
lis initium trahunt. Sed & hoc accedit, ait A-
phrodisæus, si separatæ suot locis facultates sen-
13. silis & alens, erunt & natura: dubitúrque alte-
ra citra alterius commercium, sensilis sine al-
3. animal. vlt. trice; Id verò ex iis est, quæ fieri non possunt
vt perfectio sit sine eo, cuius est perfectio, formá-
14. que. Nec verò ait Aristoteles, probabile est, vt ce-
rebrum quod non sentit, sensus sit toti corpori
author, & laxissimum viscus pondus molémque
vniuersam substineat, & vehat. Postremò si me-
15. ditatio coctionem vitiat, coctio alimenti medi-
tationi impedimento est, vnum est vtriusque fa-
cultatis instrumentum: quo enim alio nomine al-
tera alteri operatio impedimento est; Si verò v-
num est instrumentum, in vno locandum est lo-
co, non in hepate vnum, in cerebro aliud: sed in
corde ambo. Hæc & huiusmodi cùm Peripateti-
ci proponant, consequens est vt quid rectè, quid
secus contineant, executiamus, ab iis quæ nota
sunt ad ignotiora progredientes: cor omnibus
membris præstare principatu vitæ manifestum
6. De vsu 7. est. Si enim definitur principatus necessitate eius
ad vitam, quod & vsus recipit, & Galenus; cor-
3. Locis 1. dis mala etiam tum cùm inchoantur vulnera, &
inflammationes, vitam confestim adimunt, con-
siliántque reliquis membris malum: cùm cere-
brum, hepar, multò magis alia & maiores offen-
sas sine vitæ damno tolerent, & cor non statim
in consensum ducant. Si verò principatus mem-
bri operis dignitate æstimatur, quantò bene vi-
uere melius est, quàm simpliciter viuere, tantò
cerebrum cordi præstat. quod ne quispiam admi-
3. Sem. 22. retur, sciat etiam de testibus idem Galenum scri-
psisse. Cùm autem dignitas hæc cordis ad vitam
tuendam manifesta sit, quid in cerebri & hepatis
functionibus operetur, non est perinde manife-
stum, producit hepar sanguinem, & per venas,
quod monstratum est, corpori distribuit, sed in
producendo non leui cordis beneficio adiutum
influentis caloris adminiculo perficit: fiunt enim
membrorum opera non solo innato tempera-
mento, sed iuncto etiā per arteria accessu. Quē-
admodum enim natura cùm intelligeret in orbe
terrarum, solis splendore vniuersa eusura esse
calidiora quàm nata sunt, minus caloris indidit
& plantis & animalibus, quàm ad germinatio-
nem & generationem necessarium fore cogno-
uit; vt ita iuncto vtroque calore, quod satis esset,
compararetur, & plantæ æstate germinarent, &
sol & homo hominem generarent, ita in anima-
lis corpore, tantò minus innati caloris membris
inditum à natura est, quantum cordis præsentia
augendum coniectauit. Nec verò tantùm gene-
rationi sanguinis conducit cor, sed & duratio-
ni iam geniti: nisi enim per arteriarum anastomo-
ses, toto arteriarum ductu venæ cordis pulsu per
latera fruerentur, breui multus sanguinis calor
periret atque aboleretur: ita & producēdo & tuen-
do sanguini conducit cor. Cerebrum verò & si-
mili cordis beneficio fruitur, & ampliore, cùm e-
nim non tantùm materiam tori distribuat ani-
malis spiritus, sed facultatem etiam spiritui imper
tiatur: in vtroque munere non nihil cordi acce-
ptum refert. Nam & temperamentum gignendo
in cerebro spiritui ex innato & influente à corde
conflatum est. Et quo vis illa à cerebro deducta
motiones sensúsque exequatur, multus membro-
rum calor à corde deductus facit, dum agilio-
res & ad motum promptiores partes reddit. Et in
iis quidem cerebrum cum hepate conuenit. In
materia verò, propriè cerebrum à corde recipit
spiritus gignendi materiam, vitalem spiritum
quo ceu obiecto priuatum vim suam exercere
aut mandare non potest. cùm igitur ita se res ha-
beat, primas tenere in his functionibus existi-
manda sunt iecur & cerebrum, an potius mini-
strare? Sane principatum tenere dicenda sunt, si
modo verbi vsus, qui in aliis locis recipitur, in Cerebrū & hepar principia sunt.
hoc obseruandus est. Nemo enim ambigit quo-
minus ventriculus chyli gignendi author existi-
mari debeat; licet in opere, vicinitate & calore
circumdantium iecoris & lienis iuuetur. videli-
cet penes illud operis dicitur esse principatus,
quod formam indit perfectionémque & sibi assi-
milat, atqui cerebrum animali spiritui lucem il-
lam & formam præstat non aliunde receptam, si-
militer vt iecur sanguini: existimanda igitur ho-
rum operum principia sunt. Non accedere autem
ad cerebrum à corde eam qualitatem, quàm ce-
rebrum neruis impertitur, euidens argumentum
est, quòd primo De placit. scribit Galenus victi-
mam auulso corde per aliquot horas currere & Cap. 1. 2.
vociferari. Nec verò id obstat, quo ingeniosis- Auer. 2. col
simus Auerous ex lib. physicorum septimo ratio- lect. 9. 7. Physic.
nem eludit. In iis, inquit, quæ consequenter mo-
uet & mouetur, si postremum non mouetur,
nec primùm motum est; non reciprocatur ta-
men: nam potest quiescente primo mouente mo-
ueri secundum, & tertium, impressa vi à priore
illo, vt si iaciens lapidem quiescat aut pereat, po-
test lapis qui proiectus est mouere & tertium
& vlteriora mobilia. Ergo (ait Auerous) licet, a-
blato corde musculus aliquandiu moueatur, fie-
ri potest vt cor eius motus primum mouens sit,
cesset autem impartita vi cerebro secundo mo-
uenti. Sed vt id fieri potest in motibus, quibus ef-
fectus permanens à primo mouente producitur,
ita in successiui effectus opere fieri nequit. Si e-
nim auferatur sol, protinus lux aboletur non à
cælestibus tantum orbibus, sed ab igne etiam
& aëre. Ostensum est autem vim à cerebro mo-
uentem successiuam esse. vt a compresso cerebro
protinus & in dorsali cesset, & in reliquo corpo-
re, compresso corde nihil mutetur non prodit
igitur à corde. Si verò quispiam contendat prin-
cipatum obtinere etiam illarum functionū cor,
quoniam nonnihil præstat etiam cerebro ie-
coriquę

agentibus,nihil admodum repugnandum est: es-
set enim iam de nominis significato non de re
primum disceptatio. Quæ ergo intentarunt peripatici, or-
dine diluenda sunt. Quòd afferunt non habere
duo hæc membra, de quibus quærimus, calorem
sibi sufficientem; ostendit commune cordis auxi
2. lium, nō inductionem facultatis. Quòd verò ceu
absurdi conuincunt nos, esse cerebrum corde
præstantius, si arterias recipit solius alimenti gra
tia; absurdum non est. Nam vt principatum cordi
tribuimus ad vitam tuendam, sic ad functiones
obeundas denegamus. arterias verò recipit nō so-
3. lius alimenti gratia, nec tanquam deferentes ani-
malem vim, sed materiam. Animalia autem ca-
lore multo stirpibus excellere fatemur; ideò om-
nia cor obtinere vel proportionale: cúmque sen-
su & motu ab illis separentur, sequitur quod etiá
apparet, omni animali inesse cor: ipsum verò
cor efficiens esse sensationum non sequitur. Pul-
chre enim natura intelligens calorem animali-
bus functionibus necessarium esse, sed eum tamē
frigore temperatum & ad moderationem quie-
témque redactum; quo nec motus temerarij sint,
nec sensationes deliræ, quales sunt phrenetico-
rum; iunxit in animalibus cerebrum cordi, vt quē
admodum ferrum aptant fabri ferrarij igne pri-
mùm, deinde aqua temperantes; ita spiritum vita
4. lem cor primùm inflammet, deinde cerebrum as-
temperet, vt quietem comparet, qua anima sa-
piens euadat. Non oportere autem membrum
cum multo operans spiritu formari natura cali-
dum, oculi indicant, qui cùm sint inter sensoria
spiritu animali plenissimi, iidem sunt inter sen-
soria humidissimi frigidissimíque. Cùm verò no-
5. bis proponunt calores duos, alimentarium & sē-
sificum, quos volunt subiecto vnum esse, ratione
distare; fingunt facultatem animalem calorem es-
se, non aliud, quòd paulò ante impugnatum est.
6. Nec verò oportet opera illa ab vno principio pro
dire: magis enim decet à diuersis. Si enim varie-
tas operum in vno animali causam habet partiū
diuersitatem temperamento compositionéque.
quomodo non magis credatur vt testes gignendo
semini præsunt, vbera lacti, ventriculus chylo; ita
hepar sanguini præesse, cor vitali spiritui, cere-
brum animali? Cur verò in syncope concidat a-
7. nimalis facultas, ratio est ingressus cordis in ani-
malia opera; quò fit vt vel constrictis arteriis ma
gnis vel affecto corde reliqua membra consen-
tiant, refrigerantur enim partes, & inhabiles ad
motum redduntur. Prætereà densati nerui vim ce-
rebri non deducunt, sicut nec nubilus aër lucem.
Si enim per arterias à corde facultas animalis de-
ferretur, protinus à constricto corde vel arteriis
cessaret; cessat autem paulatim refrigescente ner-
8. uo, & propter frigiditatem impedita facultatis
delatione. Nam quòd aiunt coire cum animali
motu perpetuo cordis motum, quo vel defertur
sanguis ad cor, vel ab eo in corpus deducitur; na-
turalem quendam motum in medium citant, quē
admodum enim ad venereorum conceptum, co-
les inter membra solus ex innata doctrina infla-
tur, & ad turpem conspectum ventriculus nau-
seat; sic ad noxij perceptionem communicato
cordi sicut reliquis partibus propter animæ vnita
tem conceptu, cor sui muneris, conscium retra-
9. hit ab aduersante spiritus, expandit verò in lætis:

Nec ideò vis arbitrariè mouēs à corde oritur, nō
est enim is sanguinis, per arterias motus qui im-
perio voluntatis obtemperet. Nihil autem pon- 10.
deris habet quod opponunt, cerebri temperamen
tum, non modò non esse familiare animi fun-
ctionibus, sed admodum cum eo pugnare, planè
enim ipsum solum aduersatur; sed iunctum cor-
dis calori vitalem spiritum formantis, ad mode-
rationem reducit sensationibus aptam. Oportuit
autem cerebrum frigido humidóque elemento
excedere, (id quod ait Auicenna) quia inflamma- *Lib. de anima*
retur membrum perpeti cogitationi creatum, ni- *vlt.*
si repugnaret inflammationi innato tempera-
mento: vt sicut iuncturis, in motu locali calefa-
ciēdis munimentum indidit, & armaturam cōcre
tum pingue, quo illinuntur, ita cogitandi instru-
mēto momentaneā indidit frigiditatē: & quia ea
aduersantium mixtione, opposita functionibus
moderantia comparatur, non aliter quàm rebus
temperatura ex elementorum confluxu, & ferro
constitutio malleationi apta ex igne quem secu-
ta in frigidam immersio. Sed primò viuit cor.
quasi verò ex eo principio aliud sequi possit, quā 11.
vitarem vim in eo consistere, quod nemo inficia
tus est. Sed quod maius est, visus ipse magis ieco-
ri subscribit & ratio: quoniam oportet prius ali *2. Plac. 14.*
fœtum hepatis beneficio, quàm sentire & moue-
ri cordis munere. Quos verò neruos in corde fin
gunt, nerui non sunt, non enim sentiunt; si mem- *De format.*
brorum nomina non ac apparente phantasia, sed *fœtus.*
à functione petuntur: cùm & Aristoteles ipse
mortuum oculum, oculum non appellet, nisi æ-
quiuocè. Effundit verò vena caua in cor sangui- 12.
nem; nō propriæ alitionis gratia, sed transmittē di
eius in arterialem sanguinem ad totius vsū. Nec
probibet iecur esse sanguinis originem, quod ca-
ua iecur permeat: nam & arborum trunci quos
certum est esse vegetationis radicationem, non
habent alimenti lacunam, sed fibras crassiores
quàm superiores & inferiores propagines per
trunci longitudinem expansas. Iam quod Aphro- 13.
disæus, ait, si separantur locis vegetabilis & sensi-
lis facultas, futurum vt sensilis sine cōmercio &
præcursu altricis consistat, exploditur. Quoniam
non damus sensilem, vbi non præcesserit altilis;
sed duarum facultatum instrumenta, & ministe-
ria separamus, in cerebrum gignens spiritum sen
sationum instrumentum, & in iecur procreans a-
limentum sanguinem. Cùm verò Aristoteles op- 14.
ponit, cerebrum non præstare sensum quo caret
ipsum, nec robur admouendum quod non ha-
bet; non defuere qui apparentia quædam sequuti
ausi sunt scribere; cùm constet cerebrum medul-
la membranísque, medullam perpetuò ex Gale-
no distentam contractámque moueri sine sensu,
membranas in cerebro, vt & in reliquo toto cor-
pore, eximio sensu citra motum pollere: cúmque
neruus vtraque substantia constet, ex medulla
mouendi vim, ex membranis sentiēdi cōparasse.
Sed audacius dictum est, quàm vt temerè recipi
debeat. Supponit enim perpetuò cerebrum non
ab alio, sed sponte sua moueri, quod licet doctis
quibusdā placuerit, paulò post & disputabitur,
& non recipietur. Supponit & mēbranas omnes
sentire suo ductu: cùm appareat membranas
ideò sentire, quia neruorum participes sunt; ideo
autem neruos obtinuerunt, quia externi noxij

agnitio magis necessaria est. Si verò spolietur neruo, membrana protinus sensum quoque amittet. Deinde oportebat si sensus membranam sequitur, motorios neruos esse molliores, plus medullæ minus membranarum obtinentes; sensificos verò duriores, contra quàm oculi ipsi docent. Adde id quod maximū est, & Galeno ipsi exploratum, neruos omnes si vtraque mēbrana exuas, nec in sensu lædi, nec in motu, vt intelligatur facilè vtrāque vim è cerebri medulla progenitam. Retorqueri ergo Aristotelis ratio in authorem potest, nam nec cor ipsum punctum dolet, nisi leniter in membrana ex nerui consortio, motu verò arbitrario omnino priuatū est; quare nec penes ipsum hoc nomine sensus & arbitrarij motus principatus fuerit. Refelli autem ratio potest ex eo, quod scribit Galenus, cerebrum non esse instrumentū recipiendi idola sensilium, non colorum quòd oculus facit, non saporum quod lingua, non qualitatum tactilium, quod caro: sed alteram partem sensationis exequitur, nempe dignoscēdi impressum idolū. Sicut ergo nihil obstat cerebrum colores non suscipere, quo minus oculo indicium dignotionēque eorum præbeat; ita nec obstat, quod ineptum sit ad tactus sensilia. Ideò autem non est aptū illis recipiendis, quia summè molle est, sicut ossa valdè dura; videtur autē media carnis substātia ad solutiones qualitatesq; tactiles recipienda appositissima. Deberet ergo habere tactū, quatenus sensorium est, sicut nullum gustum & visum, dignoscit autem, & sensoriis indit vim qua sensilium differentias discriminent. robur verò vel maximum est in ligamentis, quorum munus est motio arbitraria: nec neruus eò aliud defert, quàm ad motionem imperium principis in cerebro residētis facultatis: sicut ad sēsoria (quod modò dicebamus) solam internotionē eius quod sensibili impressum est. Postremò vnum communenéque operum instrumentum esse non negamus innatum calorem, cuius gratia mutuò se impediunt minuúntque: esse tamen aliud cuique functioni peculiare credimus, ex cerebro animalem vim, ex corde pulsatilem, sicut è iecore sanguinem. Nec illud modò commune inquirimus, sed quod alterū cuiusque proprium seiunctúmque. His tam multis confectum est tria esse principia, à quibus corpus nostrum vitáque dispensaturē; ita tam, vt mutuas operas desiderent; nam & cor alimentum ab hepate, neruos ad sensum à cerebro suscipit, quorum ministerio durat & incolumitatem tuetur: hepar verò nec opificiū ipsum sanguinis vel gignendi vel conseruandi citra cordis munus peraget; cerebrum verò à corde & temperamentum ad agendum & materiam mutuatur; sed operationes formæque ipsæ tres à tribus principiis vnaquæque à suo prodeūt. Quocirca meritò tria principalia asseruntur. Si verò quis contentiosus in re conueniens, in solo nomine hærens, adhuc principatum soli cordi tradendum esse contendat, quoniam pulsandi vim cerebrum; & hepar non producunt, sanguificationem verò & animalem vim aliqua parte cor efficit; facilè nomen condonandū est, vt existimentur duo hæc esse cordis ceu regis cuiusdā magna ministeria. Cur verò læsis functionibus vel animalibus vel sanguificationis ferè duobus iis adhibēda remedia sunt, cordi rarissimè; duæ causæ sunt:

7. plac. vlt.

1. Caus. sympt. vlt.

Quæstio de venarum & neruorum ortu

vna, quòd illa crebro affectibus morbosis vexantur, cor ob visceris nobilitatem rarò & exiguis: parti autem malè affectæ subueniendum est. Altera quòd cor in duorum viscerum functionibus parat tantùm & partem temperamenti præstat, vis tamen ipsa non cordis est: sed illorū propria. Propositio quinta. Num definitio ambiguitatis de membrorum principatu ab illa pendeat, & cum ea cohæreat qua ortus neruorum venarúmque inquiritur, expendendum est. Aristoteli enim & Galeno videtur, Auicenna negat. Sed antequàm quid sit membri ortus, statuendum esse videtur. Quidam enim putant oportere membrum quod ab alio originem ducit, ab eo sumere generationis suæ materiam, & actiuum principium, deducéreque vel materiā vel facultatē in corpus; quæ tamen hæc astruant necessitate, non indicant: nā quod seminis portio prius habeat in cerebrū, & rursum degeneret in neruos; absurdum est vel dicere. virtus verò seminis informatrix, quæ sola principale formauit, cur sola non formabit instrumenta principalis ex non dissimili seminis portione. ligamentū autē ab osse oriri medicina recipit, cum ab osse nihil recipiat corpori mandandum, ita nullum trium illorum ad ortum necessarium est. Alij è diuerso latiùs quàm oportet vocem extendentes, nihil aliud volūt esse partem oriri, quàm cohærere & coalescere alteri. Sed vngues carni connascuntur, nec à carne tamen oriuntur. præstabat vtrosque Galenum audire secundo lib. Anatom. aggress. interpretantem, quod sit cōnasci alteri. & esse συμφυές, id est, similis substantiæ conditionísque, quale est germen tronco collatum, neruus cerebro; nam & nerui medulla cū cerebro conuenit & mēbranæ membranis. De arteriis verò & venis non perinde aperta definitio est. Est enim apud Galenum locus, vbi sinistrum cordis ventriculum substantia planè diuersum ab arteriis esse confirmat. venæ verò quomodò conuenient cum principe iecoris parte, quæ Galeno caro est, durū cū molli, album cū rubro, densum raro? Sed diluūtur hæc. Nam sinistrum ventriculum cordis, Galenus eo ipso loco arteriosum vocat, arteriam esse negat: Nos autem id quod oritur, non idem cum principio esse volumus, sed simile. venam verò omnē truncis vasorū iecoris simillimam esse, visus ipse ostendit; nec oportet intercedere eam similitudinem cum parte organi principe, satis est cum aliqua; maximè cum vasa iecoris, eius si non princeps, quod infra disceptandū est, certè pars sint non ignobilis. Ad id ergo quod quærebatur, ortus venarū, neruorúmque indicat quale sit immediatum harum operationum principium, quod solum prisci illi inquirebant. Nū verò cor sit rectius & primum earum initium ex ortu eorum confici; (Quod Auicenna dicebat) non potest. sed de principatu membrorum satis.

Propositio quinta.

An. 3. animal. 1 lib. de anima cap. vlt.

Cap. vlt.

4. Differ. pul.

Infra lib. 5.

SECTIO SECVNDA.

SED tempus est, vt ad propositum redeamus. Sanè cùm iā cōfessū sit omnibus medicis, ex ipsis operibus, quæ in omnibus rationalis potestatis affectionibus fiunt, ægri caput sedem ipsius esse: conueniens erat considerare, 1 qualis sit quacūq; affectione dispositio, verbi gratia, memoriæ læsio. 2 quænā de ipsa loqui instituimus: 3 ipsa enim

enim sæpè vnà cũ læsione quadã rationis fieri conspicitur: quemadmodum & rationis læsio vnà cum memoria læsa, vtriusque noxa ab eadem dispositione procedente, quæ vbi vehementius intenditur, simul cum memoria ratio quoque deperditur: quæ affectio stultitia nominatur. 2. Sic in lethargo etiam, atque omnibus soporosis affectionibus, vtraque pereunt. Atque dispositionem ipsorum secundum primum genus similem esse necesse est, nempe, intemperiem: iam enim explicauimus eam similarium partium, quæ primò operantur, cõmunem esse dispositionem. secundum verò alterum genus, quoniam 3 frigida omnino intemperies est: hæc enim animales actiones torpidas efficit: id quod animalia quæ per frigora latere cogũtur, haud obscurè declarant. Id etiã in frigidis medicamentis videre est, ac frigidis quoque cibis: siquidem lactuca graues inducit somnos, si multam ipsius quantitatem quis ingesserit. Veruntamen etiam capitis grauitates quæ videlicet sine mordaci infestant dolore, somnum 6 soporémque afferunt, quibus apophlegmatismi magnificè opitulari videntur. ad hæc non mediocri argumento sunt capitis & ardor & refrigeratio: siquidem ardor vigilias, refrigeratio soporem inducit: item biliosi calidiq; morbi vigilias, deliria, phrenitidas: contra pituitosi frigidiq; ignauiam soporémque efficiunt. Quippe quod ad vigilias soporésque per morbos pertinet, calida frigidáque intemperies primam sibi facultatem vendicat: altera ab hac quæ ad humiditatem ariditatémque referunt. nam 7 balnea eo quod caput madefiunt, soporifera sunt, haud secus vini diluta potio, & omnes cibi humectantes: atque ex ætatibus pueritia quidẽ ob humiditatem somnolenta est, senes verò ob ariditatẽ vigilijs vexantur. Igitur omnia hæc argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam secundas partes obtinere, frigiditatem verò priores. Proinde 8 humiditas sola abundans longos profundosque somnos. fient & ariditas quoque sola vigilias efficit. de quibus dispositionibus ab Hippocrate dictum est: Somnus aut vigilia, si alterutrum modum excessit, malum est: si verò frigus cum humiditate vehementer coniugatur, soporem stuporémque constituit: sine hac verò memoriæ nocet, stultitiámque inducit. cùm itaque non solum in frigiditate 9 humiditatéque, verumetiã in ariditate & calore non paruum secundum magis & minus sit discrimen: nihil mirum si multifariæ inueniantur causæ, quæ animales actiones lædere possint. Cæterũ clarioris doctrinæ gratia, rationalis animæ actiones principales, irrationalis verò 10 naturalis vocentur. Sed has in præsentia silentio præterire decreuimus, non enim vel iecoris vel cordis affectus tractare proponimus. Igitur quemadmodum somnus & vigilia si modũ excesserint, illa ob humiditatem, hæc verò ob intẽperantiã fit aridam: ita & in ijs ipsis magis & minus, cum in somnijs, tum in vigilijs, sequitur maiorem aut minorem vel humiditatem vel siccitatem. Cùmque bifariam (vt iam declaratum est) fiant huiuscemodi intemperies, duplex quoque erit vtriusque dispositionis modus: vnus quidem in humidis siccisq; humoribus, alter verò in corporibus solidis, si aliquando in easdem intemperies solidæ partes atque 11 molles inciderint. 12 Præterea quamuis iam dictæ intemperies sint contrariæ, fit tamen ex ipsis mixtum quoddam temperamentum, vt in vigilanti sopore, cùm pituitosus humor bilibusq; abundauerit, ita in calidi frigidiq; contrarietate eosdem quoque modos inuenire licet, tum simplicibus intemperantijs, tum ex ambabus cõpositis: pituitæ enim si bilis misceatur (flauam dico) mixtam fit, ex calido frigidoq; dispositio. Quòd si in solidis corporis partibus mixtam ex contrarijs dispositionem fieri fateamur, 13 tres ab ipsa prodibunt in vnaquaque contrarietate intemperies. Igitur huiuscemodi affectus omnes capiti aduenire solent, sed inter se differunt non solum mixtionis varietate, aut eo quòd magis minúsve intenduntur, tum in simplicibus, tum mixtis dispositionibus: verumetiam, quod 14 ventriculi cerebri interdum afficiuntur huiusmodi intemperantijs, interdum vniuersa eius vasa, aut humiditas quæ per corpus cerebri dispersa est. Accedit ad hæc quartus quoque modus, cùm videlicet ipsummet corpus cerebri intẽperatum redditur.

DOCET operis propositum in læsis memoria & ratione, quarũ primùm differẽtias numerat, tũ speciarũ dignotiones. 5. Quorũ igitur.

1. *qualis*] ex duobus libri scopis in principum facultatum ob læsione, alterum constat ex præhabitis, nempe locus affectus: relinquitur indaganda sola affectione species.

2. *quoniam*] sic in Methodo, quoniam priores libri inuectiuas in priscos continent, cùm præcessisset de vlcere exemplum, ab eo curando oritur: licet intemperamenti morbi naturæ ordine antecedant.

3. *ipsa*] explicante Paulo, incipit rationis læsio; aucta verò ea, asciscunt memoriæ læsionem. non nunquam initium est à læsa memoria, cui deinde iungitur rationis defectus. ea mala iuncta fatuitatem efficiunt, Græcis μώρωσιν. Lib. 3 11.

4. *sic*] significat quemadmodum febris nonnunquam ipsa morbus est, aliquando morbi alterius symptoma: ita læsiones has vel ipsas per se, ceu absolutas affectiones affligere, vel sequi, ceu lethargi aut catochi symptomata.

5. *frigida*] si magis aufertur cum memoria ratio per somnum quàm per quosuis morbidos affectus. somnus autem etiam ad humiditate citra frigus ortum habet, dicente Galeno: cur non magis fiet etiam affectio illa ablatæ vel memoriæ vel rationis] à simplici humiditate nulli frigori iuncta: an quoniam secundum naturam est, vt per temporum vicissitudines dormiens memoria & ratione destituatur. confestimque expergefactus recipiat: ideo naturalis somnus frigoris aucti præsentiam non requirit, sola humiditate contentus: in morbis verò per quos principes facultates abolentur nec recuperantur, multo maior noxa frigoris augmentum requirit, non iam aliquandiu obtundentis, sed cõtinuò perimentis animæ opera. Accedit quod dormiens nõ à sola humiditate, sed magis ab operante anima, retracto spiritu impeditur, ne operari queat. ostẽdit autem Auicenna oriri varias ab vna causa affectiones. Oriũtur (ait) à frigido ambo, quia sunt actiones ablatæ vel diminutæ: sicut deliriũ, quia corrupta ratio est, magis à calore prodit. læditur verò à frigore modò memoria, modò ratio, pro loci læsi diuersitate: si enim occupet mediũ ventrẽ ratio, si posteriorẽ memoria: putátque mediũ creatum esse aliquandò calidiorem, quoniam ad illum oportuit accedere idola ab imaginatione & memoria, quare calore eguit ampliore; & quoniam ab vno eorum ad vicinum ventrem facilè commigrat intemperamentum, sequitur vnius ex ijs facultatibus læsionem, alterius viciũ, quæ ceu ambiguitatum plena suo loco disquirentur

Fatuitas nõ requirit frigus.

1. 3. Ter. 4. t1.

6. *soporem*] legitur, cataphoram, verbo indicante præternaturalem somnũ; vt somnus, naturalẽ

1.ſ.17. Num humiditas ſomnũ efficiat, *3.apho.vlt.*

7. *balneæ*]nũ bumiditas perpetuò ioducat ſomnos, ſiccitas vigilias, inquirendum eſt. Auicenna in poſteriore conſentit Galeno, in priore non ſemper: quoniam vel ex Galeno ipſo (ait) humiditas ſalſa in ſeoibua vigilare facir. verùm ſalſa pituita licet actu humida, vi ſicca eſt, vt ita non conuellatur. Galenus ſiccitati vigiliam aſcribẽs, præſertim quòd ſenum vigiliam idem author ad curas & corporis ariditatem refert, nõ ad ſalſam pituitatem; quæ licet in ea ætate reperiatur propter, diuturoam pituitæ in corpore moram, non tamen ea copia vt ſomnum auertat, argumentóque teſte eodem Galeno, cùm vigilant, meliùs habent quàm ſomnolenti, quoniam magis excrementis vacant.

Cur aloë ſõnifera. *Cap aloe 1. cont.12.* *2.medic.loc.t.*

Cur ergo aloe in tertio ſicca ſomoifera eſt Dioſcoridi, & Raſio eo nomine cauetur in lethargiſis? Turpis eſt enim interpretatio, qua ad odoriferũ lignum aloes, non ad ſolutoriã aloen referũt quidam. refetenda ea vis eſt ad humoris tractum mordentis excitantiſque. niſi magis placet opinàri vim in ea eſſe qua caput repleat. Sunt enim, dicentes Galeno, calida quædã caput implentia, & inebtiantia offendenńáque, vt myrrba, lilium, crocus, thus, hedera, ſtyrax, ſicut quædam alia capiti proſunt, alia quædàm, alia corporis membta adiuuant.

Cur Æthiopes ſomnolenti. *Apud Georg. Vallam. lib.4. 91.* *Lib.1.10.*

Cur æthiopes natura aridi ſomnolenti ſint maximè per æſtatem. Aphrodiſ. in problem. ait, quicunque aceruant in capite pituitam, quales propter natiui caloris exiguitatem æthiopes eſſe veroſimile eſt, ea per æſtum liquata defluentéque ſomnus his obrepit; quibus verò caput purum eſt, excrementis vacãs, magis areſacto capite vigilia ſequitur.

Cur per æſtatem ſomnolẽtiores.

Proponir ſdem in naturalibus difficultaribus: cur pet æſtatem ſomnolenńiores ſimul; & ſoluit. quoniam pectus per æſtum refrigeratum deſtillationem capitis eliquare non poteſt. Siue quia ab externo calore exhauſtus ſenſotiorum calor languorem organis imptimit, quo feriari à ſenſibus coguntur, quod ſomnum apellamus: ſiue qnia ſomnus æſtiuus videtur quidem, ſed non eſt amplior hyemali; Proprer noctium enim breuitatem parcus ſomnus nocturnus cogit ad pomeridianũ, Ex quibus poſtrema ſolutio magis recipienda eſt, ſi quidem minus per æſtatem dormitur (qnod Hippocrates ſcribit) niſi raput pituitoſum ſit.

1.aph. 15.lib. 7.medicina.

Cur cuia vigilare facit? Placẽtinus ait, quia proptet cordis ſolliciti motum calor augetur excitans. Sed ſatis eſt, vt excitet multus in omni ſpiritu propter ſolicitudinem motus.

8.prob.t. & 7. Cur lectio.

Cur lectio? Ariſtoreles refert ad variam capitis naturam: quibus enim caput frigido vapore refertum eſt, ociante animo vagatur, & pet cerebrum errat, infrigida uſque ſoporát: vbi verò animus à lectione excitatus illum à cerebro excutit, quia nõ infrigidat cetebrum, vigilat is qui legit. quorum vetò caput purum eſt, cx meditata lectionc quieſcente ſpiritu animali, reliquis cerebri partibus quies conciliatur, quæ potiſſimum ſomnum, accerſit. Eſt enim ſomnus ſumma quies eorum quæ ad cerebrum pertinẽt; co fit vt lectio quoſdam reddat peruigiles, alios dormientes. Sed proponatur & hæc alia in medium ſolutio. lectio & meditatio retrahunr animales ſpiritus, & à toto, & à cerebri ventriculis ad cerebri ſubſtantiam cogitandi ſedem: fit enim cogitatio, vbi idola, reſident rerum, non in ventre ouius crebrò materia mutatur: ſomnus verò & à cerebro ipſo, & à toto ad ventrem animales ſpiritus trabit: ita fit vt lectio meditatioque; vt & cura & ſollicitudo partim ſomnũ conciliẽt, qui à corpore ad cerebrum ſpiritum monent; partim vigiliam, quatenus à vẽtricnlis ad cerebrum eundem renellunt. hæc dno pugnantia mutuò varius ſequetur affectus pro varietate & attentionis, & occaſionis. Nam ſi animi intentio multa eſt, quia plurimum ad cetebtum reuellir, nonnibil à ventriculis etiã vicinis trahet. Similiter ſi ptęceſſit ſomnus: qui enim expergiſcitur, ſi lectio oi ſe tradit, non dormiet, quoniam rettahir à ventriculis, non trahit à toto: Si verò imminebat tẽpus ſomni, lectio magis ſomnum accelerat, & accetſit: conuellit enim ad cerebrum, vndè facilè fluit ad ventriculos, quo collectus ſomnum inducit.

Cur motio in cunis. *1.Prob. 120.*

Cur motio in cunis & circularis? Aphrodiſ. ait: quia eo motu pituita in cerebro agitata deſcẽdit & obſtruit. forte cauſa eſt, quia ex eo motu gyrationis redir ad ventriculos, non meat recta ad neruos facultas; ociantibus autem à ſenſu morúque membris ſomnus otitur. Cur ſilentium & tenebræ? quia retrahunt à ſenſorijs, & muſculis ſpiritus renebras aduerſantes: Ex organotum autem conſenſu vnius retractionem reliqui ſequuntur.

Cur voluntas. Cur titillatio. *a.Probl 42.*

Cur voluptas dormiendi? quia clauſis ſenſibus ſpiritus auocantur ad principia, & pulſis cogitationibus ad ventriculos. Cur plantarũ titillatio? Apbrodiſ. ait ptopter oblectationem, Videlicet ſicut cantus lenis, & blandus aquarum decurſus, & mollis frictio potiſſimum exttemorum, quo nerui ceſſant, inducit occupationem quandam cogitationis auertentis quidem à ſenſotiis, ſed minorem atentionem requirentis, qnàm vt à ventriculis ad cerebrnm auocet. Quo fit vt tales cauſæ non confeſtim, ſed breui ſopiant, deſluẽte ſenſim ad veotriculos ſpiritu. quia enim (quod air Ariſtuteles) oblectatio omnis tempore languet, & flacceſcir, vbi primnm capit botum ſuauium tædium, ceſſante attentione recipit ſe in ventriculos ſpiritus. Nam quod quidam aiũt ea frictione teuelli à ſeoſoriis ſpiritum; reiiciendum eſt. quoniam quanto ad remotiota à ventriculis cerebri fit attractio, eo magis expetgiſcitur qui fricatur.

10.ethic.4.

Cur cõpreſſio caiotidum.

Compreſſio verò vẽtriculorum cerebri ſoporat, probibito aëris alentis ingreſſu: ſicut compreſſæ caiotides probibito ſpiritus animalis materia. Sed ſi ſomni cauſa frigiditas eſt, vigiliæ calor; decet pueros vigilia vincere ſenes ſomno. verùm naturali ſomno propter humiditatis copiam valent pueri: in naturali qualis lethargicorum ſenes, propter frigidi excrementi abundantiam; nã naturali propter membrorum ſiccitatem deſtituuntur. Sed ſi naturalis ſomnus ex colligente natura naſcitur, quomodò à Galeno ad impedientẽ refertur humiditatem? quia bumiditas patat ſomno, oatuta inducit & perficit. Eſt tamẽ quod adhuc pugnet cũ dictis, locus tertius de cauſ. pulſ. vbi natutalis ſomni originem ſtatuit ſiccitatem. & lib. Apb. ſecundo frigiditatem, quæ tamen ita interpreranda ſunt, vt concedatur ex præſenti ſerie humiditatem ſolam naturalis ſomni cauſam eſſe, iuncta verò frigiditate innaturalis? ſimplex verò frigus tollere tantùm principes functiones memorię rationiſque. Dum ergo ſiccitati tribuit natutalem ſomoũ ariditatem ex inanito per laſſitudinem animali ſpiritu ſignificat: dũ frigori iungit,

Cap.9.

ſignificant frigiditatem , magna ex parte antecedentem ceu cauſam , ſemper autem ſequentem , quod definſentes ſomnum expediemus : maximè cùm eo loco de innaturali ſermo ſit.

Tempus,eſt enim vt de ſomno vberius agatur diſpuréturque de ijs , quæ pertinent ad finitionem eius,diuiſionem,locum,& vſum.

Somni ſinitio.

Lib.ſomni 3. & vlt. Aui.1.3.tra.4.1. Auer 2. Collect.21. Gale.2. Aph.3. Ariſt.6. Topi.3. 3.cap 1.

Et primo quidem,genus primùm, deinde differentia veſtiganda eſt. Somni genus Ariſtoteles facit vinculum,vel nexum , vel priuationem, vel impotentiam primi ſenſorij,ſiue illud ſit cor quod Ariſtoteles putat , ſeu magis cum Galeno cerebrum.Auicennæ verò & Auerroo genus eſt, reditus ſpirituum vel caloris ad cor ſiue cerebrũ ſiue viſcera.Galeno refrigeratio eſt primæ partis ſentientis,quæ tamen omnia dupliciter impugnãtur. Primùm , quoniã Ariſtoteles ipſe in Topicis teiicit dicta genera,nec admittit vt vel ſanitatis genus conſtituatur elementorũ moderantia , vel ſomni, primi ſenſorij,vel impotentia vel refrigeratio.Nam affectus omnis,inquit, eius partis eſt affectus,in qua eſt:Somnus & vigilia,in toto ſunt animante,nõ ſunt igitur primi ſenſorij affectus. quod ſi damus in cerebro eſſe ſomnum, cerebrũ dormire fatendum eſt,quod nimis, quàm abſurdum eſt.Demum impotentia illa ſequitur ad ſomnum,reditus ſpirituum antecedit:ſunt igitur cauſæ illa vel affecta finiti , non eſſentia: qua igitur ratione ſecum ipſe conueniet Ariſtoteles? Si in memoriã reducamus quod paulò antè à Galeno dictum eſt, quæcunque tranſcendunt artis vſum meritò à medico negligi , & ad dialecticos relegari.Sic enim etiam Philoſophis nõnunquam rerum tantùm varietates inquirentibus, quæ rationis & nominum tantùm ſeparationem habent & quæſtionem , cum laude omittuntur. Idcirco nonnunquam Ariſtoteles phyſicum agens in definiendo addit : Et ſi quid aliud addendum eſt propter dialecticas importunitates ; Innuens ea commemoratione non latere ſe ad exactam definiendi rationem aliquid deſiderari , ſed dum particulatim non addit & recenſet, lectorem docet,ne in phyſicis valdè ſollicitus ſit de dialecticis. Nec aliud definiens ſomnum ſignificat in libro De ſomno,per impotentiam primi ſenſorij; quod ſciebat à ſe ipſo dialectico reiectum. Nec enim res vlla eſt præter eam impotentiam ſomnus,aut vigilia præter ſolutam primi ſenſorij facultatem.Solus intellectus in toto viuente conſiderat aptitudinem ad ſentiendum , aut ineptitudinem à diſpoſitione primi ſenſorij pendentem, hanc totius aptitudinem compellat vigiliam , & ineptitudinem ſomnum,vt ſit in dialectica & curioſa definitione genus,viui diſpoſitio ex primo pendens ſenſorio. Medicis verò pariter & phyſicis recipi ſine errore memorata genera poſſunt; ita tamen vt impotentia ſentiendi mouendiq́ue intelligatur (quod Galenus admonuit) exilitas languiditáſque,non priuatio;à valido enim ſenſorio excitantur languentes organorum facultates,non ab inualido. Reditus verò ille caloris recipi poteſt,non modo tanquam origo initiúmque ſomni , quod nonnulli interpretantur , ſed ceu toto ſomno perpetuus cõtinuuſq́ue. Si enim verè ſcriptum à Galeno eſt, tota vigilia pulſuum diſtentionem maiorem eſſe vehementiorémque contractione;toto ſomno è contrario : ſequitur autem pulſus calidi innati motum:neceſſe eſt opinàri quandiu dormitur , redire magis calidum introrſum quam expandit,ſi ad tempus vigilandi conferatur, quanquam inter ipſas ſomni partes frigidiora ſunt in priori ſomni parte , quàm in poſteriore exteriora , magis eo tempore reuocato calore.Refrigeratio autem cerebri cum ſomno coit frequenter quidem ceu cauſa antecedẽs, ſemper verò ſequens;nam ipſa ſpiritus animalis priuatio,quam facultatum ocia monſtrant,refrigerat cerebrum neruoſaque : Deinde ocia refrigerant; ſicut meditationes & exercitia inflammant. Poſtremò per ſomnum alimenti halitus cohibitus ne diſſipetur,dum intus,manet,concreſcit & deſcẽdit refrigeraturus. Quod quia nonnullis diſplicere video, cõfirmandum paucis eſt. Primùm ſaliua ab ore defluens dormienti,& multus expergiſcenti ſcreatus, huius concretionis fidele teſtimonium præſtat.tum ſi per ſomnum exhalatio cuti proxima denſata in aquam vertitur, quo nomine ſudores dormienti profluunt magis quàm vigilanti:cur non magis in capite id euenire fatendum eſt ? quo flatus copia copioſior fertur , & caluaria cauitate denſitate frigiditatéque multis numeris cutẽ vincit. Poſtremò ſi ollæ ebullientis operculum etiam tactu exurens conſcendentem halitum in aquam vertit, aut vaſis vitrei,quod Alembicum vocant , cuſpiſq́quomodò non congelabit caluaria non ſolum ipſa gelida,ſed frigido cerebro coniuncta? Sed iungamus alteram de ſomni genere dubitationem.

In ſomno frigida humiditas à cerebro deſtillat.

Si inhibetur ne membris accedat per ſomnum animalis facultas, ſenſu motuq́ue contenta ; ex quibus motio vim requirit quàm ſenſu abundãtiorem;cur nullus dormientium ſentit ; mouentur autem non pauci?nam & reſpiratio ipſa animalis motio eſt,& corporis ſitus & iactatio:quin etiam loquuntur multi per ſomnum gradiuntur alij,& impetierunt etiam nonnulli per ſomnum æmulos. Solutio multis difficilis explicatu viſa eſt,cùm habeat tamen varias & admodum rationi conſentaneas euaſiones:primùm enim in muſculis latet exigua ad mouendum vis non aliter quàm in ſenſoriis ad ſenſum:& ſicut ſenſilis torpet ad obiecta mediocri, ab inſignibus verò excitatur:ſic motoria ad valida imaginatione torpida licet,ad operationem ſtimulatur; ſimiliter enim motus ab imaginatione proficiſcitur , vt à ſenſili ſenſus. Eſt autem ſomniantis imaginatio validi & plurimum potens , quoniam repugnantem non habet rationem , redditurq́ue per id tempus brutorum imaginationi ſimilis , vt tantò plus poſſit quàm vigilantium , quantò in brutis homines ſuperat ? Argumento eſt ſomniantis imaginationem plus poſſe quàm vigilantis , quòd qui lumbricos patitur , licet interdiu ſentiat mordentes , non maſticat tamen,quod per ſomnum pueri faciunt ex vermibus laborantes,quod nemo vigilans quamuis totus in cogitatione conſtitutus venerea effudit ſemen quieſcente corpore,quam excretionem crebrò ſomniantes patiuntur , immoto licet corpore. Ergo nemo dormiens mouetur , niſi ſomnio percitus , imperante enim profunda ſomnij imaginatione obſequuntur muſculi ,quoniã vis agẽs in motione intra corpus cõtinetur , ſentire verò per ſomnum non poteſt,licet fingat ſe ſentire quoniã verus ſenſus nõ niſi ab obiectio patitur

Cur dormiẽtes mouentur nõ ſentiant.

3. cauſ. Symp. vlt. 2. Motu. muſ. 7.

3 cauſ. Pulſ. 8.

ritur in aptum sensorium; dormienti verò nec obiectum adest, nec si adesset, sensorium recipiédo habile est. Hæc prima quæstionis dilutio est. Altera: si per eundem meatum vis sensifica simul & motrix profluerent, conuinceret ratio, modò sensus per cerebri poros ad functiones principes meat, per neruorum autem cauitates quæ minimè cerni possunt, ad sensuum externorum opera: ad motu verò exercendos & pectoris & artuũ per amplam dorsalis inanitaté: eò fit vt per somnum vel refrigeratio, vel densatio, vel obstructio processum sensificæ facultatis inhibeat, non ita motionum. Postremò in somno pati anteriores ventriculos magis quàm posteriorem, author est Galenus; atqui a posteriore nerui motorij originem trahunt cum dorsali. Ita de somni genere actum esto. In differentia autem indagaoda non minor controuersia est Aristoteles coniectans vterinas mulieres, apoplecticos syncopa affectos, epilepticos, maniacos, impotentia sensuum laborare, nec tamen dormire, secernit à numeratis affectibus somnum, per hoc quòd somnus ab alimenti vapore nascitur conscédente ob calorem, descendente verò gratia concretionis frigidæ; cũ morbosi illi affectus alienam quandam & naturalem causam consequantur. Considerans autem nonnullos ex fatigatis præ labore somnum capere non posse, plures profundè dormire, addit exhalationi alimenti, vel colliquationis alimento similis. credit enim colliquationem laborati perpetuam, si calida est per vaporationem somnum inducere similiter alimento; sin frigida, propterea quòd oon exhalat, non inducere. Sed non placet differentia Galeno, ne Auerroo quidem. nam lassitudo non ex colliquante exercitio, sed ex meditatione aut solicitudine citra cibum somptum summum mouet, & conatus ad dormiendum, & frictio mollis, & suauitas cantus, & tenebræ, & silentium, quorum nullum exhalationem continet alimenti. Nec verò quoties alimentum sumitur, dormimus, aut negato alimento assueto tempore non obrepit somnus. Comminiscuntur itaque differentiam naturalis somni, propter naturam retrahentem spiritus vel eorum reparationem, vel ad alimenti sumpti confectionem. In naturalis verò propter causam impedientem delationem animalis ad membra facultatis, siue ea sit refrigeratio valida, cerebrum neruosque condensans attenuatoria obstructione, siue humor obstruens, vt fit tota finitio: impotentia sensuum, propter naturam spiritus retrahentem, vel causam præter naturam obstruentem. Auicenna nónihil & ipse dissentiens, est (inquit) reditus spirituum ab organis sensui & motus; ad principium, præter instrumenta respiratoria, Ea enim differentia à posteriore sumpta separat ab appolexia, in qua in vniuersum cum sensu motus mẽbrorũ perit. Nam in pręfocata seruatur interior sensus, & in syncopticos; sicut in maniaco externus, in epileptico motus: ita fit vt in solo dormiente omnino cessent sensus vterque & arbitraria motio præter respirationem. Ita à posteriore Auicenna sufficientem determinationem addit; Galenus à priore vtrique somno suam adiecit. Intelligitur autem ex sllatis finitionibus quod Galenus dubitauit libro De instrumento odoratus, sit ne somnus actio; an passio; hoc est, num in dormiendo animal patiatur tantum, & exhalatione materiæ vel alia quadam causa cogatur ad somnum, an magis anima ipsa sua spõte per temporum vicissitudines modò vigiliam efficiat, modò somnũ. Constat enim naturalem somnum animæ actionem esse, morbosum verò passionem. Ostendit verò Auerrous somnum ad animam agentem referendum esse. Cùm enim seruet periodos statutos quocunque modo reliqua varientur, cúmque negatus somnus hominis insignem pallorem gracilitatémque inducat, indicant ij euentus naturam non commisisse munus hoc & vicissitudiné vigilandi dormiendíque in qua vna animalium status perdurat, fortuitæ alimenti exhalationi, sed facultati animæ certæ constitutéque. Aristotelem autem in paruis illis de natura opusculis solam instrumentariam causam explicauisse tam in somno & vigilia, quàm in respiratione & pulsibus; principalem enim causam quæ animæ potentia est, ex libris de anima colligendam esse voluit. Quænam igitur facultas hęc animæ est, quo nomine, & vbi locata? Respondet facultatis sensificę partem esse. cùm enim solis insint sentientibus somnus & vigilia, conuincitur ad sensificam facultatem attinere; distare autem à reliquis sensus partibus, quod reliquæ per somnũ quiescunt, nec suo funguntur munere sola hęc tã per vigiliã spiritua demandatione, quàm per somnum retractione, in opere est. Nomé, imponit (regitiuã totius) quãdoquidé toti prouidet cõmune operum instrumentum, pro tempore impertiendo alio verò tempore gignendo mandat, quo animal actu consistat sensus motusque particeps; colligit, vt quemadmodum fusum exercitum prouidus dux, reparet, & reficiat: partim etiam vt alimento intro suscepto conficiendo proficiat: & more prudentis patris familias parte temporis poriori functionum ministerio accommodet, parte alia alẽdo corpori sufficiat: locum, cor esse affirmat, argumento, quod ab eo loco prodit per vigiliam calor, & in illud per somnũ reuertitur, hæc Auerrous. Addit Galenus libro De tremore, motum in corpore calidi duplicem causam habere, animam, quę à calido innato separanda nõ est, & temperamentum ex calore permixtum & frigore, cùm enim calor extrorsum moueat, frigus intrò compelleat, fit vt vicissim subeat spiritus has motionum varietates. quæ omnia vt cuique recipere pro dicentium authoritate liberũ est; ita in examen rationum deducere, necessarium & honestum spiritum animam esse idem ipse Galenus negat, concedens esse animæ instrumentum; motus verò illos certos & vsui conuenientes & perpetuò respondentes, calor & frigus spiritum constituentia efficere nequunt; sed hoc tantùm constituere materiam, cui neuter motuum ab anima imperatus repugnet. Nec verò conuenit imperium hoc cum Auerroo sensificæ facultati addicere, cùm sit omnibus facultatib⁹ cõmune. Nã & cor vitæ pręses conspecto noxio aut horrido cõfestim suos spirit⁹ sanguinemq; adducit, in læti expandit & florido colore cuté imbuit; ꝓpter facultatem auté inter se cõsensus, retractos spiritus vitales sequitur comitaturq; animaliũ spirituũ retrocessus, vnde corruit animal & sanguinis à venis, vnde pallet, Sic facultas animalis cerebri in motioõũ sensuumq; exercẽdorũ tempore

Infra lib.4. cap.2.

lib. de somno.

2. caus. Symp. vltim. 2. caus puls 9. Auer. 2. Collect. 21.

5. 3. tra. 41.

Cap. 8.

2. Collec. 21.

Quæ facultas somni author.

Cap. 13.

7. Plac. 6.

tempore ſuos ſpiritus diſtribuit:cùm vel ipſi reparandi ſunt vel alimentũ cõficiendum retrahitur: comitatur autem etiam per vaſa retroceſſus, quo infrigidantur dormientium extimæ & quę ad cutem ſunt,partes.Nec ſolùm principalia illa membra,quibus corporis adminiſtratio commiſſa eſt,ſed & partes etiam reliquæ norunt pro ſuis vſibus calidum innatum vel ad ſe auocare, vel à ſe repellere.Nam ventriculus cibo plenus à toto trahit,vnde totius refrigerium & extremorum rigor naſcitur, licet quibuſdam ea ratio diſplicuerit,pars verò inflammata vbi ſuppurat ad ſe ſpiritum ſanguinemque colligit , vnde totius rigor,partis verò ſuppurantis putredo cum febre conſequuntur.Cùm ergo hæc calidi interciſa diſperſio collectióque tã multis ſit partibus communis , qua ratione cordis & ſenſificæ facultatis propria credatur? quin potius ſicut in variis animalibus ſua eſſe intuemur innatas animæ doctrinas vel inſtinctus ad vitę vſum,& in variis partibus alias atque alias,quod paulò poſt monſtrabit Galenus,ſic ſingulę animę partes vegetabilis,ſenſifica,vitalis,credendæ ſunt,nõ modo in ſuis fontibus,ſed & in membris vbi reperiuntur,obtinere ab ortu ipſo indoctam huius miniſterij diſpenſationiſque doctrinam , non quam facultas vna aliqua animæ ædat , ſed quam tota anima cuiuis iuncta facultati pro innata doctrina exerceat. Et de motu quidem calidi qui actio eſt & ab anima prodit , ita cenſendum eſſe videtur: nam paſſio qua hoc calidum variè agitatur , multa occaſiones habere poteſt, nempe calorem immodicum attenuantem, nec quieſcere permittẽtem in phreneticos; obtundentem obſtruentémque humorem in lethargico & mandari prohibentem calorem externum trahentem , frigiditatem verò repellentem,& ſi quæ alia ſunt huiuſmodi.

Infra lib.6.

Sed tranſeamus ad alterum propoſitorum problematum de loco , in quo fiunt.quidam autem recentiorũ incuſant priſcos , ceu fruſtra contendentes Ariſtotelem pro corde, Galenum pro cerebro;cùm neutri horum membrorum inſint,ſed toti : illi enim inſunt,quod ab illis ſuſcipiens appellationem dicitur aut vigilare aut dormire;id eſt,non vnum aliquod membrum ſed totum animal.Addunt,etiam ſi locus inquiratur nõ harum affectionum,ſed cauſæ illarum in corpore euentus,eam non eſſe aut cor aut cerebrum,ſed innati caloris motum ad extrita dupliciter putant errasse maiores noſtros, & dum de loco ſomni diſputant,cùm de loco cauſæ agerent, & quoniam locum ipſum perperam definierunt : Quibus tamen in neutro conſentiendum eſt. Nam locum ſomni vigiliæque inquirere nihil eſt aliud quàm ſedem,vnde toti eueniunt paſſiones illæ indagare. Similiter enim dicere ſolemus lætitiæ & mæroris ſedem eſſe cor , vt & febris , cùm lætetur, aut mæreat,aut febri corripiatur,non vna aliqua animantis pars , ſed vniuerſum animal.in hunc itaque ſenſum maiores inquiſiſſe apertius eſt, quam vt moroſam illam cauillationem patiantur. Quod verò ſomni occaſio non ſit vitalis caloris in cor reuocatio,ſed animalis in cerebrum, teſtimonia ſunt.primùm quod in ſyncope quàm in ſomno tanto eſt reuocatio ad cor & velocior, & maior,quantò pallore,refrigerationéque ſuperat ſyncopizans dormientem:nec tamen dormit, nec cogitatione deſtituitur ſæpe nec auditu.non eſt igitur ſomnus reuocatio innati ad cor calidi. Prætereà qui dormit & capite grauatur,ex remediis capiti adhibitis non cordi leuatur; in cerebro eſt itaq;,nõ in corde reuocatio illa. Cõuenit autẽ cum experimentis ratio,cur in vitę aduerſa in vniuerſum conuocat inſtrumentum arterialis ſanguinis vitaliſque ſpiritus,quorum præeſt miniſterio,in animi deliquiis propter mutuum autem facultatum conſenſum ſpiritus ſimul animalis,ad ſuam redit originem , minus ille quidem quam vitalis,ſed tamen redit.eo fit vt ſenſus externi cum motibus ferè aboleantur non interni, recurrit enim vitalis ſpiritus conſentiens ad cerebrum, non tamen à cerebro ipſo ad ventriculos rapitur:quare principes facultates nec inſtrumento deſtituuntur nec opere. In penuria verò animalium ſpirituum imminente ſomno,rapitur primum animalis in cerebrum ſpiritus : & quoniam ab inſtrumentis omnibus ſenſus motuſque feriandi gratia retrahitur,non modò ab externis muſculis , ſenſoriiſque,ad caputq; reducitur:ſed & à cerebro ipſo principum actionum inſtrumẽto in ventriculos : ita fit vt dormiens ocietur à ſenſu motuque omni arbitrario , non minus interno quàm externo : licet minus ſyncopizante palleat,timorémque vitalis caloris ad cor reuocationem patiatur:nempe eam quam facultatum ſympathia neceſſario inducit & gignit. Eſt ergo (vt ſummatim abſoluatur propoſitum) ſomni occaſio regreſſus, primùm & maximè animalis ad cerebrũ facultatis:cõſecutione autẽ quadã naturatũ,etiã vitalis ad cor,ſanguinis verò in hepar.

Somni differentiæ.

Tertio loco ſomni differentię explicãdę ſunt. is cùm ſeparetur in naturalem & pręter naturã, in quo ſenſu naturalis vox accipiatur dicendum eſt,naturale enim dicimus,cuius eſt internũ principum & origo,quomodò mors naturalis violẽtę opponitur , dicitur & id quod à natura intenditur:& quod licet non intendatur, eius tamen operationem ſequitur.pręterea & quod ab ortu cõtractũ eſt:tandè quicquid operi vtile eſt.In poſtremò autem ſignificato dicitur naturalis ſomnus,quicunque vtilitatem corpori affert , præter naturam qui noxam. poteſt & accipi naturalis ſomnus qui ab agente natura prodit , pręter naturam,qui à patiente tantùm,non agente.Habet autem cauſam naturalis animam ſpiritus animales retrahentem ad eorum reparationem,vel alimenti confectionem ; innaturalis verò denſitatem aut humorem delationem inhibentẽ facultatis,apud Galenum. Nec pugnat quod in Prorhetico naturalem ait oriri ab humidi vtilis copia corpus grauante, quia ab alimento ſumpto ſomnus obrepens,& ad facultatem retrahentem propter coctionem,& ab vtilis vaporis concreti copiam referri poteſt,& vtroque nomine naturalis appellationem obtinet propter vtilitatem: altera autem ex duabus cauſa tanquam naturæ actio.Secernuntur autem mutuò differẽtię dictę nõ ſola lõgitudine innaturalis ſomni , ſed magis etiã expergiſcẽdi difficultate. Accedit.n.nonnũquã,vt etiã p biduũ dormiatur cũ vtilitatẽ ſũma, in iis qui per morbum diu vigilarunt , vel pueris criſim etiam citra vacuationem per ſomnum expertis; quos innaturales vocare non licet. propterea quòd expergiſcendi illam difficultatem non

Lib.maraſ.2. *15.Ther.19.* *1.Cauſ.* *Symp.vlt.* *3.Cauſ.* *pulſ.9.* *2.prorh.27.* *3.Aphor 3.* *2.Prorh.29.* *3.Praſag.1.*

In quo loco fit ſomnus.

noo habēt; ergo naturalis somnus absolutā somni appellationem habet; morbosus, vel à causa ægra difficulter sentit mouetúrque & obtinet nomen comatis aut cataphoræ; vel nullo pacto excitatur etiam punctus, & carus dicitur, Arabibus subeth. Habet autem occasionem coma ex pituita cerebrum madefaciente, quod frequens est, carus à percussis temporalibus musculis, aut compressis cerebri ventriculis, aut ex refrigeratione vehementi initiis prauarum quarundā accessionum. Si verò quis & longum somnum habeat, & difficulter expergiscatur, sed non à morbo, sed ab vtilis humidi copia, quod ebriis accidit, carus iuxta dicta non dicitur, licet quibusdam, vt Platoni in conuiuio dicatur: nam ea iam controuersia de nomine est. Sicut & quod Auicenna separat somnum in naturalem ex moderato exercitio, vel cibo potúque ingruentem, & non naturalem, vbi causa naturalis est, nempe alterutra dictarum, sed excedens mediocritatis terminos, qualis ebriorum somnus; & tertium morbosum & ipsum per coma carúmque diuisum. Postremò de somni fine dicendum est, contendunt omnulli somni finem esse nullum, quòd finis in solis agentibus consideretur; priuatio autem nullius operis causa esse potest, sed apertius est, quā vt confirmari egeat, non quæri finem eius quod non est, nec morbosi somni in quo magis patitur natura, sed cùm naturalem somnum ad animæ facultatem quampiam ceu authorem referimus, quid quærens natura somnum & vigiliam efficiat; id verò est quod in quæstionem vertitur. Est autem ex ante dictis manifestum, in retractione quam somnus operatur alium esse finem in eo loco, vnde retractio fit, spiritus animalis quietem reparationémque, alium in loco ad quē colligitur, nempe oneris ingesti alimenti confectionem: cùm enim vtrique operi & animæ, & corporis, & vegetabili, & sensili idem innatus calor conducat, prudenter occasioni seruit natura, & pro vario vsu non similiter iungit & vnit, sed occupat solutionem dubitatio duplex. Prior: ex duobus vsibus vnus seruit sensili facultati, alter altrici. Vtra ergo ex duabus facultas somnum mouet & inchoat? Posterior: cur ita prouisum voluit natura, vt dimidia vitæ parte animalia, sensu motúque definita, stirpium instar sensu omni & cogitatione, & motu orbata dormirent: cùm potuisset seruare earum facultatum integritatem, continuitatémque, si non multa, at aliquanta spiritus perpetuáque distributione? Ex quibus primum ita expedias, si sensificus spiritus absumptus est extra; alimentum verò non ita plenum intus abundat, somni initium cerebrum facit: si contrà, altrix in hepate aut ventriculo facultas, vtrobique tamen reliqua facultas sequitur, tantus est facultatum omnium instrumentorúmque in corpore consensus, ait Galenus. Ad alterum: Consultò natura machinata est eorum operum vicissitudinem, non modò in operibus sensus & alitionis animalium, sed & in alendis variis stirpium partibus: nam per hyemem quæ plantarum somnus est, vniuersum calidum ad radices repit, easque & auget & alimento implet, exteriora ita deserens, vt ne alendis tuendisve fructibus foliisque sufficiat; per æstatem nihil crescente radice germinatio fit in stolones, flores, fructúsque fœcundissima. In animalibus verò, quorum vita in alitione & sensum diuisa est, vigiliæ cursum sensibus dedicat, vniuersum calidum ad exteriora conuertens; somni verò tempore rursum voluersum in viscera rapiens, videlicet probè gnara, magna opera vno aliquo ministro peragi non posse, nisi multi simul cōueniant. Ergo nisi per æstatem collectus è tota planta calor in ramos funderetur, sed æqualis perpetuò sic que destribueretur, minimè vberem lætámque fructuum copiam profunderet. Nisi verò per hyemem radix ceu stagnum quoddam humectanto alimento pinguesceret, nec in ramos velox protuberaret, nec in fructus per æstum: Animalium autem nullum robur & velocitatem in motibus obtineret, aut sensibus & cogitatione valeret; si non præcedens somnus confertam spirituum copiam suo tempore suppeditaret. Quare non inuidens animalibus natura somni tempus, sed melius aliquid pro omnibus prouidens, in somnū & vigiliam stata vitæ momenta distribuit. 2 Aph. 1.

Somnis finis.

3. caus. Puls. 2

8. *Humiditas sola*] nomina naturalium affectionum sunt somnus & vigilantia: nomina morbosarum carus vel coma, & vigilia, licet non perpetuò id obseruetur. sed obstat huic sententiæ. primò oportebat senes plus pueris dormire, quando superant frigore potentiore ad somnum qualitate quàm puerorum sit humiditas. Deinde quo modo oriatur ex humiditate distributionem impediente naturalis somnus, cùm sic proprium naturalis ab agente naturæ facultate proficisci, non pati & inhiberi. facit & difficultatem locus Galeni, libro Pulsuum tertio, in quo naturalem somnum à siccitate nasci commemorat, sicut quod libro Aphorismorum. 2. ex refrigerato primo sen- Cap. 9. sorio: deinde, si ad somnum plus potest frigus humiditate, quomodo cohæret quod addit, frigus cum humiditate carum citra eam obliuionem stultitiámque inducere. Diluuntur autem: nam vt frigus morbosos somnos infert, ita senes comatosis affectionibus & lethargi magis parent. Aph. 3. pueri propter humiditatem naturalibus detinentur prolixis. Nec verò humiditas ipsa ceu primaria origo naturalem somnum conciliat, tantū disponit spiritus viásque eius deferendi ad festinam naturæ retractionem, sicut remoratur siccitas. Quod autem refert alicubi naturalem somnum ad siccitatem, hic ad humiditatem nulla pugnantia est: nam siccitas ex motu sensúque membris contracta, occasio accersendi somni est, propterea quòd auget vsum necessitatémque somni; humiditas verò copiosa, quoniam spiritum incrassat & meatus eorum obstruit, obtunditque calorem ne se efferat: ita membrorum siccitas cerebri autem humiditas vario nomine vtraque somnos accersiunt. Nam quod per refrigerationē definiat, interpretatio est; causam ibi inquiri morbosi, & à quo difficile expergiscimur. Maximè cùm ostēsum sit somnū perpetuò; si nō anteit, certè comitari cōsequiq; refrigerationē organorum sentiendi cogitandique. Cùm verò somnum frigori cum humiditate addicit, non negat etiam parum frigus earum efficere, sed frequentem cuē tum ostendit: iunctis enim duabus illis qualitatibus, promptissimè oritur.

9. *cum itaque*] destribuit cerebri intemperamētā in species, vt quoad fieri possit curatio, quod semper

Proœm ad Glauc. ſemper conandum eſt, ſumatur non à remotis ſummiſque generibus, ſed ab indiuiduis ſpeciebus. Ex quibus prima eſt per graduū varietatem.

10. *morales*] hepatis functiones concupiſcentias eſſe autumat: atque verò in corde peraguntur animi perturbationes & affectus; in quibus vtriſque, quoniam moru diſcrimina vertuntur, placuit appellare has functiones morales: ſicut cerebri principes, quoniam & reliquis & vitæ ipſi imperant.

11. *atque molles*] id eſt, ſimilem humoribus. Eſt autem ſecunda intemperamenti ſectio, quoddā quod adhuc fit, dum cerebrum æquale intemperamentum humoris alterantis nondum recipit; aliud factum, vbi ex toto, mutatum eſt.

12. *præterea*] tertia ſectio intemperamentum, exempli gratia calidum, nonnunquam ſimplex eſt, aliquando compoſitum: componitur autem non ſolum calor humiditati ſiccitatique, quibuſcum non pugnat: ſed & frigori calor permiſcetur: nam in catoche mixta affectione ex phrenitide letargóque, vtraque intemperies aduerſa miſcetur humida ſiccæ, calida frigidæ: quoniam autem mixtio illa contrariarum in quauis contrarietate qualitatum in humoribus negari non poteſt, in ipſo cerebro à multis non recipitur, ſubdit Galenus. Si fatemur eam mixtionem intempe ramétorum aduerſantium in ipſo cerebro (quod neceſſariò fatendum eſt conſideranti cerebrum ab oppoſita compoſitione humorum ad vtranque qualitatem intemperamenti deduci) ſequi in quauis oppoſitione intemperamentum quoduis, verbi gratia ſiccitatis, triplex: quod fit ſimplex: factum ſimplex & permixtum humido.

13. *tres ab ipſa*] lege, tres ſecundum eam diſpoſitioné euadent intéperies in quauis oppoſitione.

14. *ventriculi*] quarta diuiſio, ex mutato adæquato ſubiecto, licet commune idem ſeruetur in omnibus cerebrum vitiantur enim nonnunquam vaſa: alia ventriculi. humor per cerebrum diſperſus, cerebrum ipſum. ita autem intelligenda ſunt omnia talia ſpecies intemperati cerebri, vt concipiamus animo per omnes dictos affectus cerebrum eo intemperamento quod fit labi: in ſolo autem quarto facto intéperamento laborare.

CAP. V.

QVORVM itaque vel memoria, vel intellectus periit, ſomnos obſeruare oportet (quippe intellectus amiſſio ſtultitia eſt.) vtrum vehementer, an modicè ſomnolenti ſint, aut omnino non ſomnolenti, ſed quantùm ad ſomnum pertinet, ſecundum naturam ſeſe habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperiem. Præterea conſiderandum eſt, vtrum excernant quippiam vel ex naribus, vel ab ore, quòd à capite defluat, an arida huiuſmodi partes ſint: quippe ex iis diſpoſitionem ipſam coniectura conſequi poterimus: quemadmodum in deſtillatione & grauedine vſu venit. Siquidem in iis, & qualitas & quantitas excretorum, atque cauſarum quæ præceſſerunt, contemplatio, capitis diſpoſitionem declarat: ſiue calida fuerit, vt in vſtione: ſiue frigida, vt in refrigeratione. Niſi enim omnia hæc diſcretè cognoueris, idoneam diſpoſitioni curationem haudquaquam inuenies. Cùm igitur vel periit, vel grauiter læſa eſt memoria, frigida 1 omnino intemperies eſt: quocirca calefacere ipſam oportet: at verò exiccare, aut humectare, non neceſſarium eſt: ſed ſi humiditate capuletur, arefacere: ſi ariditati, madefacere. Cæterùm, ſi inter hæc modum obtinet, ipſum conſeruare oportet. 2 Equidem noui quēdam, ob laborem in ſtudiis, atque vigilias, memoriam pene admiſerat, læſa etiam ratione. Item agricolam qui ob labores, quos vites colendo ſubierat, ac tenuem victū, eodem modo affectum eſt. Atque iis, certum eſt, quod exiccantibus, caleriſcciſq; lædebantur, madefacientia verò, quæ calefaciendi quoque vim haberent, haud mediocri ipſis erant præſidio. 3. Itaque læduntur etiam cum febre principales animæ fūctiones, vt in phrenitide & lethargo, interdum ſine febre vitium eſt, vt in 4 mania & melancholia: quemadmodum modò per conſenſum, modò primaria affectione cerebri. 5 Cùm igitur propriis accidentibus exactè diſcernuntur huiuſmodi vitia, & perpetua ſunt, neque aliis præcedentibus ſuperuenerunt primogenia affectione: cùm verò propriis accidentibus diſcerni non poſſunt, neque perpetuò permanent, atque ad alias affectiones conſequuntur, per conſenſum ipſa conſtare dicimus. Neque latere nos debet, vbi per conſenſum quis afficitur, ipſaque affectio in ſoris habeat eſſe, quod deletis efficientibus ipſam cauſis ipſa quoque ſimul deletur. Si verò conſentientes partes permanentem iam habuerint diſpoſitionem, quamuis quieſcat cauſa efficiens, ipſa tamen permanebit affectio. 6 Igitur quòd in cerebro conſiſtant omnes principalium animæ actionū affectus in confeſſo habent omnes Medici, niſi quis vno fortaſſe ſectæ addictus, aliter in animo ſentiat, aliter depromat ex ore. At qualis ſit intemperies, non ſine negocio inuenitur, medicumque requirit, non qui laberet, quomodò antiquis contradicat de animæ principatu, re adeò aperta & perſpicua, vt eam in cerebro eſſe etiam inter priuatos conueniat: ſed qui laborioſus ſit, & inquirendo non defatigetur. Sed philoſophus fortaſſe, in angulo ſedentibus facilius pro hoc errore quis veniam dederit. Medicis verò, qui iam in operibus ad ſenectutem vſque verſati ſunt, ignoſci ſua contendendi libido, vel, dicam verius, impudentia, non debet: quippe qui vigilantibus delirantibus, phreneticis, lethargicis, caput irrigare conſueuerunt. Nam & Archigenes quoque, vbi vitiata memoria medicanda eſt, aut ſtultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnquā exercitatus medicus apoplexiam, morbum comitialem, opiſthotonon, emproſthotonum, tetanon, aliter curauit? quis denique dimidiam partem corporis reſolutam? an verò non in ſpaſmoſis affectibus, omnes Medici, vel experimenta etiam profeſſi, ſummam curationis eſſe cenſent primis vertebris remedia adhibere? quemadmodum vbi dimidia quoque vniuerſi corporis pars reſoluta eſt? Porrò cerebrum quoque calfaciunt, quemadmodum 7 apoplecticos quoque curare conſueuerunt. Sic etiam per morbum 8 comitialem, cùm vel ſtomachum, vel ob aliquam aliam particulam affectio ſit, eam maxime & in primis curare præcipiunt, cerebrum verò ita præparant, vt non ita facile afficiatur. Hæc itaque potiſſimum inquirenda ſunt, non 9 principalis animæ vis, quam nemo, niſi peruerſa fuerit mente, non apertiſſime cognoſcit. Neque neruorum originem, diuinantium more, à 10 Diis petere, ſed ab experto diſſectore diſcere oportet. 11 Sunt enim nonnulli qui ſibi iam perſuaſerunt neruos à corde oriri, eo quòd nequeunt inter ſyndeſmum, neruúmque diſcernere: quibus nonnihil etiam ſuffragari videtur ipſa homonymia: quippe copulæ à multis medicorum colligantes nerui appellantur. Verùm nulla vexabimur 12 nominis indiuidua, ſi modo non copulas ipſas, ſed voluntarios (vt ipſi aiunt) neruos intelligant, quos ſcilicet à cerebro initium accipere dicimus. Neque enim illi aut conuulſionem, aut paralyſin, ad colligātes neruos referunt: ſed eorum neruorum, qui voluntatis imperio obediunt, affectionem

esse dicit: conuulso enim vniuerso corpore, omnes quidē autumāt affici talē quāpiā parte, quæ, vt in arbore caudex ramorum, sic ipsa sit omnium neruorum communis velutī caudex, non paucorum in vna parte, quemadmodum ramus: vt si vel crus, vel altera manus fortè fortuna conuellatur, totius membri conuulsio, neruorum, qui ad ipsum perueniunt originem affectam fuisse declarat, rami cuiuspiam exemplo in arbore. Quod si vniuersum corpus afficiatur, communem originem omnium infra faciam neruorum, quæ arboris caudici proportione respondet affectam esse putandum est: quæ sunt primæ spinalis medullæ partes. Proinde exercitatissimi quiuque medici huic remedia adaptant: cordis verò in hac affectione nullam omnino mentionē fecerunt. Si verò simul cum vniuerso corpore facies quoque conuulsa videatur: non solum exortum spinalis medullæ, verumetiam cerebrum ipsum curamus. Etenim labra quoque sæpenumero conuulsa videmus, item oculos, frontis cutem, totas mandibulas, similiter & linguæ radicem. At, quia omnes iam dictas partes, à musculis ex cerebro neruos suscipientibus, moueri ex anatome didicimus, cerebrum, ipsis sic laborantibus, credimus esse affectum: vbi verò ipsis illæsis, cæteras partes conuelli viderimus, dorsalis medullæ initium affectum esse fatemur. Hæc igitur sunt, quæ promptè discere, mox ipsorum dispositiones considerare oportet. Sed sunt nonnulli medici, qui dispositiones ipsas no aggrediuntur quidem disquirere, sed certant super rebus manifestè apparentibus, iacturamq́ temporis nos facere cogunt, quod non erat consumendū respondendo iis, qui recta medicorum veterum decreta euertunt, sed potius 13 inueniendo ea, quæ illi silentio præterierunt: & vel haudquaquam res ipsas definierūt, aut eas sine demonstratione, aut sine idonea determinatione, aut non satis abundè, explicauerunt. Quemadmodum 14 Hippocrates vbi neruorum conuulsiones, vel ob plenitudinem, vel vacuitatem fieri dicit. Etenim verus est sermo eius: quibus verò rationibus fulciatur, vt fides ei adhibēda sit, non popularibus, sed doctis duntaxat viris, & qui diligenter prima medicinæ rudimenta didicerunt, notum est. Hæc igitur cùm didicissem, facilè mihi persuasi conuulsionem fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate dicta sunt. Quippe si omnis motus qui à volūtate procedit, attractu musculi in eas, quibus innascuntur, partes, fieri videtur, neque possit fieri attractio, nisi ad suam originem retrahatur musculus, constat conuulsionem in conuulsis partibus factam hac sola ratione à motu secundum naturam differre, quod præter voluntatem nostram fit. Itaque quemadmodum in eo, qui secundum naturam habet, voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordinata, motionis 15 principium primis dat neruis, ac per ipsos musculis: ita si sine huiusmodi principio inuenerimus, quæ causa neruos conuellere possit, modum, quo conuulsio fiat, nos iam scire nō temerè profitebimur: Etenim si videris aliquando neruosa corpora, vt lyræ chordas ob ambientis aëris immodicā intēperiē adeo vehementer, vt rumpantur, intentas, haud difficulter intelliges idem in animantium quoque neruis posse contingere. Sed quomodò affecto aëre tēduntur chordæ, vt rūpantur? si vel nimis aridus, vel admodū humidus sit: nempe humor madefacit ipsas, vt in tumorem præter naturam attollantur, qui mox eas extendit: ac veluti sol tergora arefaciēs contrahit, ita siccitas chordas, & trahit & tendit. Sic lora quoque, cùm ad ignem exiccantur, contrahi vndique videntur. His ita præcognitis, haud difficile inuentu fuerit, vtrum ab ariditate, quæ est humidæ essentiæ defectus, & vacuatio: an ab humoris plenitudine, quæ est affectio egestati aduersans, & ab Hippocrate repletio nominata est, affectus ipse prodierit. Quippe, cum conuulsio fit, vel à labore, vel vigiliis, vel fame, vel solicitudine, vel arida æstuanteque in febri, qualem in phreneticis videre est: causam eius est ariditatem, vacuationémque rectè putaueris. Si verò temulento cuipiam ac omnino pleno homini, qui videlicet in otio degit, id euenire conspexeris, nō abs re à contraria causa conuulsionem ortum habuisse iudicabis: At qui euacuationi contraria est repletio.

QVONIAM ad exactam curationem non est quiescēdum in supremo aut medio morbi genere, sed ad indiuiduam vsque speciem diuidendo perueniendum est: pergit rimari intemperamentum illud frigidum relatorum symptomatum causa, sit ne simplex, an siccitati humiditatíve iunctum: id quod colligit indiciis tribus: Primum ex somno petit & vigilia. Si enim quod libro De plenitudine scriptum est, qualis in corpore cacochymia abundet ex capitis operibus, nempe vigilia somnóque, & ex ventriculi fame & siti, aut horum contrariis petenda internotio est; quantò id magis in cerebri ipsius affectibus exercere par est, & à somno vigiliaque vestigare: alterum expurgatis per expurgatorios cerebri meatus excrementis, aut è contrario non defluētibus: tertium ex natura causæ quæ morbo originem dedit; qualis enim ea præcessit, tale relictū esse intemperamentum conuenit. Dum verò hęc & similia indiciorum argumenta traduntur; meminisse oportet, quòd eodem lib. ostensum est, longè abesse à scientia & plurimum coniecturæ habere partem artis, quæ affectus agnoscere pollicetur; & satis esse si iuncta, fidem faciant, quæ singula à certitudine & perpetuitate non rarò deficiunt. Nam & fieri potest, vt somnolentia ex intensa oriatur frigiditate, quamuis ad humiditatem habitus non deflectat. Inopia verò excrementorum per nares & palatum ita tantum. ait Auicenna, siccitatis cerebri testimonium est, si caput nō graue est, sed leue. Nam causæ non semper cum effecto conueniunt, sed est vbi opponātur: quàm multi enim ex frigidi aëris occursu capiuntur catarrho, & expressa à capite bile in destillationes acres incidunt? alij ex insolatione, liquata vel tracta ad caput pituita, frigidas defluxiones patiuntur.

Proœm. ad Glau.

Cap. 17.

Vltimo.

1-38.

6. *frigida omnino*] ita enim res habet erga memoriæ functiones, vt erga somnum vigiliámque, minores illi lapsus passiuarum, leuiores excessus vt somni & vigiliæ, ita memoriæ, obliuionisq; inferunt: maximi, aut ex toto abolitiones functionum ad actiuarum immoderātiam (quarū est vis maior) referuntur ita recipi potest quod Galenus habet, abolitam aut vehementer deficientē memoriam prorsus frigus pro causa habere, nec ideo reiiciendi Paulus, Azaraus, Auicenna, nonnunquam ad humiditatis immoderantiam referēres, aut siccitatis, nō perperuò ad frigus: nā vt leuia illa vitia ad passiuas, ita graue ad solam frigiditatem relegādum est Et vt multa cerebri humiditas, ne diu semel affixa durent: causa est; ita eiusdem ariditas, ne facile imprimātur affigāturque. Caloris verò penuria quam frigiditatem dicimus, facit, ne spectra cerebri ad imaginationē moueātur, (perficitur enim etiā ea motio calore) ita memoriæ abolitio omnino à frigido est, cur

Obliuionis intēperies.

Cap. de læsa memoria.

Tech. 12.

ergo io

ergo in arte, fluidæ cetebri substātiæ alumnā esse inquit obliuionem: quoniam obliuionis nomen non tam difficultatem imprimēdi significat quā susceptorum abolitionem interitúmque: cur verò à calore frequenter cogitatio cum imaginatione vitientur, quod febrienti accidit; memoria frigore pereat, cetebro senum experimento; illa causa est, quod rationis imagiuationisque læsio perturbatione idolorū fiat, memoria perdita abolitione priuationéque; est auté caloris, perturbare & vitiare: frigoris extinguere & priuare. ideo febrienti (ait Ætius) ante memoriam illa offendun tur; memoria verò tunc cùm ad summū calor anctus est. Lib. 6. 1.

2. *eandem*] citat exēpla rari euentus lapsæ cū siccitate memoriæ, nam iungi humiditati vt frequens est, ita exemplis non indiget.

3. *Itaque læduntur*] secat vitia principaliū facultatum, vt per signa inter notionem eorum subiungat. ex sectionibus prima est, læsio facultatis, vel febri iungitur, vel sine febre affligit: altera vel cetebri propria est, vel alterius partis consensu fit.

4. *mania*] hic & opere de Symptomatum causis maniam expertem febris constituit, & melancholiam, & eo indicio à phrenitide seiungit non quod nunquam febri laborent maniaci, sed quòd maniæ causa febrim non patiantur. Apparet enim nonnullos phreniticos in maniam permutari, manente tamen febre: & præclarè Aurelianus ta les febrim habētes phreniticis separat notis, quoniam phrenitici febris acuta est; maniaci tarda, vt quæ ab inflammatione non oritur; & quoniam in maniaco delitiū antecedit, in phrenitico sequitur febrem, & quia phrenitici pulsus perpetuò paruus est & densus, in maniaco quandoque magnus: postremò propria illa phreniticorum, pilorum euulsio, festucarum collectio: præter phreoitidem non visuntur. 2. caus. Symp. 10. Cap. de phrenitide.

5. *Quum igitur*] Notæ separandi proprium à cōsentiente affectu suprà disputatæ sunt. Lib. 2. vlt.

6. *igitur quod*] resumit in Archigenem increpationem, nullans admittēs peccati excusationē.

7. *apoplecticos quoque*] dele (quoque) nam καὶ aliquando abundat.

8. *conuulsionem*] conuincit aduersarium, cum etiam in epilepsia per confessum non solum in propria, medici cerebri prouidentiam non negligat.

9. *non principalis*] lege (non de animæ principatu) nempe vbi situs sit.

10. *à Dijs*] videtur Archigenes, aggrediens eam tractationem, diuinum auxilium expostulasse. Frustra autem quidam infirmant hoc Galeni argumentum, siue quia etiam remedia adhibētur locis non ægris, vt in pleuritide cubiti sectio; siue quia cordi admota refrigerantia etiā soporifera sunt. Nam localia curantia solis affectis partibus admouentur. Rarissimè autem & cum exiguo vsu sæpe etiam nullo cordi, semper & cum magno cerebro admouentur: nam cor, cùm sit omniū foris, corpus vniuersum & ita cerebrum refrigerat.

11. *sunt enim*] sicut suprà ex Archigenis ipsius testimonio conuincit facultates principes in capite sitas esse; ita hic ex anatomica inspectione neruorum à cerebro exortum

12. *nominis*] firma & efficaci Galenus in Aristotelem reprehensione vtitur: si organorum nomina non à figura imponuntur vel cōpositione, quę materiæ membrorum locum habent; sed ab opere & vi ea est partium forma; necesse est nerui nomē, si exactè sumitur, partem indicare volūtarij motus ministram, non quamcumque albam, duriusculam, rotundam & oblongam: atqui teretia illa cordis filamenta cum veris neruis membra mouentibus sola conueniunt compositione, vis motricis in totū expertia Non sunt igitur nerui vna cum voluntariis neruis ratione, sed æquiuoce Nec aliter subire possunt nerui appellationem quam mortua vel ænea manus, simpliciter & absolutæ manus. 1. part. 8. & 10.

13. *tauentendo*] longitudinis disciplinarum maxima causa ambitio est, dū pruriunt scribētes (ait Galenus) desiderio condendarum sectarum: non aliter quàm ad multas leges coēgit humana malicia, cùm Atheniēsibus solæ duodecim sufficerēt. Discenda verò ex hoc loco sunt, qualia nos antiquis auctuaria facere oporter, vt nō modo æquemus illos, sed (quod facilè sperat) etiā superemus quò fit, vt librorum editio non semper tendat in rei literariæ profectū, sæpe etiam in detrimētum. lib. perg facul. 1. lib. quod optimus medicus

14. *Hippocrates*] 6. Aph 39.

Sed age dum vberius est de conuulsionum finitione, differētiis, causis: & vt à primo ordiamur. nonnunquam Galeno inter symptomata numeratur, quandoque inter morbos reponitur tēperamenti, alibi figurę & magnitudinis vitium esse significat, videlicet prout conuulsionis verbo intelligitur actio mouendi læsa, symptoma: prout causa ipsa læsionis morbus, ipse etiam morbus simul est intēperamenti & figurę Quod verò lib. epid. tertio, scribit non esse permanentem affectum, qualis inflammatio est, sed passionem; de ea quæ etiamnum fit conuulsione intelligendum est, quā magis propriè conuulsionis motum, quàm conuulsionē appellaueris. Demū definitur Galeno passio inuoluntaria ad similem venientibus neruosis partibus in ea dispositionem, quam in motibus secundum naturam factis assumpserunt, quoniam verò musculus resoluto oppositus citra cōuulsionem retractus est, oportet passioris nomine affectionem præter naturā audire; ea enim cater buccæ musculos, qui in spasmo cynico contrahitur; quę verò sint neruosa corpora, nō perpetuū constat Galeni loca. Sępe musculos aut musculorum capita, inquit, sępe neruos, nō raro vtrumque, quoniam musculis per neruos, conuelli conuenit. lib. aphor. quinto addit ligamenta, quę tamen motui arbitratio non pręsse certum est. Dixit & ventriculum conuelli singultientem, vasa item viteri in histericis mulieribus paulo post sicut in Arte, vasa. vt enim neruosa sunt talia omnia non verè, quoniam neruis abundant (quod Galenus ipse admonuit) sed per eam similitudinem qua contrahi & extendi apta sunt, eadem ipsa metaphora adimittit, vt concedantur conuelli, cum tamen verè non conuellantur numeratę partes, sed veluti conuellantur: quod accuratiora oratione libro de caus. Symptom. tertio scriptum est. quod si in Arte parua verè ostensum est, partem musculi principem ad quam actio referenda est, ligamentum esse, pariter ad ligamentum, ceu ad primariam partem innaturalis conuulsionis motus referendum est: vnde

Conuulsionis finitio. 2. caus. sym. c. 6. aphor. 39. 3. epid. 4. 2. 3. de Spasmo. 6. aph. 39. Aph. 1. de differen. symp. 4. 6. locali. 3. 6. loc. 3. tech. 100 6. epid. 2. Cap. 2.

vnde intelligitur singultum non admitti ferè à Galeno inter conuulsiones, propterea quod quasi diuersa affectio est à plenitudine & siccitate cóuulsionis vulgatis causis, nó propterea quòd neruus non est: in quem sensum libro De differétijs pulsuum probat tremorem conuulsionéque in solis fieri neruosis. Sed agamus de conuulsionis speciebus libro Aphor. sexto, duas species cum Hippocrate solas agnoscit, & locali octauo, alibi, vt & hic, addubitat, ne fortè tertia Hippocrati indicta ex morsu addéda sit. In methodo nó cótentus tribus; quas qui secuti sunt receperunt, iúgit quartam ex frigore cótrahente, quæ loca hoc modo concilianda sunt. Est conuulsio quædam pér proprietatem neruorum, eadem est perpetua non interrupta motibus, prodiens à sola morbifica causa non agente natura; talis oritur, quod Hippocrates habet: vel à replente humore abundantéque, vel à deficiente. Est alterius generis cóuulsio, aut verius conuellens motus, per consensum partis alicuius affectæ demorsæque. Eadem non est facta & quiescens, sed fit tantum & in motu est. Ná punctus digitus postquam factam contractin né sustinet, repletionem humoris patitur, conuellétis, non iam morsum. Postremò tertia hæc cóuulsio ab agente natura pellentéque noxam, non à solo morbo peragitur. hác Hippocrates quia motus est ex singultus genere & familia, magis quàm ex ijs quos cónulsiones appellamus, nó adiecit. nos rectè addimus, præmoniti tamé quid inter hác & illas cóuulsiones intersit, vt sit prima conuulsio ex siccitate: altera ex humiditate; tertia ex morsu. Cæterùm in methodo conatus redigere ad classes quæ curationem variant, quadrimébrem sectionem non sine causa interponit: népe ex siccitate humidis curandam, ex humiditate vacuatióne, ex morsu lenientibus, ex frigore calorificis, cùm tamen contractio quam frigus inuehit, humidi interni aut expressione aut congelatione in siccitatis genere contineatur. Nam Auicenna cur vocet priorem speciem immaterialem; secúdam materialem; tertiam cum materia non communicantem, id est, nec propter excessú, nec propter humoris inopiam, notius est, quàm vt multis egeat ad explicandum. Quod verò ad causas attinet: primùm, conuulsionis humidæ causam senset Auicenna humorem quéuis etiam sanguineum siue inflammet, siue tantùm neruum occupet, (cùm resoluitur materia faciens apostema cum vlcere nerui.) qui locus ita vertendus erat: cùm resoluitur humor apostematis ad dilatandus neruos. Demum crassus humor neruos in latum extédés, in longum coarctans. nam tenuis humor non extendens puros, sed nerui substantiam emolliens paralysis author est. Vt obitet Aueroo satisfactú sit, tam molestè reiicienti medicorum sententias de harum affectionum causa. Adde quod in paralysi non oportet neruosam longitudinem humore occupari; sed obstrui tantum foramen impeditique facultatis commeatum; in totum nerui ductum; laxitatem enim & languorem, otij humiditas facit, non humoris: cùm in conuulsione pars ipsa cótracta ideó fit: quia ab humoris crassitie in latum extensa est. Alteram conuulsionem doctissimi ex nostris opinantur non à priuatione humidi oriri, sed à siccitate aucta. tum quia priuationi operatio ascribi non potest; est autem operatio motus contractarum partium: tú quia inanita humiditate meatus ampliores fieri parest, molem partium colligi, non necesse est. sed quod pace illorum dictum sit, multa prohibent, ne in illorum sententiam abeamus. Primùm, si siccitas igni & terræ cómunis est, vna eadémque specie: & ignea siccitas rarefacit, non contrahit; cur credatur siccitas etiam terræ contrahere, nulla ratio est. Quorum enim opera opponuntur; non sunt specie vna sed diuersa oppositáque. deinde senes & marasmo detentos conuelli præ ariditate oportebat, quid quod siccitas ab igne in corrigiam deriuata aut à febre in neruum ignea est non terrea, quæ tamen contrahit & densat: non est igitur terreæ siccitatis corrugare, igneæ verò dilatare. Adde quod siccitas aucta etiam non deficiente humido conuelleret, si solius siccitatis opus est conuulsio: quid enim impedit quominus in subiectum quoduis non recipiatur siccitas terrea cóuellere potens. sed conuulsio, ex innanitate claudit finitione sua humidi inopiam. non est igitur siccitas causa. Postremò, quod ex omni parte æquè inanitur absumitúrque, non coit in sese sed siccatur tãtú. Præstat opinari facta interni humidi inanitione vicinas partes conniuere & in se concidere vacuum fugientes: nam si vndiq; æquè sensimque exhauritur humiditas, quia inanitæ partes ingressu aëris occupãtur & implétur, nulla necessitas cogit ad eã partium vnionem: vbi verò inæqualiter & dispersè exhauritur, sufficiuntur eo concursu congressúque partium loca. ita enim interpretatur Galenus conuulsioné ex ariditate, id est, ex humidæ substantiæ defectu. Ita fit vt conuulsionis siccæ causa sit partiú concursus propter vacui fugam in ingenti deformique neruiariditate. Nam vt scribitur libro de causis Symptomatum, ad arbitrarium motum præstat eò magis instrumentum, quò aridius est, nisi eò iam accedat magnitudinis siccitas, vt flecti membrú vix queat præ duritiæ, quò tempore conuulsione sicca capi promptum est.

15. *principium*] diligenter motus principium neruis ait tradi a cerebro, nó neruos ipsos moueri, quod libro priore ostensum est.

16. *febri*] separat vtramque conuulsionem. Sequens enim ad acutam febrem ex siccitate est, vel ad diuturnam, licet non acutam. fit enim vt ad febré sequatur liquata pituita materialis conuulsio. altera internotio apud Zoar. humida séper repente, sicca sæpe sensim inducitur.

Marginal notes: 3. Differ. pul. / 6. Aph. 39. / Ca. 3. / 2. caus. Sym. 1. / 3. Aph. 1. / 12. Thera. vlt. / Conuulsionis causæ / 3. Collect. 33. / Lib. 3 cap. 3 / 3. Epid. sect. 2. 24. / 3. Prasag. de conuulsi. / Zoa. lib 1. Ther. 10. 3.

SECTIO TERTIA.

ATQVE morbus quoque comitialis, 1 conuulsio est omnium corporis partium non perpetua, vt in emprosthotono, & opisthotono, atque 2 tetano videre est, sed quæ ex temporum accidit interuallis: neque solum hac re, sed mentis quoque, ac sensuum oblæsione, à iam dictis conuulsionum generibus differt: vnde constat in supremis corporis partibus, cerebro videlicet, hunc affectum generari. Ceterùm velox eius discußio crassum humorem spir tus vias in cerebri ventriculis obstruentem hunc maximè affectú peperisse declarat, neruorú principio seipsum quatiente. quò excutiat id quod noxium est. Ac fortaßis per morbú comitialem cóuulsio haud absimilis est his, quæ à spinali medulla incipiút conuulsionibus,

singu-

singulorum neruorum irrigatis processibus. verùm non ab ariditate vacuationeque, sed à crasso semper humore hanc affectionem induci argumento est, quod & subitò fit, & soluitur confestim. Nam subitaria meatuum obstructio, à crasso viscosóve humore fieri potest, vt autem, vel cerebrum, vel tenuior ipsius membrana ad tantam perueniat ariditatem, vt corio simile quippiam pati videatur, non sine multo tempore fieri potest. Accedit ad hæc, vt ii qui sic laborat neque videat, neque audiat, neque vllo sensu quicquam percipiat, ac ne consequi quidem possit, quid factum sit: sed eius memoria viribus 4 ratio quoque læditur. Ex his igitur omnibus rationi consentaneum est in cerebro hanc affectionem fieri impediente humore animalem spiritum, qui in ventriculis eius continetur, quominus possit exire. Porrò, quamobrem hic spiritus vocetur animalis, aut quæ sit eius potentia, in eis commentarijs, quos de Hippocratis Platonisque placitis scripsimus, iam demonstratum est. Sane quum ea, quæ per dissectiones apparere solent, accurate consideramus, rationi consonum 5 videbatur animam in cerebri corpore sedem obtinere atque in ipso & rationis vim, & sensibilium imaginum memoriam residere: ac primum ipsius instrumentū tum in sensibilibus actionibus omnibus, tum in his, quæ à consilio & voluntate prodeunt, spiritum esse, qui in ipsius ventriculis maximéque, in postremò continetur: quamuis non contemnēdus sit medius ventriculus, perinde quasi non nobilissimus sit. multis enim rationibus inducimur, vt hunc amplectamur, duos verò 6 anteriores deseramus. Verùm exacta horum notitia ad curationis inuentionem nihil 7 fere conducit.

DISCERE de affinibus affectibus, epilepsia & melancholia, primū disquirens locū in illis affectū secundo §. Nam satis (humorē morbi: tertio §. Porrò quemadmodū) internoscit melancholiam ab epilepsia: quarto §. Verùm hoc (de melancholia cerebri propria & totius consensu: quinto §. Est prætereà) de hypocōdriaca: sexto §. atque de morbo (cōplet epilepsiæ & quorundam coniunctorum tractationem. Hic ex epilepsiæ vulgari notione colligit per eam cerebrum affectū esse; & quoniā cōuulsiones perpetuò affert epilepsia, ostendit eas ad inanitionem referri non posse, sed vel ad cerebri sensum & fugā, vt sint improportionatæ; vel ex neruorum plenitudine, trāsmissa ad illos à cerebro materia. Postremò docet, cur cerebri & neruorū obstructio tollat nō modò principes in cerebro fūctiones, sed & sēsationes organorū musculorūq; arbitrarios motus.

1. *conuulsio*] Addubitant, qui fiat, vt agente natura & noxam fugiente, epilepsia sequatur: euenire enim ex eo videtur, vt ad authorem naturam morbus referatur. Quasi non & monstrorum generatio, & in dolente parte inflammationum, sicut & symptomaticæ vacuationes ad eandē authorem & ministram referantur; scilicet natura, vt nunquam in scopo suo fallitur, & media inuenit in genere & in vniuersū scopo accōmodata; ita ob interuenientes particulares circunstantias, quas rationis expers potentia non discernit, sæpe errat, & correctionem medici postulat.

2. *tetano*] propter Arabum controuersias, quibus magnas excitant tragœdias Græcorum tetanus, proponenda disputandáque sunt proposita tria: primùm rectè ne satis sufficienter secerit conuulsio in emprosthotonum, opisthotonum,

Conuulsionum in emprosthoru-

tetanum: deinde, num distentio (ita vocamus tetanum, rariùs est enim vt rigor nominetur) ex duplici conuulsione constet, an magis sit affectio à contractione aliena: postremò moueatur ne pars aut morbosè distēta, aut voluntariè extensa. Et vt à primo ordiamur; præsens diuisio in dubitationē trahitur, quoniam solas capitis conuulsiones exequitur, cùm oporteat conuulsionum secundū situm diuisionem, (nam alteram à causa conuellendi petitam suprà peregimus) omnibus corporis musculis conuenire. Continet & illam dubitationem, quod cum membra moueantur, non solum antè & retrò, sed & per suos musculos dextrorsum & sinistrorsum vt caput, & sursum, deorsúmque, vt brachium; oportet annumerare dictis speciebus conuulsionem ad dextrum, ad sinistrū, sursum, infrà. Sed diuisionem propositam in hūc sensum audire oportet; vt intelligantur secari conuulsiones partium omnium, in eam quæ antrorsum fit, & que retrorsum, & quæ in neutram partem inclinat. quarum exempla à capite idcircò petuntur, quoniam manifestiora sunt, & magis obuia. Cur verò omiserint differentias illa dextri sinistri, superioris & inferioris, raritas euentus fecit. Est autem rarum, vt cùm flexioni præsint duo interiores musculi vicini, nec longè ab origine dissiti, extensioni totidem externi, nec interni ambo conuellantur, nec externi, sed dexter internus cum dextro externo; in quo euentu solum fit, vt ad dextrum inclinet caput, nec frequentius est, vt conuellātur, qui sursum attollunt brachiū, aut qui deorsum premunt. Estque Galeno familiare, vt contentus frequentibus raros casus silentio prætereat. Sequitur. Num si conuulsio duplex, distentio. Auicennæ enim verius visum est, quod opponatur conuulsioni, quàm vt ex conuulsione componatur; quod neque sponte sua nec vi distentum membrum contrahatur. Sed si distat à voluntaria actione mouendi conuulsio sola voluntatis absentia: & est in stante homine quiescentéque, nec flexo voluntaria motricis actio; cur non erit in distenta parte, etiam immota, morbosa cōuulsio duplex; contractis enim vtrinque musculorum villis, ea ipsa de causa, stabilitas sequitur & rigor partis, qua motio, vbi vnius musculi villi conuelluntur: non est enim per se musculi actio membri contractio, sed musculi. quare distentionis causa recipienda ex Galeno est & vera & frequentissima: rarissimum est enim, & quod vix fieri possit, vt citra villorum conuulsionem infartus meatibus humor cōtractionem mēbri impediat. Cùm enim contractione membri meatus illi musculorū amplificētur dilatentúrque, nihil prohibet materiam quæ longos meatus & angustos occupabat, in eosdem breuiores, sed latiores colligi contineríque; nisi fingatur ea humoris crassities quæ cogi nō possit, nec cōpressioni cedat, quā duritiei magnitudinem magis animo concipies quàm euentu comprobabis. Dignius agitatu est tertij loci propositum moueatur ne pars, aut morbo distenta, aut voluntate extensa pendensque. Eam qua ratione docti quidam è nostris tractarint, expendendū est. aiunt enim motus significatum quoddam esse vulgatius, & Aristoteli receptum, pro successiua acquisitione termini motus, alterum infrequentius, quod medici pariter & astronomi agnoscunt, pro passiua quadam li-

num Secetur & opisthotonum.

2.9.8.

6. aph. 30.

Tetanus an conuulsio.

Pars tēsa nū moueatur.

mitatione mobilis ab agente, qua cum nisi quidpiam obstaret, plane mouetetur mutaretque locum mobile. hoc enim postremo significato orbes cælestes mouētur à sua quisque intelligentia ab occidente in orientem; non quasi indies magis accedant ad orientem, (feruntur enim vi, firmamenti motu ab oriēte in occidentem) sed quia nisi ea firmamenti vis impediret, ferrentur orientem versus. Sic distentum caput in vtramque partem conuellitur, contrahitur, mouetur; quoniam nisi opposita cōuulsio obstaret, cōtraheretur nō minus antrorsum quàm retrorsū. Dum (inquiūt) Aristoteles sumit, motum omnem, vel velocem esse, in quo breui magnum trāsitur interuallum, vel tardum, oppositum; de primo loco dicto motu verum est, non de altero. Similiter dum inquit omnem motum niti immobili, sumit fixionem motum non esse, sicut dum definit dextrum per motus, sinistrum per quietis initium; quietem vocans fixionem. Hæc illi. Quæ vt vera sint, certè Galeni non satis assequuntur sententiam. Dum enim opinantur caput extentam manum, stantem hominem, pendentem auem, nautam qui naui contra graditur, ascendentem formicam pati impetu per descendentē hastam, cùm in vno loco maneant omnia, apud Galenum moueri, suam interponunt, non Galeni sententiam. is enim non semel inquit hæc omnia quiescere: & alibi non moueri, licet fortè musculi intro moueātur. Deinde cum in eum sensum fateutur ea omnia moueri quo motus non significet membri actionē, sed passiuam quandam limitationem, ab eodem apertè recedunt: qui lib. De tremore scribit, tensitionem illam aut demissionem manus, actionem manus esse; casum verò passionē; sicut in corpore toto discumbere actio, decidere passio habetur. postremò si id tantum docet Galenus, de nomine motus agit, à quo vitio longissimè abest. Ergo Galeni sententia, præsagitioni pariter & curationi vtilis, vult motum partis & actionem facultatis partem mouentis, non perpetuò coire: sed fieri vt pars moueatur otiante facultate motrice, nempe in casu membri; fieri etiam vt pars quiescat operante etiam validè facultate, vt in membri tensione, vel hominis statione. cum enim repugnet grauitati facultas, conēturque sustinendo vel corpori vel mēbro, non vnius musculi sed omnium collectione operari facultatem necesse est, idque validè, quod tonicè appellant. Confert autem ea doctrina ad præsagiendum, dū ex ea intelligitur decubitum in lecto naturalem qua corpus quiescit, nec descendit, sine animali facultate non fieri; ita euenire, vt si subinde ad pedes labitur, collapsum animalis facultatis, & proximū interitū significet. Curationi verò etiā prodest: percipitur enim cur Hippocrates vlceratos non modo ab exercitiis reliquis, sed & à statione prohibuerit, dicens stare vlceribus malum. Si autem quæratur, quæ nam sit mouentis facultatis operatio & inseparabilis affectio, si non est membri motus; Respondet alicubi Galenus, esse musculi motum dum in se contrahitur, sed elaboratius alibi, non exigit vt concedatur motus in omni fatigato, sed virtutis operatio & munus. Sane enim omni motricis operi iungitur musculi contractio, vel contracti conseruatio, ea est enim successiuorum natura, vt non minus fiant dum

3. caus. Sim. 2.
3. Motu. musc. 11.

Cap. 4.

1. Præsag. 18.
Lib. de vlceribus.

3. Motu. musc.
11. Lib. tremo. 4.

seruātur, quam cùm primùm gignūtur. Ex quib. omnibus illud intelligitur, in dictis casibus membra quiescere: vim autem motricem operari; dum vel contrahit, vel contractas continet musculorum fibras. Et quemadmodum in his motrix fūgitur munere suo; ita in distento membro morbosa conuulsio vel contrahit, vel contractos seruat musculos, quamuis ob aduersæ partis conuulsionem membri contractio non sequatur. ita autem accipienda est totius membri quies, tanquam sensu iudice constituto, re enim ipsa probabilius est vicissim contrariis, sed exiguis motibus agitari, quæ ita quiescere videtur. cùm enim pugnēt duo illi motores grauitas, & musculus, aut musculus musculo; nec possit paritas exacta & ceu puncto definita nisi in instanti durare? superest vt pro varietate aucti motoris motio sequatur, modò in hanc modò in illam partem.

3. *tenuior*] perstat adhuc in sententia bimembri de sede animæ, quod vel sit cerebrum vel mēbranæ eius.

4. *ratio*] inquirit essentiam morbi in integra epilepsia & suis numeris absoluta: nā vt inuadit multiplex, accidit nonnunquam & breuissima, & præ exiguitate non omnino sensu priuans.

5. *consonum videbatur*] lege, visum est.

6. *anteriores*] inter cerebri ventriculos primatum defert posteriori, non minus hic quàm libr. De placit. septimo, ducto argumento & à ratione & ab experimento. à ratione quidem, quoniam & in mēbrorū alitione ignobiliores vētres sunt, qui amplitudine maiore constant, & alimentū prius conficiunt; qua de causa ventriculus iecori & vasis, vasa membrorum poris cedunt; cùmque aēr in spiritus nutritionem, primum in anterioribus vētriculis recipiatur, à quibus ad tertium, sicut ab illo ad postremum defertur; & sint priores illi capacissimi, quartus angustissimus; consequens est vt pro exiguitatis ratione dignitas computetur, quin & locus ipse reconditus posteriorem vētriū dignitatem arguit. Sed & experimenta animaliū quæ colliso occipite confestim pereunt, non ita olæso sincipite, nobilitati postremi ventriculi subscribunt. Quo in loco non est consentiendum viro acutissimo Gentili, qui post multas ambages docet generationem animalis spiritus, quem Galenus hoc in loco inquirit, non esse aliquem ex cerebri ventribus, sed plexum illum ante ventres mirabilem, genitum autem iam & substātiali forma insignitum, vt in ventribus, excoli, & perfici magis. Nulla enim ratio est, vt ita id asseratur, multæ vt cōtra, primū, si (quod Galen' sentit) respōdēt spiritus animalis coctiones & alimenti mutuū: & coquitur aēr in pulmone semel; secūdo in corde cū arteriis, inter quas plexus ille habetur: tertio & postremò in ventriculis; consequens est, vt quēadmodū alimenti vna coctio ventriculo ascribitur, altera iecori cū venis omnibus, tertia membrorum poris, vbi & forma membri præstatur; ita in cerebri cauitatibus spiritum animalem formam suscipere credamus; præterea cùm sit vnus multorū in corpore plexuū vsus, tam qui in cerebro, quam qui in testib. & vberibus à natura formati sunt: nec in vllo alio forma materiæ præstetur, sed aptitudo tantum & ad gignendam formam promptitudo, quomodò erit verisimile in cerebro non parare plexum illum animali

Cap. 6.
Quis venter dignior cerebri.

1. 5. Dub. 13. 14.

7. Vsu 8.
Vbi spiritus animalis gignitur.

spiritui

spiritui gignendo commoditatem, sed gignere. Adde quod arteriæ illæ plexu naturæ suæ conditione nihil à reliquis arterijs distant; gignunt autem reliquæ vitalem, non animalem spiritum: ergo & ille. maximè cùm recipiatur spiritui alimentum non modicum per narium respirationem, aër qui ad anteriores ventriculos permeat, non subit plexum illum. quid quod in homine tam ex exiguus plexus ille, vt copioso spiritui animali sufficere nequeat: eo enim peruenit breuitatis, & angustiæ, vt in totum negetur à quibusdam. Nec verò quod quidam faciunt obliuionis incusandus est Galenus, quod lib. De placit. tertio explicans mythologiam fabellæ, quæ Mineruam fingit è Iouis vertice pronatam: ideò inquit è vertice fictioni addictum esse; quoniam subest vertici medius isque principalis cerebri ventriculus, sapiētiæ origo quæ ad Mineruam refertur. Nam vt illic principalem, ita hîc nobilissimum fatetur, nihil maximè postremi dignitati detrahens,

Lib. de vsu re spir. in fine. — *Cap. vlt.*

7. *nihil ferè*] delendum est, ferè, causa sentētiæ, quoniam localia auxilia in affecto capite perpetuò ad verticem, qua parte cessat in coronalem, imponi oportere, author est in Methodo Galenus; siue sinciput siue occiput laboret; sine phrenitis occupet, seu lethargus; vt intelligatur non esse medicam difficultatem, sint ne facultates principes in cerebro locis separatæ, an cōiunctæ.

Lib. 13. 21.

NAM satis fuerit ad probè curandum, nosse sedem affectam esse cerebrum, atque in eius ventriculis humorem crassum vel viscidum comprehendi. Igitur, quemadmodum hac ad curationes, quarum gratia & affectas sedes, & earum dispositiones inquirimus, sunt vtilia: sic crassorum quoque humorum differentia, vtrum videlicet pituitosi sint, an melancholici, haud mediocriter ad curationem conferre videntur. Si tamen in præsentia non obliuiscamur pituitosos quidem hos nominari, cùm simpliciter ita dicimus, in quibus humiditas frigiditasque melancholicos verò, in quibus siccitas atque 1 frigiditas dominantur, quamuis magna peculiarésque interim differentiæ tum pituitosorum, tum melancholicorū humorum inueniantur. 2 Pituita quidem vnum genus est quod quotidie vel screando, vel meuendo, vel emungendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenum, vt ne sensum quidem lateat, ipsum esse dissimilare. Alia verò pituita similaris quidem videtur, licet fortasse non sit similaris, qualis est crudus humor, qui in vrinis substat, tum is, qui à Praxagora vitreus appellatur. Atque ex hoc genere esse videtur 3 saliua quæ neque fluida admodum est, neq; aquosa. verùm saliua nō vnica duntaxat qualitate gustum afficit, nedum vniuersa pituita. Sæpenumerò enim 4 acrem & acidam, & salsam in ore saliuam manifestè deprehendimus, veluti, cùm sani degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde quasi aquosa saliua gustui offertur. Sic & melancholicus humor secundum substantiæ varietatem non obscuras habet differētias: Nam 5 alius est veluti fæx sanguinis: qui admodum spissus est, facientibus vini haud absimilis. Alius verò, quàm superior, essētia est multò tenuioris, atque vomētibus eum, & olfacientibus acidus & videtur: qui etiam terram radit, attollit, & fermentat, atque ampullas quales feruentibus insculis supernatare videmus, excitat. Sed is, quem crassæ faci similem esse dixi, in terram effusus non inducit fermentationem, nisi fortè in ardente febri ipsum maximopere præassari contingat: neque vlla etiam acida qualitate participat: quamobrem & ipsum nominare consueuit melancholicum succum, aut melancholicum sanguinem. Hic enim meo quidem iudicio, non rectè adhuc atra bilis appellari potest. Prouenit autem huiusmodi humor in quibusdam plurimus, vel à 6 temperie ab initio comparata, vel à cibis, qui cùm in venis concoquuntur, in huiusmodi humorem transmutari solent. 7 Igitur, vt crassus pituitæ succus, ita hic quoque comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus, vbi verò in ipso cerebri corpore abundat, eam insaniæ speciem, quàm Græci vocant, melancholiam 8 efficit. Quemadmodum alter atræ bilis succus, qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modò sine febre modò cum febre, in cerebri corpore abundans. Atque hanc ob causam phrenitis nōnunquam e mitior est, cùm videlicet à pallida bile ortū contraxit; interdum vehementior, cùm flaua bilis eam peperit, atque insuper alia nonnunquam dementia occurrit forma, & melancholica, flaua bile præassata. Deliria autem, quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per cōsensum fiūt: proinde eos delirare & desipere, non solum medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt: phreniticos verò hos non nominant, eo quòd phreneticorum delirium nō quiescit, mitigato febrium vigore. Igitur, quemadmodum phreneticorum febris vnum quoddam accidens 10 dispositionum cerebri censetur, sic e conuerso ardentium febrium delirium, multis elatis ad ipsum vaporibus calidis. Haud secus fit ea affectio, quæ suffusioni in accidentibus similatur à ventriculi dispositionibus ortum trahens. Nam cerebrum ventriculo & ventriculus cerebro, suas affectiones transmittit, idq; propter neruorum à cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, per quos etiam sensu huic particulæ, quàm vlli reliquarum corporis partium, is acutior est. Quocirca capitis fracturas, cùm ad membranas vsque perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum dolores capitis, quomodocunque fiant, subuersio stomachi, & morsio comitatur. Hypochondriacas verò & flatuosas vocatas affectiones melancholica tristitia sequitur haud secus quàm acutam febrem deliriū, & quasdam oris ventriculi dispositiones, ea, quæ in accidentibus suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflammatis promptius, quam reliquis delirium superuenire solet, idq; ascendente ad caput interdum per continuas partes solo calore, interdum verò spiritu vaporoso, vel fumoso, aut fuliginoso.

ALTERVM caput ad probam curationem non minus superiore necessarium, qualitatem humoris morbum gignentis inquirit; propositis in medium & finitione & differentiis pituitæ melancholiæque, à quibus duobus origo huic morbo est.

1. *frigiditas dominatur*] scilicet sanguinis collatione. nō enim inquiruntur humorum temperamenta absoluta ratione, sed proposito in mediū sanguine humorum temperatissimo moderatissimóque, in hunc enim sensum recipiendum est, quod lib. De placit. octauo scribitur, inæquabilem quatuor elementorum temperaturam exquisitum sanguinem creare, non quasi ea æqualitas sit absoluta & ad pondus: scribit enim idem author monstrante sensu, longissimè secedere à cutis temperamento (quæ ad pondus æqualis est) sanguinem, nimio calore humiditatéque: sed æqualitas elementorum in humorum genere cor-

Humorum temperies — *1. Temper. 2.*

pus alentium audienda est; conuenit enim corporis alitioni suo tẽperamento nec excessu peccans, nec defectu exquisitus sanguis. Sed sunt quæ lectorem remorentur nonnulla. Si conuenit vt alimentum cum alito conueniat substantia temperiéque; Lib de caus. morbo. 6. & est humana temperies ad pondus; quomodo sanguis plurimum à ponderis æqualitate De differ. morbor. vlt. remotus aptissimè quadrabit humanæ alitioni? Altetum si definitur 2. Natura facul. vlt. pituitæ genus succus frigidus humidúsque, & melancholiæ frigidus & siccus, 1. Temper. 9. qua consequentia subiicis pituitæ speciem 2. Temper. 6. salsam calentem arentémque, & melancholiæ 1. Nat. huma. 32. atram, in qua in vna extinctione subsidium est? Solutio. postremò, cùm sæpe Galenus humorum tempe-3 ramenta vitalia & potentia appellet non actu, sæpe etiam actu exploret quasi actu sint, vtris maior adhibenda fides est, prioribus an posterioribus? 1. Nat. hum. 4. 2. Part. 3. Quæ soluere operæprecium est. Alimentum non oportet respondere alito, sed resoluto reparandóque; resolutum autem humidum est; quoniam facilè diflatur, & calidum quoniã humido inhæret; ita par est sanguinem calidum humidúmque hominis temperamento collatum appositè nutrire. Adde parari corpori alimoniam non ex solo sanguine, sed ex quatuor humorum mixtione & coitu: in quo (si Galeno creditur) nõ magnopere excellit vlla qualitatũ. nam quòd alicubi scribit Aristoteles sanguinem frigidum esse natura siccúmque; considerat quid in se obtineat sanguinis materia, coniuncta ascititia ebullitione quam ex iecoris commercio comparauit: ea est grumi non minus frigida siccáque, quam 2 lignum natura sua, licet ardeat. Maius est, quod obiiciebatur de pituita & melancholia calentibus. Itaque definitio accipienda est, quasi explicet quid secundum naturam iis humoribus conueniat, non quid perpetuò habeant: non aliter quàm aquam definimus elementum frigidum humidúmque, licet ebulliens & aqua sit & frigiditatem non habeat; 1. Caus. Sympt. 3. sic pituita humor est frigidus humidúsque per naturam, nisi ab ea valdè recesserit: vel certè, quod aliquando dixit Galenus, fateamur atram bilem frigidam esse, vti cinerem & acetum: quantitate scilicet terrenarum quibus constat portionum: nam qualitate & vehementia paucarum calidarum excalfacit & vrit: nec aliter in pituita salsa superant aquæ mole, superantur potentia ab intermixtis adustis. Nã quod 3 postremò quærebamus quale statuatur humorũ temperamentum, actu ne an potentia, in hũc modum explicandum esse videtur. Intra corpus humores non secus quàm medicamenta ad actum reducta sunt; quare non immeritò Galenus tactu explorat vt cerebri ita & pituitæ frigiditatem. at postquam de corpore exierunt, non eodem modo omnes temperamentum seruant: sed quidam ex illis solo actu, quo ablato nulla temperamenti potentia relinquitur: quidam sola potentia, nõ actu: non desunt qui actu conseruant, sed magis potentia. Sanguis cùm primùm egreditur, ebullit manifesto calore, mox concrescit in grumum frigidum siccúmque, nulla potentia recuperans pristinum temperamentum caloris. vtraque bilis, aut euomita aut deiecta, actu fusa sunt & humida, sola potentia siccantia. at calor in bile & actu percipitur exeunti, & potẽtia manet; erodit enim & abstergit etiam diu in felle seruata: sic pituita & tacta refrigerat, & excalfacta in febre solutáque in vapores acutem accedens innata frigoris potentia in algidum sudorem vertitur; quod idcircò extiale esse pronuntiauit Hippocrates. 4. Aph. 37 Qui ergo loci apud Galenum præsentem & actu temperiem humoribus impertiunt, de illorum intra corpus statu agunt: qui potentia non significant potentiam actui oppositam & cum actu pugnantem, sed iugatam & coëuntem; quo intellectu dicimus in igne potentiam esse calefaciendi, in sole illuminandi. 2. Natur. vlt.

Pituitæ differentiæ.

2. *pituita*] succi nomine non dignatur Galenus quiduis liquidum in corpore, nisi expertum fuerit: Cap. 2. ad alendum aut secundam aut (quod minimũ 2. Natur. vlt est) primam in ventriculo confectionem, ita nec pituitæ, etiamsi frigore & humiditate polleat. eo 14. Ther. 14. enim nomine hic reiicit à pituitæ speciebus aquosum sputum, & alibi muccum à cerebro, & alimẽti serum. Igitur ex pituitæ differentiis prima naturalis appellatur, agnoscitúrque insipido sapore, vt ait Galenus lib. De atra bile, & tamen eandem ipse quandoque dulcem compellat: siue quoniã ob affinitatem duo illi sapores reciprocantur, & inuicem commigrant: siue, naturalis, dictio non docet qui temperata pituita exposcat, sed quid animanti vtilius sit. In eo enim significato sumi verbũ naturale ostensum est; cúmque magis alat, dulcis & vtilis sit, naturalem non sine causa appellauit. Sequuntur innaturales vario numero nõ modo ab aliis, sed & ab vno Galeno relatæ: Lib. 2. 6. cùm tamen trinarius ille, lib. De feb. different. relatus, fere vniuersum genus complectatur: cruditor vna naturali, alia magis cocta, tertia vsta; prima acida; secunda dulcis; postrema salsa. nã vitreã & crudum succũ si quãdo seorsum recẽset; propter peculiares quasdam harum differentiarum dotes facit; cùm tamen acido sapore participent non secus hæ quam reliquæ cruditores naturali pituitæ, vitream constituit excellẽs cum lentore frigiditas: crudum dictum grauitas multa sine flatulẽtia pituitæ familiari, eã verò appellationem obtinet vna illa pituitæ species, quæ frequens vrinis crapulosorum & ociorum hominum subsidet, nimis angusta verbi ratione: nam cocta dicuntur (ait Galenus) generali vocabulo, quæcunque à na- 2. Acut. tura euicta non sunt, etiam bilis & serum. Propriè autem crudus humor est quicunque in alimẽti confectione infra sanguinẽ substitit: talis est pituita omnis. Angustissimè autem vna illa pituitæ differentia proximè explicata. Adiungunt autem dictis etiam gypsæam, quæ vt in vasis non gignitur nec ventriculo, (ideo fortè Galeno omissa) in articulis certè non rarò visitur, siue concretione frigida occalescat, seu calore siccescat. Meminit & hic Galen⁹ de amara, Auicẽna verò de acerba, sed raræ sunt & inter simplices quas timamur non numerandæ; siquidem priorem mixtio bilis creat, posteriorem melancholiæ. Nec verò incredibile est, quod ait Auicẽna, præ frigoris vehemẽtia acidum pituitæ in acerbum transire citra melancholiæ permixtionem. Nam cum in fructibus (quod Galenus ait) sæpe acerbum terreum commigret, dum calore excoquitur in acidum tenue; 4. Symp. 8. 1. 1. Dec. 4. cap. 1. cur non etiam frigescens & tenue acidum gelabitur in crassum acerbúmque. quam verò causam acidæ pituitæ commiscentur, meritò non recipimus, nec enim perpetuum est aut frequẽs, vt acor

pituitæ

pituitę accedat, propter ebullitionē quam cùm
dulcis eſſet perpeſſa eſt, vnde coacuit. Nam ſiue
ventriculus impenſe frigidus ſit, ſiue alimenta, in
4 Symp 8. ventriculo pituita acida gignuntur: non anteceden
6. Apho. 1. te dulci, ſed propter exiguitatem caloris antece-
2. Diffe feb. 6. dente acore dulcedinem. Sic enim in vinis acci-
dit & fructibus. Sic in lyēteria ructus acidus, aut
quomodò ebullire credēda eſt vitrea pituita craſ-
ſiſſima lentiſſimaque, in qua tamen acorem agno
ſcit Galenus
3. *ſaliua*]πτύαλον, ſputum. nam ſaliua ferè ob
tenuitatem ſuccus non eſt.
4. *acrem*]ἀλυκὸν. de quo ſcribit libro De atra
bile in ſignificando non diſtare ab ἁλμυρὸν, &
vtrunque ſalſum ſignificare: quoniam verò hic
ambo ſeparat, ſatius eſt vertere (amarum) nam id
verbum etiam pro amaro ſumitur: ſputum verò
nonnunquam amareſcere ſenſus indicat.
4. Apho. 21. 5. *aluo*]duas has melancholiæ ſpecies ſæpe me
morat Galenus triplex, inquit nigra eſt a corpo-
re deiectio, prima ſanguinis nigreſcentis: altera
melancholici ſucci: tertia atræ bilis. Suntque in-
dicatio, & curatione plurimum diſſidentes. Nā
vt ſanguis ſæpe ſine vllo periculo prodit: ita atra
perpetuò ad mortem, maximè in morbi initio,
melancholicus ſuccus ambigue. Seiunguntur mu-
tuò manifeſtis notis. Sanguis inter humores ſo-
lus concreſcit, ſiue ea concretio ad fibras refe-
renda ſit, (quod Ariſtoteles ait) euenit enim vt
3. Hiſto. 19. derractis fibris non concreſcat: ſiue (quod mani-
2. Part. 4. feſtius eſt) ob pinguedinē quæ refrigerata gela-
Melancholiæ differētiæ. ſcit. cumque reliqua duo genera etiam à corpo-
re prodeuntia nū coēant, ſed liquida permaneāt,
propriis atræ indiciis ſeparantur. ea ſunt ſplen-
1. Probl. Sect. 240. dere vehementer aſtringere, acidum fatere; terrā
2. Praſa. 46. fermentare, muſcas fugere: cùm enim, quod in
2. Aph. 23. Prognoſtico ſcribitur, morbi pro committentis
humoris natura euadant aut mitiores, aut grauio
res, deteriores habentur quos à tetra atra bilis
patit: ipſa autem melancholia, quia inter corpus
per moram corrumpitur & putret, eo accedit
maliciæ, vt deleteriæ qualitatis particeps ſit, quo
tempore iam atra eſt, & notas paulò antè expli-
catas habet: putreſcens enim inſtar vini vehemē-
ter coacuit, & extraneo calore tum feruēti terra
in quam effunditur inflat & ampullas excitat,
quod fermentationem appellant. Tollendæ tamē
è medio dubitationes ſunt. cur Galenus verbo-
rum negligentiſſimus, hic curioſe poſtulat, ne a-
tra bilis vtraque ſpecies appelletur, ſed quæ iam
Trallianus de quartana. notas dictas repreſentat? tum qua ratione omnis
14. Ther 9. adusta melancholia exitialis eſt, ſi quartana ab ea
putrente & innaturalis orta ſaluberrima eſt; præ-
Solutio. tereà ſi duas atrę materias recipit Galen⁹, nō mo-
do lib. De atra bile, ſed & in hoc ipſo non multò
inferiùs, cur hic eā adustæ bili addicit. Et ſi omnis
melancholia paulò antè, temperamenti genere
frigido pariter & ſicco conuenit, qui fiet vt ſub
eo genere & communitate exacta atra compre-
hendatur, quam aliquando calidam vocat, & ero
dentem? Auget difficultatem quod Auicenna me
morat, multos non modò ſanabiles, ſed & ſanos
euomere nonnunquam quiddam quod eſt ſicut
acetum, ex quo ebullit terra. poſtremò melancho
licum ſuccum hic non concedit aciduio, ſi natu-
ralis eſt; alibi fatetur inſigni acore pollere. Ergo
3. licet comperta rerum varietate non valdè de re-
rum nominibus ſollicitum eſſe deceat philoſo-
phum medicumque; vbi tamen æquiuocatio er-
rorem parere poteſt, nū ſine culpa committitur.
Quapropter periculoſæ æquiuocationis vitan-
dæ gratia conſulit Galenus, ne deleterium humo
rem & eum qui quotidie ſanis gignitur, vno no-
mine compellemus. Quartana verò (id quod ſe- 2.
cundo loco dubitabatur) ſicut & febris ex putrē- Lib. 29.
te ſanguine mites morbi idcirco ſunt, quia ab a-
tra originem non trahunt, ſed à melancholico
ſucco, qui dum putret tractu in atram diſciſcere
poteſt. Et vocatur quidem in eo confinio poſita
ab Auicenna innaturalis, atra tamen Galeno nō- 3.
dum eſt, ſed in confinio. quod lib. De different.
febr. aperuit. Recenſet autem materiam atræ fre-
quentem bilem, cui paulò poſt diligentiore ſcru- 4.
tinio adiiciet melancholicum ſuccum. Melan-
cholię verò in genere temperamentum frigidū
pronuntiauit mole terreæ portionis, quę tamen
ipſa nonnunquam à vehementia exigui caloris
victa non infrigidat, ſed erodit. Quocirca non ſi- 3. Conſ. Sym 2.
ne artificio ſcribit quandoque hunc humorem,
dum in atram tendit, frigidum quidem eſſe, ſed
caloris non expertem, vt cinerem & acetum. re-
cenſens enim cinerem calidum, & acetum frigi-
dum, ambo terrea; ſignificat melancholiam quæ
aduritur vt nunquam amittit quantitatem terræ
frigiditatis; ita pro vſtionis magnitudine vel re-
frigerare adhuc, vel excalfacere corpus. Experi- 5.
mentum Auicennæ in vomentibus acidum fer-
mentans terram plurimum accedit ad atram;
non tamen iam exactè atra eſt, quæ vno vel alte-
ro indicio atræ ſpectatur, ſed quę omnibus: vt
dixit lib. De plenitudine. Nec omittenda illa con
ſideratio eſt non eſſe parem in humore putrente Cap. vlt.
& morbido maliciam periculúmque, dum ægro-
tamus & per ſanitatis tempus: nam vt inſanis ſæ-
pe citra noxam ſpectatur praſſina bilis, ita atra;
cùm in ægris ex alterutro horum malignus mor-
bus & maleficus oriatur: quoniam quæ valentē
naturā non lędunt, ſæpe ægrotanti exitioſa ſunt. 6.
Poſtremò naturalem melancholiam hic minimi
acoris participem facit, & libro De atra bile im- Cap. 3.
manifeſtum appellat. lib De plenitudine mode- Cap. 17.
ratius ait, non eſſe ἀκριβῶς, id eſt, exactè acidam. Cap 4.
quinto De vſu, in genere agens acidam vocat ſi- Com 38.
mul & auſteram; & tamen lib. Acutor. tertio, plu
rimum inquit habere acoris etiam naturalem ſed
non ſincerum, Quę loco paruo inter ſe diſcrimi-
ne indicant, vt in atra eximium acorem, ita in ſuc
co melancholico inualidum: nam quod hic ver-
tit Copus (neque vlla) legendum eſt (minima) 3. Acut. 95.
ἥκιστα enim contrarium maximo eſt; non omnino
negat,
6. *temperie*]non frigida ſicca (quod multi deluſi 2. Têper. vlt
opinantur) tales enim copioſam pituitam acer-
uant, ſed calida ſicca quę inclinante ætate vſto
iam ſanguine tranſit in atram
7. *igitur vt*]memorat varias epilepſię, melan- 6. Apho. 56.
cholię, phrenitidis, delirij ſpecies, vt ſimilia ſe-
paret.
8. *melancholiam*]ita comitialis ab vtroque hu-
more naſcitur; frequenter ſcilicet: nam ex aliis
oriri paulò poſt manifeſtum fiet: cùm melancho
lia à ſolo cognomine humore naſcatur.
9. *mitior*]tres numerat delirij & phrenitidis iux
ta humoris varietatem differentias: mitem, vehe
mentem 7. Apho. 4.

mentem ferinam.

10. *accidens*]hic ait febrem inflammationum cēseri Symptoma inflāmationis alibi veluti symptoma: videlicet separans ab iis quæ ita sunt symptomata, vt morbi appellationem non habeant febris autē quæuis, ait Galen cùm sine medio lædat functiones, morbus est; nec idcirco symptoma inflammationis non erit, quia non semper ad inflammationem sequitur, quod arguit Auicennæ: quicquid enim præter naturam morbum sequitur, symptoma est; siue semper sequatur, siue aliquando, vt cephalagia febrem; siue totius ratione, siue partis, vt sitis.

7. Apho. 43. 2. ad Glau. 2. Lib. dif. mor. 3. 1. 4. 10

11. *acutior*]tam exacto tactu pollet ventriculus, vt aliquando Galenus instrumentum tangendi nuncupauerit. Contra Auerrous cùm tangibiliū qualitatum iudicium concedat manui; ad certa quædam sensilia propter partis necessitatem cōcessum esse inquit, exactius quibusdam aliis partibus nempe famem & sitim ventriculos, titillationem ex vteri contactu glans acutissimè percipiunt; planè tamen tactus nulla in corporis parte sensorium est, præterquam in cute vniuersa simul cum multis internis & latentibus. Si enim sensorium est membrum citra quod non peragitur sensatio: fit autem & in cute extima & in carnibus visceribúsque multis, sunt omnia tactu instrumenta, nec à fine profecta ratio diuersum suadet; si enim sensus tuendæ vitæ gratia præstat natura; qualitates autem tactiles & agentes toti cuti occurrunt ab externis, nec minus latentibus partib⁹ ab internis: oportuit cōmunē esse illarum omnium tactum. nam colores, soni, odores, sapores, ab vna quauis corporis parte iudicati insuaues molestique caueri poterant ne corpus offenderent. Ita offendentium omnium siue actiua qualitate, siue mole sua & substantia iudicium commune est; quibusdam autem particulatim organis viuidior sensus, & exquisitior agnitio data est: vt ori ventriculi suctionem & penuriam totius percepturo ex solutione tractúque membrorum. Sic dentibus cute nudis ex qualitatibus primis dolor acrior sentitur, lactentibus ex matris papilla, maior suauitas: quo quædam à dolore excitarentur, alia suauitate allicerentur in functiones vitæ animantium accommodas certo autem de qualitatibus indicio, cutis manus, maximè intima, quæ ad maiores digitos est (vt pote capiendi organum) præfecta à natura est; ventriculo verò caput, & capiti ventriculum consentire, argumento est dilirium ex ventriculi bile, & ex capite vulnerato vomitus; de quo in Aphorismi legimus: Quibus cerebrum præscinditur, necesse est febrem & bilis vomitum superuenire. nec modica est reliqui corporis ad idem ventriculi os communio: ex enim affecto timores ad omne opus oriuntur, & extremorum frigus. In præsagiis verò ait corporis iactationē, anxietatem, inquietudinem, & pedum nuditatē, eius affecti soboles esse.

De inst. odor. a. 2. Collect. 13.

Tactus instrumentū

Dif. symp. vl. Infra lib. 3. & 4. Aph. 40. 2 Acut. 29.

5. Præsa. 19.

CAPVT 5.

PORRO, quemadmodū hæ passiones, quibus caput per cōsensum afficitur, ita illa quoque quæ primogeniæ ipsius affectiones sunt, nō parùm inter se differūt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdum ei, vt instrumentali, interdum, vt similari parti nocent. Quum enim meatum obstruuntur, vt instrumentali: quum verò temperamentum alteratur, vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri De 1 vulgaribus morbis præscriptus est. Melancholici magna ex parte comitiali morbo efficiuntur: & contrà, morbo comitiali laborantes, efficiuntur melancholici. Atque horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc vel in illam partem infirmitas repit: si enim in corpus, Epileptici, si verò in mentem, melancholici redduntur. Hoc sermone primum quidē declarauit, quod nō semper, sed magna ex parte horū affectuū alter in alterū transit. Quippe non solus melancholicus succus, verùm etiam pituitosus morbum comitialem committit. Igitur is, quē melancholicus succus constituit, in melancholiam transit: qui verò à pituitoso partus est, in aliam affectionem, de qua 2 paulò post dicturus sum, permutatur, melancholiam verò haud quaquam efficit. Altera verò Hippocratici sermonis pars, nō paruum contemplandi locum desiderat: quippe cùm 3 anima sit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipsarum temperamento alteretur, bilem, cum cerebro, veluti parti instrumentali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obstructionibus fieri constat. Quum verò temperamentum mutando ei, vt similari, nocet, ad mentem eam repere dicit. 4 Verùm hoc, quod medici dereliquerunt definire in primis necessarium esse videtur. Nempe, vt in manifestis corporis partibus, interdum omnibus, eadem apparet temperies, vt in morbo regio, & 5 elephantiæ vocato, & aqua inter cutem, & malo habitu, quæ à Græcis cachexia dicitur, insuper in his quæ ab hepate, atque splene pendent, colorum vitiis: interdum verò vnius dumtaxat partis, quæ videlicet aut biliosum, aut pituitosum, aut melancholicum humorē suscipit, temperies 6 permutatur: ita etiam cerebro accidit vt nonnunquā vniuerso in venis sanguine melancholico effecto, ob commune vitium, ipsum quoque lædatur: nonnunquam verò reliqui corporis sanguine prorsus innocuo solus is, qui in cerebro continetur est, alteratur: idq; bifariam fit. Aut enim aliunde in ipsum deriuatur, aut in ipsomet melancholicus humor 7 genitus est, quum videlicet internus calor aut 8 flauam bilem, aut crassum atrúmque sanguinem superassauit. At hæc 9 distinctio non paruum habet in curatione momentum, si quidem vbi vniuersum corpus sanguinem melancholicum continet; curationem à vena sectione incipere oportet. Vbi verò solum cerebrum infirmius (quod ad hanc dispositionem attinet) sanguinis detractione non indiget, quamuis ob aliam quampiam 10 causam sanguis mitti possit.

SEPARAT melancholiam ab epilepsia.

1. *vulgaribus*]habetur 6. Epid. sect. 8. comm. 55. apud Alexādrinum verò est 49. exponit Galenus Si melancholia officit corpori. i. compositioni quę in corpore intelligitur, nempe ventriū obstructione ; epilepsia sequitur: si animę. i. temperaturæ quæ in cerebri substantia consideratur & quæritur, morbus nascitur melancholiæ, vel dementiæ: & quod scribitur libro De morbo sacro familiarium ignorantia. Cùm igitur Epilepsia ab vtroque humore nascatur, ab vtro frequētius periculosiúsque? Auicenna cum vulgo frequentiorem autumat pituitosum. Verùm libro Epid. sexto, melancholicis morbis annumerat: & lib. Aphorismorum tertio, inter autumnales numerat non hyemales: & libro iterum sexto, melancholicum vocat. Adde quod si occasio concussionum illarum cerebri sit, obstructio humoris durior & rebellior ex melancholia nascitur: si ex:

Epilepsia nū melancholica. Aph. 22. Aph. 56.

ſi ex qualitatis moleſtia, multò eſt in melãcholia deterior: quare vt detur pueriles morbos & qui cerebro eueniunt magna ex parte pituitoſos eſſe magis quàm melancholicos; certe de Epilepſia inferri nõ poteſt, propterea quòd pueris & cerebro eueniat à pituita prodire. Et de frequentia quidem ita ambigi poteſt. Nam ſi de diſcrimine agitur pituita copioſior eſt, melancholia craſſior: vt variis incõmodis æqua vtriuſque malicia æſtimari queat. Sed eſt melancholica cerebro improportionalis: ideò deterior. Accedit quod in morbis natura longis, melancholia valdè trahens & tardiſſimè coctilis longitudinem auget, non leui Epileptici damno. ita fit vt melancholica deterior cenſeatur.

2. *paulò poſt*] nempe apoplexiam.

3. *anima*] Num anima ſit à temperamento & vltra temperamentum ſeiuncta, forma, nobis in dubium non trahitur, Galeno trahebatur. Et quidem multi Græcorum cùm Ariſtotelem audiunt oſtẽdentem cõtra nõnullos animam nõ eſſe qualitatum harmoniam, vel temperamentum; Galenum citant, quaſi eius ſententiæ aſtipulatorem; qui multum & ſæpe in eo luto hæſitauit, nec tamen certi quicquam de ea re definire auſus eſt. Nam (quod Auerrous ait) intellexit materiam qualitatibus primi ſubſterni ad elementi generationem: rurſum quatuor elementa materiam eſſe & eſſentiam ſimilaris membri oſſis & carnis: ipſa rurſum ſimilaria materiæ vicẽ obtinere toti organo: nec verò organum in opus abire niſi temperamento, quod vocant à dominante innatũ calorem, ſeu forma quadã ducatur, quo loco cõſiderationẽ formarũ ſiſtũt, nihil de vlteriore animæ forma ſpeculantes, cùm materię inſtar temperamentum ipſum organi ſubſtet. nec in eo, qui medicè agunt, condemnationem merentur: nam vt acutè ſcribit lib. De ſubſtantia faculta. natural. nihil tractationis medicæ intereſt, ſit ne functionum opifex temperamentum, an ſuperior forma animæ temperamento imperans. Cùm enim ea forma nec ſeruari poſſit præſens, nec reſtitui abſens, ſed ſolum temperamentum; fruſtra diſquiretur ab artifice quod cognitum artificis operam non requirit: vt mirari ſubeat doctiſſimos quoſdam ſcriptores, qui ex Galeno formas ſubſtãtiales, pręter temperamẽtum rebus naturalibus cõcedunt, quas Galenus etiam animalibus non tribuit. Philoſophi (ait Auerrous) ex operibus agentis naturam colligentes animã tribuũt animalibus omnibus: imo & ſtirpibus, quoniam nobilia illa augmẽti, generationis, & formationis opera magis adhuc ſentiendi, mouendi, elementalium qualitatum vim & dignitatem multis numeris anteeunt.

1. Anim. 4. — 2. collect. 7. — Cap. 3. — Citato.

4. *verùm hoc*] tranſit ad melancholiã, duas priores eius differentias tractans.

2. Tard. vltim.

5. *elephante*] Elephantiaſis dicitur ob ſimilitudinẽ in magnitudine & inęqualitate membrorum: & Leoninos, quia inſuperabilis: & Satyriaſis, ob turpitudinem Areteo; vulgo morbus S. Lazari.

6. *permutatur*] vt in cratis heriſipelatę, vel mamillæ cancro. comparat autem Galenus internas intemperies externis ceu manifeſtioribus. nam ſicut in cute nonnunquam vniuerſa eodem occupatur vel intemperamento vel colore; nonnunquam vna tantum pars: ita internis accidit vitiis, vt caput vel ſolum afficiatur, vel cum toto. Intelligendum eſt autem vnum in toto temperamentum chachectici vel arquati, quoniam partibus euidenter, & quod ſenſu dignoſci queat, non variat: non quaſi verè ſit æquale, eſſet enim incurabile, aut difficillimè, nec vacuatione bene haberet. Ideò autem manifeſtis affectibus confirmat rem ratione exploratã, quia & Hippocrates ita ſolitus eſt facere.

7. *genitum eſt*] ita præter naturam etiam extra iecur humores creantur.

8. *flauam*] duas agnoſcit ſolum atræ materias Galenus, vbi in eum ſermonem incidit, flauam & melancholicum ſuccum, quem vocat etiam fecem ſanguinis. quod ſi aliquando memorat craſſum ſanguinem; non ſanguinis nomine facit, ſed contentæ fecis craſſitieique. Niſi enim ita intelligeret, non ſine culpa omitteret hoc in loco melancholiam: & quod 6. Epid. ſcribitur, ſimiliter bilioſum & ſanguineum corpus fit melãcholicũ, ſi expurgationes non habet: interpretatur Alexandrinus melancholico ſanguine refertũ. & in Prorhetico præ rubrum melancholiæ appoſitum eſt. Fit enim vt vſtus ſanguis prærubet euadat, & vertatur in eam, quæ non propriè atra eſt (ita enim legimus libro De febr. different.) ita fit vt duæ tantũ ſint ſine medio atræ materiæ, ſanguis enim melancholiæ interuentu, pituita dum coctione tranſit in ſanguinem, & à ſanguine commigrat in melancholiam proximam atræ materiam: aduſtam autem pituitam create melancholica vitia, vt Elephantiaſim, certum eſt; migrare in veram melancholiam, incertum. Cùm ſæpe viſatur falſa pituita alba, & ex pectore glutinoſa candens expuatur; ſic Galenum recipimus duas tantum materias aſſerentem, nec ab Auicenna diſcedimus quatuor affirmante. Nec verò hoc ex loco, (quod quidam putant) colligi poteſt, pituitam non tranſire in melancholiam; dum inquit Epilepſiam pituitoſam non mutari in melancholię morbum: nam licet in capite caloris defectu non mutetur, alibi aduri, & migrare in alteram naturam, nihil prohibet.

2. Natura. 1. Lib. de atra bile 3. — 6. Aph. 53. — 2. natu. vltim. — 3. Aph. 22. — 4. Epid. Sec. 3. 25. — 1. Prorh. Se. 2. 13. — 2. Diff. feb. 9. — 2 praſ. 46.

9. *diſtinctio*] duæ hæ ſpecies vulgo referuntur, altera propria cerebri, altera totius conſenſu: cùm veriùs vna ſit ſolius capitis propria, altera & capitis & totius.

4. San. 8.

10. *cauſam*] oſtenſam eſt enim in cacochymia cum præſentia copioſi ſanguinis vtiliter mitti ſãguinem poſſe.

Vtrùm verò melancholicus ſanguis vniuerſum corpus, an ſolum cerebrum occupet, ita diſcernendum eſt. In primis vniuerſi corporis habitum, qualis ſit, conſideres, velim: memineriſq́; quod molles, & 1 candidi, & obeſi nequaquam humorem habent melancholicum. Macri verò, & nigri, & hirſuti, & quibus lata ſunt venæ, aptiſſimi ſunt, vt huiuſmodi in ipſis humor cumuletur: ſitque interdum vt præ rubro colore homines affatim in melancholicam temperiem decidant, atque poſt hos flaui, iq́; maximè quando & vigiliis, & multis laboribus & ſolitudine, & tenui victu fuerint educati. 2 Quibus hæ quoque notæ conueniunt, an 3 hæmorrois aliqua reſtricta ſit aut alia quæpiam conſueta ſanguinis vacuatio, aut mulierum menſtrua. Inſuper quibus cibis quis fuerit vſus, vtrùm iis qui ſuapte natura melãcholicum

ſanguinem

ſanguinem pariunt, an è diuerſe. Porrò qui melancholicum ſanguinem efficiunt, hi ferè ſunt: caprina bubuláque caro, magiſq; hircina & taurina, ſed maximè aſinorum camelorúmque carnes: nam & hæ nonnulli veſcuntur: item vulpina caninaque carnes: atque magnā in huiuſmodi ſanguinis generatione vim obtinet ex 4 lepore cibus, ſed multò magis ex apro: ac limaces quoque melancholicum ſanguinem pariunt, ſi frequens ſit eorum vſus: præterea omnes terrenorum animaliū carnes ſala condita: aquatilium quoque carnes, vt thunni, balenæ, vituli marini, delphini, cani, atque cetaceorum omnium. Ex oleribus autem, braßica fere ſola huiuſmodi ſanguinem gignere conſueuit, quemadmodum & arborum gemina, vbi vel oxybalme cōdiuntur, præcipuè lentiſci, terebinthi, rubi, caniū rubi. leguminum verò, omnium maximè lentes inter melancholicos cibos numerantur: mox panis furfuraceus, & qui ex tipha atque vitiatis ſeminibus factus eſt. quorum apud quoſdā nationes vſus loco frumenti habetur. Verùm de ijs in primo libro De ciborum facultatibus iam dictum eſt. Præterea vino craſſa nigraque aptißima ſunt, vt ex ipſis melancholicus humor fiat, præſertim ſiquis abunde ipſa ingerēs, oblata occaſione in multo corpus calore contineat. Vetus denique caſeus, vbi forte fortuna in corpore fuerit ſuper calefactus, facile huiuſcemodi parit humorem. Igitur, ſi quis, anteaquam in morbum inciderit, huiuſmodi victus ratione fuerit educatus, maiorem quandam inde licet facere coniecturam. Si verò boni ſucci cibis vſus fuerit, conſiderare oportet exercitationes ipſius, mæſtitiam, vigilias, ſolicitudines: Sunt etiā nonnulli qui per 5 febriles (vt dictum eſt) morbos melancholicū humorē contraxerunt. Atque ad efficaciorē notitiam non parum confert anni tempus, ac præterita præſénſque conſtitutio, item regio ac laborantis ætas. His itaque omnibus præmeditatis, quum ſperaueris in vniuerſi corporis venis melancholicum ſanguinem contineri, quo certiorem habeas notitiam, cubiti venam ſeca, præcipuéque mediam: quoniam communis eſt & ei quæ humeralis nominatur, & ei, quæ per axillam ad manum fertur. Quòd ſi tum 6 fluens ſanguis non videatur melancholicus ſtatim ſupprimatur. Si verò talis appareat, vacua, quantum pro laborantis corporis habitu ſatis eſſe conieceris.

SEVARAT inuicem duas melancholiæ ſpecies, notis quinque: prima ex habitu corporis: ſecunda, ex retenta ſolita vacuatione: tertia, ex alimentis prægreſſis: quarta, ex reliquo victu melancholico; quinta, ex cura tentante.

Lib. 2. vltim. 1. *candidi*] licet enim libro de temperamentis oſtenſum ſit candidos ab ortu aceruate melancholiam, pauca eſt, ſi conferatur ad nigros hirſutos, quibus acceſſit caloris occaſio, mollicies verò & obeſitas ad humiditatem referūtur, quæ ariditati melancholicæ aduerſatur.

2. *educati.*] eſt ergo ordo melancholiam aceruātium hominū aptiſſimi nigri: ſi enim accedat aſſatio, promptiſſimè implētur, deinde impenſe rubri paulò tardius, in quibus vultus mæſtitia trāſitum indicat, in Prorethico Flauus niſi longo *1. Pror.* tēpore exiccantibus vtatur, melancholicus non *Sec. 2. 14.* euadit, cūque quatuor quæſiti habitus incidia docuerit Galenus; nullū eorum habitui ab ortu frigido ſiccóque conuenit, eſt enim naturalis illa *Tech. 30.* temperatura alba, modicè pinguis, anguſtis vaſis, glabra; cum præſens ſit nigra, gracilis, ſatis vaſis, hirſuta, videlicet quoniā exuſtio calidi ſiccique temperamenti, vbi traxit, vniuerſam ſemel maſſam in cinerem vertit, cum prius illud frigidum ſiccúmque parùm ſanguinis & pro ratione, ſucci conficiat melancholici. Nec verò ſolùm in corporis habitu calidus ſiccuſque augendæ melancholiæ omnium maximè eſt obnoxius, ſed & alimenta ſimiliter temperata: ſiquidem hic ex hircina taurináque pluſquàm ex caprina & vaccina augeri ait, & cùm numeret caſeum & vinū nigrum, multa terrea prætermittit, glandes, lupinos, caſtaneas, quoniam ex terreis plus ſecedit in inteſtina ſtercoris, minus ob caloris inopiam in hepar melancholiæ, vnde intelligitur primò *Melancholiæ oppoſiti.* cùm quidam à nobis rogant, fiat ne plus melancholiæ ex lepore & melōgena calidis, an ex vaccina frigida, non eſſe ſoluendum (quod multi faciunt) plus craſſi ſanguinis ex vaccina oriri, minus tamen ſeparatæ à reliquis melancholiæ quàm à calidis edulijs, propter caloris attenuātis & ſecernentis inopiam. Si enim vaccina copioſiorem craſſum ſanguinem melancholicúmque gigneret leporina, vires haberet ad melancholiam ciendā leporina ſuperiores, quod Galenus cum experimento inficiatur. Colligitur etiam Auicennam dum modò tribuit melancholiæ generationem modetato, modò immodico calori, *1. De humoris hum.* in hunc ſenſum audiendum, vt naturalis melancholiæ, quæ ſanguinis proportione accreſcit: generationem temperato hepatis calori tribuat, copiæ autem melancholiæ accumulandæ, ſimpliciter præficit exuperantem caliditatem, Apparet itē cōuenire hūc locū, cū Areteo & Aëtio, quorū ſententia, prompti ſunt homines, natura mœſti, cogitabundi, abhorrentes à ludicris, & rurſum hilares qui puerilibus & iocoſis oblectantur, cachinnatores, irriſores, ſunt enim priores nigri hirſutique, poſteriores præſubri. Maior eſt in interpretando Hippocrate difficultas, is enim melan- *2. Epid. Sec. 5. A.* cholicam naturam deſcribens habet, balbi, iracundi, oculis non nictantes, celeri lingua præditi: addit Aëtius, craſſis etiā labris. quæ verba in hūc ſenſum interpretes traxere. proni ſunt homines *Cap. 9.* cordis quidem calidi, cerebri autem humidi, nā vt iracundia calidi cordis proprium indicium eſt, ita balbuties humidi cerebri Aphoriſmo illo, balbi alui profluuio maximè capiuntur: pergunt cō- *6. Aphor 3.* firmare ratione. nam exuſtus à calido corde humor, cerebro ex humiditate molli ita affigitur vt dilui nequeat. Sed tantorum virorum Auicēne & Raſij ita interpretantium recipienda non eſt ſētentia. Nec enim conuenit vt humidum cerebrū ſicciſſimo morbo obnoxium eſſe credatur; nec *Aui. c. 3. Raſ. 1. cont.* eſt Hippocraticum humorum aduſtorum originem cordi non iecori adſcribere, nec conuenit balbutiei ab humido cerebro progenitæ vt celeri lingua præditos faciat, & calui ſiccitatis incremento. Ergo balbuties, tradente Galeno in enarratione Aphoriſmi, balbi alui profluuio plurimū capiuntur, prodit à linguæ breuitate, quæ anteriores dentes premere non poteſt ad prolationem r. poſt. t. vnde græcis vitium, traulſis dictū eſt: nonnunquàm ex linguæ ariditate, quod ijs euenit quibus longa oratione lingua exaruit, vt tendi nequeat. Frequentior euentus ſymptomatis eſt, ex largo cerebri humore: eo enim omnine &

infantes

infantes & ebrij balbutiunt. iis Galeni caussis Sec.2.78. quarta adiicienda ex primo Epidem. est, quo in loco blæsi inter frigidas naturas computantur, quoniam imbecillitas caloris musculos linguæ formantis vim premendi linguæ roburque tribuere non potuit. Nec verò prętermittenda quinta est non infrequentior reliquis, caloris, & magis in capite augmentum, de quibus est apud Ari 31 probl. 38. Cap.6. stotelem problema: cur adusti melancholici balbutiant. Et solutio: quoniam præ velocitate imaginandi lingua cõcepta assequi nequeunt, quare præpediuntur in loquendo. Aëtius verò ait: quoniam flatus velociter impellit linguam, sicut & ad venerẽ, & appetitus quosuis immodicè feruntur, abundat enim flatibus melancholia. Ex quinque itaque balbutiei caussis, breuitate, linguæ, siccitate, humiditate, frigore, calore, & flatu, melãcholicorũ balbuties ad postremũ referẽda magis est: sicut caluities & oculorũ immobilitas, quod Hippocrates vocat nõ nictare, & Auicẽna perperã transcribit plurimum mouere, ad siccitatem: labrorum crassities ad crassi sanguinis redundantiam à natura ad extremas partes transmissam.

3. *hæmorrhois*] retentionem mensalem, aut hæmorrhoicam habet iudicium melancholiæ in toto auctæ, quoniam copiam melancholici sanguinis verisimilius est replere totum quàm partẽ.

3.Aliment. 2.partibus 3. 4. *lepore*] cui magnã vim in augenda tribuit melancholia. Neque obstat quod sanguine pollet tenuissimo probissimóque, neque enim consentiũt perpetuò cũ sanguine membra: quod nuper in temperatura frigida sicca membrorum monstratum est: & vaccinæ ius pinguissimum est suauissimúmque, caro arida. Sic lac vaccinum butyro abundat contra carnis naturam: & iuxta ossa caro dulcior est suauiórque: quoniam quæ ex toto abscinduntur, totius naturam repræsentant: quæ verò purgatione quadam abscedunt, magis aduersantur quàm conueniant. Quòd si libro De attenuante victu ad diuturnos affectus recipit, pituirosi subaudiendi sunt, qui siccari indigent; non melancholici: quia lepore offenduntur eximiè; nec parùm artificio permixtorum aromatum vis melancholica augetur & crescit. De typha & lentibus lib. acutor. primo disputatum est. legumina verò flatu abundare & melancholica esse, ratio monstrat. cum enim folia plantarum primo vere ex nuper madente terra prodeãt, aquea sunt: flores, anni progressu aqua iam caloris vi in flatum versa, aërij: postrema semina fructus, legumina melancholica & terrena sunt; ex materia quidem, quia per æstatem exusta iam arefactáque terra prodierunt; ex fine verò, quòd natura generis propagandi curam gerens semina committit duris valuulis thecisque, intra quas 4.Collect.41. vim seminalem recondit: vt intelligatur corruptus locus apud Auerroum, vbi legitur olera à tota substantia ad melancholiam inclinare; cum legi debeat ad crudos aqueosque succos. Inter olera enim (si Galeno credimus) sola brassica melãcholica est: poterat autem annumerare cinaram, quam hoc nomine condemnat libro alimentorum primo, &, si innotuisset, melõgenam: eximiè enim melancholica est, nisi carnis pingui & multa suauitate (quod Auerrons sperat) emendetur.

Citat. Lib.2.28. 5. *febriles*] memorandum indicium auctæ melancholiæ, febres diuturnæ. vnde est illud Aëtij, vt inter exigentia corpora melangogo conualescentes numerentur.

6. *fluens*] duplicem contradictionem patitur hic locus. priorem quòd sanguis etiam tenuis fluens non est confectim supprimendus: si quidem (dicente Auicenna) nonnunquam post vncias duas tenuis, sequitur atrabilarius. posteriorem, quod Mesues in maniaco venam secando basilicam eligit, non communem. Ex quibus primùm commode adiectum ab Auicenna est, vt intelligant omnes non contemnenda incremẽta artem hanc Arabibus debere. alterum quia in mania agit, cũ Galeno non pugnat. vt enim in melancholia quę in sinistro copiosior est commodius secatur sinistra communis, ita in mania vitio bilis calore hepatis auctæ, exustæque sæpe commodius secabitur dextra basilica. nam vt scopus affecti capitis ducit ad communem vel humerariam; ita origo affectus in mania magis cogit ad iecoris venam secandam.

EST præterea tertium melancholiæ genus, morbi comitialis exemplo, cùm ortum à ventriculo habuerit: solẽtque medicorum aliqui hanc dispositionem hypochondriacum flatuosúmque morbum nominare. Verùm satis mihi fuerit ea accidentia percurrere, quæ à Diocle præscripta sunt illi assidere, in libro, cui titulus est, Affectio, causa, curatio. In quo Diocles ad verbũ ita scripsit: porrò alius oritur à ventriculo morbus, qui suprà propositis nõ dissimilis est, nominaturq; ab alijs melãcholicus, ab alijs flatuosus quẽ sumpto cibo maximè coctu difficili & caustico, sputum humidum, idémque multum comitatur: item ructus acidus, flatus, æstus in hypochondrijs. fluctuatio non illico, sed quum se retinuerint, interdum ventriculi quoque vehementes dolores, qui nonnulli ad dorsum vsque procedunt: concocto deinde cibo quiescũt, mox alijs ingestis eadem rursus reuertũtur accidentia, quæ interdum ieiunos, interdum etiam à cœna molestant, atque euomunt crudos cibos, & phlegmata subamara & calida, & acida, adeo vt dentes torpedine afficiantur. Atque horum pleurima ab ineunte statim ætate eueniunt. Vtcunque tamen acciderint, omnibus in tempus producuntur. His præscriptis Diocles mox causam subiungens, ita scribit: Cæterùm flatuosos vocatos suspicandum est plus caloris, quàm decet, habere in his venis, quæ alimentum à ventriculo excipiunt, sanguinémque in ipsis crassiorem factum. Quippe constat has venas esse obstructas, vel hoc argumẽto, quod alimẽtũ corpori non distribuitur, sed in ventriculo manet incoctum, cùm ipsum meatus prius susciperent, magnámque ipsius partem in imum ventrem excernant, tum quòd postero die vomitus reijciatur, vt pote non digestus per corpus cibus: sed quod calor id id quod secundum naturam est, excedat, facillimè intelliges tum ab æstu, qui ipsis accidit, tum ab his qui ingeruntur: siquidem iuuari videntur à refrigerantibus cibis, qui videlicet calorem refrigerare extinguerèque solent. Deinde alia quoq; Diocles iam propositis in hoc sermone addidit: Aiunt autem nonnulli os ventriculi, quòd intestino continuatur in huiusmodi passionibus inflammari, ac ob inflammationem ipsam & obstrui, & prohibere, ne alimenta statuto tempore ad intestinum descendãt, Quamobrẽ diutius quàm decet, in ventriculo manentia & tumores, & æstus, atque reliqua quæ prædicta sunt, efficiunt. Hæc sunt quæ Diocles quidem literis prodidit: Verùm in hoc symptomatum catalogo præcipua totius concursu accidentia silentio præterijt, quæ videlicet & melancholiam, & flatuosam hypochondriacamque affectionem, tanquam charactere quodam designant, atque omisit

(vt puto) huiuscemodi accidentia, eo quod ex morbi ipsius nomine manifestè declarãtur. Etenim ab 4 Hippocrate didicimus, si metus & 5 mæstitia lõgo tẽpore tenẽt, melancholicus est huiuscemodi affectus. verùm haud absurda quæstio est. quare Diocles cùm causas aliorum accidẽtium redderet, quam ob causam mens lædatur, non scripsit: siue enim venarum quæ ventriculo contigua sunt, calor exuperat. siue partes, quæ iuxta portam (Græci pyloron vocant) sunt, inflammatione laborant, quid causa sit, cur melancholica comitentur accidẽtia, derelictum est. Etenim quod venter flatuoso spiritu impleatur, ac deinde eructando, ipsum leuetur, ac prætereà, quæ dicta sunt, vomitione quoque iuuetur, vel nihil dicente Diocle, manifestum est. At propria melancholiæ accidentia simul cum dicta ventriculi dispositione scribere, haud ita facile ei fuit. Id itaque addere, ac simul qualis sit, in huiuscemodi affectibus ventriculi dispositio manifesta interpretatione enarrare aggrediamur. 6 Atque videtur quidem in ipso 7 inflammatio esse. Sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior, & magis melancholicus. Itaque, quemadmodum elato ex ventriculo ad oculos fuliginoso quodam aut fumoso halitu, aut crassis quoque vaporibus similia, vt in suffusione accidentia contingunt: eadem ratione sublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione veluti fuliginosa fumosáque, melancholica eueniunt in mente accidentia. Quin etiam quam frequentissimè videmus flaua in ventriculo bile contenta caput dolore affici mox ea per vomitum eiecta, illico dolorem mitigari. Atque huiusmodi dolorum genera mordendo exedendóque infestant, quẽadmodum alia grauitate, alia tensione, alia cum inclinatione in somnum molestare videntur. Atque inter optimos medicos conuenit non solum hæc accidentia, verùm etiam morbum comitialem capitis à ventriculo procedere. Igitur, vt melancholicos timor nunquam deserit, ita præter naturam eis per imaginationem visa, non semper eodem genere continentur. 9 Si quidẽ alius testã se factum putauit, atque idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gallos cantare audiens, vt hi alarum ante cantum sic ille brachiorum plausu, latera quatiens animantium sonum imitatus est. Fuit item alter, timens, ne Athlas qui mundum sustinere dicitur grauatus sub tanto onere ipsum à se excuteret, atque ipse cum illo collideretur, ac nos quoque cũ ipso perimeret. Sunt alia huiusmodi infinita eorum visa. Differunt autem inter se melancholici: nam omnes timent, mærẽt, vitam damnant, odio habent homines, sed non omnes mori cupiunt. Etenim hoc ipsum nonnullis melancholiæ caput est, quòd mortem pertimescunt. Quosdam etiã alieno admodum atque extraneo videbis animo, vtpote qui simul & mortem metuant, & tamen mortem sibi consciscant. Proinde rectè videtur Hippoc. omnia ipsorum symptomata in dubio hæc coëgisse, metum & mæstitiam. Mæstitia nimirum eos inducit, vt odio prosequantur omnes, quotquot viderint, nunquam non tristitiam præ se ferentes, ac terrentur, vt in tenebris profundis pueri, atque ex adultis indocti. Sanè, quemadmodum externæ tenebræ omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, nisi vel audaces admodum, vel docti fuerint: sic atræ bilis color mentis sedem tenebris similem reddens, timorem efficit. Etenim summis tum medicis, tum philosophis in confesso est, & humores, & omnino corporis temperaturam animæ actiones alterare: id quod nos quoque vnico commentario docuimus, quo demonstratum est, quod animæ potentiæ corporis temperaturam sequuntur. Quocirca humorum vim ignorantes, in quorum numero & Erasistratus est, ne scribere quidem de melancholia quicquam ausi sunt. Neque indignum est, admirari, tum communes hominum sententias, tum plurima quoque dogmata, quæ & philosophi & medici per ignorantiam prætereierunt. 10 Igitur ab omnibus affectus ipse melancholia vocitatur, indicante nomine humorem, qui ipsius causa est: cùmque circa ventriculum prima inciperint accidentia, ipsisq; auctis melancholica sequatur affectio, deinde alui deiectione, & vomitu, & proba concoctione, ructibúsque leuetur is, qui laborat hypochondriacum flatuosúmque morbum ipsum nominabimus. Accidentia verò ipsius dicemus & mæstitiam, & metum. Cùm autẽ propria melancholiæ accidentia magna videntur, circa ventriculum verò aut nulla, aut parua admodum sunt, haud abs re existimaueris primitiuam in cerebro affectionẽ consistere, ob atram bilem in ipso congestam. Cæterum quibus signis discernatur, vtrùm in solo cerebro, an in vniuerso corpore huiuscemodi humor contineatur, paulo ante dictum est. 11 Interim, mouendi sunt mihi amici, qui me curantem viderunt frequentibus balneis, victúque humido bonique succi, nullo alio adhibito præsidio, huiusmodi me morbum curasse, vbi nondũ ob longũ temporis tractum nocuus humor multum vacuationi resisteret: cùm enim diuturnum iam factus est morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. fit autem huiusmodi melancholiæ species affectio prius calidis dispositionibus cerebro aut æstuatione, aut phlegmonosa passione, aut etiam phrenitide, interdum verò à solicitudine, mæsticia, cum vigilijs. Verum satis fuerit hæc de melancholia dixisse.

TRANSIT ad hypochondriacam melancholiam, prius recensens Dioclis sententiã, deinde interponẽs suam.

1. *melancholia*] fere iũgitur vulgo melancholiæ affinis morbus maniç, vitio bilis in cerebro abũdãtis. Aretæus definit melãcholiam animi angorẽ in vna cogitatione defixum atque inhærentem sine febre, demum furoris vel maniæ initium: vt sit melancholia rationis in vna aliqua elapsus constante in reliquis iudicio: mania aut furor, integra desipientia. habet autem appellationem, ait Galenus, melancholia à causa putata melancholici humoris. (1. Ther. 2. 6. Epid. 5.) epilepsia autem quia corripit principes facultates, & sacer quia magnus, aut ex aduerso quia flagitiosis proprius, Herculeus à robore mater puerorum aut puerilis à frequentia, maximè condentes nascũtur, ait Aurel. ratio cur comitialis dicatur, caducus, & lunatic⁹, aperta est.

2. *caustico*] valde calente.

3. *retinuerint*] diu in ventriculo manserint.

4. *Hippocrate*] sexto aphor. 23. videlicet explicante Galeno, si citra occasionem manifestam timor eueniat & mæstitia, melancholiam indicat, aut si ex occasione diutius quàm pro causæ ratione durauerint. Cur verò melancholia cerebri timere faciat, non placet Auerroo Galeni causa. (3. Collect. 40.) Color, inquit, non est qualitas actiua quæ mutare possit animæ functiones: deinde mores corporis sequũtur temperamenta authore Galeno ipso, non colores humorũ. quid quòd tenebræ nec in visum quidem imprimunt, vt quæ priuationes sint; nec sentiri actu possint, multò minus interiore sensu, quo ne calores ipsi percipiuntur. Quod si melancholia obductis tenebris contristat, par est sanguinẽ cõmunicato fulgore lætitiæ authorẽ esse; quod nec sensit quisquã, nec dixit. (Tristitiæ melancholicorũ causa.) Quidã non ferentes rationum vim, Galenũ purgant quasi senserit tenebras melancholicas indicare temperamẽtũ melancholiæ tristitiæ, inducẽdæ appositũ esse, non

esse, non ipsas tenebras tristitiam efficere: sed nō patiūtur verba Galeni, idcirco affirmâris timere melancholicos, quia tenebris similiter infantibus terrentur: terrentur autem infantes propter teoebras, ooo propter aliud quod tenebris significator. Verius ita pro Galeno dicendum esse videtur. Temperamenti nomine Galenus naturam omnem similatem complectitur, quæcunque ex elementorum mixtione, & concentu similatibus rebus inest; non modò submissione illa & refractione qualitatum primarum, sed & quicquid ad illa sequitur densitaris, raritatis, splendoris, obscuritatis. Arguméto est quòd opacitatem corneæ morbum temperamenti compellat, quoniá perspicuitas ex elementorum mixtione corneæ ioest: & hic ideò ait colorem melancholiæ mores mutare, quoniam ostensum est mores animi temperamentum sequi, quasi color humoris té-peramentum sit. Et quemadmodum multa similarium membrorum vsum præstant functioni qualitate aliqua secuoda magis quàm prima, vt cornea (de qua agebatur) magis perspicuitate visioni confert, quàm temperamento: ita humores sæpe in animum imprimunt, magis splendore aut obscuritate, sanguis lætitiam, melancholia mæstitiam; quàm primis qualitatibus: dum enim animalis spiritus simul cum cerebri substantia nigredine inficitur, fit vt quamcunque externam speciem horridè recipiat, & cum mærore, non secus quàm si triste esset quod recipitur: in quem sensum & Galenus excusatiooem habet, & Auerrous rationum suarum solutionem.

Hippoc. n. Aph. 13. Trallianus de melanch. Aetius

Num mœror in sanguinea melancholia.

5. *mæstitia*] si sunt deliria quædam cum risu, & melancholiæ etiam Democritico, apud Hippocratem, Aetium, Trallianum, quomodo constabit perpetua cum melanholia mæstitia? Neque enim audiendi suot qui horum risum non verum esse fingunt. vt enim falsus risus est oris gesticulatio cootracta sine interiore lætitia & animi intéfione, qualis visitur in multis Epilepticis, & ijs qui sardoniam berbam sumpserunt, & quibusdam morieotium: ita verus est illa oris effigies, cum interna animi lætitia, eam adesset multis melancholicorum maoifestò indicant, tripudia, cátus, ioci, quibus crebrò abundant. Rectius omni melancholiæ propter relatam tenebrarum occasionem mæstitiam adiungemus; sed vbi permiscetur sanguis, quod Auicenna ait, tristitia vehemēs non est: & Trallianus, si sanguineo accesserit mæror quispiam magous, oritur sanguinea melancholia, ex quibus intelligitur eam melancholiá, vt non absoluitur à communi melancholiæ mærore, ita simul per ioterualla tēporū edere lętitiæ signa, sanguinei humoris germina. Sed cur magis cátát & saliūt; quàm dum sani omnino sanguine abundabant? Siue quia ratione orbantur affectibus humorum renitente: siue quia dum sanguis vritur multo quam antè magis splendet, vnde animo spes, vigor, & alacritas oriuntur.

6. *atque*] Aggreditur à posteriore, morbi. sc. essentia, ceu vtili ad solutionem prioris problematis de timore & mæstitia.

Inflammatio Galeno.

7. *inflammatio*] hoc nomine non modò significatur Galeno sanguinis immoderantia in inanem locum collecta; sed quæuis excedens etiam in paruis membri vasis. Intelligitur enim experimento hypocondriacos (quod scribit Auiceuna) non babere consistentem & factam ioflammationem calidam, cùm febri noo laborent, nec frigidam semper, sed in naturalium aliquo coorentū humorem, & per vasa sparsum crassum atrúmque & adustum. Intelligitur & dissectione pleuraticorum in quorum paucis tumens conspicitur pleura; & in diaria ex cruditate babet Galenus (si ventriculus vritur ita vt affectus quidam phlegmooès similis in eo consistere videatur.) Cor ergo inflammata membra in acorem vitiant alimēta, quoniá cōtēta melācbolia acida est, adde quod melācbolia ipsa frigidarū partiū mole abundat. *8. Ther. 5.*

8. *itaque*] causa symptomatū melancbolicorū.

9. *siquidem*] commuoem illorum symptomatū timoris & mæstitiæ causa inquiritur, imagioationum particularium intra eandem melancholiæ speciem, non magis agnosci ratio potest, quàm quod quidam ex caseo syncopen patiuntur, alius ex cucumeribus beoe babeat. Suot tamē non paucæ phantasiæ quæ ex humoris aut vaporis qualitate originem trahunt: vt quod opinetur quis se figulinum vas esse ex malancboliæ siccitate per corpus sparsa: quod alius se fingat tympanū corio tectum ex cutis aridirate. Nam vbi cessat ratioois operatio, iodicat anima percepta intra corpus maiora veris. fortè etiam imagioationis occasio fuit, species, quæ delirantis aut primùm, aut maximè imaginationi impressa est. Num verò spiritalis sobstantia oonnunquam melaocholiam creet, dubitauit Auicenna, nec credit ioteresse medici discutere: quoniam etiam spiritus intercessu melancbolici iotemperamenti (quod solum à medico ambigeodum est) homioem dementant. Sed oportet etiam spiritibus spiritalia medicamenta comparare, nec solam habere affecti rationem, nisi etiam primarium illud agens expungatur. Certum est autem nonounquam & epilepticarum cooouulsiooum & malancholiæ dęmonem esse authorem: nam præter frequentia experimenta quosdam vidit Aretęus poëtas, astronomos, philosophos, mechanicos per accessionem qui nunquam fuerant edocti: & quidam desipiunt lòco aliquo, alibi sana mente.

Trallianus Aetius li. 6. 9.

Imaginationum causæ.

10. *igitur*] Explicatis duobus à Galeno propositis quęstionibus, separat tres melancholię species inter se signis.

Paulus lib. 3. 14. Aetius lib. 6. 10.

11. *interim*] longè à libri scopo Interponit dogma propter vtilitatem. quòd autem refert curasse se insipientes melancholicos citra medicamēta solo victu humido, Paulus cum Aëtio de ea quę crebro propria est interpretantur. Ex quo cōuincitur errati vulgaris consuetudo exiccaorium tales pilulis & purgantibus medicamentis initio morbi, ex quibus magis efferantur. Memoraodum item vt in melancholia per proprietatem exigua ventriculi symptomata coëantōonunquá, propter ventriculi sympathian.

CAP. VII.

ATQVE de morbo comitiali deinceps dicendum est, quandoquidem hic quoque interdum ipsomet affecto, interdum alij consentiente cerebro euenire solet. vt enim tria melancholia genera, ita hunc quoque morbū tribus contentum differentijs, omnes ferè medici distinguere neglexerunt. Verum omnibus commune est, quòd cerebrum afficitur vel consistente in ipso affectu. id quod pluribus epilepticis accidit, aut à ventriculo ore (quod stomachum vocare solent medici) ad cerebrum per consensum ascēdente: Atque hoc genus proportione respōdet accidetibus, quæ oculis à stomacho adueniunt, velutí in suffusionibus. Fit etiam sed rarò tertia morbi comitia

lis species. (Nec 1 refert, siue genus, siue differentiam nominaueris) cùm à parte aliqua, cui id fortè fortuna accidit, incipit affectus, qui deinde sentiente ægro ad cerebrum vsque ascendit. Hoc genus primùm vidi in puero, qui decimum tertium ætatis annum agebat, cum equidem adolescens etiam dum cum optimis eius tempestatis medicis conuenissem ad ipsius curationem: audiui tum narrante puero, dispositionem ipsam ex tibia initium capere, mox illuc rectà ascendere per femur, & superposita illi ilia, ac per latera ad ceruicem, donec ad caput perueniret, quod cùm primum tangeret, ipsum haudquaquam sibi constare. Interrogantibus autem medicis: quale esset id, quod ferebatur ad caput nihil habuit puer, quod responderet. Alius deinde adolescens compos mentis (quippe qui satis poterat & sentire, quod fiebat, & alteri enarrare) dicebat veluti frigidam quandam auram esse id, quod ascēdebat. vnde ex duobus alterum Pelopi præceptori placuit, aut quòd qualitas quædam alteratis per continuationem partibus, aut spiritalis quædam substantia transmitteretur. Neque mirandum esse dicebat validam vim esse humori, qui in affecta parte præter naturam genitus fuisset, qualis perniciosarum ferarum veneno inest. Quis enim crederet vel à Scorpionibus infixo aculeo, vel à 2 phalangiorum ictibus totum corpus ingenti & insitata mutatione affici, nisi sæpenumero id accidere videret, præsertim minimam quandam substantiam feris in ipsum demittentibus. Quum itaque phalangium aliquem momordit, quamuis paruum sit animal, existimare tamen debemus venenum ex ipsius ore immorsum corpus descendisse. Porrò 3 marina turturis quemadmodum & terreni scorpionis aculeus, in partem extremam acutissimam illam quidem finitur, vbi nullum foramen est, per quod venenum deijci possit, necesse tamen est, vt excogitemus 4 substantiā quandam esse aut spiritalem, aut humidā, quæ vt mole minima, ita facultate quam maxima est: etenim cùm nuper ictus quidam esset à scorpione, videre mihi videre (inquit) quod grandine percussus sim, eratque omnino frigidus: sudore etiam frigido accedente, sed tandem debitis adhibitis remedijs non sine negocio seruatus est. Itaque Pelops, non impossibile est (inquit) 5 in corpore similem aliquam essentiam generari, non accedente causa extranea, quæ vbi neruosam aliquam partem occupauerit per continuas partes vsque ad neruorum principium vim suam transmittit, siue id per alterationem (vt ipse dicebat) fiat, siue spiritali essentia, veluti aura ad ipsum elata. Sæpenumero enim infigente aculeum scorpione, aut in neruum aut venam, aut arteriam, manifeste videmus percussos vehementissimis infestari accidentibus. Atqui scorpionis aculeus totam cutem penetrando ad profundum vsque potest peruenire, phalangiorum verò paruorum morsus solam afficit superficiem: vnde constat interdum à sola cute veneni vim ad totum corpus deferri, quippe tota cutis & continua est & neruosa. Proinde haudquaquam impossibile est, quum ex icta parte per totam ipsam celeriter distributa fuerit veneni vis, eam inde eodem rursus contractu in singulas subiectarum ei partium recipi, mox ex illis in alias continuas, atque iterum ex his, quæ afficiuntur, in alias quumque ad dominantium partium aliquam peruenerit, tum mortis periculum homini instare. Ad hanc rem in primis conferunt vincula superioribus partibus iniecta: ab ijs enim præsentaneum præsidium spectatur: id quod in viperarum scorpionúmque ictibus, item aspidum quoque (quòd propter imminēs subitaria mortis periculum, magis incredibile est) expertus sum. Etenim quum Alexandriæ essem, rusticum quidam non longè ab vrbe in vno manus digitorum ictus, eius radicem apud palmam validissimo vinculo ligauit accurrénsque ad vrbem ad familiarem sibi medicum, totum digitum ab ipsa dearticulatione, quæ ad postbrachiale est, abscindendum præbuit, sperans inde nihil se mali passurum. Neque frustratus est sua spe, quippe nihil aliud faciens saluus euasit. similiter alium noui, qui epoto ex viperis medicamēto, resectis prius digito, à periculo liberatus est. vidi præterea rusticum cuius totum digitum vipera momorderat, qui falce, quam tunc fortè habebat (erat enim vinitor) ab vltimo articulo ictam partem resecans, deinde inducta vsitatis pharmacis in digito cicatrice nullo epoto medicamine sanatus est. Sed puerum quoque, cuius morbus comitialis à tibia oriri consueuerat, medici, qui tunc ad curationem eius conuenerāt, sanare sperabāt, si in primis vacuato vniuerso corpore, medicamen ex thapsia, aut sinapi parti adhiberent, ligato in medio membro, supra eam videlicet partem quæ primaria dispositione erat affecta: atque hoc pacto accessionem reuerti prohibuerunt, quamuis antea quotidie puerum infestare consueuisset. verum hæc obiter atque ex abundantia dicta sint, ne quis miretur, quo pacto ab ignobili aliqua parte tantum morbus ortum contrahere possit. 6 Superest, vt causam inuestigemus, quãobrem in huiusmodi per consensum affectionibus epilepticæ fiant conuulsiones. Nam ne Pelops quidem vllā ad hanc rem attulit probabilem persuasionem: neque etiam alius quisquam, cum quo nobis aliqua fuerit consuetudo. Mihi verò per huiusmodi consensum videntū aliquando laborantē sine vehementi conuulsione concidere, simul quod per interualla breuibus quibusdam motibus quaterentur, probabile visum est quemadmodum frequentissimè singultum fieri cernimus affecto stomacho, ita hanc quoque dispositionem euenire. Etenim me ipsum quoque singultus ilico inuadere solet, si piperis aliquando maiorem quantitatem ingessero. Id quod alijs quibusdam non paucis, quibus scilicet facilis erat oris ventriculi sensus, accidisse meminimus. Atqui iam supra memoratum est id non solùm Medicis, verùm etiam vniuersis hominibus stomachum appellari. Itaque cùm cecidissent, qui non ex propria cerebri affectione, sed per consensum comitiali morbo laborabant, eos extra perpetuā cōnulsionē veluti palpitando, per interualla concuti videbam. Proinde existimaui similē aliquem cerebro motum euenire, qualis stomacho interdum à re quappiam molestato accidere solet: quippe, qui cùm à ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordacis infestatur, tum singultu affici cōspicitur. Atque acrē quoque humorem non singultum modò, verùm etiam conuulsionem per vniuersum corpus efficere sæpenumero consideraui: deinde vomitu eiecto eo, quod mordicabat, ilico quiescere. Quominus mirandum est, si neruorum principium huiuscemodi motu concutiatur, vt à se expellat quicquid fuerit id quod à parte primò affecta ad ipsum 7 effertur. Ad hunc modum reliqua quoque accidentia omnia quibus neruosum genus concutitur, 8 fieri putauerim. vbi verò 9 deperdito sensu quis conciderit non accedente motu, quo vel conuelli vel palpitare videatur, id à vehementi frigore ortum trahere censeo: quo in genere lethargus quoque continetur Apoplexia autem, quòd subitò eueniat, aut frigidum humorem, aut crassum, aut viscidum qui principaliores cerebri ventriculos affatim implet, non totius substantiæ ei intemperiem causam esse manifestum est, veluti lethargi, phrenitidis, maniæ, melancholiæ, stultitiæ, amissæ memoriæ, sensuum hebetationis, resoluti motus. Porrò in omnibus huiuscemodi affectibus,

in quorum

in quorum numero apoplexia quoque continetur, periculi magnitudinem, ex anhelitus nocumento conijcere oportet. Sane quemadmodum dormientes spirant, quam in nulla alia accidente actione, qua à consilio prodeat, nimirum cùm supini iaceant in cubili: ita in soporosis affectibus omnibus, quamuis neque sentiat corpus, neque moueatur, tamen sola spiratio, qua musculorum pectus mouentium munus est, saluatur. Cuius rei firmam ac demonstratiua lege stabilitam habemus scientiam, quemadmodum, quod musculis etiam omnibus motus principium ab innatis ipsis neruis accedit. At qui ex Anatome didicimus, neruos omnes à cerebro primarium sumere initium: neque simpliciter initium: sed primarium dixi, id quod spinalis medulla gratia orationi adieci. Quamuis enim permulti ex ea nerui prodire videantur, vim tamen quam habet, cerebrum ipsi suppeditat. Quum itaque spirationem vehementer impeditam difficultérque procedentem videris, non paruam in cerebro morbidam dispositionem esse conijcere debes, idque in soporiferis morbis, quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestum est.

REDIT absolututus tractationem Epilepsiæ

1. *refert*] perpetuò Galenus ab Aristotele recedens qualitatem, genus, speciem, differentiam synonyma facit.

2. *phalangiorum*] Aranei genus deleterium frequens supra flumina vocāt tarantulā & eutelam.

3. *pastinaca*] turtur marina. *via.*

4. *substantiam*] in Epilepsia per consensum auram inquit ad cerebrum conscendere vel meram alterationem; in morsu ferarum etiam tenuissimi aculei, nec ad sensum perforati, corporeū aliquid relinqui autumat in parte demorsa; videlicet; quoniam impressiu in cerebrum moram requirit agentis in corpore corporei, quæ nisi in loco morso substantia contineatur, nulla est. Cōuincit autē Galenus communicari capiti ab affecta parte noxium quidquam argumento curationis. nam quidam præsentiēies accessionē curnato corpore euaserunt: alij secta vel vsta primaria parte.

Venena an innascātur.
Local. 3.
Auic. 1. 3.
De Epilep.
Auer. 3.
Collect. 9.
3. Tract.

5. *in corpore*] venenum innasci posse author est Galenus & hic & infrà cum Auicenna, & Auerroo, ostenditur & ratione. Si enim ex probissimis alimentis, lacte, semine, sanguine, moro, melone viciatis, qualitas euadit deleteria; cur non magis ex corruptis speretur excrementis? Aptior est enim veneno materia alimenti excrementum, quàm vtile ipsum alimentum. agens autem non est innatus calor, vt nec febris aut putredinis, sed extrarius occupās materiā quæ ab innato ceu rebellis relicta est. fit id vitium frequenter in ventriculo, & vtero; rariùs alibi. In ventriculo quidem, propterea quòd varia recipit nec, dum edomita; ita vt credat Serapio choleræ morbi occasionem esse versionem alimenti in ventriculo, in eam humoris qualitatem, qua aluus ventriculúsque ad excretiones proritentur, non secus quàm à purgatrice. In vtero verò, eo quòd sentina est vniuersi corporis, vnde in vterinis mulieribus veneni symptomata sequuntur. Ex quo vno semel constituto, & verè & vtiliter colligit Galenus, euenire vt pereant nonnulli nullo præcedente morbo etiam repente, non secus quàm epotō veneno, aut ex morbo natura salubri, quod multis testimonijs ætate nostra cōfirmatum est: obierunt enim tertianarij aliquod, quos pronū-

6. De semin. 3.
3. Epid. Sect. 3. 76.
4. Apho. 43.

ciauit, Hippocrates sine periculo ægrotare; aut ex morbo graui, sed multò celerius quàm quis speraret, subsecuta morte non ad morbi malitiam, sed humoris eius motu simul morbus excitatus & mors secuta est. Cur autem lateant etiam diu ea morbi seminaria, & sine corporis noxa venena permaneant, (si enim Hippocrati creditur, etiam quatuordecim & viginti annos malū occulitur suo tempore vel oppressurum vel reuersurum: & apud Azarauium mensale contagiū inducit Elephantiasim etiam post annos quadraginta) causæ multæ sunt. Prima, Galeni venenū, siue extrorsum accedens, siue intus genitum, vbi est, sensim inficit vicina, & in malignam qualitatem commutat temperamentum: quoniam autē intemperamentum quamdiu fit, neque adhuc impressum est, & in habitum transit, imbeciliter; cùm factum est & æquale, plurimum mouet: fit vt toto agendi tempore symptomata mali morbi nulla spectentur, tunc verò repentè appareant, cùm primum mutata est sana membri in morbosam constitutionem habitúmque. fit etiam vt ignobile membrum contento veneno non offendatur, quod vbi ad nobile migrauerit, & afficit & lædit, quoniam per totum iam corpus diffunditur. tum etiam assuefactio partis in causa est, non modò ne ægrotet, sed vt alatur etiam ex eo, si cum Galeno tradum est: cúmque fermenti more indies augescat nouo alimento, ad eam magnitudinem accedit, vt ab excitata expultrice pellatur: pellitur autem ad insuetum, vbi morbū facit, & quia prauum, & quia multum, & quia insuetum. Postremo fit, ait Galenus, vt per temporum interualla modò retentrix cum coctrice robore excedāt, succumbente expultrice; quo tempore quod conficitur, non pellitur excremētum ad morbi generationē: modò è cōuerso, vt superet expultrix, cuius opere detrusus humor alicubi se prodit.

Cur & quātum venena lateant.
Lib. de internis affect.
Ratio prima.
1. Prorh. Sect. 2. 17.

2.
Infra lib. 6. 5.
3.
3. Symp. 1.
4.

6. *superest*] Alteram nodum soluit de conuulsionibus per consensum cur ad deleteriam qualitatem cerebro accedentem sequantur conuulsiones, illæ, quam etiam sicut differentias epilepsiæ, ait non esse tractatam prioribus medicis.

7. *effertur*] conuulsiones epileptici non esse siccas, ostendit ex generationis & solutionis celeritate: nec enim sicca conuulsio aut repente fit, aut facta sanationem admittit; etsi enim, quod Zoar scribit, non semper longum tempus requirit ad generationē, vt ex helleboro conuulsio, vel vulnere, semper est multū si ad humidam cōferatur, quæ subitò inuadit citra causam vllam euidentem. Num verò ab immateriali qualitate nonnūquam concilietur, in dubium trahitur. cùm enim hic affirmet, reijcit Auicenna cum Auerroo, si enim inquiunt, à continente nascitur frigido, fieri potest vt sit immaterialis epilepsia: Sed durū est, (nisi fortè sit impossibile) vt ab ea causa prodire credatur, externū enim frigus; vt cōuulsiones inducat, certè abolitionem principum facultatum cum accessione repetitione (quæ ambo epilepsia includit) efficere non potest. quod si absque humore intemperamentum iam immateriale cerebri epilepsiā gignit, vnde velox cessatio æqualis & facti intemperamenti? Sed in æquiuoco laborant, nam ab externa frigiditate prodire cōuulsiones, & quiddam attonito morbo simile apud Galenū legimus, epilepsiā nec legimus, nec recipimus. Ab humore verò in parte cōrēto cōmunicari

Num Epilepsia immaterialis.
Lib. 1 tract. 10. 3.
3. Apho. 1. & 3.
Auic. de epilepsia.
Auer. 3. Collect. vlt.

De differ. morb. 5. cerebro vel flatum, vel nudam qualisatem epilepsiæ authorem valdè meritò affirmat Galenus; non quasi id intemperamentum sit æquale factúmque, sed quod citra humorem cerebso imprimatur. Nũ omnis flatulenta. Sequitur num oporteat humorẽ inductum epilepsiam priùs in flatum vertit. proposuit enim Aristoroles, confirmauit Auerrous. Lib. de somno 5. Epilepsia, inquit, à pituita ferè nascitur; est enim familiaris pituitosis ætatibus puerorum & senum: Auer 3. Collect. vlt. 7. Apho. 52. & ramen singulæ accessiones breuissimo durant tempore: non itaque fiunt à pituita, nisi priùs in flatum versa. Accedit quod sensu eorum qui per consensum partis laborant frigida aura coscendit ad cerebrum morbum factura. postremò si est sternutamentum parua epilepsia: fit autem cerebro vel demorso vel à flatu pituitæ distento: par est de epilepsia tantundem coostituere, & sanè in plurimis accessionum quales maximè breues sunt, & frequenter reperentes occasio existimanda est qualitas mordens aut flatus ex humore, duæ enim illæ sternutamenti causæ Galeno verè existimantur, rarissimè humor ventriculos obstruens, aut neruos irrigans replensque id enim Galenus tractationis huius initio addubitans proposuit magis quàm asseruit. Cur verò ita credatur præter Auerroi rationes paulò ante adductas: illæ sunt vel manifestissimę. dissecti multi epilepticorum non modò eorum qui per consensum laborant, sed & qui per proprietatem, nunquam eam ventriculorum plenitudinem secantibus repræsentarunt. Adde quod humor semel à ventriculis excussus non est quo se recipiat, vnde ram cerebris interuallis redeat oppleturus, nonnunquam enim centies in die inuadit. quod si in vasa commigraret, non facilè rediret; si in cerebri molem, apoplexiam committeret. Quapropter multo est verisimilius, sicut in sternutamento, aut qualitatem noxiam, aut distendentem tantum flatum cerebrum pungere & ad concussiones incitare, in quo vno epileptica consistit accessio: quod enim non semper à crasso humore, sed sæpe fiat à mordente etiam acri, rationes hæ Auerroi monstrant. inuadit epilepsia nõnunquam famescentem & iratum. curatúrque à Galeno sumpta hiera, cholagoga: nascuntur igitur ab acri bilioso, mordentéque humore, non à crasso infarcto & replente. Cap. cit. Nec verò aliena est hæc à Galeno definitio. qui in præsenti disputara causa conuulsionum epilepticarum, quæ non perpetuæ sunt, sed per vices recurrentes, adiungit ob eandem causam sensatæ noxæ fieri reliquas repesentes conuulsiones.

8. *concutitur*] id est, per interualla conuellitur, non perpetuò.

9. *vbi verò*] ob familiaritatem apoplexiæ & epilepsiæ interponit de ea sermonem.

10. *intemperiem*] non sentit in lethargo & caro lædi cerebrum ab immateriali frigore: sed quod licet in omnibus vna sit materialis intemperatura frigida humidáque, verùm in illis qualitas offendit humoris; in apoplexia materia & quantitas mole sua obstruens: ita fit vt in prioribus cerebri patiatur temperatura ceu similaris, in postremò meatus ceu instrumenti.

SECTIO QVARTA.

CAP. VIII. *AFFECTVS autem, qui Scotomaticus (id est vertiginosus) vocatus est, ex ipsa appellatione qualis sit, manifestatur: quippe à parua 1 occasione hebetantur hi, qui sic laborant, adeò vt interdum cadant, maximè si aliquando in circum rotentur: si quidem ipsis ab vna rotatione euenit id, quod cæteris à pluribus accidere solet. Proinde habescunt: siue alium quepiam, siue rotam, aut id genus aliud quippiã, aut ipsos quoque quos vocant: in aquis vortices circumagi viderint. Id verò maxime, cùm vel sub sole æstuauerint: vel aliam ob causam calefacto fuerint capite. Nam quod alijs, cùm in circo frequẽter 2 vertuntur accidit, hoc ipsis citra circuitionem euenire videmus. Atqui, vbi quis cerebro vertitur, inæqualem & turbulentum & inordinatum motum tum humorum, tum spiritus in eo fieri, in confesso est. Rotationi igitur consonum est, huiusmodi accidentia vertigine affectu itidem euenire. Quamobrem nonnulli horum ab 3 arteriarum sectione præsidium petierunt, totas arterias pone aures ad tantam scilicet altitudinem secantes, vt medius inter duas partes locus cicatrice indueretur. Sed constat non omnes huius auxilij beneficio fuisse curatos. Etenim aliæ arteriæ ijs maiores ad cerebrum ex ipsius basi per retiformem plexum ascendunt, per quas huiusmodi affectionem fieri rationi consentaneum est, elato per ipsas vaporoso calidóque spiritu, atque implẽte cerebrum. Atque fieri etiam potest, vt inæqualis cerebri intemperies huiusmodi spiritum producat. Igitur hanc affectionem ad cerebrum pertinere ex ipso vertiginosorum sensu manifestum est. Oritur verò interdum cerebro primogenio affectu laborante: interdum verò, cùm ori ventriculi consentit, id quod Archigenes quoque fatetur, qui libro primo De longarum affectionum notitia de Scotomatica hac passione ita scribit: Porrò ea bifariam oritur: aut enim in ipso capite, aut in his partibus, quæ circa hypochondria sunt. Mox genera eius distinguere aggreditur. Nam, vbi ex primaria cerebri affectione vertigo dependet, aurium sonos & capitis dolores grauitatésque præcedere dicit: item olfactus, vel alterius alicuius sensus inde prodeuntis oblæsionem: (hoc enim sermoni illi adnexuit, inde prodeuntis) eos sensus (vt equidem puto) significare volens, qui à capite initium sumunt: vbi verò ab ore ventriculi oritur, cordis morsionem, nauseamq́; præsentiri. Verùm vt iam antea sæpenumero monuimus, licet caput per alterius partis consensum afficiatur, 4 affectio tamen nihilominus ipsi adscribenda est.*

RESIDVOS capitis affectus recenset vertiginem hic cephaleam capite nono, paralysim decimo. quæ verò de apoplexia residua sunt, 5. Igitur apoplexia: de vertigine inuestigat causam, quam ratione confirmat & sanationis experimento

1. *hebetantur*] obtenebrantur. libro autem Acutorum separat δῖνον à σκοτοδίνου vertiginem abscotomate. (quod & Auicenna sequitur) vt sit vertigo corrupta imaginatio quasi moueantur quiescentia, scotoma addat visus tenebras & obscuritatem, prout mali causa magis in capite residet, vel in oculos inclinat. cuius ergo functionis symptoma est, imaginationis, an visus? vertigo quidem imaginationis, quoniam etiam clausis oculis ingruit; scotoma iungit etiam visus oblæsionem. Sed si constat oculus, medium & visibile, cur errat visio & titubat? quia crystalloides spiritus illustratus non est, quare vitium est in præcipua videndi parte. nam læsa imaginatio phreniticorum & maniacorum nihil interturbat visionem; ex quo intelligitur, non commodè à quibusdam responderi, causam erroris in videndo in phantasia sitam esse. Lib. 4. 42.

2. *vertuntur*] Agitanda hoc in loco illa proble-

mata

mata sunt, cur quiescente post motũ in circuitu homine & capite ipso, spiritus intra caput agitatur, & in orbem voluitur? quoniam natura humorum & multo magis spirituum instabilis est & fluxa, vt cócepto motionis exordio non firmẽtur & maneant, non aliter quàm aqua intra vas motum quiescente iam vase aliquãdiu mouetur, cur post choriam & rotationem corporis non constãt homines; & substinere se nequeũt, sed cadũt, quia spiritu etiamnum moto in gyrum, impetus rectæ delationis per neruos in musculos corpus sustinentes impeditur, quo fit vt inopia spirituũ, animalium corpus vacillet & labatur. cur vertiginosa, quiescentia moueri, in orbem iudicantur? quia ad ferendum de visili iudicium, tantundem est visile atque videns moueri: cumque spiritus visorius vertatur, visa verti creduntur (ait Auicẽna.) nam si spectetur altero tantum oculo visum, & repẽte eo clauso reliquo perspiciatur, salire videtur visum, & locum mutare, quoniam videns oculus mutatus est; & nauigantiũ oculis quiescẽs litus discedere creditur, quoniam recedit visus. Obiicit ingeniose (quod solet) Gentilis si cerebrum ipsum vel oculi verterentur, rationi dictæ standũ esset: nunc non cerebrum, sed spiritus agitatur visionis non agens, sed medium: non itaque iudicabitur moueri visile, quid enim si aër medius spiret? num proptereà paries moueri censebitur? sed vt in examen quod assumit trahatur, medij motio motionis eius quod sentitur imaginẽ nõ inducit, nisi vbi quæ procedit species absolutè intentionalis & qualitatis nudæ non est, sed realis & corporea, vt in sono & odore: moto enim continente, necesse est moueri etiam accedentem sonum vel odorẽ, & iudicari aliũde procedere quàm procedat. vel etiam si corporea imago nõ sit, vt in colore, si motiono medij fit. vt à variis sitibus ad oculum species visilis feratur: necesse enim est, vt quia à variis locis progreditur visificus radius, in variis locis locata res existimetur: non est autem in diuersis locis nisi moueatur: ita fit vt censeatur moueri quiescens, Exemplum est in nummo intra aquam motam latente: cùm enim nummi radius in aquæ superficie frãgatur, & indidem ad oculum rectà permeet, mota & inundante aquæ superficie mutantur loca, vnde visorius progreditur conus, ideo nummus intra aquam moueri putatur. extra duas dictas necessitates verè assumitur mutationẽ medij non inferre phantasiam obiecti quasi moueatur, sed quid hoc ad spiritũ, qui in visione instrumentum vidẽtis vel cerebri vel oculi est, non medium, & quẽadmodum dolatio tremula est & instabilis, siue manus artificis tremore possideatur, siue ferrum vacillet in ascia, sic siue caput & oculi agitentur quiescente spiritu, siue spiritus animalis quiescente oculo, visio mutabunda est, & imaginem moti imprimit. Postremum problema. Cur inspectio rotarum potissimum in obnoxiis morbo accessionẽ accersit vertiginis? Auicenna refert ad imaginationẽ rotationis, quã inspectus rotæ excitat, imaginationi autem obsequi naturales in corpore actiones tertio Artis ostensum est. Facilius soluit Ætius: qui intuetur, inquit, id quod in gyrũ voluitur, oculos in gyrum voluat necesse est, sequẽs instrumento videndi, id cuius cognitione tenetur: verso oculo contentus voluitur spiritus, qui sumpto externo quouis etiã leui motionis exordio, nõ quiescit propter malũ morbi habitum. Intelligitur ex dictis quæ causa nauigantium nauseam moueat, ex celeri enim montium, stirpium, nubium, & cæli motu vertigo capiti inducitur, maximè insuetis: vertiginem capitis propter mutuum consensum ventriculi nausea comitatur. Accedit timor & horror ex mundi cogitatione, quare consilium est ne spectetur mare & reliqua quæ moueri nauigantibus creduntur. Adde quod ipse motus; quod Hippocrates dixit, humores agitat, & ad deiectationes & vomitus excitat, & multus aquæ vapor inter respirandum ventriculum adiens subuertensque: postremo ex littore & alga fætor.

Cap. de vertigine.

Vertiginis occasiones.

Lib. 2. 7.

4. apho 14.

3. *arteriarum*] in quauis calida ad caput fluxione vasa ponè aures secta sæpenumerò contulerunt, non quasi ea sola secanda sint, sed ideò ea memorat, quoniam ex illorum sectione fides dicto peritur, fieri vertiginem ob flatus infernè sursum delatos: vbi autem ex professu curatio & harum defluxionum & aliarum ex capite ad substratas partes traditur, oculorũ dentium, tonsillarum, præcipiunt secari ex arteriis raso capite calidiores, & magis pulsantes, per eas enim defluxionem decumbere par est. Nam illis quæ ponè aures sunt sectis, Hippocrates timet sterilitatem, neque negat Galenus, eo quod bona seminis pars à cerebro per ea delabitur. Sed in curãdo difficili morbo exiguam rationem Galenus habet incerti de sterilitate timoris. Quod verò adiicit non curati eo remedio, quorum defluxio per interna vasa decumbit, memorandum est expendenti; num in ophthalmia per vasa intra caluariam vel scabio difficili, & malis congeneribus tentãda sit externorum vasorum in capite vel fronte sectio. Putãt enim nonnulli etiam talibus conuenire, quoniam facto foramine exhalat tenuior humor, & cõseruato purgatur: Addunt diminuto alimento partem fluxioni obnoxiam coquere posse residuum sanguinis, qui per interna vasa descendit, vt minus supersit fluxionis incremento. id quod experimẽto cõfirmare se opinantur. Sed vt ostendont dicta iuuari nõnullos, ita artificiosam esse in illis curationẽ & nõ temerariã nõ suadẽt: oportet enim remedia frequẽter curare, potissimùm quæ dispendio chyrurgico vorantur. Quàm autem nõ colligat Auerrous aduersus Galenum ex sectione arteriarum ali cerebrum arteriali sanguine, nuper ostensum est. Nam nec Galenus negat membra ex vtroque sanguine ali, nec ex præsenti sectione ostenditur, qua non alimentum cerebro subtraxitur, sed conscendens halitus.

Sectio retro aures an tuta.

Lib. de genitura. & de aere & Gal. 6. Epid. sec. 5. 22

4. *affectio tamen*] significat contra Archigenem ambo vertiginis genera affectus capitis esse. quod (vt lib. 1. ostensum est) negabat Archigenes.

ATQVE de ea quoque, quæ cephalæa à medicis nominatur, nemo dubitauerit, quin cerebri sit morbus. Est enim (vt breuiter quis dixerit) 1 affectus hic dolor capitis diuturnus, difficultérque solubilis, qui à parua occasione vehementes habet accessiones, vt neque strepitum, neque vocem vehementiorem, neque luminis splẽdorem, neque motum tollerare possit infirmus, sed trãquillitatẽ, obscurumq́; cubiculum quærat, idq́; ob doloris vehemẽtiam, Quippe nonnulli veluti malleo se percuti arbitrantur: alij caput contundi distendiq́; sentiant: non paucis ad oculorum quoque radices dolor extenditur. Quin huiusmodi

CAP. IX.

iuſmodi acceßiones, veluti in morbo comitiali, intermißiones habent, interceditq́; tempus, quo perfectè liberati videntur. Igitur constat, quod ſicut in cephalagia, (id eſt capitis dolore) ita hic morbo caput facillime afficitur: atque hoc eſt ipſis commune. Verùm per cephalaeam 2 affecta partes multò redduntur, quam in cephalagia, debiliores. Caterùm inter capitis dolores nonnihil diſcriminis inuenitur: nam ſunt 3 nonnulli quibus caput aptißimum eſt, vt impleatur, ac vniuerſi quoque corporis habitum ad ipſum implendum admodum idoneum. Alij 4 omnes capitis partes aptas habent, vt afficiantur: 5 quibus vbi vitioſo victu vtuntur, accidit, vt cephalaea arripiantur. 6 Quominus mirandum eſt ſi horum alijs membrana cerebrum continentes dolore afficiantur. alijs pericranion, id eſt, exterior caluaria membrana. Diſcrimen autem ab oculorum radicibus ſumitur, conſiderando vtrùm veniat ad eas malum, necne? Si quidem conſentaneum eſt, vt quibus intra caluariam diſpoſitio eſt, iis ad oculorum vſque fundamenta dolor extendatur: eò quod & à cerebro & ab vtraque membrana, atque à vaſis qua in ipſis continentur, veluti germina quedam deducuntur, Sed & eorum, quibus dimidia capitis pars dolore infeſtatur, (ſolent autem vocari hemicranici) alij extra caluariam, alij in capitis intimis partibus dolorem ſentiunt. At verò dextram capitis partem à ſiniſtra diſtinguit futura per longitudinem ipſius protracta, ſub qua intra capitis oſſa linea medium cerebrum diuidens protenditur, ad quam etiam peruenit anteriorum duorum ventriculorum ſectum. 7 Porro ea corpora ſuapte natura idonea ſunt, vt ipſis caput impleatur, in quibus vaporoſus, calidusque ſpiritus generatur, aut quibus bilioſa excrementa cumulantur in ore ventriculi. Atqui ſpiritus dolores inducunt tenſiuos, qui idcirco ſic vocati ſunt, quod ex tenſionis ſenſum inducunt: Bilioſa excrementa dolore mordaci afficiunt: Dolores à plenitudine procedentes grauitatis ſenſum afferunt: quibus ſi rubor accedat atque calor, calidos: ſed ſine iis, non calidos humores ſignificant. Sunt quibus caput aßiduè dolet, vbi vel paulò liberaliùs vinum ingeßerint, vel meracius, idque magis ſi ſuapte natura calidum fuerit. Praterea calidi odores omnes, quicunque ſtyrace, aut 8 cyphi, aut in totum aromatibus omnibus ſuffitus fiunt, capitis dolorem pariunt, adeò vt nonnulli ne thuris quidem odorem ferre poßint. 9 Nec verò abſurdum eſt, vt quoſdam ob ſenſus exuperantiam dolor infeſtet, quemadmodum in ore ventriculi accidit. Sunt enim nonnulli in quibus id tam exactè ſentit, vt neque acre acetum, neque ſinapi, neque aliud huiuſmodi ferat. Alij verò cõtrà, ipſum penè inſenſile habent: quippe videntur aliqui vel ructare vel vomere quadam, vſque adeo vitioſa qualitate infecta, vt nec ne odorem quidem ſuſtinere poßimus, cùm tamen ipſi intereà nullam alicuius momenti mordacitatem ſentiant. Nihil igitur prohibet, quominus in hominum cerebro ſimiles noſcentur differentia, vt eoſdem odores aliqui impunè ſubſtineant, perinde ac ſi omnino ab ipſis diſtarent, alij eos ſine moleſtia ferre non poſſunt. Igitur, quòd omnes huiuſmodi affectiones ad cerebrum pertineant, iam manifeſtum eſſe videtur.

AGIT de variis capitis doloribus.

1. *affectus hic*] cephalalgea & capitis dolor vniuerſalia nomina ſunt; cephalea autẽ & galea peculiaria diuturni capitis doloris, difficilis & per interualla repetẽtis. Sicut hemicrania & heteocrania ſolo ſitu à cephalæa diſſidet mediũ caput occcupãs: clauus vel monopegia ex eodẽ genere portionem capitis occupat exiguam. Obtinuit autem nomen hæc affectio cephalææ, quaſi dicas capitalis affectio, ſicut celiaca, ventralis: nephritica, renalis: pleuritica, ab effectis partibus: non quaſi partes illæ variis affectibus non laborent, ſed quòd illæ ſint vel frequentiſſimæ vel maximæ illarum inualitudines. Qui verò fiat vt in clauo conſentiat & nauſeet ventriculus, reliquis capitis partibus dolore vacantibus, docet Galenus ſeparans conſenſum à vicinitate libr. Therapeuticæ 7. *Cap. vlt.*

2. *affecta partes*] non enim ſemper eadem capitis pars occaſionem præſtat cephalagicis doloris

3. *nonnulli*] prima diuiſio dolentis capitis, quidã ideò crebrò dolent, quia caput habent vt implea tur aptũ cum corpore apto, vt impleat; alij caput habent nõ quidem vt impleatur aptum, ſed quod ob innatam imbecillitatem facilè patiatur. Vtrique ex iis, ſi vitioſo victu vtantur, in cephaleam incidunt, non enim omnes, qui etiam cerebro caput dolent, cephaleum patiuntur.

4. *alij omnes*] lege, alij eiuſmodi partes, vt afficiantur.

5. *quibus*] lege, accidit autem iis naturis.

6. *quominus*] lege, nec verò mirum eſt. & eſt altera ex loco dolente diuiſio. Illud verò dignum diſcuſſione eſt, num per conſenſum doleat, aut caput aut pars illa corporis non recipiens cauſam alterutram dolendi, intemperiem, aut ſolutionẽ. quidam enim loci apud Auicẽnam id ſuadere pòſſent, quale eſt, quòd ait dolere caput nonnunquam ob validum iuncturarum dolorem, & glãdem in vlceratã veſica mictus tẽpore. *De vlcere veſica.* cùm enim in iis affectibus dolores ſequantur in parte primaria ſolutionem, nec ea capiti communicet; ſit, vt dolor merè ſpiritalis & citra corpoream cauſam admittatur. Cõdolentia an detur. Et ſunt quibus ita videtur: putant enim naſci dolorem, non modò ex manifeſtis illis principiis, dolorum cauſis, ſed etiam ex doloris ſpecie communicata, aut ſufficere ad capitis dolorem iunctura dolente, quod anima in pede dolens eadem in capite ſit, quaſi non ſpecies doloris omnis imaginationi imprimatur, & memoriæ, quare oportebat ad quemuis partis dolorem, ſequi cephalalgiam. quod ſi ſufficit animę vnitas in toto, & quæ dolet in pede manum informat, oportebat vt doleret manum quicunque pede laborat. Id igitur pro confeſſo & explorato obſeruandum eſt, non eſſe aut dolorem, aut voluptatẽ in parte non ſentiente obiectum. Si enim ſunt ij affectus paſſiones ſenſationéſque ſine ſenſili alterante immutantéque, non ſuccedunt. Et ſi dicẽte Galeno ſecundum quam partem fiunt, cauſam doloris ineſſe monſtrant, quomodò alibi dolor, alibi dolendi cauſa conſtituetur? & quidem gaudium & triſtitiam animæ affectiones etiam ex doloris ſpecie aut recordatione oriri ſentimus, dolorem & voluptatem non ſentimus. Si quando igitur ex ſolutione parte dolente, remota alia & diſtans condolet; fieri poteſt vt in condolente intemperatura lædat, non ſolutio. Nam interturbans & agitans dolor febrem inducit & ſyncopen; quantò faciliùs agitatis humoribus & ad caput conſcendentibus cephalalgiam? fieri etiam poteſt vt ſolutio ſentiatur in diſtante, non in proximo: cùm enim mediæ partes cedant contractioni, non moleſtè ſoluuntur: percipitur autem in extremo moleſtia vbi & tenſionis vis maior

ior eſt, & quod ampliùs cedat nihil:quomodò in latere pleuretico dolente conſentit iugulum vel præcordium ob tenſionem, nõ mediæ partes. Sic vlceratam veſicam tangens vrina mordet, & obſequentem horrorem totus coles,ſed cum manifeſto dolore glans colligitur conuellitúrque. Sic fieri poteſt vt in podagra& chiragra caput ex neruis tentione doleat, non brachium aut humerus. Ita de condolentia ex ſolutione coniéctandum eſſe videtur. Quæ verò ex intemperamento ortũ habet,multis de cauſis intemperiem dolorificam ad quandam remittit diſtantiam, cùm proximæ interim nihil mali perpetrantur, ſiue ob diſtantis membri nobilitatem; ex bile enim ventriculi caput dolet,cor deliquium patitur,mediis partibus incolumibus: ſiue ob moram maiorem in remoto; ita caput dolet ex vapore magis quàm inferiora membra:ſiue etiam cauſa ſit maior aptitudo, refrigeratur enim à continentis frigore pars in corpore natura debilior & quæ aptior eſt, vt refrigeretur,aliis cerebrum,aliis pedes,aut ventriculus. Poſtremò(quod nuper dicebamus)propter maiorem diſtantis partis cõſenſum, qua ratione in clauo ventriculus nauſeat. Sed quomodo

3.hiſt.10. cap. 8. dolebit cerebrum ſenſus expers? Ariſtoteles viderit,qui medullam arbitratur,ideò inſenſilẽ. legitur & apud Galenum,ſed in opere non recepto de facultatibus noſtrum corpus diſpenſantibus. Nam primo de cauſis ſymptomatum,tantum negat eſſe ſenſorium, vel tangibilium qualitatum, vel cuiuſuis alterius; non negat ſentire. Affirmat

Cap 5. autem & concedit illi ſenſum etiam morſus li. De inſtrumento odoratus. verùm etiam ſi experimẽta eorum.qui mordentes ſuccos naribus hauriũt, oſtendant in cerebro ſenſum; nondum experimento conſtat, inſit ne is ſenſus cerebro an mẽbranę, qua omni ex parte obuoluitur.iudiciũ

Num ſẽriat cerebrum. autem & reliquorum viſcerum analogia magis monſtrant cum ſenſu, cerebri ſubſtantiam ſenſus expertem. Iudicium quoniam non oportebat membrum ſuſcepturum corporis halitu, ſenſu pollere ad perennes perpetuóſque dolores:viſcerum ſimilitudo, quoniam reliquis omnibus negauit ſenſum carni, membranis tegentibus tribuit:ſenſus,quia in caluariæ fractura preſſum cerebrum non dolet, quare membranarum nomine dolere certius eſt. Sed ſi nunquam validè dolet (quod ſecundo localium medicamentorum ſcribitur) quomodo apud Auicennam perducit

Cap. de ſoda. ad caluariæ rupturam & cæcitatem? Sanè Galeni tempore quo nondum gallica infectio innotuerat, dolor capitis inter accerrimos reponi non potuit: modò poteſt in morbo natura deleterio, & occulta quadã vi membranas oſſium occupante intollerabili nec ferendo dolore. Verùm vt ſtatuatur de cephalalgiæ vehementia, ſeparatio ſuturarum caluariæ(quod rupturam appellant) & oculorum ſuffuſiones ortum non habent ex doloris acrimonia, ſed ex capitis plenitudine, quæ impediente caluaria nec expurgari poteſt nec reſolui. Nec verò locus hic cerebro dolorẽ tribuit, numerans enim varias capitis partes in quibus dolor oritur, membranas ſolas memorat aut externas,aut internas.

7. *porrò corpora*] explicat quod paulò ante obſcurius ſcripſerat, quaſdam eſſe naturas quibus caput vt repleretur aptum eſt.

8. *cypheos*] compoſitio Dioſcoridi odorata libro primo.

9. *neque verò*] vnde eſt illud Raſij,crebro caput dolere homines olfactu valentes. 1.Cont.

AT VERO neruorum reſolutio: & per vniuerſum corpus eorum conuulſio, in quo genere neruorum etiam vigor (Græci tetanon vocant) continetur 1 ſenſu,vt prædicta affectiones cognoſci non poſſunt,ſed ratione,quæ nos doceat, eſt opus. Itaque,ſi aliquando per totum corpus neruorum actio redditur vitioſa, ipſorũ principium affectum eſſe conſtat:id verò ex ſola anatome dignoſci poteſt. Cùm igitur omnes pariter nerui tũ ſenſum, tum motum amiſerint, 2 apoplexia huiuſmodi affectio appellatur, vbi verò alteri laterum, aut dextro,aut ſiniſtro id accidit,reſolutio nominatur, eius ſcilicet partis, in qua conſiſtit affectus interdum dextræ, interdum ſiniſtra. Quòd ſi in aliquo membrorum idem euenerit, eiuſdem membri reſolutio eſſe dicetur. Nam & tota manus, & totum crus interdum reſoluitur, atque ſolus in crure pes, & quæ ſub genu ſunt. ſic etiam de tota manu ſimiliter proportione dicendum eſt. Cæterùm ex anatome didicimus: quod omnes animantis partes ſub ceruice poſitæ, quæ à conſilio, & voluntatis imperio moueri poſſunt, neruos habẽt, qui eas moueãt procedentes ex ſpinali vocata medulla. Atqui ſæpenumero audiſtis eam ſpinalem vocari medullam, addita ſcilicet medullæ appellatione, interdum vero ſine additione ſimpliciter ſpinam nuncupari. vidiſtis etiam in corporis diſſectionibus neruos,qui thoracem mouent, ex ea ſpinalis medullæ parte quæ in ceruice eſt ortum deducere: ipſa verò ex tranſuerſo inciſa:ſi tota fuerit diſſecta, omnes quæ ſub ipſa ſunt corporis partes ſenſu motúque: priuari vtpote ſuſcipiente ſpinali: medulla à cerebro vim tum ſentiendi,tum mouendi pro arbitrio. Præterea in anatome vidiſtis,vbi per tranſuerſas ſpinalis medullæ inciſiones ad medium vſque ſecundum longitudinem ſecaretur,nõ omnes ſuppoſitas corporis partes,ſed eas dũtaxat,quæ è regione ſectionis erant, reſolutas: dextras quidem dextra ſpinalis medullæ parte diſſecta: ſiniſtras verò,vbi reliqua pars eſſet inciſa. Itaque manifeſtum eſt, quod circa primùm ſpinalis medullæ proceſſum facta aliqua diſpoſitione,per quàm cerebri facultas,quo minus ad ipſam perueniat,prohibetur,omnia inferiora mẽbra, dempta facie,ſenſu motúque priuabuntur: vbi verò dimidia eius proceſſus pars fuerit affecta,non omnes inferiores partes reſoluentur,ſed vel ſiniſtra duntaxat, vel dextra. Videntur autem huiuſmodi reſolutionum aliquæ faciem quoque infeſtare: ſed tum reſolutum latus ad alteram faciei partem trahitur. Cumq; ex anatome didiceritis neruos, qui per faciei partes ſparſi ſunt à cerebro demitti,ſi earum aliqua ſimul cum toto corpore reſoluta eſt, haudquaquam vos latere debet reſolutionis diſpoſitionem in ipſo cerebro conſiſtere:vbi verò illæſa permanſerint, ſpinalis medullæ initium affici ſciendum eſt. Accidit verò nonnullis vt faciei partes duntaxat afficiantur quemadmodum & vna aliqua particula,vt lingua,oculus,mandibula,labrum. Etenim non omnibus ab vno loco principium influit, vtpote quæ ex diuerſis cerebri partibus neruos ſuſcipiunt. Id quod in anatome haud obſcurè conſpicitur. CAP. X.

IVNGIT tractationem de paralyſi & apoplexia, quoniam in cauſa cum ſuperioribus conſentiunt.

1. *ſenſu vt prædictà*] ſi cognoſci poſſunt ad caput attinere.

a. apoplexia]de sola vniuersali dicitur. Hippocrati nonnunquam de particulari, quo significato crus ait apoplecton factum est,id est, resolutũ dicitur & attonitus & syderatio, quoniam quibusdam fulmine afflatis(quod prisci sydus esse opinabâtur) succedit.eadẽ sensus motúsque repẽtina oblatio conseruatis principibus facultatibus paralysis est vel resolutio; exoluta enim animalium vis intelligitur sensus motúsque ablatione; vnde nomen resolutio. Num verò sola sensus amissio(nam & id accidit seruato motu)resolutio appellanda sit, non contendit Galenus.vulgarem verbi vsum esse ait,vt motus perditus simpliciter resolutio existimetur, sensus resolutio. motus non simpliciter. Verùm non modò conueniunt duæ illæ resolutiones in causa curationéque:sed etiam quæ præire solent stupor amissum sensum,tremor deperditum motum, sola magnitudine dissidẽt, libro De morborum differentiis. Num verò obstructio semper in causa sit aut nerui aut dorsalis,quod voluit Galenus,an nonnunquam sola carnis, suscipientis ineptitudo intemperamentumque cum Auicenna,considerandum est. Si enim febri laborantis membra eximiè calent, & hydropici algent, neutri tamen in sensu aut motu læduntur,non videtur quomodò à carnis temperamento pendeat, etsi(quod paulò antè ostensum est) mandata facultas non est temperamentum, sed diuinior quædam qualitas, incolumi cerebro & neruo illæsam, præstari par est:quod enim opponunt ligata ampla arteria stupefieri membrum, non nisi refrigerata carne,aut etiam ex continentis(quod frequens est, frigore, stupidè dolere partem, mouere non debet: Cur enim frigus quod vel ex continente accedit,,vel ex negato arteriali sanguine non priùs & magis imprimere credatur in neruum densando, & facultatis meatum obstruẽdo,quàm carnem multò calidiorem & frigori renitentem magis: quare ex ijs est quæ difficulter fieri possunt, vt resoluatur membrum citra neruorum & cerebri affectũ: fieri verò nonnunquam à nerui non modò frigore & humiditate, sed etiam calore ariditatéque, experimẽtis propriis monuerũt Trallianus, & Zoar,sicut familiare esse huic affectioni,vt citra rationem esset,rursumque recurrat. Illud verò plerique omnes mirantur de resolutione,qui fiat vt medietatẽ corporis nõnũquã infestet religiosè reliquã medietatẽ cauens:nec & id in toto solùm corpore,sed & in partibus,lingua,ventriculo,nate, vesica(ait Aretæus)nullo inter ambo latera septo,aut discrimine. Quòd si diligentiùs considerenius,quod tertio Artis ostensum est, quanta diligentia natura dextra à sinistris seiunxit,& in seminibus,& in animalibus, ita gemina constituẽs omnia,vt nec separentur membrana ad indiuidui vnitatem,nec facilè communicent tamen & consentiant, ad durationem. Intelligimus etiam in homine singulas partes ita medio densari & occallescere,vt cõmigratio illa impediatur,quod in perinęo labrum extans indicat, facilè si secetur in fistulam abiens.In dorsali verò quoniam vna cauitas eam diuisionem non recipiebat, medio septo diuisit, non aliter quam cerebri ventriculos. Id quod Galeno reliquisque non animaduersum exactissima dissectio monstrat,vnde hemiplegiæ oriuntur (ita vocant dimidij corporis resolutionem.) Reliquum est inquirere vtrum latus frequentius & cum maiore periculo resoluatur. & de frequentia quidem multi inclinant in dextrum:ita enim legunt apud Galenũ Aphorismorum lib. tertio:nec desunt etiam improbabili sententiæ rationes. sinistrum aiunt debilius est:magis itaque replebitur excrementis dextro: quod plenum est excutit & à se propellit,sinistrũ igitur pellet: non in su plenum, in dextrum igitur vacuum:ita fit vt frequentiùs resoluatur dextrum,altera, calor dextri allicit humorem:replebitur igitur plus sinistro, Sed multa ab hac sententia deterrent. Dextra robustiora sunt sinistris, ait Hippoc.lib. De morbis,tardius igitur succumbẽt morbo,deinde calidiora sunt & sicciora dextra in omnibus animalibus, maxime omnium in homine(ait Aristoteles)rarius itaque frigido humido morbo corripientur. si verò spectetur obstructio, quæ paralysim constituit compositionis morbum,multò frequentior erit in angustia meatuum,quæ in sinistris neruis spectatur:ita ex omni parte paralysis euentus in dextro, infrequèns est.Nam quod ex Galeno citant, fefellit corrupta loci versio,ratio verò illa ex plenitudine sinistri, quam non cogat,inde apparet, quod ex ea conficeretur non laborare in quouis homine frequentiùs partem corporis maximè imbecillam,sed rarò,quo nihil dici potest absurdius.Calor verò in neruis dextris, quantus est vt trahat?si enim nerui omnes frigidi sunt,dextri nerui magis aliquanto sinistris conficient moderata illa frigiditate: ab atrahendo verò,quod valdè calidorum est, lõgè absunt:ita de frequentia resolutionis & frigidorum affectuum in sinistro latere nulla relinquitur controuersia. De periculo aliquãto magis ambigas. cum tamen Auicenna tremorem sinistri deteriorem constituat,& coxẽdicis dolorẽ,nihil causæ est cur non idem de paralysi pronuncietur,Remorari nos posset, quod ostensa est paralysis proportionalis sinistro & frequentior:tales autem affectus Hippoc .docuit minus habere periculi.Sed multiplicem solutionem paritur obiectio.primum exponente Galeno,sicut consensus in morbis intemperamenti, & proportio minuit malum, ita in morbis compositionis addit: resolutio autẽ cùm sit nerui obstructio, morbus organicus est;nihil mirum igitur si deterior in sinistro. Deinde vt mutuemur à Galeno responsiones in aphorismo(grauedines & raucedines) nõ est idem, malum esse periculosum atque tardiùs curari:affectus dicti frigidi omnes, in sinistro minus afferunt periculi,quia proportionales,duriùs tamen & tardius curantur frigidæ temperaturæ nomine.Prætereà cùm conferuntur inter se affectus duo proportionalis,& improportionalis, oportet eo solo dissidiũ esse, in quo comparantur, virtutem verò curaturam, & reliqua omnia paria esse: atqui in sinistro vis est debilior, à qua speratur curatio: quare meritò erit deterior licet proportionalis in sinistro.posset & opponi locus ex Hippoc.li. De morbis. quanto dextra robustiora sunt sinistris, tanto earum affectus deteriores, quem locum non secus quam rationem recipimus,& tuemur quasi de periculo affectuum agẽtem,non de diuturnitate. In tremore autem,sciatica paralysi, tarditas in sanando timetur, non vitæ discrimen.

Margin notes, left column: Num resolutionis causa carnis intẽperamẽtum Cap.5.2.1.2. · a Diutur.7. Hemiplegię causa. · b De vsu.10.

Margin notes, right column: Aph.1. · Lib.3. Par.4. vtra resolutio deterior · 2.3.12. · 22.3. · Tract.2.34. · 2 Aphe 34. · Lib.3.

IGITVR apoplexia omnibus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum affectum esse manifeste declarat. 1 Discernitur autem affectionis magnitudo ex noxa, quam spirationi infert, vehementia: quum enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam: cùm verò paulum impedimentis est, paruam in cerebro noxam esse conijcere oportet. Sane omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur: & sane mors contingit apoplecticos ob id, quod spirare non possunt: sicuti partium immobilitas ad vitæ quidem functiones inutilem reddit hominem, non tamen acutam infert mortem. Itaque vidimus quendam, qui reliquis partibus omnibus resolutis, nullã quæ ad faciei partes pertineret, actionem amisit seruata etiam spiratione: Quomodo enim viuere diutius potuisset ipsa deperdita? in quo primario affici putauimus illam spinalis medullæ partem, quæ paulò inferior est processu neruorum ad septũ transuersum tendentium: quinetiam & vrinam, & alui sedimina ipsum præter voluntatis imperium emisisse manifestum est. Insuper vidimus alium, cui propter casum omnes inferiores partes, demptis manibus, erant resolutæ. Quemadmodum autem resolutio, quando in toto fit corpore, faciei partibus illæsis, indicat passionem in spinalis medullæ initio esse: ad eundem modum, si toti corpori conuulsio acciderit, eundem spinalis medullæ locum affectum esse declarat, faciei partibus omnino seruatis illæsis. Si verò hæ quoque afficiantur, in cerebro noxam esse ostenditur: vbi verò pars aliqua cõuulsa est, neruum qui eius motioni deputatus est, aut musculum affici necesse est. Igitur, si ex anatome neruorum ad singulas partes venientium principia didiceris: molim earum & sensum & motum deperditum curabis. verùm hæc indeterminata relicta sunt & Herophilo & Eudemo qui primi post Hippocratem neruorum anatomen accurate scribentes, non mediocrem medicis dubitandi occasionem præbuerunt, quo pacto per neruorum resolutionem interdum sensus duntaxat, interdum motus, nonnunquam ambo simul pereant. Itaque neruorum resolutio potissimum dicitur, vbi motus deperditus est. vbi verò partium aliquarum sensus perit, eam partẽ sensus expertem esse, resolutam verò non adeò dicere cõsueuimus: quanquam sunt nonnulli, qui hanc affectionẽ sensus resolutionem vocitant. Nos verò semper iubemus, vt cuique nominibus pro arbitrio vti liceat, etenim hoc nobis isto propositum, vt affectam scilicet sedem, simulq; dispositionẽ eius inueniamus. Nisi enim hæc accurate cognouerimus, nequaquam eas partes, quibus vel sensus vel motus vitiatus est, rectè curabimus. Sane Pausanias Syrus sophista, cùm Romam aliquando venisset, secũdum duos minores sinistræ manus digitos, atque medij partẽ dimidiam, sensum in primis quidem difficilem habebat: postea male curantibus medicis sensum omnino amisit. Quibus equidem cognitis, omnia quæ præcesserunt, inuestigans, atque ipsum cum per viam duceretur, vehiculo excidisse atque in dorsi initio læsum, mox partem læsam, breui quidem curatam, sed auctum in digitis sensus vitiũ audiui. Igitur remedia quæ illis digitis adaptauerant, læsæ parti adhibere iussi: atque sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Primò autẽ quod nerui per vniuersa manus cutem, dispersi quibus sentiendi ad ipsam facultas defertur, proprias quasdam, habeant radices, quodque neruorum musculos mouentium sunt aliæ, medici ignorant. Verùm latius quam proposueramus iam nostra spaciata est oratio: proinde quiescere eam decet. Quippe nostra intentio erat vt hoc commẽtario omnes affectiones, quæ caput, maximè verò cerebrum infestare consueuerunt, inueniremus. At, quia ab ipso nerui originem ducũt per consequentiam ad neruorũ vsque affectiones sermo peruenit: cui etiam finem imponendo, passiones, quæ reliquis capitis partibus accidere solent scribere aggrediamur, si priùs hoc tantillũ superioribus addiderimus: vbi olfaciendi vis læditur, non eorum meatuum, qui in naribus conspiciũtur, sed vel anteriorum cerebri ventriculorum, cum intemperantia quadam afficiuntur, noxa est: aut earũ meatuum, qui in his ossibus sunt, quæ ethmoide (id est, cola) vocantur, si aliquando obturantur: si quidẽ odoratorum sensus in prioribus 8 cerebri finibus perficitur, elatis ad ipsos percolis foramina vaporibus, quemadmodum in eo libro, quem de olfactus sensorio conscripsimus, iam declaratum est.

TANDEM de apoplexia sermonem claudit.

1 *discernitur*] Explicãdę causæ apoplexiæ sunt, & qui distet à germanis cerebri affectibus: tandem quot differentiis secetur. Et de primo quidẽ, rara causa fulmen est frequentissima & cuius solius hic meminit Galenus, crassa pituita replens cerebri & ventres, & substantiam, posse verò quandoque eam plenitudinem esse sanguineam præter Arabum præscriptum vel ex Galeno colligi potest, qui libro de sanguinis missione apoplexiam vitat imminentem vena secta: fieri item ab externo & vehementissimo frigore apoplexiæ quippiã atque attonito morbo simile, ita vt symptomatis non distet à materiali, idem author est de differentiis morborum agens. Carotidum verò arteriarum & iugularium venarum, vel sectionem vel compressionem apoplexiam cõmittere posse constanter negat libro De placit. secundo, videlicet statim, quod accidere oportebat, si iuxta peripateticos animalis, vis à corde per arterias cerebro & corpori influit; post aliquot enim horas exolui vim & cessare, & mori animal, non solùm ibidem fatetur Galenus, sed & alibi sæpe; ob inopiam enim vitalis spiritus non aliter deficit animalis, quàm corpus alimenti penuria contabescit: quare statim quidem sufficiente materiam spiritui animali externo aëre, & occultis arteriis sensu & mouetur; proximè caro corripitur, vnd nomẽ vasis ablato iam omni sensu motúque præter respiratorium, tandem ablata etiã respiratione apoplexia constituitur. Præter dictas verò occasiones monstrant apoplecticorum dissectiones ex grumo qui ex icto capite ad carotidas delapsus est, vel ex humore alio eadem vasa premente & impediente, ne contentum cum spiritu sanguinem ad ventriculos effundat, attonitos reddi homines, non aliter quàm si externo vinculo premerentur. Quare repletio illa ventrium omnium & cerebri substantię in apoplexia, ceu frequens recipienda: non tanquam perpetua est Separat idem author apoplexiam ab epilepsia integra aut dimidiata ventrium obstructione, vt sit epilepsia ventrium tantum non perfecta occlusio: & quod ad symptomata attinet, depravatus est in epilepsia motus, in apoplexia nullus. Duo verò ij affectus à sequentibus secernuntur, quoniã vterque respirationem lædit, non sequentes: carus & catalepsis (quam congelationem vocant; veteres verò etiam catochum, licet Paulo & recentioribus catochus aliud sit morbi genus) similiter dictis sensu priuant & motu, citra respirationis incommodum, sed in caro iungitur somnus; non in catalepsi:

Infra lib. 4. 25

Attoniti causæ.

Cap. 7.

Cap. 5.

Cap. 11.

3. Caus. morb. 5.

1. Aphor. 12.

Qui d ster ab simil. 1. Causa sym. vltimo.

talepsi:& in caro magis anteriores ventres sensui præsidentes offenduntur, in catalepsi posteriores, motus authores, si tamen concedimus superiori demonstrationi, qua consectum est epilepsiam magna ex parte à solo morsu prodire: non est epilepsia ventrium cerebri ex humore plenitudo aut semper aut frequenter; eritque statuendum diseri meo experimento & rationi magis consentaneū ambarum affectionum, quod in epilepsia humor ferè qualitate lædit, & ad expulsionem incitat, in apoplexia quantitate opplet, vt ab opere omnino membra ferientur. Nam præter alia, si vtrobique obstructio ventrium in causa est, oportebat vt si eut absoluta penitus actionem tollit, ita dimidiata minueret, non corrumperet & cōuelleret, motusque induceret, quàm sint sanorum validiores: quod epileptici patiuntur. Sed cur epileptici sensu destituti valdè mouentur? cur pueri epilepsia, senes magis corripiuntur apoplexia? Prioris problematis solutio est, epilepticos arbitrario motu, cuius author cerebrum est, omnino destitui, morboso conuulsiuo, nec proprio, sed consequente ad vibratum cerebrum, non priuari. Posterioris causa referri potest ad naturalem vim, quæ in pueris robusta integram obstructionem non expectat, sed incipientem propellere nititur, cùm senum vis torpida succumbat, nec excitetur ad pugnam. Illa videtur verisimilior. Infantes ex menstalis sanguinis commercio multis incommodis obnoxij sunt, exanthematum, elephantiasis, comitialis. par est enim vt caput per eam ætatem infirmissimum eo contagio lacessatur ad motum offendaturq́;. Vnde plurimos statim ab ortu inuadit, alios posteriùs, cùm postrema ætas ob capitis infirmitatē & auctam pituitam obstructioni cerebri & plenitudini pateat. Reliquum est, vt ex tribus propositis absoluatur vltimum de apoplexiæ differentiis. ex diligentiùs quàm alibi libro Aphorismorum secundo tradūtur numero quatuor. pessima spiritum auferens, nec curationem admittens: ali quantò mollitior spirationem habens & violentissimam & intermittentē: tertia intermittit, sed ab ea violentia abest, mitissima quendam iam ordinem seruat, ita vt etiam deglutionem admittat, & curam. hic enim seruatæ spirationis varietates numerat tres, extra quas locum habet desperata illa confestim spiritu priuans. Obiicias, si quæ spirationem tollit, impossibilem habet reparationem, quales fuerunt eorum apoplexiæ, quorum exempla maiorē nostrorum testimonio confirmantur? nam præter Valerium Maximum relatos à sepulchris multos referentem, quidam ex nostris post recondita corpora, ceu defunctorum, auditi sunt, alij iouenti reuoluti: quoniam apoplexia laborantes viui sepulti euigilarunt, quos nullam reliquarum specierum apoplexiæ passos esse, sed primam illam pessimam spirationem omnem quæ sentiretur auferentem, apertè monstrat sepultura, cui nunquam apparente respiratione traditi forent. Et est digna vindice quæstio, nec negligenda dubitatio, nec aliter diluenda, quam si cum Galeno credamus Hippocraticas necessitates & impossibilitates nunquam raros casus excludere, nec perpetuum aliquod artē admittere. quod non interim habet & deficiat. Qua vi apoplectici pectus moueant, non est operosum dicere. nec enim oportet Galenum ita ducentes cum

Attoniti differentiæ.

Aph. 42.

Aph. 58.

multis opinari, motum eum naturalem esse, & insitum pectori, qui per sanitatem vi à cerebro delata roboratur perficitúrque, cùm apertè testetur Galenus totum enim animalem esse per musculos à cerebro agitato pectore: & monstret experimētum sectis neruis aut compræhensis ad pectus delapsis, confestim orbari spiratione animal. Sed quemadmodum per sanitatem dormientes reliquis neruis obstructis, solos eos qui pectus mouent, seruant apertos liberósque, solicita natura ne vlla occasione respiratio pereat: ita in apoplexiæ morbo. quod si causæ magnitudine succūbat naturæ prouidentia, simul spiratio aufertur & vita. ea prouidentia vis est doctrinàque musculis illis indita, de qua libro sexto agendum est. accedit etiam plurimus calor vim motricem ad conatum excitans; nisi fortè etiam compositione respirationi dicati nerui donati sunt ad expiendam vim aptiore, distento magis quàm alibi foramine. cur apoplectici quidā etiā nō respirātes seruentur, in causa est temperamenti frigiditas, cui cordis pulsatio satisfacit non secus quàm in veteri apnæa. cur verò magna appareat talium respiratio, cùm nec mediocris sit? vna ratio est meatuum à pituitę abundantia angustia, qua means externus aër stertere facit, & magnæ motionis phantasiam excitat: altera quod propter septi in mouendo exiguitatem coguntur sublimes & humerales pectoris musculi in subsidium deficiētis spiritus eleuari. is motus cùm in conspectum veniat, respirationē repręsentat quasi vehemens & magna sit, quę paruitate peccat.

2. *fimbus*] vbi situm sit odoris instrumentum, non conuenit cum Galeni Aristoteli. hic enim intra nares sub interna membranula cartilaginibus obducta constituit, Galenus intra caluariam. cùmque Aristoteles ingenio vniuersis hominibus ferè anteponendus sit, Galenus sensus iudicio, euenit non minus hic, quam in reliquis, quorum à sensu cēsura peti potest, vt Galeni sentētia proprius ad veritatem accedat. Sic enim ostēdit rationibus oculari fide constantibus. Nerui sensorijs distributi magnitudine mollitiéque distant pro recipiendi obiecti tenuitate & subtilitate: ita optici supremum locum habent, minus auditorij, minus linguę minimè tactilium index cutis: Atqui odor medius est inter sonum actum, & humidum saporem: medio itaque nerno vtriusque sensorij participabit. Intra nares autem neruca exiguitas capillaris est, quanta ad tactum membranis omnibus destinata est: non igitur intra nares olfactus organum. in lingua enim laxa caro est ad suscipiendum [saporem,] grandes ad sensum nerui. Addit oportere sensorium omnē 2.
communicare compositionē & natura consensili, vt ab illo facilè immutetur cùm odore nihil nisi vaporosum conuenit, à qua natura longissimè ab suot membranę: colligitur non esse illud olfactus instrumentum. Postremò, cur citra inspiratio- 3.
nem non sentiatur? figmēto enim simile est, quod artificiosè cōminiscitur Aristoteles, sub membrana illa latere locum sentiendi, & eum opertum valuula quę foris intro inspiranti adaperitur, cessante inspiratione clauditur. Nam quę, rogo, necessitas claudendis sensorium valuulę? sensoria omnia nuda creata à natura ideò sunt, vt apparente obiecto confestim sentiatur ad vitæ vsus, aut

Olfactus instrumentū.
2. Auicenna. 9.2. Parti.16. 3. Gene. 2.
Ratio 1.
Galen. lib. de instru odorat.

tus

tus, gustus, tactus: soli oculi ideo palpebiarum septis uperiuntur, quoniam pespicui bumores nec ita à periculis immunès sunt ob naturæ suæ fragilitatem ignauiámque. Præterea lumen illud exiguum ab eaterno solari marcesceret & extingueretur, nisi nictatio probiberet palpebrarum, nec somno locus esser eacitatis externa luce luminibus. In odotatu quid excogites ad valuularum generationem? organum intia nares latebat, suo situ tutum, auditorio organo crassius: quorsum cutis indumenta nisi vt non semper sentiret; quo damnum maius in sensorio esse non potest. Sed demus esse partem odorantem intia nares cuticula illa mobili tectam, non aliter quàm cordis ostiola, & vtriusque vesicæ felleæ vrinariæque: cur si fistulla instilletur & vi exprimatur odoratus liquor in nares, nihil tamen senritur? cor non similitci ab eo impetu aperitur pendens cuticula, ac inspiratione reflectitur? id quod non minus Aristoteli aduersatur, quàm nostram confirmat sententiam. repleto enim & pectore & cerebro, vapor odoratus simul cum aëte ad caluariam, vbi organum situm est, meare non potest; nisi prædistento pectore. sequitur enim vt exhausto & in pulmones recepto otis, narium, & cerebri aëre, sequatur is qui nares opplebat simul cum odoris specie. Tã neruosæ rationes Auerroo non persuaserunt; siue quoniam Arabs non satis sensa Græci medici perspexit: siue quòd pio quodam Aristotelis defendẽdi amore impediebatur: itaque perstans in Aristotelis placito, ita in Galenum inuehitur. Si cerebrum odorem sentir, oportebar (quod non apparet) sentiri odorem eius quod in ore contetitur, aut in ventriculo coquitur: quasi voluerit Galenus cerebrum recipere marerialem sensiliũ speciem: quemadmodũ enim opticus priùs percipit colores, & ita speciem abstractam magis & à materia seiunctam cerebro remittit; ita odoratorij meatus ad os cribtiforme soli vapotem illum odoratum percipiunt. Adde quod odor ille contentus in ore aut ventriculo nimio humore confusus & oppressus se eaerere non potest, & sensui natiuam imaginem imprimere. Pergit Auerrous quærere, si latet intra caluariam odoratus, quomodo odorant quæ nõ respirant animalia? at Galenus de respirantibus agit, in quibus artificiusè à natura ideò occultauit odoratum, quia ea inspitatione paratissimũ erat & promptum deferendi odoris subsidium. In reliquis produxit & extantem fecit olfactum, quoniam ea opportunitate carebant. Quæ verò intra caluariam pars odorer, non etiam omnibus conuenit. quidam enim ad portiones cerebri anteriores, quæ ad fronrem cessant, deflexerunt, quas vocant mammillares (ob similitudinem) carunculas. Sed illæ cerebri portiones sunt, non perforatæ, neque in cribtiforme os, sed in frontem cessantes. Quare nulli in dubium trabi debet duo illa ciura substantia iis cerebri portionibus similia & ad os dictum terminata, odoratorios esse neruos pariter & instrumentum: quoniam ea substantia constant, vt quia vaporosi, ab odore mutentur; quia netui, perceptam qualitatem internoscant. Nec nos mouere debet, quod obiectanr quidam, non apparere in illis mediam cauitatem. nam multæ tales cùm visum effugiant, aliunde restatam probationem babent & euidentiam: nerui rotius, quoniam repente ex recepto humore conuelluntur & resoluuntur; optici quia clauso vno oculorum alterius pupilla amplificarur: odoratorij ea sternutamenti impetu: quo à ventriculorum cerebri morsu pulsus humor per canalem excutitur, quid quod diligẽter secanti apparet media quædam cum inanitate lenitas cum densitate, certum foraminis argumentum. Nec oportet, vt sentiens neruus perforatus sit; cùm tactiles omnes nullum quod sensu diiudicetur obtineant. quod si hic in prioribus cerebri sinibus odorem tribuit, complectitur sinuum nomine omnem in fronre cauitatem, nec enim extra propositum rem elaborat. Cur verò neruos sensorios alibi longè deducit à cerebro naruta vt tactiles; alibi breui abducit, vt opticos; quosdam perducit ad extimam caluariæ superficiem, vt in auditoriis: nonnullos ad intimam vt olfactorios; vna causa est quod oportuit neruum eo accedere quo obiecti spectrum continetur: connectur autem & suscipitur pro instrumenti suscipiẽti varietate, modò intrà, modò extra caluariam, quandoque proximè, alias remote. Sed de proposito libro satis.

2.Collect. 17. Auerroi rationes.

B LIBER

LIBER QVARTVS.

Quarto libro faciei & pectoris affectus tractantur, ita vt,
Prima sectione faciei morbi disputentur.
In Secunda, dorsalis medullæ. cap. III.
In Tertia, thoracis. cap. V.
Quarta, pulmonis. cap. IX.

SECTIO PRIMA.

QVA via & ratione vniuersalis affectas sedes scrutari conueniat, primis libris duob. quorundã partiũ exemplis satis perstrinximus. Quoniam verò (vt iam diximus, atque in aliis libris demonstrabimus) circa res particulares exercitari oportet eum, qui singula artis opera, quæ vniuersalia & ratione didicit, tutò & celeriter exercere voluerit: operæprecium facturus mihi videor, si rationales quasdam dignotiones omnium corporis particularum, quæ sensum effugiunt, cùm quomodolibet afficiuntur, perscripsero: sumpto à capite initio. Igitur de memoria & cogitatione vitiata, atque reliquis animæ functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius commentationis libro tertio iam diximus: simul in non paucis affectuum generibus, via & ratione inducto exercitationis modo. Nam & de delirio tum phrenitidis proprio, tum eo quod citra febrem accidit, maniã, id est, insaniam nominant, præterea de lethargo, sopore, morbo comitiali, melancholia, vertigine, quemadmodum & cephalæa, hemicrania, apoplexia, & similibus ibi iam dictum est. At in præsenti libro, qui huius commentarij quartus est, de faciei partibus, quæ intrinsecus afficiuntur sermonem faciemus ab oculis incipiendo: Nam modò ipsorum sensus, modò motus, ac nonnunquam tam sensus, quàm motus resoluitur: idq; interdum in altero, interdum in vtroque accidit oculo: nonnunquam solius palpebræ, nonnunquam etiam eius partis, quàm propriè oculũ vocamus, vel sensus, vel motus læditur. 1 Cùm igitur nullo in oculis malo apparente cernendi sensus deperditus est, descendens à cerebro in ipsum neruus causam in se continet, cùm vel inflammatione, vel scirrho laborat, vel alioqui ex humorum defluxione afficitur, aut àliter quomodolibet foramen ipsius obturatur. Atque huiuscemodi affectus 2 oculo, vt instrumentali parti, accidere necesse est. Qui verò ei vt similari, adueniunt, octo intemperantiæ generibus continentur. Præterea aliud quoque ipsorum vitium est, cùm vel nihil omnino, vel exiguum admodum visifici spiritus à principio, quod in cerebro consistit, ad eos immittitur. Si verò vterui oculorum motum duntaxat amiserit, secunda coniugationis neruum, qui à cerebro oritur, molestari necesse est: ab aliquo videlicet eorum affectuum, quos alteri neruo, qui à prima coniugatione nascitur, nuper accidere diximus. Quoniam verò vt ex anatome didicimus, musculi oculum mouentes, senario numero constant, ac præter eos alij quoque sunt, qui descendentis in ipsum meatus (πόρον Græci vocant, quo nomine difficiliores primæ coniugationis neruum, eò, quòd 3 soli manifestum sit foramen, nuncupare consueuerunt) radicem amplectuntur: accidit sæpe quamuis ipse haudquaquam afficiatur, vt 4 musculorum aliquis, aut in propria essentia, aut in neruo ad ipsum descendente, ab aliquo nuper dictorum affectuum infestetur: siquidem singulis horum musculorum, pars quædam nerui à secunda coniugatione orti transmittitur, haud secus, quàm iis quoque musculis, qui meatum ipsum comprehendunt, siue q duo, siue tres, siue vnus duntaxat dicendus sit: id enim in præsentia non refert, modò nouerimus horum musculorum munus esse, vt & sursum trahant oculum, & firment: ne mollis ille neruus, quem & visificum & meatum nominant, vllo pacto in itinere peruertatur: cùm itaque sex inueniantur oculum mouentes musculi, si is quidem qui ipsum sursum attrahere solet, 5 afficiatur, totus oculus delapsus videbitur: si verò is qui ipsum detrahere potest, affectus est, oculus sursum attractus apparebit. Ita etiam, si minoris anguli musculus vitiatur, 6 ad maiorem: si verò hic læsus est, ad illum oculus deflectitur. At, si voluentium musculorum quispiam resoluitur, obliqua erit totius oculi peruersio. Cæterùm, cùm alij præterea sint musculi mollem neruum illum circumdantes, scire licet ipsis resolutis totum oculum procidere. At pleriq; eorum qui sic affecti sunt, 7 sensus quidem integro molli neruo, sed nequaquam affecto citra noxam cernere possunt: qui vbi quoquo modo afficitur, visum efficit obscuriorem. Vbi verò adhuc magis malum ingrauescit, constat eos qui sic afficiuntur, nihil omnino cernere posse. Porrò in oculorum peruersionibus, si ad 8 alterutrũ angulum fiat conuersio, innocua permanebit cernendi facultas: si verò aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum quoque vertantur, quicquid ipsis obiecerîs, id omne 9 duplum esse videbitur. Musculi verò supernam 10 palpebram mouentes (nam inferior immobilis est) quoniam perquàm parui sunt, adeò vt in maioribus quoque animalibus vix manifestè perspici possint, nihil mirùm, si nerui ipsis innati difficulter videantur. Nihilominus, quemadmodum in musculis, quorum iam suprà meminimus, ita & in his quoque euenire necesse est, vt interdum musculi ipsi peculiari aliquo affectu ex his quos ad musculos pertinere nouimus, interdum verò nerui ipsis innati infestentur. Igitur, si musculus ipsam sursum attrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram, adeò, vt oculus aperiri non possit: si verò detrahentes (gemini enim sunt) resoluuntur, oculum claudere non poterunt: quorum si alter duntaxat afficitur,

ad op

ad oppositum musculum palpebra deflectetur, vt fracta videatur, in fine videlicet, circa mediam vtriusque lineã. Quippe ea pars, quæ iuxta musculũ affectum est, sursum trahi: quæ verò iuxta illæsum est, detrahi videtur. Hi sunt partium oculi peculiares affectus, qui latentibus locis insident.

RVRSVM diuiditur sectio prima in segmēta quatuor: primũ §. affectus tradit oculorum proprios. Proximum §. Ac sunt, per consensum tertium capite secundo agit de linguæ affectibus. Postremũ, capite tertio de reliquis quæ ad faciem spectant.

1. *cùm igitur*] ad causas tres reducit visus hebetes, quæ tamen complectuntur particularim recitatas alias Aëtio, humorum oculi inopiam, membranarum erugationem, aut densitatem. Licet enim quantitatis morbi sint deficiente oculi substantia, veruntamen etiam intemperamento laborat in talibus oculus. Parcitatem verò visorij spiritus seiungit ab intemperamenti morbis Galenus, cùm tamen nec inter organicos, nec inter communes referri queat: quoniam peculiarem quandam prouidentiam requirit à reliquis intemperamentis alienam, non enim alteratione peragitur, sed multa & proba alitione. Sed occurrit hoc in loco dubitatio. Num sicut spiritus parcus functionibus officit, ita nonnunquam officiat multus? & sunt nõ incelebres authores quibus ita videtur: multáque in hanc partem adduci possunt non inualida argumenta. Membra animæ in-

Num spiritus copia lædat.

Ratio prima

1. strumenta sunt nõ minus spiritibus: membra verò & aucta & diminuta lædunt: quid ni igitur spiritus? Adde contentum omne, si cum eo, à quo cõtinetur, conferatur, excessu peccare & defectu: peccabit igitur vtroque vitio spiritus. Deinde
2. si auctus sanguis vasa rumpit, & interceptiones vasorum infert, quia non cessat à sanguine gignendo iecur, cur non idem de spiritu existima-
3. bitur, vbicunque generationem obtineat. Præter eà valdè calida res spiritus est: ea itaque moderata temperiem membri seruabit, excedens, ad calidum euertet. Quod si Auicennæ sententiam
4. recipimus, opinantis ex mora in tenebroso loco visum obtenebrari propter inopiam resoluti spi-
5. ritus vnde crassescit, nulla reliqua videtur de quæsito hæsitatio. Adde quod iugis ille spiritus confluxus spiritũ densabit, nõ secus quam aërem impulsio: coactus autem in seminus deducit re-
6. rum imagines sensuum origini. Postremo author est in Aphorismis Rasius ex ouorum luteis ca-
7. liginem obduci, cùm inter alimenta summopere spiritus alant apud Auicennam. Contrà afferentur pauciora, sed (quantum opinor) certiora fortioráque. Galenus hîc causam prauæ visionis agnoscit spiritus inopiam, non abundantiam. Auicenna verò, multitudo, inquit, spiritus sommoperè iuuat visum. Et lib. De medicin. cordialib. Eò erit vehementior, quò magis spiritus increuerit. Quod si aliquando impedimento esse possit abundantia, eo maximè tempore eueniret, quo vno tanto oculo intuemur, altero clauso: præ copia enim duplicati spiritus manifestè amplificatur pupilla: & tamen ea copia tantum abest vt deficiat visio, vt etiã promoueatur, acuatúrque multo magis: nunquam igitur officiet. Sed quod maximum est, sanguis si gignitur, continuò ad vasa mandatur, nec inanitur, vnde plenitudo vasorum succedit & noxa: spiritus verò cùm nunquam in vllo hominum tantus asseruetur, qui sufficiat perpetuis membrorum motibus, sensibúsque; quomodò concipi potest functionũ animalium ex copia læsio? nam vt plurimus gignatur, sufficiet perpetuò vni motioni, aut continuæ visioni aut diuturnæ meditationi: sed nec id in vllo hominum citra satigationem deficientis spiritus vel paucis horis peragitur: nunquam igitur impediet abundantia: nam membrum auctum impedimento est aliorum muneribus, spiritus verò impediente copia membris suppeditari non potest: nec vltra mensuram continentis loci: nec densari aut cõculcari cogitur, propter sequentem inundationem: nec enim intercedit impetus vel impellens vel comprimens, à quo densetur. Iam tenebræ visui officiunt propter desuetudinem distributi spiritus, non aliter quàm ocium membra eneruat & emaciat. Sed & propter densitatem quam spiritus à tenebrarum frigore contraxit. Rasij verò locum corruptum esse dubitari non potest.

Lib. de medic. cordia.

Cap. 4.

Ad obiecta

2. *oculo*] lege, (ipsi) satius est autem referri ad oculum, quàm, quod alij volunt, ad neruum: nam oculus quatenus organum, obstruitur: quatenus similare intemperiem patitur. pro visifico autem spiritu, splendido habet Græca lectio.

3. *soli*] opticorum cauitatis euidens argumentum est, pupillæ apertæ expansio clauso altero oculorum: quin & visus ipse exactè secanti monstrat mediam inanitaté, lenissimã callosamque, nihil distantem à ventriculorum cerebri cauitate: quominùs mirum est etiam spectari posse, si ceeãt quæ Galenus requirit animalis magnitudo, quod statim, & claro sole perspiciatur. Num verò duo optici cùm coëant, rectà progrediantur se secantes, an magis deflectant, seruantes vnde exorsi sunt latus, non cõuenit inter authores. Aretheus, Haly, Abbas cum Cassio & Fælice putant secare se medios & aduerso oppositi lateris oculo implantari, hoc argumento, quod qui percussus sit sinistro tempore est, dextrum oculum amisit: & hemicraniam sinistram dextra secuta paralysis est. Quidam putant irrationalem quæstionem esse; cùm enim in coitu confundantur, nullum relinquitur discriminis indicium. Sed, si essent nerui vel aqua, vel aër, confundi necesse esset, nunc cùm soliditate constent & fibrarum rectitudine, non aliter quàm vasa, cur non credentur seruare fibras suas, & naturam. (quod semper facit) etiam hic duplicitatis memorem, non transtulisse in alienam sedem procedentes neruos. Sed quemadmodum in vasorum diuisione seruare germina sui lateris ductum, & fibras testante potissimum Galeno, vtrumque ad sui lateris oculũ secundũ rectitudinem originis suæ reflexum esse, & à natura perdorum.. Argumenta verò non difficilem habent expeditionem: nam humorem ex vno latere in aliud migrare fieri potest, propterea quòd parte anteriore vndecunqoe fluat, in coitu opticorum ceu in lacona quadam colligitur, vnde liberè in vtrumuis oculorum decumbat. Posteriore verò similiter descendit ab anterioribus ad tertium & quartum ventriculos, ij cùm sint simplices, in cerebri medio humorẽ suscipiẽtes deferẽt promiscuè ad dorsalis innanitatem modò dextrã,

Plac. 7. 8.

Optici an se secent.

modò sinistrá. Sed cur primum separati prodeūt, in medio itinere iunguntur, inde rursum seiuncti oculis inseruntur? Galenus ait, quoniã oportuit ambos in vnum coire, nec potuerunt iuxta frontē ab eo vno cerebri initio formari: superest vt à medij cerebri varijs partibus prodeuntes iuxta frontem iungantur, vnde & separentur ad oculorum insertionem. Assumptarum propositionum vtraque discutienda exactius est. Coire par fuit hos neruos, vt ita firmiores molliciem suam, qua reliquos omnes superant, tuerentur simul, & vt cùm placeret aciem intendere, vniuersa vis in vnum locum secedens spiritum augeret & visum. Sed illa multò vrgentissima causa fuit: nisi alicubi coirent, fieret vt secederent temerè ab vna planicie: cúmque substineant suis extremis pupillas, in vna & æqua superficie formatas, diuaricationē opticorū sequeretur pupillarum inæqualitas: pupillarum inæqualitatem & imparitatem error in visu comitaretur: quare nisi coirent nerui, sæpe delusi oculi vnã rem geminam indicarent. Quod enim paulò antè (cùm de vertigine ageretur) ostēsum est, ad ferendum de situ obiecti sententiam, nihil distat: visile ipsum moueatur, an videns. sic vt res duplex cēseatur, quæ vna est, occasio nascitur ex duplici plano, vnde visorij radij ad oculū accedunt, vt cùm faciem in fracto speculo intuemur, aut solem in mota aqua: aut ex eadem plani duplicitate inspectantibus pupillis: nisi ergo natura eo artificio pupillas opticis affixisset, vt inuerti non possint, & vna ab altera secedere, sed in omnem locum coniunctum seruata superficiei vnitate deferemur, frequens esset in conspectu deceptio, & visile omne geminum crederetur. Cui malo præcauēdo natura Matheseos gnara alicubi duos hos neruos pupillarum delatores & custodes in vnum commisit: ita enim, quod Mathematici probant, efficitur: vt nerui illi nunquam ab vna superficie secedant, quod si illi in vna, & pupillæ neruis hęrentes: si verò pupillæ in vno plano, res etiã duobus oculis visa vna censebitur, non duæ. Hæc compendij loco ex Galeno dicta sint: nunc de altera assumptarum propositionum. Coitus hic fieri nō potuit à primo ex cerebro ad frontem exordio, quoniam locus ibi non vacabat opticorum exortui, præoccupatus enim fuerat pelui & odoratoriis neruis: coacta igitur natura ex longinqois duobus principiis deduxit, vt ad frontem conuenirent, mox seiungendi. Sed cur odoratorios etiã meatus è longinquo duxit, cùm sufficere possent papillæ ad frontem exiguæ? num ergo alia sit & abstrusior formantis naturæ ratio, videndum est: cùm enim animalis spiritus in prioribus vētriculis qui ad frontē cessant, crudus sit & iners, pręstantior in tertio & quarto nullius nerui exortum natura ex prioribus illis deduxit, sed ex posterioribus, vnde & paria septem, & dorsalis cum opticis prodierunt. Quidam verò eruditum Galeni de opticorum vnione inuentum sperant elidere. Si constituãtur (aiunt) oculi quales iacenti, superior vnus altero depresso adhuc res spectantur simplices: non est ergo in planitiæ pupillarum ratio certi rerum conspectus. Quòd si oportet ad vnitatis de sensilibus iudicium duos neruos sensificos coire, quid ni sonus semper geminus audeatur duobus auditoriis neruis valdè distãtibus receptus? Et quod maximè faciūt referūt dissectū, in quo opticis nullibi coēuntibus, visa tamen simplicia cōprehendebantur. Quos non est operosum refellere: nam quomodocunque capite constituto, si optici vnitatē plani seruant, nec mouetur ab insertione nerui vlla pupillarum, perpetuò vna superficie spectantur: auditus autem si soni situm per rectum iudicaret, duos senseret esse sonos. Sed nō est audiendi munus vt rectis radiis soni originem venetur, sed videodi: nam in dissecto neruos non coire, nec tamen in visu decipi solitum, vt viris probis credendum est, ita nihil coertit paulò antè scriptam rationē. Ostensum est enim lineas duas rectas coëuntes necessariò in vno plano sitas esse: sin minus coëunt fieri potest vt in vno plano sint, si parallelæ, & vt in variis, si non æquè distant. Colligi itaque non potest, si non coëunt optici, gemina apparere omnia; sed apparere posse: vbi verò coëunt sponte sua, nunquàm is error occupabit. Nū verò Galeno accedēdū sit in vnionis huius causa reddenda, & de oculorum ad latus conuersione, simul & de circumuersione decimo De vsu disputandum est.

Lib. 10. de vsu ca. 13. 14.

Euclides lib. 11. 2.

Ad primum

4. *musculorum*] oculi motores sex numerantur Galeno, quibus accedit septimus opticum circundans: ex quibus primi quatuor vsum habent cum necessitate manifestum ad quatuor mouero oculum situs, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum: quæ motuum differentiæ etiam reliquis corporis particulis & artubus communes sunt, duo verò adduntur circumuoluentes, ad angulū minorem vnus, ad maiorē alter: qui hac à natura necessitate formati esse videntur. Quemadmodum corporis partes à natura in articulata ossa diuisit: quęrēs quatuor dictas flexionis varietates, ita externis partibus, summis manibus, pedibus, capiti, addo & oculis motū addidit rationis, quo pars corporis summa in varios artium & vitæ vsus nihil à loco & sede sua mota circunduceretur: cui commoditati, iis solis membris bina ossa dearticulanda effinxit: vt altera ad motus conducerent, qui sunt ad varios situs, altera in vno loco ad circūductionē. Oculos verò, seruata illorum extremorum analogia donauit circunuersantibus illis musculis, quò nec illi, cùm & moueãtur & extimæ partes sint, illo etiam motus genere destituãtur. Iam illū septimū, quem opticum induit, quidam vnum vocant, alij plures, exigua quæstione, cùm vna constet circunscriptione, nec facilè in partes separetur: maior est de vsu difficultas. Galenus putat substinere oculi pondus, ne cū noxa mollissimi nerui procidat, & in eum vsum potissimum creatum esse putat: alij magis ad promouendos sua illa fibrarum varietate oculi motus à musculis superioribus prodeūtes, cùm tamē nec primum probetur, quoniam eam firmitatem ligamenta immota magis pollicebantur, quàm subinde motæ & laxatæ carneæ musculorum fibræ: neque alterū, quia pręstabat creari maiores quatuor illos musculos oculo incertos, quàm è longè quæri ad oculi motum nerui contractū: fortè ita certiùs de eo musculo philosophandū est. Quæ membra oportuit creari mollia vt exactè sentirent, & tamen in opere suo tendi & rectos meatus constituere, format natura tenera & flexilia, musculis tamen vndique munita; quorum collectione dum agunt dirigãtur, vt è iaculatione & impetu

Oculorum musculi.

10. de vsu 8.

impetu festinet per meatum materia: in quo genere penis continetur, & optici: nisi enim semen recta in vterum laberetur, in via frigesceret: & nisi animalis spiritus per rectos & tensos opticos deflueret, pupillæ à se mutuò discisceren, & ab vna placuie deuiarent.

5. *afficiatur*] resolutione scilicet, quam ideo memorat, quia frequentior est, nam conuulsione capiti ij musculi in oppositum situm oculum trahunt.

6. *peruersio*] ita vt non locetur secundum sanæ pupillæ rectitudinem, sed inclinet infra minorē angulum in conuulsione voluentis musculi in eo angulo constituti, vel infra maiorem, vbi voluēs angulum maiorem conuulsus est.

7. *sensim quidem intento*] lege parum extento: significat resolutionem circūdantis opticum, quoniam non commodè sustinet oculum, ipsum prociduum efficere, visui tamen non incommodare: sed leniter tantum extenso optico visum peragi, deficiente circundantis musculi tensione. Si verò resolutio multa est: vt etiam opticum infestet, ne, cesset esse resoluta vi visoria aut minui, aut ex toto cessare visum, pro varia obstructionis magnitudine. Nū verò, quod Rasius cum Auicenna docet conuulsio circumdantis opticum non solum non officiat visioni, sed roboret etiam, potest in dubium trahi: fit enim vt præferatur morbida sanæ operatio. Sed nihil absurdi est, sicut vinci moderatum ab immoderato in vna aliqua functionū, ita ab ægro sanum iunctæ enim omnes multò sunt in sano potiores: ita conuulso eo musculo, & proinde directo optico, & pupillæ constituuntur planissimæ & recto canali celeriùs descendit spiritus, acutiórque procedit visio; sicut in priapismo accessus. Sed tenso optico non facilè circumducetur oculus, & in varios situs deflectet. Adde etiam intemperamentum conuulsionis optico & oculo communicatum etiam tempore visum minuere. Ita, perpetuum est ad vniuersas simul mēbri functiones probabilioré esse sanitaté.

Ras. 2. cont. Auic. 3. 3. Tract. 2. 28.

Conuulsio optici num visui commoda.

8. *ad alterutrum*] cur verò quidam ne paralysim nec spasmum eorum musculorum patientes, inter videndum alteram pupillam magis alterā in angulorum aliquem deflectant, deformi videndi specie, considerandum est: nam si affectus esset in illis musculus, perpetuam deformitatem ex peruersione monstrarent. Videntur igitur tales natura inualidos habere musculos ad latera mouentes, aut saltem illorum vnum; cúmque in motu illorum difficilius fit paritatem illorum in motu tueri, quàm cùm quiescunt; fit vt in motu propter inæqualem duorum oculorum ad vnum laterum delationem, altera pupillarum magis alterā in vnum angulum vergat: quod nostri dicunt, oculum per oculum mittere.

Cur visile duplex appareat.

9. *duplum*] cur quasi multiplex oculis obuersetur visile, causæ primum manifestę tradendæ sunt; mox quid superiores tradiderint, in medium proponetur. Contineri itaque omnes triplici genere vidētur: oculorū situ, visilis & radiorū. Oculorum, vt si ab vna superficie secedunt; quod accidit in musculorum oculum aut eleuantium aut deprimentium affectibus; & vbi quis adacto digito vni oculorum, similiter eum impellit, aut vbi ex copioso vino laxatus opticus non sustinet pupillarum æquabilitatem: eam enim ob causam ebrios duplicia cernere vniuersa, Aristoteles cū Aphrodisæo responderunt. Ex situ visilis, vbi pręmotus festinatione antequam ex oculo euanescat prioris situs spectrum, accedit alterum varij situs: creduntur enim varia, quę simul variis in locis spectantur: quo modo gutta cadens, linea iudicatur oculo: & baculus celeriter versatus, circulus. Postremò, radij visuales si à varijs plania ad oculum deflectunt, licet primum ab vno obiecto prodierint, duorum imaginem intuenti imprimunt. ita facies in fracto speculo duplex; Sol in agitata aqua multus apparet. Auicenna verò, vt à dulce de reliquis iudicetur, causas deceptionis quatuor recenset, ab Alberto, & sequentibus probatas: Primò sumit ceu ostensum visionem non in crystalloide fieri, sed in opticorum congressu: alioquin futurū putat, vt quod duabus cernitur pupillis, duplex perpetuò censeatur: de quo tamen placito cum primis momentaneo (quod à doctis quibusdam receptum esse video) ante alia disserendum est. Si enim sensorium omne partem habet sensili homogeneam, quæque à suo sensili immutari facilè queat; tactus cute gustus linguæ carnem, auditus auris aërem, visus oculi chrystalloidem, odoratus odoratorium cerebri neruum; & in illis ipsis quæ immutantur partibus sensatio peragitur, nimirū in visus crystalloide, visio. fieri verò tactum non in cerebro aut interno neruo, sed in puncta cute, gustum in contacta carne ostendit dolor cutis punctæ, amaror gustantis linguæ: si enim dolet puncta pars, sentit puncta pars: videt igitur cristallois caloris spectro afferata. Deinde si in coitu tantum visio, qui homines (sunt autem expositione anatomicorum nonnulli tales) eo coitu destituuntur, nūquam videre contingeret; aut certè dupla quorum neutrū accidisse talibus, experimenta testantur. Illud verò euidenter ostendit: Si à crystalloide accedit ad congressum species nondum aut visa aut diiudicata, fieri potest, vt in congressu æstimetur accedentis spectri natura; vt verò situs agnoscatur eius quod videtur, fieri vllo pacto non potest; nam simili modo accedit à crystalloide ad congressum, vndecunque primo prodierit species: vt coniectari nequeat vnde primum prodierit. postremò, si citra conspectum graditur à glaciali ad congressum species, nō agnoscitur quorsum natura ad speciei delationem spiritum deducit ad glacialem: spiritum enim visuræ animæ instrumētum eo tantum deferri oportuit quò & vim, cui obsequitur, visoriam: delationi verò seruit conditio constitutióque naturalis partium earum qua meat, nō spiritus visorij accessus. Possent afferri multa alia huius rei argumenta, quæ ob dictorū vim & robur superuacua existimari possunt: adducunt verò nonnulli in placiti confirmationem quòd visio in cerebro peragatur, loca Galeni nonnulla ex libro De vsu partium octauo, & Aphorismorum secundo, quæ citra mentem in cerebro residētē nihil sentiri docent. Sed quod alibi scribit, ea facultas ad externorum dignotionem in organa mandatur sentientia. addūt rationem, obstructo optico distentam corneam & spiritu visorio turgentem nihil videre, certo, vt putant, argumento visum nōn extra cerebrū contingere. sed ostensum libro primo est, vim animalē ita in sensorijs musculis, per spiritus præsen

Arist. 3. Proble. 31. Aph. 1. probl. 6.

Lib. de anima part. 1. vlt. Alber. Mag. de sensu 11.

Visio vbi fiat.

Cap. 6. Aph. 47.

tlam operari, si continuitare ad principium non priuetur, & pulsatilem in arterijs: quo fit vt quã primùm ligara arteria est, præsente licet in arteria spiritu, nulla vltra deligationem pulsatio fiat: & compresso neruo mox musculus immotus cõstituatur: quàque id necessitate contingat, disputatum eo loco est. Sed audiamus geminitatis ab illis authoribus (Auicenna inquam & Alberto,) causas. vbi (inquiunt non congrediuntur, nec decussatim se secant, nerui duo, sed mutuo secedũt, per duos canales cerebrom ingredieotes similitudines extetni duæ, duplex visile cerebro objectãt: cùm tamẽ vnio opticorum nulla vi sit dissociabilis, nec seiungi cum vita patiantur. Altera: si spiritus ad coitum mandatus lationis suæ vehementia prætergreditur congressus locum, ad pupillas accedens duas imagines recipiẽs, duorũ imaginationem molitur; sed semper accedit ad pupillas spiritus, argumẽto fulgoris ab oculo exeuntis, & dilatatæ compressæque pupillæ; semper igitur deceptio illa duplicitatis aderit. Tertia: pręceleritate spiritus à congressu ad cerebrum delati, accidit nonnunquam secundo ferti vnius objecti imaginem, nõdum deleta ab imaginatione priore: sed imaginatio non iudicat præsens obiectum, neque igitur duplex, vbi secũda accedit inspectio. Postremã causam ad vueã referunt: cùm enim propter defluentis spiritus copiam muterur pupillæ magnitudo, mutatur & iudicium de situ & simplicitate visi. verùm vt demus tã operè fieri illas in foramine vicissitudines angustata & mox dilatata pupilla; quid id ad rei sitũ aut duplicitatem? res enim ea varietate maior solito appareret aut minor; alibi verò vel numerosior non cernitur. Tam multis difficultatibus implicãtur Auicẽnę rationes, cùm sint superiores illę facillimę.

Palpebrarũ ratio.
2. part. 23. cap. 6.
Aph. 47.
De vsu 9. 10.
Aui. 1. 3.
Doc. 5. sum. 2. 5. Zoar lib. 1. tra. 8. 19.
Haly. cap. De oculis.

10. palpebram] Affectus occultos palpebrarum, qui solo motionis vitio spectantur, prosequitur. Cúmque sint duæ, superior solo ex arbitrio mouetur, non quod Aristoteles opinatur, natura: Erat enim commodius eam maiorem creari, ne inferna, si maior esset, visum impediret & lippam turpiter retineret, & vt superior amplitudine sua incidentia arceret. quæ quasi Auicẽnæ non satisfacerent, addit, potuisse naturam, si voluisset, contrà facere. Sed temerarium est de creãtis sapiẽtia iudicare, etiam si ratio latuisset, non latet autem cur pedestribus superiorẽ, auibus magna ex parte infernam mobilem finxerit: nam pedestria in terram vnde pascuntur inclinantia deorsum conspectum expeditum desiderabant, alites magis supernum, vt in volatu sursum prospectarent: nã ad pastum etiam à terra colli longitudo caput cũ oculis cõstituit decenter ad esum, ne à palpebræ infernæ magnitudine offẽderentur. Si verò quędam auiũ alia à maiore angulo mẽbrana operiẽte donantur, rationem habẽt vitæ suæ peculiarem; de quibus apud Aristotelem & Plinium mentio est. quod verò ad motorios musculos attinet, nõ modò authores varij, sed idem Galenus secum pugnat, in Præsagiis duos aperientes agnoscens, recludentem verò vnum, quem Auicenna & Haly sequuntur: libro autem De vsu partium ex professo vnũ vni operi dicat, quod, ceu visu testatius, recipiendum est: eo maximè quod ratio postulat eleuandæ palpebræ præfici duos, deprimẽdæ vel vnum, vel sicut in fronte, nullum. Est & alterum huius rei argumẽtũ, quod offenso angulo oculi externo, cõfestim clauditur, & corrugatur; offenso interno non similiter; sed semper, vndecumq; noxa oculum infestet, clausio ab externo oritur angulo. Sed & ita decebat iustam instituisse naturam. quod enim ad nares est, satis nasi munimento firmatum peculiarem claudẽdo musculum nõ obtinuit, sed angulum maiorem: eius verò quod ad latera nudum est, tuetur incolumitatem ab occurrentibus, peculiari musculo & anguli exiguitate, quapropter exactæ oculorum clausulæ, musculum deduxit à medio infernæ palpebræ medio superioris insetẽdũ; ita enim absoluta clausio speratur: & hunc magis externo quàm interno angulo propter dictas necessitates obuolutũ trãsẽamus ad reclusionem. Sanè quod ostendit ratio, visus confirmat, maiore ad eleuationem, grauis, quàm ad depressionem robore opus esse: præfecit enim solertissima natura apertioni nõ solùm musculum, de quo anatomici meminerunt, à nasi vertice ad tarsi medium prodeuntẽ, cuius contractione palpebra suspenditur: sed excogitauit in fronte musculum opposito carentẽ, cuius munere cutis illa non fronti hærens, sed nutans sursum cõuelleretur. Videlicet ne palpebra superna, si in se tota plicaretur, in decore visum impediret pariter & grauaret: sed maxima ex parte in frõtem retracta, parum etiam ad supercilium conuulsa sine noxa facilè officium præstaret. ita cõficitur duorũ ministerio eleuatio, vnius depressio, & intelligitur, cur frontis musculo deprimentem alterum nõ opposuit: præstat enim id munus oculum claudens musculus. perspicitur etiam, cur oculum validè claudentes, minorem oculi angulum dolemus: aperientes verò, nariũ radicẽ, vtrobique locum vnde nerui operantes oriuntur. Igitur si resoluuntur aperientes, descendit palpebra, si claudens, hiat & supina est. Si cõuellitur alteruter ex dictis musculis, contrà fit, si ambo palpebra intorta apparet, & fracta: dum enim sursum cõuellitur palpebra quæ ad nares est, deorsum reliqua medietas ad angulum minorem intorquetur & fracta appar et.

AC SVNT præterea alij, qui ex alijs partibus eò per cõsensum adueniunt. Igitur i accidentia suffusorum visis similia videntur, oculis nulla propria affectione molestatis: sed vt oris ventriculi, aut cerebri cognatione id accidere solet. Verùm hæc ipsa ab ijs, quæ à ventro oriuntur, a distinguenda sunt. Primùm quidem ex eo, quòd vel alter duntaxat oculus, vel vterque similiter visis occupetur: Siquidem in vniuersum visa ob humorum in ventriculo contenterum vitium oborta, vtrique oculo similiter accidunt, quæ verò per suffusiones apparent, neque incipiũt 3 simul in vtroq; neq; similiter apparẽt, deinde ex tempore quoque distinguuntur: Si enim 4 tribus quatuorve aut etiam pluribus mensibus suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam nihil tenebrosum videatur: ab ore ventriculi affectum procedere inuenies. Si verò non ita multum temporis intercessit. quærendum est in primis, vtrùm ex quo incepit affectus, singulis diebus perpetuo huiuscemodi apparitio perseuerauerit nullo scilicet interueniente die, qui omni reprehensione caruerit: an diebus quibusdam intermedijs laborans exacte visus fit sibi conualuisse. Nam assiduitas suffusionem portendit, intermissio verò, quòd malum ad ventriculo prodierit, suspicionem excitat;

excitat, idq́ magis si perfectè quis concoquens nullum sibi visum apparere fatetur: sed multò magis si cùm apparuerunt visa, mordicus in ore ventriculi doluit: adhuc verò magis, si post hæc monendo eiecta re mordente cessauerint accidentia. Hæc sunt quæ primo statim die, cùm videris hominem, interrogando dicere debet, quando (vt iam diximus) exquisitè secundum naturam se habuerint oculi: vbi verò altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (vt breuiter dicam) non exactè pura videtur, suffusionis esse initium censendum est. Si verò quispiam suapte natura pupillas ipsas non admodum puras habuerit, considera, num ambarum similis sit affectus: adhuc an non ita multum temporis à suffusionis accidentibus præterierit: quod si ita est, imperato minus cibi, quàm pro cõsuetudine, ingerat, eumq́ nihil mali succi habentem: postero die, vbi probè concoxerit, qualia apparuerint visa, interroga: si enim vel omnino nulla, vel debiliora videantur, ad võtriculũ referendum est accidens: at si similia permanserint, non per consensum, sed ex propria dispositione sciendum est huiusmodi accidentia oculos infestare: idq́ magis, vbi sumpto ex aloe medicamento nihil variauerint. voco autem medicamentum ex aloe, quod alij hieram picram, alij simpliciter picram, appellant: quippe, si à ventriculo prouenerit accidens, huiusce modi medicamento potui dato, facillimè curatur accedente simul bona concoctione, vt in idem conueniat & affectæ sedis notitia, & ipsius curatio. Et idem quosdam sic affectos, quamuis, (vt scitis) non viderem, cùm in alienis essent terris, per literas curaui. Nam, cùm nonnulli ex 5 Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atque aliis regionibus per epistolas à me petijssent, si ad suffusionis initium, nullo adhuc vitio in pupilla apparente, probatum aliquod haberem medicamentum, id eis transmitterem, volui priùs certiorem me redderent, num ex multo tempore ita fuissent affecti, præterea, de alijs quoque, quorũ paulò ante mentionem fecimus: qui cùm per epistolas 6 respõderent sex menses: aut annum iam exactum esse, vtrunque oculum similiter affici: cùm probè concoxissent meliùs sese habere: per cruditates atque stomacho mordicus dolente, grauius irritari: educta verò per vomitum bile, quiescere, nulla facta de pupilla quæstione, satis efficaciter me cognoscere putaui non proprio affectu, sed per ventriculi consensum oculos infestari. mittens itaque picram, ipsos quidem in primis, atque præcipuè, per nos autem, alios quoque multos ipsorum conterraneos sanaui. Cùm enim omnes, quotquot meas epistolas acceperunt, docti essent, affectorum locorum notas ex literis meis didicerunt: quibus deinde facilè cognitis, eos amaro medicamento curauerunt. At 7 similia quoque suffusioni accidentia in quibusdam phrenitidis speciebus affecto scilicet cerebro, sæpenumero euenire solent: nec refert, vtrum species ac differentias nominaueris: nam simplices quidem duæ inueniuntur, ex quibus deinde tertia componitur, quippe sunt phrenitici quidam, qui de ijs quæ oculis offeruntur rectè, quantum ad sensitiuam notitiam pertinet, iudicant: cogitando verò à naturali iudicio aberrant. alij rursus cogitatione quidem falluntur minimè, sensibus tamen difformiter mouentur. sunt præterea, qui simul & sensu & cogitationis vitio laborant: itaque vtriusque læsionis modum sic accipe, cùm Romæ quidam domi cum lanifici puero continetur, surgens à cubili venit ad fenestram, per quam & ipsa videri, & prætereuntes videre potuit. itaque ex vitreis vasis singula ostẽdens, interrogauit imperarentur ne vt ea projceret: illi verò ridentes plaudentésque vt ea projceret, rogabant: tum ipse deinceps omnia arripiens eiecit, at illi magnis acclamationibus riserunt. Postea iuberent ne puerum quoque projceret, cùm eos interrogasset, atque id illi iussissent, ilico ipsum deiecit, quem ab alto cadentẽ videntes, suppresso statim risu, accurrerunt. Et confractum iam puerum sustulerunt. At contrariam affectionem non solùm in aliis, verùm in me ipso, quum adolescens adhuc essem expertus sum: cùm enim per æstatem ardente febri laborarem, & festucas atro colore ex cubili eminere, & floccos similiter in vestibus esse putarẽ, quos auferre tentans, nihilq́ sub digitis eductum inueniens, accuratiùs vehemẽtiusq́ id efficere conatus sum. audiens itaque duos ex amicis, qui tum aderant, dicentes: vides ne hunc iam & floccos euellere, & festucas colligere? statim intellexi, id ipsum, quod dicebãt, me fecisse. Cùm verò sic animo constarem, vt rationalis in me facultas non vacillaret: rectè, inquam, dicitis: proinde ne phrenitis me arripiat, auxilio estote. Illi autem, cùm idoneis rigationibus caput fouerent, tota die sequentiq́ nocte grauibus insomniis turbatus sum, vt interim & clamare, & exilire viderer: verùm postero die mitigata erant omnia accidentia. Igitur constat, quod licet ab vna eadémque causa secundum speciem accidentia propter ventriculi consensum, vt dictum est, laborant. cùm enim in cerebro cuiuspiam biliosus succus collectus fuerit vna cum febre perurente, is afficietur perinde, ac ea, quæ ad ignem torrentur, oritúrque tum fumus quidam, veluti in lucernis ab oleo, qui per vasa, quæ ad oculum tendunt delapsus 8 viserum in ipsis causa censetur. si quidem in anatomice vidistis: quòd & arteria & vena ab his vasis, ex quibus choroides membrana contexta est, simul cum neruis ad oculum descendunt. Verùm huic sermoni vt potè iam satis definito, finem imponentes, de reliquis oculi partibus in vniuersum dixerimus, nostri instituti nõ esse earum particularum, quæ manifestè sensu percipiuntur, si à naturali constitutione aberrauerint, notas præscribare. sed illarum quæ, cum affectæ fuerint, sensum latent. nã cum pupilla manifestè videtur aut fracta, aut distorta, aut præter naturam vel aucta, vel imminuta, haud difficile est affectam particulam cognoscere: at verò, quæ sit dispositio huiusmodi faciens affectum scire, ad artem spectat: verùm de ijs in lib. De causis accidentium iam scriptum est. proinde non opus esse videtur, vt in hoc libro vel affectas sedes in oculis quas sensu consequi potest vel affectus ipsos declarare aggrediar. Quippe affectuum nomina vno paruo volumine, cui titulus est, quomodò noscantur oculorum affectus perscripta sunt, causas vt diximus, in libro De accidentium causis inuenies: tempus igitur est, vt ad linguam nostra conuertatur oratio.

IVNGIT oculi affectum non iam per proprietatem, sed frequentiùs per consensum infestantem, nempe visa suffusioni similia, docens quatuor notis agnoscere [affectum per ventriculi consensum, deinde cerebri; tandem proprium, quem propriè vocant suffusionem, vulgo aquam. v. cataractam, sicut visa, imaginationes.

1. *accidentia*] non inquirit factam suffusionem: est enim ex genere externorum morborum, qui visui manifesti sunt: sed visa quę nonnunquam suffusionem antecedunt, semper autem ignotam habent originem; nisi indiciis venemur: quæ res huic libro pro scopo propositа est. Definitur autem Galeno visum, apparitio externa propter opacum vaporem interpositum crystalloidi & corneę, assueta enim crystallois externæ visioni, quæcunque intus sentit, extra sita esse indicat. sed Auicennam subit mirari, qui cùm visionem opticorum congressui tribuat, definit tamen visa nõ simi

Imaginationum causa. 35. tract. 40.

similiter Galeno, quemadmodum enim Galenum par est asserere visum in cernendo non decipi imaginibus, nisi inter glacialem & corneam contineatur noxium: ante glacialem enim opacum si in totum obstruit, visionem tollit; si partem, ob exiguum spiritum delatum exiliter videt, & omnia obscura discernit: imagines verò nullas in obiectis fingit: ita Auicennam oportet fateri imaginem causam quemcunque locum ante cōgressum opticorum versus corneam occupare, est enim vna in toto eo spatio causa. Visa autem hoc in loco accipimus non quæ aliqui delirantium, & propè omnes morituri etiam clausis oculis propter idolorum vagum & incertum motum videre se credunt, quibus cum loquuntur, à quibus terrentur, & exiliunt: sed eam ante apertos videntes oculos imaginē, quæ intuenti sese offert quasi ante oculos sita sit, cùm nihil minus re ipsa constet.

2. *distinguenda*] non separamus duo hæc genera, quasi omnino sit inculpata affectio à ventriculi cruditate profecta: nam ex ea causa frequenter oritur, ait Zoar & ventriculi purgatione suffusionis cauetur initium apud Auicennam. & si (quod Galenus inquit) excrementa diu in partem decūbentia necessariò imprimunt, cur non timeatur suffusio ex diuturna vaporum ad oculos delatione? Sed aliud est imminere malum, aliud præsens esse, & in orto à ventriculo sæpe sine noxa per annos prorogatur visum, non aliter, quam vbi occasione acutæ visionis exoritur, si per interualla quædam, non perpetuò oculis accedit.

7. Ther. 4. 18.

3. *simul*] durum est enim opinari causam tanti mali ad suos semel oculos irruisse, & ad vtranque partem: tempore enim solet suffusionis malum etiam sano oculo communicari ab initio non item.

4. *tribus*] Auicenna ait sex: sed Galenus post menses tres tenebrosam pupillā sperat, pelagi colore ait Aëtius, si vera suffusio est. Auicenna post menses sex suffusionem ipsam videnti conspicuā esse inquit, vt primi menses tres tenebrosam, posteriores suffusam ad conspectum effecerint.

Aetius lib. 7. 51.

5. *Iberia*] magna nominis celebritas, vt ab Hispanis & Thracibus peteretur Romani medici consilium.

6. *responderent*] opere confirmat Rasij sententiam Qui interrogatus velociter ad omnia respōdet, vix medicus putandus est.

Ras. 6.

7. *ac similia*] Altera visorum species per consensum ad cerebrum: addendum ex secundo Præsag. est vel pulmone, vel totius vasis. euenit enim id genus visorum in phrenitide, cephalalgia: pulmonia, acuta febre, exustis vaporibus & intercessu capitis ad oculos accedentibus: nec verò etiā in hac visorum specie discrimen suffusionis est, sed discrimen vertitur, vitæ ex significata humorum deustione: cùm enim non quiuis halitus opacet & visum impediat, nisi præ vstione crassescat, multa intelligitur corporis inflammatio simul cū vaporis copia, quæ intra caput contineri non potuit. quòd verò cerebrum natura algidum in eum feruorem adducatur, infirmitas membri cū mollitie facit: tenerrima enim non minus intra corpus quàm extra, & gelantur facilè & vruntur. Hāc visorum differentiam satis ex morbi præsentia testatam Galenus meritò signis non indagat.

Aph. 40. 41. 42.
Com. 20.
2. De part. 7.

8. *visorum*] contendunt verò nostri, num id intercidens per se, hoc est per speciem suam videatur, an per accidens, & ex discursu intelligatur, quoniam latet obiecti externi portio, quanta ab intercedente opaco impedita est. Galenus enim alicubi habet, (quod in medio nō videtur abscissum esse arbitrantur) alibi (quæcunque in medio chrystalloidis videntur.) Verùm multis cogimur affirmare non per se videri, quandiu intra oculū latet. exiens enim & in aëre cōpactus quiescénsque fit nonnunquam, vt videatur, non videri intra oculum bis abundè suadetur. Quod per speciem suam videtur, in loco videtur vbi est, nisi reflectatur species: nemo autem perspicit intra oculum vaporem: non videtur itaque per se is vapor. Deinde, si remotior à glaciali vuea, licet species in glacialem remittens, fugit conspectum propter vnam nimiæ vicinitatis causam: quomodò non magis latebit in albugineo vapor? idola verò illa nigridinis ab vuea in glacialem expandi, indicio est nigredo in pupilla apparens, cùm sit pupilla sua natura & candidissima & splendens. mōstrat autem nigredinem propter refractas in glaciali nigredinis species. Alterum argumentum est nisi expanderentur ad glacialem: quomodò glacialem roborarent, & in eo spiritum? (quod Galenus habet:) nec enim videtur vuea à sua glaciali, sed propter caloris imaginem eò accedentem vnitur spiritus, & visio robustior euadit: ita fit, vt intra oculum vapor per se non cernatur. Extra verò aliquando videri, ostenditur ex situ spectato in medio aëre, nō solùm ex figura, magnitudine, colore. Si enim abigit laborans veluti culices oculis obiectos, & modò cedere sentit, modò accedere, quomodò non per speciem videtur? vna relinquitur in eo quod dictū est ambiguitas: si à laborante in aëre videtur, cur non ab alijs? speciem enim illam caloris circunquaque dispergit. videtur aliorum obtutum prę tenuitate effugere: laborantem verò intueri, propterea quòd ab excunte sensim vapore excitatur & in obiecti notitiam licet obscuri & latentis ducitur: nam & qui sequitur oculis sagittam aut alitem in altum conscendentem, remotiorem multò prospectat, quàm qui visu excuntia comitatus non est, sed de iis satis.

1. caus. sym. 2.
2. Præs. 26.
Intra oculos res an videantur.
Hippoc lib. De carn.
10. Vsu. 10.

CAP. II.

ATQVE videmus interdum ipsum motum, interdum gustandi sensum lædi, atque nonnunquam cum eo quoque, neque enim alio gustus, atque alio tactus neruo vtitur, vt in motu videre est. nerui enim à tertia coniugatione orti non solum tangendi, verumetiam gustandi vim obtinent. Verùm crebrius læditur gustandi, quàm tangendi facultas, quamuis ijsdem neruis vtraque vtatur. Nam ad 1 gustum quidem exacto iudicio opus est. Tangendi enim sensorium est crassissimum, sicuti cernendi, tenuissimum, sicuti cernendi, tenuissimum auditus verò sensorium, vt in tenuitate à visu, ita sensorium gustus in crassitudine à tactu, secundum locum obtinet. Olfaciendi verò sensorium in illorum quatuor medio constituitur. Mouendi autem vis linguæ aduenit à septima neruorum à cerebro ortorum coniugatione, non longe à spinalis medulla initio: quúmque hoc in loco vtraque cerebri pars, tam dextra quàm sinistra afficitur, apoplecticæ infert pericula: vbi verò altera tantum, in 2 paralysin finit. ea interdum alteram duntaxat linguæ medietatem à motu prohibet, interdum partes sub capite constitutas: & quidem modò has, modo illas vitiat nonnunquam

nonnunquam

unnquam alt ernm latus: per vniuersum corpus vsque ad extremas pedum partes afficit. igitur ex faciei partibus sola lingua sapenumero videtur iam dicta noxa molestari: cùm nulla sit, neque in tactu ipsius, neque in gustu læsio: cuius rei causa haud obscura est, vobis præcipuè, qui vidistis neruorum à cerebro processum, ad faciē quidē a parte eius anteriore, ad partes verò totius animalis sub facie omnes, ab altera parte, nepe posteriore: à qua etiam eorum neruorum, qui ad lingua musculos veniūt, coniugatio procedit, quibus ipsa motum ab electione perficit, itaque non ab re, cùm anterior duntaxat cerebri pars afficitur, sola lingua motio vitio carebit: Reliqua verò faciei partes omnes in altera parte, dextra aut sinistra, & sensum & motū ab electione amittunt, quòd si 3 namque aliquando sola anterior cerebri pars afficitur, supremum ipsius ventrem ei consentire necesse est, atque cogitandi quoque actiones vitiari: & qui ita affectus est, neque sensus neque motionis munere fungitur: spirandi tamen facultas haudquaquam læditur, vocatúrque hic affectus 4 caros, id est, sopor. Si verò adeo vehementer spirationem opprimat, vt quis vel magno conatu vix spirare possit, eorum exemplo, qui per grauem somnum stertere solent, apoplexia nominatur, Atqui solutæ apoplexiæ 5 creberrimè succedere solet vocata paralysis: sopore verò finito, bona valetudo magna ex parte subsequi consueuit. fit autem 6 sopor (Hippocrate authore) musculi temporum affectu: præterea in 7 acutis quoque morbis, vt idem Hippocrates scripsit. Inter soporem verò & apoplexiam morbus comitialis medius est, conuulsionem afferens vniuerso corpori. sed in paralysin non finitur. horum igitur trium morborum, frigidus ac crassus aut 8 omnino viscidus humor, causa est: verùm & in sopore, & morbo comitiali, ventres magis, cerebri corpus minus in apoplexia verò, corpus magis afficisolet. Et in caro quidem anterior pars magis: in apoplexia & morbo comitiali vtraque afficitur. in catalepsi verò & 9 catoche dicta, posteriora cerebri potiùs afficiūtur. Cùm autem esse quopiam terebra perforato 10 medius ventriculus fuerit contusus, sopor hominem occupat, sed neque conuulsione, neque difficili facta spiratione: hac appoplexia, illa morbo comitiali peculiaris est, haud secùs, quàm catalepsi, soporíque, seruata secundum naturam spiratio. verùm, vt per soporem palpebræ clauduntur, ita in catalepsi manent aperta. Quemadmodū autem inter perforandum, cùm quis membranam negligenter ac vltra, quàm res expostulat, 11 meningophilace, (id est, membrana custode) premendo violauerit, sopor accidit: ita, vbi os caluariæ vehemēter attritū ipsum vētriculo comprimat, maximéque medium sopor superuenit. Quin etiam ad vehementes dolores hic affectus sequitur, concidente videlicet robore spiritus animalis. voco autem sic (vt scitis) id, quod est in cerebri ventriculis primum animæ instrumentum, ad sensus & motum in vniuersas corporis partes transmittendos. Hos cerebri affectus, tum quòd iam proposito sermoni familiaritate coniunguntur, tum etiam, quòd anteà non satis declarati fuerunt operæpretium duximus in præsentia definire. Sed ad linguæ affectus redeundum nobis est, quorum alij quidem communes sunt per communicationē quam cum cerebro & neruo habet: alij ipsius duntaxat proprij censentur. Igitur, quod ad communicationem, quam cum cerebro habet, pertinet, vt per septimam neruorum coniugationem motus ipsius vitiatur, ita sensus impediri potest per tertiam: quem neruum dissectores mollem appellant. descendentem dispersumq; (vt scitis) in tunicam quæ linguam comprehendit: quemadmodū is, qui à septima coniugatione ortum habet, musculis ipsam mouentibus distribuitur. Proprij autem solius linguæ affectus, ex ijs quæ iam suprà de oculorum proprijs affectibus diximus, haud difficulter inuenientur, quippe musculorum ipsius, aut similarium intemperantia motum impediunt: sicuti ambientis ipsam extrinsecus mēbranæ intemperies & tangendi & gustandi simul sensum vitiat. Instrumentalium verò affectionum species referunt 12 inflammationes, scirrhi, œdemata erysipelata suppurationes: de his verò, vtpote quæ tum visu, tum tactu discerni possunt, nihil aliud in hisce commentarijs dicemus: quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro persequi proposuimus, quæ neque visu, neque tactu, sed demonstratione, atque (vt summatim dicam) rationali via inueniri possunt.

DOCET linguæ affectibus nonnunquam solum vitiati motum, quandoque gustum, aliquando tactum; iungens (quod suprà non satis definitum fuit) qui distent sub similes cerebri affectus: carus apoplexia, epilepsia catalepsis.

1. *ad gustum*] supponit ratio Galeni difficiliùs cognosci tenuïora: in diiudicandis enim tenuibus & exiguis tota difficultas sita est Sonus verò etiam si aër non sit, quia nisi in aëre & cum aëre non sentitur, locum aëris obtinuit.

2. *paralysim*] lege, paraplegiam. Ea est lateris vnius resolutio.

3. *quod si namque*] lege, (quod si aliquãdo tota anterior) significat plenitudinē anterioris cerebri duplicē esse; si quidē sola medietas affecta est, sensus & motus in media facie abolетur, monēte incolumi iudicio: sin vtraq; medietas anterior afficitur, cōsentit & medius cerebri ventriculus, à quo recipiens cerebrum ad cogitationes spiritum, etiam in ratiocinatione lædi necesse est. vocat verò medium supremum, quoniam non expenderat certum ventriculorum situm, quem medius habet substratum prioribus, non superiorem.

4. *carus*] carus (vocant soporem) sicut & somnus, magis obstruit anteriores ventres, ideò motus non perinde vt sensus in somno tollitur; & quidam dormientium cùm peregissent sanorum opera, ea non senserunt: in catalepsi in totum immotum constituitur animam, quoniam posteriorem ventrem opplet magis quàm anteriorem, respiratio verò & in ijs non læditur manifestè, & in epilepsia parum; licet epilepsia omnes ventres infestet, quoniam nisi omnino succumbente & sui muneris oblita animali facultate, non cessat: succumbit autem vbi materia opprimit non anteriores tantùm ventres vt in caro, non posteriorem vt in catalepsi; non vtrosque, vt in epilepsia, sed & ipsam cerebri substantiam, quod in apoplexia contingit. Differt carus à comate & cataphora, quoniam coma & cataphora synonymè dicūtur de inclinatione aut delatione in somnum, ita vt cogantur instar dormientium conniuere, eam inclinationem nonnunquam sequitur somnus, aliquando vigilia. carus verò est profundus & à quo ægrè is qui laborat, excitatur somnus, licet alij eo nomine aliter vtantur. Nam & Aëtius carum febrilem morbum facit, coma verò solam febricitantium & delirantium cataphoram. iungit autem Galenus epilepsiæ & apoplexiæ carum magis comate, quoniam multò plus cum illis conuenit affectibus quàm coma quod contingit esse cum vigilia: quæ verò alia ratione differant

Discrimen cerebri affectuum.

Aph. 5. Sect. 2. 20. Aëtius lib. 6. Cap. 3. 4.

differant dicti morbi, libro tertio actum est. In caro enim humor cerebro intemperiem augot. In epilepsia dum stimnlat ad excernendum irritat: in apoplexia tanquam instrumentum cerebrum obstruitur vndique & repletur.

5. *creberrime*]memorandum vt ad solutam apoplexiam non semper sequatur resolutio: doctorum enim testimonio, quæ per consensum fiunt, citra paralysim cessant.

6. *sopor*]causæ frequentes cari sunt; plenitudo anteriorem cerebri ventriculorum: compressio musculorum temporalium: refrigeratio cerebri valida accessionum initio: quibus adduntur maiores tres: compressio membranæ tenuis cerebri, vel caluariæ ipsius, vel validus dolor reuocans ex toto spiritus in cerebrum.

7. *in acutu*]prauarum accessionum initiis, quæ Galenus ob præceps periculum acutos morbos vocat.

8. *aut omnino*]significat, si non crassum, saltem lentum oportere esse humorem horum affectuũ causam.

9. *medius*]quia nec prauam terminationem habet in paralysim, nec est expers praui symptomatis cõuulsionis: rarò enim in resolutionem comitialis cessat, frequenter integra sanitate excipitur: cùm apoplexia citra paralysim ferè perimat.

4. *Acut.* 20.

10. *& catoche*]id est, quæ & catoche dicitur. nã catochus Galeno synonymè dicitur cum catalepsi: verùm Paulo & posterioribus cathochus est typhomania, vulgo morbus ouillus, eo quòd epidemicè solet oues inuadere, (modora,) compositus affectus ex phrenitide & lethargo: descriptus Galeno lib. De caus. puls. quod delusit multos nõ distinguentes nominis homonymiam.

Proph. 1. *4. Caus. Puls.* 15. *Lib.* 8. 3.

11. *meningophylacem*]membrana ænea est, quæ supponitur ruptæ caluariæ, ne scalprum immodicè adigatur cerebro læsurum membranam tenuem cerebri: describitur autem Celso. compresso autem quouis cerebri ventriculorum non aliter intercipitur in toto sentiendi mouendique vis, quàm in parte accidit cuius neruus comprimitur. medium verò ventriculum premi putat, cùm sit vnus ex anterioribus.

12. *inflammationes*] tumores ideo vocat instrumentarios morbos, quoniam cùm sint compositi, ex parte quantitatis organici sunt: quod vitiũ in illis manifestius est in temperatura.

CAP. XII.

CAP. XIII.

E A D E M *quoque ratione in sensu audit m, quicunque affectus in aurium oculis obiecta concauitate eriuntur rationali inuestigatione non indigent: illæso verò apparente orium foramine, si audiendi facultas læditur, simili via & ratione inquirendæ sunt nota. Vbi enim 1 præter hanc nihil læsum est, neruum proprium affectum esse, haud absurdè conycimus: vbi verò reliqua faciei particulæ simul cum ipsa læduntur, in cerebro dispositionem præter naturam esse existimamus, ipso vel vt similari, vel vt instrumentali parte, affecto. Sed facies reliquis in locis omnibus non solum motum, verumetiam sensum aut perdit omnino, aut vitiatum habet: idq́, interdum partibus, quæ læsas habent actiones, proprio affectu laborantibus, interdum verò neruis, qui ad eas à cerebro deferuntur: aut etiam ipsomet, interdum affecto cerebro: quorum discrimen per copulata ipsis accidentia facilè deprehẽditur: quippe, si forte fortuna vna quapiam particula aut in sentiendi, aut mouendi aut vtraque facultate lædatur, ea sola causam dispositionis continet: idq́, aut suis ipsius partibus. vel instrumentaliter, vel per intemperiem laborantibus, aut neruis, qui ad ipsam ex tertia coniugatione feruntur. At, vbi plures simul afficiuntur particulæ, considerare oportet, vtrùm ex vna neruorum origine, aut pluribus. sensum motùmve, cùm in naturali sunt habitu, sortiãtur. vidimus enim ex dissectionibus, temporalibùsque, & mansoriis musculis, item labris: & narium pinnis. sensum & motum: linguæ verò, omnibùsque oris partibus sensum duntaxat, a tertia neruorum coniugatione procedere: a secunda verò, oculorum musculis motũ, sicuti à prima oculis ipsis cernẽdi sensum suppeditari. Igitur, vbi particulæ, quibus à tertia coniugatione nerui adueniunt, & quidem omnes, sed in alterutra duntaxat parte læsa videntur, (nunquam autem huius præceptionis, vel nihil dicentibus nobis, obliuiscaris) neruum ipsum primariò affectum esse putandum est. Si verò vtranque simul partem lædi contigerit, non nerui 2 proprium, sed eius in cerebro loci, à quo nerui procedunt, primarium affectus est. Affecto autẽ in vtraque parte, tam dextra quàm sinistra, cerebro, in eo videlicet spatio, vnde tertia neruorum coniugatio prodit, omnes vicinæ partes simul affici cõsueuerũt: proinde & secũda & prima cõiugationis nerui: vnde sequitur, vt oculorum quoque partes lædantur. Quod si vnus duntaxat vel musculus, vel neruus quoquo modo, siue primaria affectione, siue per consensum fuerit affectus, pars ipsa in 3 aduersum trahitur musculum, nam resoluto musculo, qui dextrum labrum mouet, ipsum ad sinistrã deflectitur. At, si is, qui sinistrum mouet, resoluitur, ipsum trahitur ad dextram. Haud secus, & totam mandibulam & narium pinnas, & buccas vtrasque, quas à musculosa 4 latitudine moueri didicisti, in aduersam partem deflecti contingit. Ad hanc verò (latitudinem musculosam) nerui non item à tertia coniugatione veniunt, sed à vertebris ceruicis in totam ferè eam, parte quadam ipsius exigua excepta, in quam nerui à quinta coniugatione inseruntur, vbi est altissima huius musculosæ latitudinis regio.*

PROSEQVITVR attinentia ad aures & faciem de occultis affectibus.

1. *præter hanc*]facultatem auditoriam.

2. *proprius* eo quòd partes cerebri continuæ sunt; exortus autem neruorum dextri & sinistri, non continui. Ob eandem etiam causam, vbi cerebrum læditur in vna coniugatione, vitium vicinam etiam infestat. quod verò legitur (secũdæ & primæ) legendum est (tertiæ & quartæ).

Lib. caus. Morb. 7. *Paulus de particulari visol. Aetius de spasmo cynico. Aui. de tortura oris.*

Pars tracta an ægra.

3. *aduersum*]Num pars resoluta trahatur ad sanam, pugnant authores. affirmat enim Galenus hîc & lib. De caus. morbo. quod non aliter quàm conuulsa in se ipsam colligitur. Consentiunt Paulus & Aphrodisiensis. Contrà stant Aëtius & Auicẽna: & pro quibus etiam rationes neruosæ sunt. pars resoluta, dum membrum conatur moueri, trahatur sane ad oppositam quæ per motum contràhitur: quiescente tamen membro cur trahetur ad sanam? adde partem resolutam ex contento humore grauiorem reddi: cùmque ea grauitas varia sit, fieri potest, vt plus possit ad trahendum ægræ pondus, quàm sanæ vis in oppositum conuellat: potest & esse par vtriusque momentum: & constituetur in sana figura & media membrum. addũt verò occulata testimonia graues testes, Rasius, Auicenna, Gentilis, vidisse se aliquot cynicos spasmos (ita vocãt oris torturam requirẽtes) cum esset resolutio, in parte corrugata remedia,

non

non in aduersa. iungit Auicenna pars faciei torta sensu orbatur: in ea igitur non in aduersa malum situm esse existimari debet, quæ, quo sunt ordiue proposita diluenda sunt. Contrahi musculo inest non modò dum moueri tentat, sed & dum quiescit: nam & in mortuo animali secti musculi partes in sese colligũtur retrahuntúrque. nec ideo indolens est & natiua musculi figura extrema contractio, sed media. nam si vnus tantum præesset membri motui musculus, exigeret naturalem summæ contractionis figuram: nunc quia duobus oppositis quoduis membrum donatum est, media figura minimè omnium laborem affert; quoniam contractio vtrauis extrema dum immodicè extendit, aduersum musculum fatigat & lædit. casus autem illi grauitatis in parte resoluta præpollentis aut æquantis motam sanamq; partem concedantur quidem, quoniam experimento confirmantur: sed tam rarò, vt prisci de illis non meminerint. tortam verò & corrugatam partem sensu priuati verum est in conuulsione partis. Sed & in resolutione accidere potest vt humor alteram faciei medietatem resoluat defluxu humoris in motorios neruos: in altera sensum tollit, quoniam neruos afficit extimos sensui dicatos, potest & in raris illis casibus pars cõtracta simul & resoluta sensu priuari, quoniam humor immodicè grauans vtrosque partis vnius neruos occupauit. ita intelligitur per resolutionem contractam partem magna ex parte morbo vacare; aliquando ægram esse. Cur verò frequentiùs facies reliquis partibus resoluatur, causa est partis nuditas: nam & aëri exposita est, & cerebro frigidissimo proxima.

Cap. 6. 4. *latitudine*] intelligit anatomicis ignoratũ, de quo cùm aliâs, tũ lib. De vsu partiũ decimo sexto.

SECTIO SECVNDA.

SED iã tẽpus est vt spinalis medullæ affectus persequamur. Igitur spinalis medullæ affectum, quantum ad præsentem inquisitionem pertinet, compendiosam habent doctrinam: ea verò, quæ ex actionibus habetur, cognitio, non item. Et enim nisi quis neruorum ab ipsa, procedentium coniugationes ita memoria teneat, vt, ad quam corporis partem singula perueniant, cognoscat discernere non poterit secundum quam vertebram ipsa sit affecta: velut è contrario si illarum meminerit, facilis erit affectæ sedis notitia. 1 Quin etiam si reliquarum quoque partiũ omniũ notitiam quæris, vt neruorum, qui à spinali medulla oriuntur, memineris necesse est. Veluti, vbi prima vertebra afficiuntur, licet rarò, euenire tamen interdum angina potest, idq; in pueris, magis quàm adultis: de qua 2 Hippocrates lib. secundo De morbis populariter vagantibus in hunc modum scripsit. Erant anginosorum affectiones huiusmodi: ceruicis vertebræ ad interna conuersæ sunt, alijs, quidẽ plus, alijs verò minus, atque in partibus exterioribus manifesta videbatur in ceruice concauitas: dolorem laborans, vbi illic tangebatur sentiebat. 3 Accidit etiam angina cuidam sub ea vertebra, quam 4 dentem nominant, verùm non adeò acuta, quibusdam verò ob rotũditatis magnitudinẽ, omnino conspicua. 5 fauces autem in ea vertebra, quæ dens dicitur, 6 inflammatione minimè laborabant, sed molestia afficiebantur. Ea, quæ sub genis erant, tumebant quidem, sed inflammatione laborantibus haud erant consimilia. 7 Inguina nullus dolor cruciabat, sed naturalis potius habitu permanebant. 8 Lingua haud facile conuertebatur, atque aucta ipsis videbatur atque exerta, venæ sub lingua manifestæ. Deglutire, nisi magno cum labore, nequibant: at, si vi quadam deuorare conarentur, per nares effluebat id, quod ingesserant. Ex naribus loquebantur, 9 spiritus ipsis non admodum elatus. Nonnullis capitis tempora, atque ceruicis venæ attollebantur. Atque horum quibusdam, quibus doleret recrudescebant, tempora paulùlum calebant, quamuis alioqui non febricitarent. Plurimi non 10 suffocabantur, nisi cùm vel sputum vel aliud quippiã deglutire tentarent: neque subsidebant oculi. Igitur, quibus tumor non in alterutram partem deflexus, sed rectus erat, nequaquam 11 paralytici euadebant. Horũ si quempiam perijsse mihi constaret, id referre grauarer minime. Nam, quotquot memoria nunc consequi possum, omnes superstites permãserunt. Atque alij quàm celerrime sanitati sunt restituti. Alij non pauci, quadragesimũ diem præterierunt. Insuper nonnullos, febris omnino nõ arripuit: Plurimis etiam vsque in longum tempus, pars quædam tumoris protracta est, cuius rei signum & à deglutitione, & à 12 voce sumi poterat. At eliquata quoque 13 columella, mala significationis nunquam præstabant, quanquam nihil mali habere 14 videbantur. At verò: quibus alterutra pars afficiebatur, ij ea parte, à qua vertebræ incitatæ erant, paralytici euadebant atque hæc ipsa versus alteram trahebantur: Porrò huiusmodi accidentia, tum in facie, tum in 15 ore, & septo, quod gurgulionem distinguit, euidenter deprehendebantur. Quin etiã inferiores genæ, pro ratione mutabantur. Cæterùm, qui paralytici ab angina fiebant, ijs non totum corpus, vt in alijs fieri solet, resoluebatur, sed vsque ad manus duntaxat malum procedebat, ab ea parte, qua angina vrgebatur, atque ij concocta quadam eáque exigua, non sine molestia expuebant. Præterea, quibus tumor in rectitudine consistebat, ij expuere poterãt. At ij, quos febris quoque infestabat, longe maiore cum difficultate spirabant, ac interloquendum screabant, venæ ipsis attollebantur, atque pedes erant quàm frigidissimi. Horum si aliqui nõ ilico mortui sunt, ij tamen erigere sese haudquaquam potuerunt. verùm omnes, quotquot equidem nouerim, mortem 16 obierunt. Totam huius sermonis seriem in secundo libro eius commentarij, quem in secundum librũ De morbis populariter vagantibus perscripsimus, ad verbum fere enarrauimus: atque idcirco eam iteram hic inseruimus, eo quòd Hippocrates multis ostendit: accidisse anginam, nobis rarò visam, nullo existente in gutture proprio affectu, quinetiam, quod circa primas oritur vertebras, à quarum secunda pars quædam dentis formis vocata procedit: vnde nonnulli ipsam totam vocauere dentem. at nunc sub hac quoque vertebra (inquit) factum quidem anginam, sed non æque acutam, vt ea, quæ circa secundam fieri solet: siquidem constat, quod spinalis medullæ partes, quo fuerint altiores, eo sunt præstantiores: proinde, quo inferior primis duabus vertebris fuerit dispositio eo minorem inferet noxam, nam ex arte secandi corpora didicimus septi transuersi neruos sub quarta ac quinta vertebra emergere: præterea ex commentarijs De spirationis causis edocti sumus liberam spirationem à solo fieri 17 septo transuerso, accedente ad hanc intercostalium quoque musculorum actione, vbi videlicet vehementiore opus est spiratione. quòd si vehemẽtissima spiratione indiguerimus, superiores etiam musculos concurrere oportet. verùm non solum ob magnam aut maximam spirationem horum musculorum actionem requirimus. sed ob 18 alias quoque causas, de quibus latius in libris de Dyspnœa, (id est, spirandi difficultate)

tam

iam dictum est. In 19 præsentia verò satis fuerit à præscripto Hippocratis sermone tantum accipere, quantum ad affectorum locorum notitiam necessarium est: si prius eius verbi, quod in libro De 20 articulis à nobis explicatum est, meminerimus: vbi inquit, vertebrarum autem, quæ in spina sunt, quæcunque per morbos in gibbum trahuntur. vult nimirum non solùm ad internam vertebrarum luxationem, quam lordosin, (id est, excauationem) vocant, sed eam quoque, quæ foras vertebra labuntur, comitari tensiones, quæ ad partes fiunt internas, trahentibus, qui ibi præter naturam cõsistunt, tumoribus neruosa corpora. Igitur, vbi vnica duntaxat vertebra, aut etiam duæ, aut etiã sese deinceps consequentes distrahuntur, ea parte spinam cauari contingit. vbi verò inter distractas vertebras, vel vna vel plures illæsa permanserint, sic affectis gibbus accidere solet. At, si alterutram partem, vel dextram vel sinistram distrahatur, ibidem in obliquum torquebitur spina. Atque in eo, quem præmisimus, sermone, vtriusque mentionem fecit Hippocrates: excauationis quidem, cùm dixit: Quibus secundum rectitudinem tumor incedit: obliquæ verò torsionis, dicens: Quibus verò alterutra pars afficiebatur. Porrò exactè admodum atque vtiliter nobis, (si legerimus) hæc conscripsit, per excauationem quidem neminem fieri paralyticum, quod fit vbi pars aliqua resoluitur: per obliquam verò torsionem, malum ad manum vsque procedere significans ipsum ad infernas partes, vt costas, lumbos, crura non posse descendere. In primis itaque hoc nobis sciendum est, alia quidem sequi accidentia laborante spinali medulla proprio affectu, siue id ex sola intemperie fiat, siue simul humore quopiam affluente, vt in erysipelate, inflammatione, atque vlcero putri: alia verò contusa, quia vna vel plures vertebræ suo loco commouentur, quippè, vbi proprio affectu spinalis medula ipsa laborat, siue id in dextera, siue sinistra parte eueniat, citra tamen vertebrarum luxationem, si in altera parte duntaxat afficiatur, omnium inferiorum corporis partium, quæ è regione nocumenti constituuntur, tam sensus, quam motus læditur: si verò vtraque pars affecta est, omnes particulæ tam in dextra, quam in sinistra parte, eis, quæ læditur, subiectæ, similiter resoluuntur. at luxata vel ad gibbum, vel ad concauum vertebra, fieri potest, vt nulla omnino partium inferiorum, vel in sentiendi, vel mouendi facultate vitium percipiat. Atque fieri etiam potest, vt lædatur eo videlicet modo, qui ab Hippocrate in libro De articulorum affectibus definitus iam est. Cùm igitur angulosa, (vt ipse nominat) fit spinalis medullæ luxatio: id est, cùm non paulatim, sed affatim, perinde ac si frangeretur, pars aliqua curuatur, subiectas partes omnes lædi necesse est. paulatim verò facta luxatione, atque in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ commotæ vertebræ supponuntur. Sed in obliquum luxatio lædit omnino partes eas, ad quas nerui ex luxatis vertebris procedentes perueniunt: idq; magis in ceruice, in thorace minus, sed multò minus in lumbis accidere solet. Siquidem in 21 ceruice vertebræ inter se connexæ æqualiter vtraque conferunt foraminis, vnde neruus procedit: in thorace autem superior magis, inferior minus: sed in lumbis totus neruus ex superiori excidit vertebra: vbi si trãsuersa eueniat vertebrarum luxatio, eadem secum trahens & spinalem medullam & neruum, illæsum seruat ipsius secundum naturam ortum. In ceruice verò ex loco medio inter duas vertebras procedentes nerui, per obliquas luxationes, in ea quidem parte, ad quam spina ipsa deflectitur, opprimuntur: in altera verò, tenduntur. Porrò tensiones quidem, vbi ingens quoque inflammatio accesserit, conuulsio comitatur. Ad compressiones verò earum partium, ad quas oppressus neruus peruenit, paralysis, id est, resolutio sequitur. Igitur non ab re in ea angina, cuius in præmisso sermone historia narrata est, ad manus vsque superuenit resolutio, vtpote procedentibus neruis ex fine ceruicis ad manum. quippe sub ceruice thorax est, à cuius vertebris emergentes nerui non ad manus, sed ad spatia intercostalia transmittuntur, paucis quibusdam, qui ex primis procedunt, exceptis. 22 Igitur, per eas, quas nuper diximus vertebrarum luxationes, reliquæ faciei partes omnes, neque in sensu, neque in motu noxam subeunt. Porrò genæ duntaxat siue mandibulæ læduntur, vt quæ à musculosa latitudine, id est, lato musculo mouentur. Constat itaque quòd musculi, quibus mouendi vis aduenit per neruos, qui à ceruicis vertebris orti in ipsis dispergūtur, noxam non euadunt, si & spinalem medullam, & prouenientes ab ipsa neruos affectus quispiam infestauerit. verùm qui & quot sint huiusmodi musculi, ex neruorum, qui à spinali medulla oriuntur, dissectione didicistis: veluti alia quoque cognitu necessaria accidẽtia, quæ sequuntur, vbi spinæ ipsius vertebra vel in gibbum, vel concauum, vel etiam transuersum luxantur, ex secunda particula commentariorum, quos in libro De articulis adidimus, omnia cum proprijs demonstrationibus accuratè conscripta habetis. quorum summas in præsentia commemorasse operæpretium fuerit. Equidem nonnulla iam percurri: Superest itaque, vt ea, quæ nondum tacta sunt, tractemus, vt nihil orationi nostræ deesse videatur. Porrò scire debetis vertebras à suo positu luxari, aut ob casum aut ictum, aut tumorem præter naturam neruosa corpora vertebris ipsis atque spinali medullæ insita extendentem. 23 Horum duo sunt genera, aliud enim est partium, quæ secundum naturam se habent: aliud tumorum quorundam, qui præter naturam accidunt, quos Hippocrates vno vocabulo comprehendens cruda tubera, id est, aperta phymata nominauit. 24 Igitur manifestum est, quod in præmissa conditione, quam libro secundo De vulgaribus morbis descripsit, ceruicis vertebris adiacentes musculi afficiebantur. Potuit etiam tuberosus aliquis tumor accedere, ob quem concocta nonnullos spuere dicit, facta videlicet tuberum concoctione. Cur igitur eos anginosos appellauit? an quia difficulter spirabant, nullo existente vel in thorace vel pulmone vitio? quippè hac in re differt anginosus concursus à peripneumonoso & laterali, atque ex eo quod angustiæ sensus in gutture est. 24 præterea in Præsagiorum libro videtur anginæ nomine appellare omnes affectus huic loco accedentes, quos spirandi difficultas comitatur. 25 Inquit enim, Angina periculosissima est, celerrimèque enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam appareat, si dolor vehemens est, si vix spiritum trahunt, etenim eodem die iugulat, licet interdum vsque ad alterum aut tertium aut etiam quartum protrahatur: quæ verò alioqui non minore quidem dolore afficit, extumescit autem, & in faucibus rumorem mouet, superiori non minus periculosa est: sed longius spatium habebit, præcipue si vehemens fuerit rubor: sed cum præcipuè malum prolongatur, cùm nõ solùm fauces, sed ceruicem quoque rubor occupat. maxime verò potest ab ea secunda valetudo contingere: si rubor simul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuertatur erysipelas. Igitur ex ijs verbis haud dubia conie-

ctura est, omnes affectus, qui huic loco accidunt, si spirationem quoquo modo reddant deteriorem, ab ipso cynanchas, id est, anginas nominari: nondum solitis medicis cynanchen per c. 26 synanchen verò per se nominare: tantum abest, vt vel paracynanchen vel parasynanchen dicerent. Quippe cum primum homines res ipsas neglexerunt, cùm nimio studio nomina quaerere inciperent. Itaque quatuor inuentis nominibus, quatuor affectus significari dicebant: at notas ipsorum scribentes, genus illud, quod suprà tractauimus, cùm sermonem ex libro vulgariorum morborum secundo explicaremus, omnino dereliquerunt. Atque hac sunt quatuor eorum genera. Primum, vbi fauces inflammantur: fauces vocò internum oris locum, vbi simul conueniunt & gula & gutturis partes extremae. Alterum, cùm neque fauces neque reliquae oris partes, neque etiam externarum partium vlla inflammata videtur: laborans tamen suffocationis periculum in gutture sentit. Tertium, vbi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quartum, vbi gutturis partes, tum externae, tum interiores similiter affectae sunt. At superest adhuc alius ceruicis affectus, quem ipsi silentio praeterierunt, vbi ad anteriores partes vertebra luxantur, & quidem solis interdum musculis, qui cum ipsis communicant, tumore praeter naturam affectis, vel nato ibi tuberculo: interdum etiam gula pariter vitiata: nonnunquam musculis quoque, qui gulam gutturi iungunt: quinetiam proprijs aliquando gutturis musculis, qui ipsum aperiunt oblaesis. per omnes id genus affectus spirandi quidem difficultas oboritur, sed citra suffocationis periculum: laborantes difficulter deglutiunt, atque dolore afficiuntur, idq; praecipue, cum potus eis per nares resilit. Accidit etiam interdum, vt ascendente, inflammatione, & 27 lingua & fauces in tumorem attollantur, quemadmodum & Hippocrates ipse tradidit. Verùm huiuscemodi cognationē enarratio proposito nostro nihil conferre videtur. Nam lingua affecta aliae quoque actiones deperduntur.

AFFECTVS dorsalis medullae praeseoti capite prosequitur. Posteriore quod sequitur, eos qui ad aspetam attinent attetiam.

1. *quinetiam*] non modò ad agnitionem affectuum dorsalis, neruorum dissectio conducit; sed & ad multas aliarum partium affectiones. Nam nisi intelligatur qui nerui à qua vertebra prodeunt, percipi non potest in luxata ceruicis vertebra, qualis sequatur & qua noxa angina. sed satius ex antiquo interprete locus emendabitur: & pro, ἀλλὰ, legendum ἄρα (igitur) sic enim vertit antiquus interpres (vnde dico memoria neruorum prodeuntium amica erit tibi non minimum adiutorium) Pro quinetiam ergo, lege, igitur.

2. *Hippocrates*] secundo Epid. sect. secunda ad finem.

Lib. de ossibus. 7.8.

3. *dentem*] ita à similitudine vocant processum secundae vertebrae ad caput extantem. cum enim oporteret caput similiter reliquis extremis, vltra motus rectos etiam circunduci; & requireret circunductio os alterum qui caput cohaereret accommoda articulatione; nec potuisset natura in capite per longitudinem ossa duo diuidere: quibuscum caput ad dictos motus erat dearticulandum, ob dorsalis tegēdae necessitatem, (mitùm) fecit duas primas vertebras rotundas, perforatas, sed alteram in alteram dente inseruit; vt capiti accederet instar duorum illi coarticulandorum.

Denti formis vertebrae vsus.

4. *accidit etiam*] lege, quibusdam sub dentali vertebra, sed non aequè acuta.

5. *fauces*] libro. De difficultate spirandi in hanc seriem citat (fauces non inflammatae sed iacentes.) Lib. 3.11.

6. *sub genis*] lege, (sub mento.)

7. *inguina*] lege, (bubones mulli intumuerunt) significat autem adenes sub mento. omnis enim adenum inflāmatio, bubo dicitur. libro ad Glauconem secundo. Cap. 1.

8. *lingua*] quoniam à compressa vertebra premebatur, exerta erat, & in motu laborabat.

9 *spiritus*] sublimis spiritus vel elatus, explicante Galeno praesentem dictionem libro De difficultate spirandi, non est (quod quidam opinātur) magna spiratio; sed parua & densa; ita dicta, quoniam paucus aër inspiratus nō videtur posse pertingere ad infernas thoracis partes, sed in sublimibus tantùm eius partibus consistere: idcirco autem non erat admodum parua (vocat elatam) horum respiratio, quia per consensum, non proprietate, fauces afficiebantur. (recrudescebant) saepe reuertebantur. Lib. 3. ic.

10. *suffocabantur*] lege, Angustia spiritus & strangulatione premebantur.

11. *paralytici*] quorum tumor erat rectus, id est, luxatio non ad latera, sed antrorsum tantùm: ea enim non premebantur neruorum exortus: quorum ad latera, paraplectici euadebant, id est, altera medietate resoluti.

12. *à voce*] quae exigua erat.

13. *columella*] Gargareon, Latinis gurgulio, haec pars nomen habet: attenuata columellę, quasi dicas columnellae: vbi tumet à similitudine vua. Hic fortè crassities succi frigida extendebat gurgulionem, non secus quàm in destillatione: quocirca praesagio erat duraturum malum: Cùm enim luxatio vagarentur, constabat causam mali tumorem esse ad ceruicis vertebras, luxationis originem.

14. *putabantur*] lege, (opinabantur) nempe aegrotantes.

15. *ore*] quoniam recipiunt haec loca à tertia dorsalis coniugatione neruos.

16. *obierunt*] priores rectam luxationem habentes, nec febri laborarunt nec perierunt, qui obliquam, paralytici euaserunt: ex quibus qui febricitarunt, perierunt omnes. Infra; secundam vertebram minus periculi esse ait scilicet, plurima ex parte nempe post quintam omnes.

17. *septo transuerso*] operaepretium est si de hoc dogmate nondum satis percepto dicere tentemus, propositionibus quibusdam rem vniuersam complectentes. De septi vsu. Propositio. 1.

Prima est de vsu septi. Septum per omniū costarum notharū cartilaginea extrema, dorso valde adnascitur, duplici circulo, medio neruoso, exteriore carneo. Et quo propius ad medium, id est, originē musculi accedit, plus membraneū, è medio autem prodeuntes, rectè neruorum fibrae extremis costarum inseruntur; per quos motio

peragitur. Vſus eius Platoni ſeparare animas duas,ab iraſcibili alimẽtariã: Ariſtoteli ſeiungere
a. Motu muſ. li.12. alimẽti altrus ab animæ ſede,hoc eſt à corde. Sed Galeno lõgè præſtantiores duo; maximus ad naturalẽ reſpirationẽ qua eo ſolo perficitur : minor ad excrementorum & fœtus expulſionem, ab eo & abdominis muſculis tanquam à duabus manibus pẽdentem. Propoſitio ſecunda eſt obliquitatis multæ ſepti, cauſæ momentaneæ ſunt, ſimul &
2. cur coſtæ nothæ nonnullæ formatæ ſint : nempe vt poſſet citra difficultatem mouendarum coſtarum animal per ventrem reſpirare. nam cùm coſtarum integritas ad cordis tutelã neceſſaria eſſet: moueri autem perpetuò coſtas omnes labore pleniſſimum; argumento quod plurimùm fatigamur cantantes aut loqũentes: artificioſè parauit naturalem reſpirationem ex nothis coſtis extendens pulmonem, & in tranſverſum obliquãs ſeptum: vt in eum carneum hiatum diſtẽtus pulmo aërem exciperet. lucratur & ex ea poſitione natura, vt illa motus perpetuitate qua venter diducitur, coctio delatióque alimenti non parùm promoueantur, & naturalia viſceras ſpuriis illis coſtis tegantur : & vicem reddat pectus ventri aërẽ miniſtranti: indicio, hanc eſſe obliquitatis ſepti cauſam, quod aues in quibus propter alarũ exortum pectus prolixiſſimum eſt, deſcendit tamen inferius pulmo ; vt per ventrem fiat reſpiratio. Iecur enim parte ſuperiore coſtis illis tegitur, vnde remedia eam partem occupant; Et in aſcite ſupra tertiam coſtam apertio fit. Poſtrema vtilitas eius ſitus commoditas eſt expreſſionis.

Propoſitio tertia. de motu ſepti, ita ſe habet. quando tenditur, contractis fibris in coſtarũ ex-
3. trema terminatis ad centrum ligamentorum originem rectum conſtituitur ſeptum, & inſpirationem naturalem operatur. Cùm ociatur, laxatur & modicè decumbit in reliquis figuris omnibus: ad dorſum ſubſidente ventre ; in prona antrorſum tumente ventre. Si verò oppoſiti muſculi operãtur: violenter tenditur: & ſiquidem intercoſtales operantur, tenditur ad ventrem: ſin abdominis muſculi ſoli, ad dorſum: vtrobique violẽter. Vnde fit, vt niſi fingantur oppoſiti illi duplices muſculi ociari, intercoſtales & abdominis, agẽte ſolo ſepto, aër pectus ingrediatur : videlicet quoniã ante operationem inclinabat ſepti medium in dorſum: ita vt inanitas thoracis tantò redderetur anguſtior, quanto ſepto operante capacior.

Propoſitio quarta. De ſepti otio eſt : Cur otiãs ſeptum ferè decumbat ad ſpinam, non in ventrẽ:
4. apud Galenũ cauſa eſt, quia in omni figura dẽpta prona dorſum inferius eſt. altera, quòd premitur à membris naturalibus antrorſum ſitis: facilè autem premitur molliſſimus pulmo : quò fit vt naturalis expiratio neque intendi poſſit, neque remitti: & vt proni difficulter expirent, & cum efflatione ; quoniam ita conſtitutis laxatum & otians ſeptũ antrorſum decidit, vtpote ad coſtas reflexum. Addenda verò ijs tertia cauſa eſt: Creauit natura ſeptũ ad nothas inuerſum reflexumq́;, qua parte adnaſcitur cartilaginibus, vt ab eo initio facilè petat eã figuram. Potiſſima autẽ quarta eſt: quia inanitur pulmonis aër cordis diſtentionibus : pulmonẽ autem ſemper ſequitur attiguũ ſeptum, vacuum fugiens. diſtat ergo ſepti motus à frequenti muſculorum, quod illi contracti cõuellunt ad ſe partem in quam inſeruntur : Septũ dum contrahitur, ſeipſum tantum tendit, ob eorum firmitatem quibus implantatur. tenſio igitur ſepto in reſpiratione naturali ſequens pulmo hiatu illo carneo, quem in hunc vſum natura conſtituit, diſtenditur, & aërem cordi ſoffecturum recipit, corde interim integris coſtis vallato, nec fatigato pectore diſtentionis frequentia. nã coſtæ tam integræ quam nothæ, licet per poſteriores articulationes motus capaces ſint; mouentur tamen à fibris quæ ex vna in alteram coſtam inſerũtur: at ſeptum quod extremis coſtarum ſimul nothàrum ita hæret, vt validè adnaſcatur iunctis iam & vnitis oſſium extremis, quomodo vel ſeparabit coſtas, vel iunget, vel flectet? Sed diluenda ſunt, quæ quoſdam remorari poſſunt aduerſa. Primum: quomodo Galenus ſæpè addi-
cit ſepti motui naturalem inſpirationem, cùm in 1.
prona figura contrà videatur fieri: ſi enim in pro- a. Motu muſ. 12.
na figura cùm otiatur à motu : decumbit in ventrem ; ocians aërem trahit non agens. Verùm licet ſua ſpõte (quod Galenus) in prona figura, vbi remittit motum, vergat ad ventrem ; nunquam tamen accidit, vt pronum ſeptũ trahat. Ex quarta enim illa cauſa explicata, cùm perpetuo hæreat pulmonibus vacui vitandi gratia, etiam in prona figura monſtrante experimento, per inſpirationẽ ventrem eleuat, per expirationem ad ſpinam inclinat. Secundũ: in ijs qui ſuffocati pereunt defi-
ciente aëre, apparet ſeptum valde ad ſuperiora 2.
retractum, & ad cor media ſua cauitate abſorptũ: ſit ergo inſpiratio eleuatione eius & receſſu à vẽtre; non acceſſu. Solutio: non recipit ſe intro pulmo ſurſumq́ue, quia valdè conetur inſpirare : licet enim detur intro tractum, inſpirare, in illis deficiẽte aëre, quomodo intro magis traheretur? non enim eleuantur niſi parãs inanitatẽ ampliorem, & aëris capacem magis : vbi ergo non recipitur aër, neque cauitas parabitur, niſi locus mãſurus ſit inanis. Sed cauſa eius multę retractionis duplex eſt: Vna, cũ aër ad pulmones, non amplius ingrediatur, qui in pulmone eſt ad cor trahitur; vnde concidunt pulmones, quod in viua experimur ſectione concidente pulmone, ſeptum perpetuo attiguum concidenti pulmoni, intro recipiatur neceſſe eſt. nam & naturalia membra inanito pulmone eadem vacui neceſſitate conſcendunt: facto autem foramine ingreſſuro aëri confeſtim concidunt, & in ſuas ſedes redeunt, non aliter quàm in ſanis tenſo ſepto attiguus pulmo idem vacuum fugiens ſequenſq́ue ſeptum dilatatur. Altera cauſa maxima contractio muſculorum abdominis ad ſenſatæ noxæ, imminẽte morte, expulſionem : eſt enim tanta vt compreſſione ſua cogat veſicam contentam vrinam eiaculari. Similiter igitur viſcera comprimens detrudit introrſum pulmones. Tertium; videtur ſignificaſſe
Galenus lib. ſecundo. De motu muſculorum, in 3.
reſpiratione naturali pectus non ſolũ ſeptũ moueri; ita enim ſcribit (Expiratio affectus eſt thoracis decidẽtiæ ſimilis vel collapſui) Decidit igitur thorax etiã in naturali reſpiratione : ſed meminiſſe oportet, thoracem Galeno vocari omnẽ illam amplitudinem pulmonem comprehendẽtem, ad externas quidem partes coſtis ad infernã

ſepto

septo terminatam. amplificatur ea inanitas, siue costæ moueantur latera cingētes; siue septo partem infernam occupante; similiter & arctatur: cùmque naturali inspiratione secedat à pulmone & spina septum, thorax dilatatur: in otio verò decidēte septo ad spinam, thorax decidere dicitur, & collabit: quare & in angustiam redigi internā amplitudo: cur enim minus mutabitur thoracis amplitudo, motione substrati septi, quàm cingētium costarum? quod enim solum septum in naturali inspiratione operetur, hic apertè docemur, monente Galeno liberam spirationem à solo fieri septo transuerso: & suprà (cum soli septo naturæ respirationis officium non committi, quēadmodū in bene valentibus) de pleuriticis agēs.

4. Quartum: si inspiramus moto ad ventrem septo, oporteret deiiciendis his quæ in ventre continētur, conferre inspirationes: cum ex opposito cohabita respiratio deponat. Consideremus ergo excretionis huius ministeria. Deponuntur in vētre contenta valida vtrinque pressione: extra musculorum abdominis, intro septi multa ad ventrem tensione: tenditur venter antrorsum in inspirando, sed modicè & vi tantum propria: immodicè verò tenditur, cùm oppositi intercostales musculi suo munere funguntur. Cùm ergo tunc maximè excrementa trudantur, cùm valide antrorsum septum tenditur; nec validè tendatur, nisi simul intercostales contrahantur, clauso etiā larynge, vt contenta aëris intra pulmones vis antrorsum septum deprimat: fit vt ea operatione

5. promptior sequatur depositio. Quintum: origo nerui ad medium septi implantati è sursum est, à dorsali per intersepientes membranas descendēs: contractum igitur septum eò trahet, scilicet ad nerui originem. Sed cùm ostensum sit contractionem non esse nerui opus sed ligamenti; nerúmque accedentem, modò ad musculi vētrem, modò ad caput, modò ad caudam, tantum deferre musculo voluntatis imperium; nihil conficit ratio. Solùm enim in opere suo musculus ligamētorum fibras ad earum trahit initium, id est, ad septi cētrum; accedente per neruū imperio quacunque neruus accedat. De reuersiuis enim suo loco dictum est. de motu itaque septi & naturali respiratione ita sentiendum esse videtur. Ridicula verò sunt Mundini de septo inuenta, quod alligatur capite suo pulmoni, quoniam illum & nō pectus primo mouet. & ideo sequi deliria inflāmatum, quoniam non præstat propter inflammationem exactum illum separationis vsum. Nam pulmo per accidens tantum mouetur ad pectoris motum; quod non ita multo post ostendetur. consortium verò cum capite ex neruis vtrunque connectentibus obtinet. Sed & de Aristotele dubitandum est, ne forte nō satisfecerit in Problemate. quærens enim, cur è longè spirantibus vēter adducitur, expirantibus verò deducitur & tumet: ait causam esse, quia in expiratione subsidēte pectore venter tumere videtur; & compresso thorace pellitur ad ventrem aër, nō minùs quàm ad os: potest enim in Aristotelem dici, cur in respiratione naturali non idem eueniat. fortè verò illa euenius ratio est. cùm id tantum accidat, vbi trahitur parcissimus vel aër, vel potus; eò fieri, quoniā constricto inferiore pectore & ita ventre subsidente, distenta autē superiore aspera arteria, [14. Probl. 11.]

confertim trahitur parcissimus aër, exiguam illā inanitatem occupans. quo enim distendens musculus vicinior est, eo violentius operatur. Curvetò frigidior sentitur aër, qui ita bauritur? quia per angustatum os festinè mouetur, & agens validius est. cur è remotioribus, haustus quam spiratio rapit: quoniam instar cucurbitæ angustioris profundiùs allicit; partes enim è regione sitæ minus impediūtur quàm laterales succedere vacuo opplendo, & vis vacui vnita plus potest.

18. *ob alias*] vocem, flatum, sternutamentum.

19. *in præsentia*] colligit causam variorū symptomatum ex diuersa vertebrarum luxatione.

20. *de articulis*] Sect.3. 48. idem 6. Aph. 46.

21. *ceruice*] ob tenuitatem enim vertebrarum ceruicis, timuit natura eas per medium ad exortū neruorum perforare: ideo ex fine superioris & initio inferioris æquè prodeunt: quo fit vt interra ceruicis vertebra insigniter comprimat ex altero latere neruum progredientem, ex altero tēdat, id quod minus in thorace, adhuc minus lumbis contingit: quantò vertebræ crassitie superant superiores, superant autē quoniā maius corporis pondus sustinent; & quia articulatio ischi quirebat ossis amplitudinem; & quoniam crura ad corporis gestationem plurimo spiritu, ideò crassa etiam dorsali indigebant: postremò quia extrema noxis occursura oportuit magnitudine sua se tueri caput, & lumbos. [13. De vsu. c.]

22. *igitur*] complet quæ faciunt ad institutū, teferens in medium omnes anginæ differentias.

23. *borū duo*] tumores luxationis causas duplices memorat: aut enim ipsi musculi tumuerūt, aut genitum tuberculum vertebras è suis euertit sedibus, licet partes ipsæ similares nō intumuerint.

24. *igitur manifestum*] quia vagans angina oriri à casu vel ictu non potuit.

25. *præterea in præsagiorum*] lege, videtur autem in præsag.

26. *inquit enim*] 3. Præsag. 18.

27. *cynanchen*] Aurelianus putat dictum morbum ab ἄγχειν, id est, suspēdio: quia instar suspēdij suffocat: vel à συνέχειν, id est, continendo spiritu, quia respirationē prohibet: vel à canibus, quoniam id symptoma crebrò perpetiuntur: aut quoniam affecti homines similiter canibus linguam exerunt. Astruit autem Galenus ex propositis in ea epidemia anginosis traditionē artis morborū curatricis per morborum nomina nunquā ambiguitatibus carere: cùm traditio per morborū differentias, à generalissimo ad infimas species deducta, sit & certa & sufficientissima: quod sæpe scribit. vulgares verò medici iuxta nomina quatuor, totidē anginæ constituebant species. cynāchē grauissimā, in qua nihil ant in faucibus aut in ceruice conspicuū apparet. paracynanchen, vbi fauces solæ tument. synanchen faciliorem, vbi cū faucibus ceruix attollitur. postremā salubertimam, parasynanchen, vbi sola ceruix & pectus inflaminantur. Condemnatur Galeno ea nominum varietas & differentiarum, quoniam omnes illæ Hippocrati vno cynanches nomine proponuntur: & tribus tantùm membris secātur penes periculi magnitudinem: & in dicta diuisione angina ex luxatione non clauditur: adde quod nec in vniuersum vera est de illis differētijs sentētia. Nam periculi magnitudo summa est, vbi coeūt [Anginæ differentiæ. 8. Hist. 22.] [4. Præs. Prolf. 1.]

ſpitandi difficultas & doloris vehemẽtia:minor aliquantò,vbi citra ſpirandi difficultatem dolor vrget multo minor,vbi præter duo illa ſymptomata inflammatio apparet, ſiue intus ſiue extra ſiue vtrobique. Diſtare autẽ hãc periculi ſectionem ab illa quadrimembri Iuniorum,planum eſt 4.Collect. 51. intuenti. Quare nec Auerrous quinque ſpecies recipiẽs,priores illa iuniorum quatuor cũ quinta ex luxatione orta,cum Galeno ſentit; licet ſibi ſentire videatur. Nam illa ex luxatione orta iuxta ſymptomatũ mixtionẽ habet gradũ & lo- 2.Acut.7. cum periculi. Sed quomodo hic omni anginæ cõmunis eſt ſpirationis difficultas, illic ſoli grauiſſimæ propria? quomodo inflãmatio in omnibus iungitur; ſi Aretæo prima illa & grauiſſima magis oſtẽdat collapſas fauces, & cauos oculos; vt magis exiſtimari debeat mutatio aëris inſpirati ad deleteriã qualitatẽ,quã in reſpiratorio meatu inflammatio? Sanè difficultas ſpirandi hic quã Solutio primi. tuis anguſtiã,illic ſolam orthopnœam ſignificat, 2. quam patientes recti reſpirare coguntur. Paradoxa verò illa Aretæi ſententia dura eſt, eò maximè, quòd, cùm reſpiratio cerebro non cordi agẽti tribuatur, immeritò noxium cordis aërem accuſamus. Neque apparet in continente moderato,vnde deleraria illa tracti aëris malitia refrigerando cordi inſufficiens, præſertim cùm vel Aretæus ipſe fateatur,etiam malignam illam anginam apparente inflammatione ſanari.

27. *lingua affecta*]in angina tumente cum faucibus lingua,non ſolum guſtus, ſed & motus linguæ vitiatur, & locutio ſimul, & impeditur reſpiratio. huius verò libri ſcopus eſt inquirere locum affectum, vbi ſymptoma vnius læſæ actionis ad multas partes referri poteſt.

A T, vbi vnica duntaxat actio læſa eſt, & ſedes affecta plures, tum noſtri inſtituti eſt, vt ex reliquorum accidentium varietate eas diſcernẽdo inueniamus. Quippe nullo ſpiritalium inſtrumentorum quoquo modo, neque primario, neque per conſenſum affecto, fieri minimè poteſt, vt ſpiratio lædatur. Cùm itaque multa ſint ſpirandi inſtrumenta, ac numeroſa quoque partium multitudo, quibus ipſa conſcatire conſueuerunt: non absque multa diſcretione indiget is, qui & primariò affectas & conſentientes ſedes iuncaire conatur. Igitur ex ſola ſpirandi 1 ſpecie illico nõnihil & de affecta ſede, & de ipſa diſpoſitione conijcere licet. Quippe ſi videatur laborans inter ſpirandum totum mouere thoracem, vt in parte quidem anteriore ad ingulum, in vtroque latere ad 2 epomedas, id eſt, ſuperhumerales: in parte poſteriore ad ſcapulas vſque motus ipſius aſcendat, tres ex huiuſmodi ſpiratione diſpoſitiones ſignificantur. 3 Vna eſt, flammea in pulmone atque corde caliditas. altera, in aliquo ſpiritalium inſtrumentorum anguſtia. tertia eſt facultatis muſculos thoracis mouentis debilitas. Cúmque huiuſmodi ſpirationem conſpexeris, imprimis pulſus perpendere oportet: hi enim quantus ſit calor, indicant. Atque de ijs, in libro. De præſagijs à pulſu, iam ſcriptum eſt. Deinde 4 expirationem ipſam conſidera, an 5 multa, an conferta, an exſufflando fiat. Poſtremò thoracem in pectore tango, quẽ ſi ardentem inueneris, iam omnes copioſi caloris notas te habere non dubita. quibus ex 6 abundantia accedit facies oculorúmque rubor, capitis ardor, ſitis vehemens, lingua arida & ſalebroſa, & quod dicat infirmus ſeſe ardere. Vbi verò incendij ſignis modum ſeruãtibus thorax vehementer dilatatur, anguſtiam in ſpiritalibus inſtrumentis eſſe portendit. Itaque conſideres, oportet, an guttur ſit affectum, an pulmo, an thorax ipſe humoribus impletus ſit, an tubercula in ipſis nata ſint: quo in genere etiam abſceſſus numerantur. Atqui gutturis affectus tum primarios, cum eos, quibus per conſenſum infeſtatur, iam percurrimus: pulmonis autem thoracíſq; vitia paulo poſt accuratiùs perſequemur. Nam in præſentia ſpinalis medullæ duntaxat affectus tractare propoſuimus, tum alios, tum illos, qui ei per 7 imbecillitatem vocatam accidere ſolent: porrò ſolet imbecillitas accidere, interdum cerebri vitio, vtpote à quo & ſentiendi & mouendi facultatem recipit, interdum ipſa duntaxat ſpinali medulla primario affectu laborante, idq; ob peculiarem intemperiem, vel toti ipſi, vel diuerſis ipſius partibus aduenientem: quam multorum medicorum 8 mentes nequaquam comprehendere valent, cùm tamen creberrimè videant laborantes quoſdam adeò reſolutos, vt vix digitos manus poßint mouere, quamuis omnibus thoracis partibus ſpirent, nullo ardente calore ad magnam ſpirationem ipſos cogente. Id verò ob huiuſmodi 9 cauſas eis accidit. Nam dum quieſcit animans, liberam ſpirationem ſolam ſeptum tranſuerſum, modo valeat, efficere ſolet. vbi verò infirmum eſt, ipſum ſanè ſolùm ſpirandi munus perficere non valet: verùm intercoſtalium muſculorum concurrit auxilium. quod ſi præterea maiori animal inſpiratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes: quorum maximi ſcapulas ſecum manifeſte mouent, ad ſpirandi actionem requiruntur. Cùm itaque hominem ſpirandi opus omnibus thoracis partibus perficere videris, non fuerit tamen conferta inſpiratio, quantum thorax dilatetur, perpende: inſuper & narium pinnas, etenim ipſa quoque contrahuntur. Dilatatur autem thorax quidem, verùm non ſimiliter, vt in ardentibus febribus, cùm adhuc valent vires: nam in ijs totus thorax plurimùm dilatari conſueuit. Neque etiam, vt in illis, quibus id euenit ob aliquam ſpiritalium inſtrumentorum anguſtiam, vt in anginis, atque in dyſpnæa, quam fluxio multa & affatim deſcendens induxit. Neque, quibus ab vtraque cauſa prouenit, vt in peripneumonia: quippe hoc morbo affecti, & maxima & frequentiſsima ſpiratione vtuntur. 10 Cæterùm, quemadmodum ob virium infirmitatem, ita ob vnius quoque particulæ particularem imbecillitatem omnes thoracis partes dilatari coguntur. Igitur Athleta ſecũdus nomine, qui ſatis, quid pateretur, intelligebat, ſentire ſe manifeſtè in ſepto tranſuerſo dixit imbecillitatem: atque idcirco cogebatur intercoſtales muſculos ſine intermiſſione mouere, atque nonnunquam ſuperiores quoque, interdũ autem 11 Zonam circundans præcordiarũ partibus ſola tranſuerſi ſepti motione ſufficienter ſpirabat, quo tempore quieſcebat. verùm, an ad ſepti tranſuerſi muſculum, an ad neruos, qui ad ipſum perueniũt: an ad aggregatũ ex vtriſque pertinere huiuſmodi imbecillitas, mihi quidem explicatu 12 perdifficile videbatur. Idem ſpirationis genus etiam in alio quodam notaui, quem cũ aliquando equus in præcordiorum regione calcitraſſet, adeo atrociter, vt oborta in ſepto tranſuerſo inflammatione, mortis periculũ immineret: is, licet euaſerit à periculo totus, ab imbecillitate tamen liberari nequiuit. In alio etiã, qui à vehementi peripneumonia conualeſcebat, brachij tam poſteriores, quàm interne partes, & cubiti maxima pars eodem modo ad ſummos vſque digitos ſenſus difficultate laborauerunt, atque motus quoque aliquorum digitorum non nihil læſus eſt. Huic nerui, qui in primo atque ſecundo 13 intercoſtali loco inueniuntur, noxam ſubierunt, quorum primus non

contem

conteinnende magnitudinis per intimas partes abditus defertur, sedes, qui ipsum præcedit, admixtm, atque multifariam diuism: vt inter secandum corpora videre est: cuius etiam partes aliqua per interiorem cubiti regionem vsque ad digitorum extrema perueniunt. Secũdus verò nerum tenuis quidem, nulliq; admixtm, per axillam sub cute ad brachium defertur, dispersus per cutis tam posteriores, quàm internas partes. Huic homini celeriter sanitas reddita est, adhibito medicamento ei loco, vnde nerui prodeunt iuxta primum ad secũdum intercostale spatium. Iam sanati sunt quoque nõnulli, quibus vtrunque crus paululum resolutum erat, adoptato lumbis medicamento, in eo spinalis medullæ loco vnde cruribus nerui adueniunt, nullum resolutis cruribus medicamen adhibendo, neque enim ipsorum, sed medullæ proprius erat affectus. Vidimus alium, cui magna oborta suppuratione in altera nate iuxta cruris initium, nerui eiusdem cruris per chirurgiam nudati sunt: sed ea parte sanata, toti membro mouendi difficultas accidit. Itaque coniiciens scirrosum quippiã à priori inflammatione in neruo derelictum, quod huiusmodi dispositionem induceret, affecto loco soli idoneum medicamen adhibendo, hominem perfectè sanaui. Quod autem de partibus faciei dictum est, id de reliquis quoque omnibus est intelligendum: quippe vnica duntaxat pereunte actione, solum musculum, qui ipsam efficere solet, aut neruum ipsius affectum esse, putandum est. At, vbi plures actiones vitiata sunt non eodem in loco, accidit 14 interdum omnes eius musculos à communi aliqua causa lædi, fieri etiam potest, vt neruus aliquis, qui musculis illis communis est, afficiatur. Quippe piscator quidam, cùm in fluuio pisces venans adeò circa sedem & vesicam infrigidatus fuisset, vt inuito effluerent & alui excrementa, & vrinæ: per calida remedia affectis musculis adhibita, celeriter sanus euasit. Item alius iisdem molestatus accidentibus, sine tamen manifesta causa; læsis circa os sacrum neruis, multo tempore per multa præsidia vix sanatus est. Igitur, quod protinus ab initio dicebam, illius nunc quoque mentionẽ faciendo ad alia me diuertã. Etenim si ex arte, quæ corpora secare docet, ad quam particulam descendant singuli nerui à spinali medulla prodeuntes cognoueris, affectas sedes quàm facillimè inuenies. Ex artis autem actionibus horum omnium examen re ipsa deprehendisti. Namque sæpenumerò vidistis ex huiusmodi notitia manifestè iuuari laborantes. Quippe nõ solùm crura & manus temerè ac frustra multi medici, tota die noctuq; calefacientibus medicamentis perfricant, negligentes locum, vbi vel spinalis medulla, vel neruus aliquis emergens ex ipsa læditur: verùmetiam caput cuiusdam, non ita pridem, impositis medicamentis vehementer calefacientibus vlcerauerunt, putantes sensum ipsius grauiter læsum, hoc pacto posse reuocari: atque hunc ipsum sanauimus inuenta sede affecta, tum ex reliquis accidentibus, tum ex procatarcticis, id est, euidentibus causis: nam super singulis interrogauimus, quarum vna huiusmodi erat. Cùm sub multa pluuia, ac vento impetuoso ambulasset, pallium circa ceruicem madefactum aiebat, adeò vt vehementi se frigore in ea parte affectum sentiret. Itaque si scimeris ex primis spinæ vertebris quatuor neruos ad caput ascendere, à quibus pellis ipsum ambiens, sensum accipit, facile sedem affectam inuenies. Hac igitur sanata, capitis quoque pellis pariter sanata est: vtpote quæ nulla primaria affectione laborabat. Medici verò neque huiusmodi neruos, neque eos qui per singulas cutis partes dispersi sunt, cognoscentes, cũm promptum eis esset minimæ particulæ iuxta neruus initium adhibere remedia, partes illæsas multo negocio molestant. Ego verò sæpenumerò vos monui, alios quidem in ipsa spinali medulla veluti radicem habere: alios verò vt ex magnis ramis, atque ipsis quoque è spinali medulla exortis procedentes, qui rursus diuisi distribuũtur: atq; alij per valde multas cutis partes, alij per pauciores. Quo magis miror dissectores ipsos, illos nõ cognoscere atque in neruorum resolutione quærere, quam ob causam resolutarum partium non semper & motus & sensus pereat: sed aliquando sensus duntaxat, aliquando motus, aliquando & sensus & motus simul deperdatur. Arbitrantur namque neruorum, qui per musculos dispersi sunt, reliquias ad cutem tendere: ob idq; cùm neruus per musculum distributus affectus est, si quidem vehemens fuerit vitium, & sensum & motum simul lædi: sin leuius fuerit malum, seruari quidẽ sensum, vtpote qui non tantum roboris desideret: motũ verò eò quòd robustis egeat viribus perire. Interdũ enim vnus musculus, vel totum crus, vel manum mouet, ac proinde viribus indiget: qui si ita afficiatur, vt munus suum perficere nequeat, membrum ipsum immobile relinquit: sentiendi verò facultas, partium affectiones discernens, illæsa tunc permanet, vt quæ non ita validis egeat viribus: quippe nihil minus, immo magis etiam pati possunt partes, cùm debiles fuerint: is dignotioq; affectionis sufficienter fit etiam per imbecillas vires. Igitur ratio ipsorum in huiusmodi quidem resolutione neruorum probabilis est: vbi verò deperdita sentiendi facultate motus non perit, nonnulli quidem adeò vanas adduxere rationes, vt satius fuisset eos cõticescere: nõnulli verò cognita huius quæstionis difficultate non grauati sunt dicere huiusmodi paralysis speciem, qua seruato motu sensus perderetur, neminem vnquam vidisse: Sane, qui arroganter sibi secta alicuius principatum vsurpant, artis verò opera nunquam in exercitationis vsum duxerunt: iis nihil tam difficile videtur, quod nõ intrepidè profiteantur: verùm maxima ex parte mentiuntur: atque vt scribunt nonnulla, perinde ac si frequenter conspexerint, quorum tamen ne somnis à quidem vnquam viderunt: ita plurima nunquam vidisse aiunt, quamuis creberrimè conspexerint.

AFFECTVS asperæ arteriæ prosequitur, docens agnitionem affecti loci in frequenti difficultate respirationis, per quam thorax plurimum dilatatur sursum ad iugulum, retrorsum ad spatulas, lateraliter ad humeros motus; ex qua colligit aut immodicum pectoris calorem, aut angustiam respiratorij instrumenti, aut imbecillitatem mouentis facultatis, docens internotionem trium causarum.

1. *specie*] licet enim difficilis spirationis genus vnam sedem nõ indicet; species vna malæ spirationis loci & affectus indicium præbet: nam difficilis respiratio cum multa pectoris distentione, vel caloris excessum monstrat in pectore, vel angustiam.

2. *epomides*] loci sunt ad humeros attinentes.

3. *vna*] ideò colligit è tribus vnum, quoniam tres illæ sunt continentes respirationis & pulsus causæ, vsus instrumẽtum, facultas: quare ex mutatione effectus colligit mutationẽ 10 vna ex cõtinẽtibus causis. Subaudiendus verò est recitatis *1. Caus.* à Galeno, vsus auctus propter spiritus animalis *Pulf.* inopiam, quod accidit currentibus & fatigatis, à *Cap. 8.* Galeno, paulo post non omissus: & vsus auctus propter intercedentem respirandi negligẽtiam,

qnod delitantibus accidit,& iis qui ad ſpectacula ſtupent: pulmunis verò meminit reducens ad m.amoriam, pulmoniam.

4. *expirationem*] ex expitando certiùs colligit caloris exceſſum;quàm ex inſpiratione; quoniã vbi multum & confertim(quod eſt exuſſlcundo) expiratur, colligitur ňeceſſariò exauſtum fuliginum aceruus, ſolius excellentis caloris ſoboles. multa verò inſpiratio poteſt & ex aucto calore, & ex imminuto ſpiritu oriri,vt in laſſis.quocirca

Lib.1.23 lib.De diſpnæa ſcribit,vehementem expirationẽ magnitudinẽ extranei caloris ſignificate magis quàm naturalis : ſcilicet, naturalis auctus exigit plurimam ad alitionem inſpirationem; innaturalis expurgationem, quæ exſpirando peragitur: nec enim naturalis ſimiliter extraneo exurit. Cur verò qualitas caloris aucta vehementiã efflationis addat expitationi,non iuſpirationi ; ea ratio eſt,quod multo magis periclitatur ne extinguatur innatus calor à retentis fuliginibus quàm à frigidi aëris inopia: ideò præfocati quamprimũ poſſunt expirant.

5. *multa*] multitudo frequentiam indicat, cõfertim verò celeritatem.

6. *ex abundantia*] ceu auctuarium.

7. *imbecillitatem*] tertiam cauſam ex paulò antè relatis.

8. *mentes*] cùm enim vident thoracis partes etiam ſuperiores moueri,quieſcere ſolitas,auctũ eſſe robur mouentis facultatis coniectant, non imminutum;cùm tamen multis imminente iam morte omnibus thoracis muſculis reſpitent.

Reſpiratio imbecillũ. 9. *cauſas*]lege,cauſam)refert pro indicio imbecillis facultatis pectus mouentis, diſtentionem pectoris non multam:cùm enim triplici occaſione thorax plurimũ diſtendatur,ex tribus maximè diſtendit auctus calor conſtantibus viribus; minus ex anguſtia reſpiratorij alicuius organi: ſed minor in infirmata facultate:ſicut ſumma vbi iũguntur omnes (quod in pulmonia euenit) calor, anguſtia, vis. Obiicias,ſi reſpondent reſpirationis differentię pulſui;& infirmante vi pulſus minor, non maior euadit;cur non ſimiliter reſpiratio?& ſi proportione calidi infirmantur vires;in debili facultate exiguum calorem parua tuebitur reſpiratio?ſed non eſt reſpiratio illa maior naturali, tantũ apparere maiorẽ fatetur Galenus. cũ enim ſeptum præ imbecillitate, quantum ante ſolebat non tendatur, naturæ inſtinctu & muſculorum thoracis ſympathia, conueniunt intercoſtales & ſublimes in ſubſidium deficientis ſepti;vt appareat ingens reſpiratio, in qua tamen inanitas in reſpirando magna non eſt. nam & pulſus in viribus exiguis minor naturali eſt, ſed magnitudinis inopiam frequentia & celeritate com-

Lib.1.22. pẽſat. Addit verò Galenus & hic & libro. De ſpirandi difficultate, peculiare debilium virum indiciũ,pinnas naſi motas, & pectoris collapſum, & narium quidem pinnæ ſubinde per anhelationem motæ,efficax idcitco habentur proſtrati ro-

per naſi pin nas. Reſpiratio Cap.8. boris argumentum(quod paulo poſt ſubdet Galenus)& in acutis letale ; quoniã vt naturalis reſpiratio ſolo ſepto perficitur;ita aucta neceſſitate nec ſufficiente iam ſepto accedunt intercoſtales: ſi neque ij ſatisfaciunt vſui, ſubuenitur ſublimibus & humeralibus, ociantibus ſemper naribus, vt pote per quas amplior aër non trahatur motis quàm immotis pinnis:videturque natura tũc ſolùm cartilagines illas diducere,cùm conatus anhelandi ad extremum peruenit, non ſecus quàm faciũt morti proximi hiantes, quaſi ita plus aëris intra pectus recepturi : aut ſicut ſugentes labia contrahimus : & hac quidem neceſſitate narium motus ab imbecillitate exitium minatur: nam anhelantes ex curſu equi, aut ira efferati homines ebulliente intra pectus calore ob validum aëris tractũ, conſecutione quadam eas alas monere videntur; non minus quàm motum cordis aures imitantur cordi hærentes.quæ enim quidã ex noſtris comminiſcuntur de hoc ſigno indigna ſunt doctis auribus.aiũt proſtrata vi iudicari viſu motum illum narium qui fugit in ſanis; quoniã præ exiguitate motionis pectoris moueri nares ſentiuntur:aut quoniã infirmata vis reſpiratoria per ſolum meatum reſpirationis proprium (is naſus eſt) aërẽ pellicere tentat non per os; vnde ſentitur motio illa pinnarum. Neutrum enim 11.De vſu.11
horum cõſentaneum eſt dicere:nam alæ illæ quæ per ſe ſolæ ſpectatæ in reliquis immotæ perſtãt. in hoc ſtatu manifeſtò mouentur;non ſi conferantur cum altera motione, ſed ipſæ per ſe ſpuctatæ : naturalis verò in ſano homine reſpiratio ſolis naribus peragitur, teſtante Galeno : ſi verò ea parte fieri cauſa eſt,vt alæ moueantur; quid ni in ſanis & rectè valentibus perpetuò anhelant naſi alæ?Sed horum manifeſtior error eſt, quàm vt verbis ſit cõfutandus. Collapſus verò pectoris, hoc eſt repentinus caſus, proportione reſpondet procidentiæ corporis ad pedes;& prolapſui relictæ in aëre manus : quæ omnia non leuẽ arguũt virtutis exolutionem. Quæras: cur addubitans Galenus de reſpiratione quæ magna videtur, à qua ex tribus dictis occaſione oriatur, ex pulſu explorat. Quoniã pulſus cũ celeritate frequens, 1. Praſa. 15.
certum eſt & indubitatum caloris argumentum: neq; enim ex pectoris obſtructione oriri poteſt.

10. *caterùm*]ſicut totius imbecillitas,ita & partium thoracis difficilem reſpirationem efficit.

11. *zonam*] innixum enim diaphragma zonæ firmitatem acquirebat,& liberius mouebatur.

12. *explicatu perdifficile*] lege, (determinare, difficile mihi viſum eſt.)

13. *intercoſtalis*]meritò hic ex pulmonia in difficultatem incidit ſpirandi ob debilitatẽ muſculorum pectoris, eo quod primi intercoſtales receperunt à pulmone noxam:quoniã autẽ ab illis ad brachia deriuantur nerui, brachium ſenſu & motu penè orbatum eſt, & ex impoſito auxilio intercoſtalibus reſtitutum.

14. *interdum*] aduerſari videtur præſens locus, & pugnare cum eo, quod paulo antè docuerat; Cap.2.
illic enim ex vitio multis vel neruis muſculis cõmuni,colligebat fontis noxam, vnde vis prodibat:hic coniectat, vel origine vtriuſque muſculi læſi conſiſtere malum, vel cauſam præceſſiſſe vtrunque muſculum, illæſo fonte, offendentem. Eſt tamen inter hunc & illum locum aliquid diſcriminis:vbi enim partes læſæ ab vno principio nonnihil mutuantes facultatis vel materiæ, vitiantur,ſunt admodum multæ, aut ita diſtãtes, vt occaſio nulla reperiri poſſit illas offendens; ad originem & principale membrum referenda res eſt:vt læſio faciei ſimul cum auribus, intemperies totius calida, aut oblæſa in toto ſanguificatio,

quæ

quæ ad cerebrum,cor, & hepar, attinent. Si verò offenduntur excrementis præpositi musculi duo in corpore soli, ex piscatione, vel sessione supra lapidem oriri malum potest, incolumi licet cerebro.

15. *dignotióque*] sensatio Galeno est dignotio factæ impressionis, non impressio ab obiecto
7.Placi.14. in organum. Nec verò in eo Aristoteli repugnat affirmanti sensationem actu & sensile idem esse, sicut actu intellectionem & intelligibile,quoniá sensatio actu aut intellectio, est obiectum nõ secundum totum compositum, sed secundum formam: ea autem in anima recepta dignotionem includit imaginis.fieri autem potest,vt imprimatur species, & non fiat actu sensatio aut intelle-
Arist.3. De anima 4. ctio propter dignotionis inopiam.Cùm verò Galenus hoc in loco inter partes respirationē edē-
Pulmo an respiratio-nis causa fit. tes pulmonem non connumeret, inquit (quod perpetuò facit) pulmonem eius functionis efficientem causam nõ esse,sed inter inanimæ spongiæ,conditionis laxæ & foraminunculæ nomine sequi tantùm vitantem vacuum pectoris motum. quod placitum,ab Auerroo impugnatum æquum est,vt antequam hinc discedamus, paucis disputetur. quæ verò intorquet Auerrous,ferè hæc sunt.
2.Collect.19.
1 Primùm,rationes quibus demonstrare se hoc putat Galenus, repulsam patiuntur.ait enim perforato pectore confestim pulmonem quiescere. quid tamen obstat opinari refrigerari per vulnus pulmonem. Ex refrigerio autem ita offendi vim motricem qua pollet, vt cesset ab opere. Iungit alteram Galenus, sectis neruis ad pectus delatis non amplius mouetur pulmo. verè illud quidem, sed non est à Galeno alienum multas partes consentientes aliis in suis actionibus offendi: ita incredibile non est, ea sectione pectus offendi:pul-
2 mones verò ex pectoris laborare cõsensu. Deinde si cõficitur ex eo quod cessante pectore quiescit pulmo, pulmonem innato motu carere: cur non pari ratione colligas,pectus proprium motũ non habere.quoniam simul quiescente pulmone
3 quiescit?Quod si datur pulmonem consecutione tantum pectoris ferri,dabitur violẽtum aliquem motum esse tota vita & vehementem & perpe-
4 tuum. Præterea si cẽdit in cordis vsum respiratio, qua cõsequentia pectori tribuetur operatio:cor-
5 di verò negabitur vel ingressus in opere suo!Et si refrigerium expostulat tracti aëris pulmo, negligentiæ accusationem merita esset natura,nisi cõcederet necessitati vim & subsiduum trahendo. Ita nullum tam durum argumẽtum est,quod non reddas rationibus suasibile.nam figmento simile esse ita credere,vt Auerrous conatur; apertissimæ
Rationes oppositæ. & firmissimæ demonstrationes sunt.Cor obtinet naturalem pulsandi motum à motu pectoris diuersum quintuplo aut sextuplo frequentiorem: quæ ergo mens concipere queat alium inesse à natura cordi & pulmoni motum nunquam à pectoris motu dissentiẽtem,duos motus admodum varios eosdemque perpetuos membrum. vnum obseruare qui potest?sed sit sanè motus ille respiratorius à natura cordi pulmonique inditus, pectori verò ab anima per musculos tributus: duo agentia toto genere dissidentia,natura & voluntas,quo glutine cohærebunt, vt tota vita non seiungantur:simul motum incipiant semper,simulque perficiãt? Iam pulmo,omnium corporis partium robustissimo, & perpetuo motu agitatus,si natura mouetur vt cor, vbi est filamentorum iniunctum robur, quale cordi donatum est, si animali facultate, vbi musculi? sed & rationes illas Galeni Auerrous non infirmat, confosso pectore repente cessat à motu pulmo, non (quod fingit) quia ex refrigerio læditur: nam quantocunque tempore per vulnus refrigeretur, quàm primum pectus clauditur,pulmo mouetur,sequens distentum pectus, & infusam mulsam per os eructat. Nec validior est alterius solutio oriari pulmonẽ, quia consentit læso pectori: si enim magis læditur pulmo exulceratus per tabem,aut inflammatus pulmonia oportebat per illos affectus à motu omnino feriari:per quos tamen plusquam in sanitate mouetur. Pergit Auerrous, similiter inferri posse pectus per se non moueri,quia semper cum pulmone mouetur.sed in pectore mouentes musculos intuemur,in pulmone nihil minus. violẽtus esset (ait Auerrous) pulmonis motus, si violentum vocat quod ad alterius motum mouetur,sic ossa, sic totũ corpus, ac musculorum motum circunducuntur.si violentum vocat eum qui contra grauitatis impetum defert, violenter sanguis ad suprema membra mandatur: ambulatio, cursus, statio violenta sunt similiter. Nec improbabile est respirationis vsum & finem cor esse, efficiens verò pectus: multorum enim membrorum necessitatibus solita est natura quorundam aliorum ministerio subuenire: sic altionem totius cõmisit iecoris expultrici. dum enim alienum pondus iecur à se deponit, toti corpori alimentum sanguinis ministrat: Sic distentum pectus cordi & pulmoni refrigerium nec illud est membrorum mutua aut gratia aut beneuolentia, (quis enim illa membris tribuat naturalibus?) sed naturæ ad conseruandum totius animalis vitam,prouidentia.

SECTIO TERTIA.

ATQVE conuenit quidem inter medicos sangui- Cap. 6.
nem è gula ventriculoque vomitione, ex spiritalibus partibus tussi,ex faucibus & gurgulione screatu,ex ore simplici exputitione expelli. nos verò sanguinem, qui à capite ad gurgulionis partes internas, vt ad fauces, affatim descendebat, tussiendo educi sæpenumero conspeximus:quippè subitò gutturi irruens,tussim mouet:quare diligenter aduertere animum oportet, ne aliquando huiusmodi sanguinem ex spiritalibus instrumẽtis ascendisse putemus, exemplo illorum medicorum, quos equidem noui non rectè erroris accusare præstantissimos medicos,cùm ipsimet errarent,credentes huiusmodi sanguinis emptionem esse quàm periculosissimam, tanquam pulmone vehementer affecto.neque 1 enim par est exigua vena dirupta tantum effluere sanguinem.Cæterùm contingit plerumque, vt vel erosa, vel exesa, vel vtcunque nominare volueris,vena,sanguis 2 affatim tussiendo eyciatur. cùm enim 1ecroactu temporibus quis ex internallis quotidie non ita multum sanguinem tussiendo expuere consueuerit:superueniátque ei postea multò sanguinis inter tussiendum eruptio, & equidem, neque ab alto cadenti,neque in certamine,neque palæstra grauiter vulnerato,neque etiam sub vllo graui pondere oppresso thorace:reliquum fuerit, vt eyciamus ob insignẽ erosionem plurimum sanguinem inter tussiendum fuisse reiectum:atque non pauci sic affecti, pulmonis quasdam

particulas simul cum sanguine eiecerunt. Quocirca diligenter considerare oportet, an spongiosum quippiam simul educatur. id enim 3 efficacissimum fuerit indicium, quod ex pulmone facta sit excretio. Haud secus, si bronchij pars quædam, aut arteriæ aut venæ tunica, aut etiã pulmonis ipsius carũcula eijciatur: quippe nihil horũ accidit ijs, qui ex thorace sanguinem tussiendo producũt. Ac ne dolor quidem infestat eos, quibus à pulmone sanguis erumpit, vtpote qui duos neruos per quam tenues a sexta neruorum à cerebro ortorum coniugatione recipit, extrinsecus per membranam ipsum continentem dispersos, & qui per visceris profunditatem non extenduntur: verùm thoraci (vt scitis) multi ab internis, multi etiam ab externis partibus adueniunt nerui, quibus facile dolores percipi possunt. Præterea thorax musculis, ossibúsque abũdat: pulmo verò laxus est, atque à compressione, aut contusione tutus: proinde thoracis dolores intensiores sunt pulmonis remissiores. Cùm igitur dolente thoracis parte quapiam sanguinem quis spuendo eiecerit, neque multum, neque rubrum, sed nigricantem, 4 grumosũmque, huic thorax primaria affectione infestatur. At sanguis affecto thorace per pulmonem educitur, vt in suppuratis affectibus, pus, quod inter thoracem & pulmonem sensus iudicio contineri percipitur. Ad eundem modum pleuritici sputum coloratum post apparet: at quomodo in his expuatur, in quinto huius commentationis libro vtcunque dicemus. 5 Consequens est, vt de vlceribus, quæ sanguinis reiectioni superuenire consueuerunt, deinceps dicere aggrediamur. Ea in pulmone creberrimè fieri possunt, ac curationem (vt quibusdam videtur) nequaquam admittunt; aut (vt alij putant) 6 difficulter admodum sanantur. At in thorace dirupta vasa à quibus sanguis expuitur, magna ex parte cõglutinantur. nunquam enim huiuscemodi vlcera vel diuturna, curationi omnino resistunt. quæ verò in pulmone longo iam tempore permanserunt, quamuis aliquando curentur, relinquitur tamen in ipso res quædam callosa, fistulosáque, quæ tractu temporis à leui occasione excoriatur. Atque cùm ijs, quæ inde expuuntur, miscetur interdum ephelcis, (id est, ramentum) à medicis vocata, ac cruoris exigua quædam guttula: quæ in re cum vlceribus in alijs sedibus genitis communicant. Verùm ex gula vẽtriculoque, vomitu: ex renibus, & vesica, cum vrina: ex intestinis verò, deiectione excernuntur. Sed ex spiritalibus instrumentis, nihil sine tussi expui potest. Quòd si pluribus deinceps diebus aliquis cruorem & screauerit, & emunxerit, idq; citra capitis vel dolorem vel grauitatem, siue præsentem, siue præteritam, neque in exitu procedat: huius & totum per nares meatum, atque eam oris partem, quæ ad nares foramen tendit, accurate considerare oportet. nam fieri potest huiusmodi accidens hirundine huic loco adhærante. quæquidem indies augeri solet: quamuis enim primis diebus, vtpotè exigua, sensum effugiat, tertio tamen quartóve die haud obscure videri potest. Eadem ratione ex ventriculo quoque cruor epota sanguisuga euomitur: sed est huiusmodi cruor tenuis, saniéiq; speciem refert, siue is ventriculo, siue ex naribus, siue ex ore feratur. Igitur, cùm talem videris, ac hominis considerato habitu, super præteritis eum interrogaueris, ex omnibus rei ipsius veritatem facile conijcies. Equidem, cum viderem hominem integra valetudine huiusmodi cruorem euomentem, interrogaui. qua victus ratione ante fuisset vsus: ille verò, inter alia quæ narrauit, hoc quoque addidit, quod cùm nocte quadam sitiret, misso puero, qui aquam afferret, ex immundo fonte bibisset. quibus auditis, sciscitatus sum, apparuissent ne aliquando sanguisuga in ipso fonte, qui, cùm id quoque pateretur, epoto subinde idoneo pharmaco, hirudinem vomitione reiecit. Porrò, cùm alius quispiam huiusmodi cruorem emungeret, & expueret, ipso narrante audiui eum rure æstatis tempore, in stagno quodam, cùm cæteris iuuenibus iuuenili ludo, qualem adolescentes in aqua ludere solent, exercitatum: tum ergò sciens in eo stagno sanguisugas esse, duxi laborantem ad splendorem, conuersóq; directe ad solis radios narium foramine, in eo loco, vbi nasus ad oris regionem perforatur: hirudinis in meatu latentis caudam conspexi. Has igitur historias, vtpote per quam conducibiles, vobis narrare operæpretium duxi.

DE affectibus thoracis inquirit. primo, ex symptomate sanguinis exputi: secundo, ex vitiata voce. cap. septimo: tertio, ex respiratione, octano.

1. *nec enim par*] Ideò meritò opinabantur vehementer affectum pulmonem in tam copiosa hemorragia. Addenda ergo ad internotionem sunt signa defluentis à capite, ex Aretæo quidem titillatio palati, qualis per catarros euenire solet, creber screatus, & (quod maximum est) inspectum palatum cruentum visitur & sordidum, addit Auicenna, leuitatem capitis ab excreto sanguine: Si solitus est hemorragiam narium pati. si cùm non sit spumosus multus est, & repente inuadit citra præcedentem rupturæ occasionem. si simul destillat per nares aliquid: eò magis si antecesserunt sanguinei fluoris è naribus præsagia. lib. Crisium tertio.

Hemorragiæ capitalis indicia.

10.3. Tra.3.5.

Cap. vlt.

Cap. vlt.

2. *affatim*] sunt enim in præsagio & curatione diffidentes species, & Paulo infra, relatæ, & Tralliano, *ἀναστόμωσις*, id est, oris vasis apertio, *ῥῆξις*, id est, ruptio, *διάβρωσις*, id est erosio, ex quibus prima leuis est, neque enim dolorem excitat, nec inflãmationem, nec febrem: sed exiguus ferè, aquosusque non secus è pectore pellitur, quàm multus è naribus: tantumq; abest, vt mali aliquid minetur, vt iuuet etiam multos eorum quibus vel hemorrhoides vel menses restiterunt, vt ait Paulus. pessimus est ex erosione fluxus, & in tabem cessans. ita enim legendum est lib. De præsagitione pulsuum secundo, quoniam (ait Galenus) vitium erosionis acris humoris soboles, longo tẽpore eget ad sanationem, corrigi enim malitia illa humoris defluentis ad partem breui nõ potest: Interim verò dum emendatur, erosio procedens affectum reddit immedicabilem, ob pulmonis imbecillitatem & mollitiem. Accedit quod ex erosione vlcera in circuitu serpentia rotunda fiunt: rotũda autem vlcera difficulter curationem admittere Hippocrates scripsit, medium locum habet ruptura: nam vt nonnunquam iuuat eos, quibus suppressa vacuatio est, ita sæpe periculum infert vel ob fluxus immoderantiam, vel residui vlceris gratia.

Cap. 1.

5. The. 14.

6. Epi. Se. 119

3. *efficacissimum*] alterum caput astruit curatu ro summopere necessariũ, separare thoracis sanguinem ab eo qui affecto pulmone prodit. vocat autem efficacissimum pulmonis signum spumã: & quod magis miremur in Aphorismis habet. si spumosus est sanguis è pulmone prodit. Si ex pulmone non semper spumat: nempe vbi ex vasis prodit: quæ non satis cohærere videntur, cum eo quod legimus ab Hippocrate in pleuritide nonnunquam sputum spumans videri: & Paulus ex gutture spumosum sanguinem prodire docet,

5. Aph. 13.

7. Aph. 30.

Hemorragiæ pulmonis indicia

propter

propter commercium respirati aëris, & Auicenna ex pectore ob eandem ipsam causam. Sed aliud est nonnihil spumæ permixtum educi, qood in illis casibus apparet: aliud ex toto spumescere, qood solius substantiæ pulmonis proprium est. Ita possunt tres spumæ veluti gradus in excreto notari sanguine: aut enim omninò spumans est ex visceris carne, cuius induit similitudinem. Est enim pulmo coagulata spuma, aut plurimum spumans, è pulmonis vasis, aut spumæ permistus ex thorace ipso & gutture: Alterum quod fit ex pulmone indicium, Aretæo scribitur rotunditas: id quod significasse Auicenna videtur verbo (abscissus) cum enim sit spumę forma rotunda, eam petit è pulmone delatus sanguis non continuo fluens, sed per interualla intercissus separatusq́; Paulus verò cum Azarauio iungunt albidum colorem & dilutum, tum ex permixto plurimo aëre, quod in reliquis spumis & cinere cernitur, tum ex transitu in abeuntis pulmonis similitudinem. Nam ex copia petitum indicium hîc pro pulmone recipitur, in Aphorismis reiicitur. Si enim intelligatur omni hemoptoisi pulmonicæ commune, verùm non est cum sæpe ex eo viscere exiguus trahatur: si accipiatur quasi aliquãdo apparens, verum. nunquam enim ex pectore tantus prodit, quãtus ex amplis pulmonis vasis. Erit igitur copiosius cum tussi eductus sangois pulmonis signum soli conueniens, non omni. Cur frequẽtius quàm alibi thoracis vasa rumpantur, copia sanguinis cũ feruote causa est ex cordis vicinia. Sed illa est vel maxima occasio, quòd hac parte solum arteriosos sanguis vna & ea tenui membrana clauditur: vt mirari non oporteat, si hac magis erumpit.

7. de vsu 10. 3. Acut. 1.

4. *grumosumque*] ex pectore prodeuntis signa sunt, grumosus, tum tussi multa, & dolore. De grumo verò dubitauerit quispiam, qoem locum generationis in pectore habeat calidissimo & feruenti: de tussi cur exacerbetur in pectoris sanguine, si ante accessum ad pulmonem tussim non mouet: & post accessum sanguine pulmonico, nihil plus habet de dolore, quoniam ipse auctor indolentiam tribuens pulmoni statim illi concedit dolorem leuiorem quàm thoraci, quæ ita diluere oportet. Locus extra vasa tepidior est quàm intra: ideò apud Auicennam ex pulmonis vasis calidior est & crassior, quàm ex carne: plus enim apud illũ potest multi aëris permixtio in pulmonis carne ad tenuandum, quàm coctio qua promouetur in pulmonem ad incrassandum. Cùm itaque locus extra vasa minus caleat, sitque natora sanguis concretioni aptissimus, coit: non secus quàm metallum ab igne semotum adhuc calens & digitum comburens, coït iam tunc præ concepto frigore, tussim verò nihil ciere nisi pulmonem rangat, certom est: ex pectore tamen accedẽs duplicitet relinquitor à pulmonico: ne facilè commigret in asperam arteriam, & quia eõcretus densatusque accedit, & qoia externorum pororum angustiam non facilè vincit, quare semel excuti, nisi iterata tussi non potest. doloris autem pulmo parte membranea particeps esse potest, sed languidi, interna nequaquam: ita vtrũque sine errore pronunciatum à Galeno est. quocirca appositè dixisse videtur Aurelianus, eos qui hemoptoisim ex pulmone patiuntur, ideò minus

Hemoragię thoracicæ signa.

animum disponere, quòd dolore careant: cùm dolor sit terribilior, quàm periculosior: idem ait minos esse periculi in interpollata quàm in iugi excreatione, in seruante ordinem, quàm inordinata: est enim insidiosa curationi temporis inordinatas varietas.

5. *consequens*] prosequitur coniunctum affectum vlcerati pulmonis.

6. *difficulter*] vlcera pulmonis propter excrementum & motus perpetuitatem curari non posse, refert Galenus in Methodo, docuisse antiquos, nec tamen sibi placere, nec enim stat experimẽtis propter agnitionem, hoc est, quoniam ex sanatis hemoptoicis fortè aliqui ex pulmone laborabant, in quorum agnitione delusi medici opinabantur eos ex pectore, non ex pulmone expuisse. rationi verò non subscribit propter septum & extremos artus, quorum etiam crebro motorum sanantur vlcera. credit frequenti experimento sanari ea, quandiu non succedit inflammatio: cuius est febris significatio. Sicut enim in externis vlceribus membra calida, & sanguine plena infestantibus, facilè succedit inflammatio, ita & in internis pulmonis: ea ferè post biduum apparet, aut triduum: quo fit vt in primo & altero die sæpe ex toto obducta cicatrice sanentur. Hunc terminum si transgrediuntur, apperente iam febre & inflammatione, frustra vera speratur consolidatio: sed arescente sanie, & in crustam versa, sanguinis expuitio cessat, & sanus apparet qui laborabat dubia, & incerta sanitate, quęq́; ad quiduis obuium prorumpit in fluxom excussa crusta sanguinis. quod autem nõ sanentur, facit inflammatio: cùm enim accedens humor amplior quàm pro pulmonis alimento necessario abeat in pus, nec possit vulnus sanari, nisi expurgata sanie: nec sanies infernè, sed sola tussi possit expectorari: tussisque dilaniet & vulnus amplificet: conficitur vt ex remedio morbus inualescat, neque sanetor. & est illa quidem ratio efficax & curando vtilis: perspicimus enim in pulmonico sanguine cuncta febre, lacte & ptisana frustra, imò noxiè curationem tentari: sed exiccãtibus vlcus agendum esse. hoic verò prestanti rationi accedit nõ modicum momentum, ex illa iugis motus perpetuitate. & tertia quoniam iuncta febris indicationes præbet cum vlcere pugnantes: febris enim frigida exigit, humidaque, vlcus distantissimum, ad pene trationem calida, ad curationem verò sicca & de pulmonis quidem vlceribus ita sentiendum est: nam pectus subsidia & opportunitates habet ad sanationem maiores, vt non modò recens in eo vulnus agglotinetor, sed & diuturnum veram cicatricem admittat (ait Galenus) nempè vasa, & ideò vlcera minora, carneam cõstitutionem: puris ad septom defluxum, vnde purum cute obducitor. addit Auicenna motum multò minorem: imò verò in naturali respiratione nullum: & auxiliorum promptam admotionem, extra ad pectus, intrò ad ventriculum, vndè ad cauam venam, & ab ea ad costas delegatur: cùm ad pulmonem, nisi in corde excoctum medicamentum non accedat.

5. Ther. 7.

Cur prisis insanabilis.

QVOD in proposito sermone læsionem putare oporteat, etiam si non penitus tota pars in actio secundum naturam deperditur, (sępenumero iam diximus: nec ab re CAP. 7.

abre fuerit id in præsentia monuisse. Prætereà (quamuis non ignoretis) monitos vos velim, non eandem esse rem, vocem, & sermonem: siquidem vox vocalium instrumentorum munus est: 1 sermo verò eorum, quæ sermoni deputata sunt, inter quæ lingua principatum obtinet, cui non parum conferunt. & nares, & labra, & dentes. sic etiam vocis instrumenta sunt guttur, & musculi ipsum mouentes, atque nerui qui à cerebro ipsis vim deferunt. Igitur . si vel claudentes, vel aperientes guttur musculi immobiles reddantur, qui sic afficitur, obmutescet: vbi verò vel difficulter mouentur, vel palpitant, aut tremunt. pro affectionis ipsius modo vox ipsa lædetur. Similiter, si vel conuellendo, vel quatiendo moueantur, & sanè si imbecillæ fuerint ipsis vires, siue ob suā ipsorum, siue ob neruorum ipsos mouētium affectionem, obscuram & paruam efficiet vocem. Quòd si alius quispiam ex mouentibus guttur musculis quoquomodo afficitur: lædetur quidem vox, sed paruū erit vitium, atque sic affectus neque obmutescet omnino, neque ita exiguam habebit vocem. Igitur, vt ex musculis guttur mouentibus præcipui habentur ij, qui ipsum aperiunt, & claudūt: ita ex vocalibus neruis ij, quos recurrentes vocamus, qui & ipsi sextæ coniugationis pars sunt neruorū, qui à cerebro oriuntur, quemadmodum & alij, qui 2 quidem per ipsum dispersi differunt ab illis, eo quòd à neruis sextæ coniugationis non in ceruice, sed cùm ad thoracis regionem peruenerint, separantur. 3 Nullus itaque tam ineptus dissector est, qui sextam coniugationem totam secet inuitus, quamuis recurrentes nerui ob imperitiam nonnunquam diuellantur. Accidit verò interdum in magnis asperæ arteriæ vulneribus, vt vnà cum ipsa arteria vel alter, vel vterque incidatur. Porrò per chirurgiam quoque infrigidati tantisper vocem impediunt, donec calefacti naturalem temperiem recuperauerint. 4 Quinetiam vitiari vocem haud obscure contingit, cum vel acutior vel maior redditur, ob id quod fauces à suis musculis nequeant intendi. Item vehementer læditur vox, vbi membrana, quæ faucibus & gutturi communis est, multa 5 humiditate rigatur. Quod etiam destillationes eadem ratione vocem raucam efficere. , efsint, nemo non intelligit: vehemens quoque exclamatio similiter vocem afficit, vtpote quæ similem inflammationi circa iam dictam membranam, atque gutturis musculos pariat affectum. Cæterùm cùm gutturis interni musculi inflammantur, eum affectum anginam esse constat, quæ simul & vocem & spirationem lædit. Ac idem quoque in vniuersum facere solent omnes præter naturam tumores, siue in spiritalibus vijs exoriantur, siue extrinsecus ipsas comprimant. Sic enim gula quoque, vbi inflammatione affecta est, vt comprimat asperæ arteriæ tunicam, quæ cartilaginum ipsius partes externas, sigmoides vocata, (id est, quæ sigma literæ figuram referunt) coniunguntur, & spirationi & voci noxam afferre consueuit. Haud absimile quoque vitium inducit, vertebrarum ceruicis in anteriorem partem luxatio: Sed de his iam antea dictum est. Igitur omnes huiusmodi affectus voci adueniunt proprijs ipsius instrumentis 6 familiari aliquo vitio, siue primogenia affectione, siue per consensum laborantibus. Nam id ad propositum sermonem nihil conducit. Sunt 7 prætereà alij affectus, cùm peculiari sua materia priuatur. Atque in commentarijs de voce dictum iam est, quòd propria huius actionis materia, generatim quidem loquendo, est expiratio: secundum speciem verò atque propriam differentiam, exsufflatio: quæ quidem est cùm affatim spiritus foras effertur per musculorum intercostalium actionem. vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atque omnino ipsius in altera parte resolutionem, in primis quidem semispirans, ac mox animal semiuocale euadat, idque per accidens. In apoplexia verò, sopore, morbo comitiali, vigilanti sopore, communi ratione earum actionum, quæ ab impetu & voluntatis imperio procedunt, vocem lædi contingit, siue spinalis medullæ partes primæ, siue simul cum ijs cerebrum quoque afficiatur. His itaque quinque inter se consequentia quadam conuenientibus, exspiratione, exsufflatione citra strepitum, strepenti exsufflatione, voce, loquela: si earum prima lædatur, reliquas omnes lædi necesse est: vltima verò læsa, reliquæ haudquaquam læduntur: at cùm secunda, tres reliquæ læduntur: cùm tertia, duæ vltimæ: cum quarta verò sola postrema læditur. Etenim, si nihil omnino expiret animal vel ex vtrisque thoracis partibus, vel ex altera parte duntaxat: & quidem si ex vtrisque, celerrime suffocabitur: si ex altera tantum, semispirans, atque semiuocale reddetur: perdétque simul reliquarum deinceps duarum actionum partem dimidiam: quarum alteram exsufflationem citra strepitum, alteram verò strepentem nominare consueuimus. Quòd si expiratione seruata corrumpatur exsufflatio, reliquæ tres actiones, strepens exsufflatio, vox, & loquela simul corrūpentur: sicut voce pereunte loquelā quoque perire necesse est. Cùm itaque dictarum actionum opifices musculos cognoueritis, superest considerare, qui ex ipsis proprio affectu laborent, & quorum actio lædatur per accidens. Quòd si quidpiam eorum, quæ ex corporum dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebunt vos ij, quos de respirationis causis, atque de voce perscripsimus commentarij, atque de his ipsis in secundo libro De viuorum dissectione etiam dictum est. Sane 8 expirationem faciunt vniuersi thoracem contrahentes musculi: exsufflationem (quæ vehemens expiratio est) 9 intercostales maxime: 10 strepentem exsufflationem ij, qui in faucibus sunt: vocem verò ipsam gutturis musculi efficiunt: sed lingua articulatam vocem distinguens, loquendi vsum præstat: atque nonnihil ad hanc rem cōferre videntur dentes, labra, nariū foramina, palatum, gurgulio: præterea symmetrum linguæ ipsius vinculum. Itaque 11 balbi blæsique, atque alij, qui impedita sunt loquela, locutionis instrumentorum aliquod, aut cum natura ipsum formaret, aut postea lædi certum est. veluti cùm vel polypus, vel aliud quidpiā narium foramina obstruit, aut ex primis dentibus aliquis deperditus est, aut vbi labia fuerint mutilata. Verùm, quo pacto quidam tenuem obtineant vocem ac præterea quomodo aliæ vocis tum differentiæ, tum affectiones fieri possint, vt rauca, resonans, tenuis, aspera, obscura, in commentarijs de voce sufficienter diximus.

EX symptomate vitiatæ vocis timatur læsam sedem: primùm vbi læditur gratia noxiæ causæ instrumenta vocis offendentis. Deinde (5. sunt prætereà) de læsione eorundem propter vel materiæ vel facultatis priuationem.

1. *sermo*] quod ait vocis instrumentum linguā 1. Prorh. 5.
non esse, sed sermonis, latiùs in Prorrhetico tra- 2. Animal 8.
didit, quo loco videtur accusare Aristotelem, 4. Histo 9.
quòd linguā inter vocis numerauit instrumenta, qui tamen libro De historia animalium differre docuit sonum vel strepitum, à voce, & hanc, à sermone.

2. *qui quidem*] nempè reuersiui: quorum vsus quàm diuersus sit ab eo quē Galenus existimat, libro de vsu partium ostensum est.

3. *nullus*] docet occasiones vocis lædendæ.

4. *quinetiam*] intermiscet per consensum noxas. nam musculi pharingis, (sic solet appellare fauces)

fauces) ij ſunt hyoidis oſſis muſculi, cum contentas fauces ſeruare nequeunt, læditur vox in acutiem & magnitudinem. Sic enim legendum videtur cum vulgari interprete, magis quàm cum antiquo vertente, (in acutie & magnitudine.) nam ſi magnitudo vocis ex amplitudine arteriæ oritur, acuties ex laryngis anguſtia (quod in arte

Vox quid indicet.

Medica oſtenſum eſt :) laxitatem faucium arteriam amplificare neceſſe eſt, laryngem verò anguſtare : vnde ſequitur vocis cum magnitudine acuties, quanto enim minus arteria anguſtatur,

Cap. 90.

tanto capius eius rima (quam vocant ligulam) arctior euadit, ad acutiem formãdam. quod enim hic per pharyngem fauces accipiendæ ſint, non aſpera arteria, Galeni vſus docet.

5. *humiditate*] humoris ſobolem eſſe raucam vocem, oſtenditur experimentis libro De voce: quod potis raucior, ieiunis ſonora eſt: quòd vda corpora raucam vocem edant, ſicca verò claram: quod ſenes plus iuuenibus rauceſcant, ex oppoſita ſiccitate clangoſa euadit. Quæ verò ad vocũ attinent differentias, ex arte parua petenda ſunt.

6. *familiari aliquo vitio*] lege, propria aliqua læſione.

Lib. 2. 11.

7. *ſunt prætereà*] vocis per conſenſum offenſas percurrit, deficiente aut facultate aut materia.

8. *expiratione*] libro De motu muſculorum naturalem expirationem, otium vocat, non actionem muſculorum : libro verò De voce & de cauſis reſpirationis, abdominis muſculis tribuit, nõ thoracis. hic ergo non docet auctores expirationis naturalis tãtum, ſed omnis in vniuerſum expirationis : quæ vt aliquando otium ſepti ſequitur, nonnunquam abdominis muſculorum contractionem, ita vbi vehementior eſt intercoſtalium etiam, eorum qui præſunt contrahendo pectori.

Citato.

9. *intercoſtales*] libro De motu muſculorum violentam efflationem internis intercoſtalibus donat, inſpirationem magnam externis : quem locum Auicenna ſecutus eſt, tamen libro De cauſis reſpirationis contra legitur. Quidam ex

Aui. de anato. muſ. doc. 3. 14.

diligentiſſimis anatomicis exactè expendentes ductus illos intercoſtalium à ſuperiore ad infernam coſtam decuſſatim deriuatos, colligunt neutri ex oppoſitis & citatis Galeni ſententiis

Intercoſtalium muſculorũ ratio.

ſtare oportere, ſed contrahi coſtas per vtroſque. nam externi ſurſum conuellunt coſtam cui inſeruntur, interni deorſum, vtrique pectus anguſtantes. qui cum de hiſtoria verè commententur, in opere peccaſſe videntur : cùm enim coſtæ in exortu ſuo ad vertebras ad inferna inflectantur, fit vt dum externorum intercoſtalium munere inferior coſta ad ſuperiorem adducitur, pectoris amplitudo maior euadat, & inſpiratio augeatur: dum verò ſuperior ad inferiorem trahitur internorum ope, contrahitur pectus & anguſtius euadit. locus itaque, qui libro De cauſis reſpirationis cõtra legitur, iniuria temporum corruptus videtur.

10. *ſtrepentem*] dum enim ociante gutture arteria per partes & anguſtatur & diſtenditur, ſequitur ſtrepitus ille, verius quàm vox, exeuntis flatus. Sicut enim ſtrepens efflatio in arteria, ita vox in gutture, ſermo in ore fit. Quo fit vt non

2. Animæ. 8.

omnino conueniat Ariſtoteli cum Galeno in voce definienda. definit enim Ariſtoteles vocem, quod ſit ſignificatiua, quò ad tuſſi ſeparetur: verùm Galeno exactiùs ſeiungitur ſtrepens flatus in ſtertente vel gargarixante, vbi muſculi faucium epiglottim claudunt, ſed quem aër allidit, à voce : ea oritur non clauſo externo epiglottidis ore, ſed operantibus laryngis muſculis, & variè anguſtantibus guttur, qua aër fertur, quod cantantium eſt, etiam ſi nihil ſignificet vox ipſa: quare finitionem vocis non ingredietur. Pugnat verò cum hac ſententia, de quinque ad loquelam neceſſariis actionibus, quod apud Auicennam legitur. Quandoque ceſſat vox, nec proinde aufertur locutio. Sed quod pace Auicennæ

10. 3. tract. 2. 8

dictum ſit, videtur malè intellexiſſe ſententiam huius loci, & hiſtorias de ſectis reuerſiuis neruis libro primo relatas : cùm illas in confirmationem huius placiti adducat, à quo tam abſunt, quàm quod maximè : nec quicquam ratione ſua conficit. Submiſſus ſermo non exigit multum aërem : reſpiratio ergo etiam ex parte deficiens

Cap. 6.

non tollit exiguum ſermonem. niſi enim fiat aëris ad guttur percuſſi modulatio quædam tarditatis aut celeritatis, vox prodire non poteſt: ea vis & percuſſio à naturali ſepti caſu euenire non poteſt: Ideò requirit locutio omnis intercoſtalium muſculorum efflationem.

11. *balbu.*] balbi nobis, Græcis trauli : ſunt qui r, & r, proferre nequeunt, ſicut pſelli, nobis blæſi : qui p, & ſ, vti unque vitium ancyloſis illis, nobis balbuties & blæſitas, etiam vbi quibuſuis literis efferendis deficiunt, ait Ætius.

4. Apho. 32. Ætius libr. 8. 30.

Cap. 8.

ATQVE de diſpnœa (id eſt, difficili reſpiratione) iam anteà, vbi ſpinalis medullæ paſsiones percurrimus, multa dicta ſunt : quibus nunc in memoriam reuocatis, quæ ad præſentem contemplationem ſuperſunt, ſubiungam. Itaque in vniuerſum expeditè vos meminiſſe velim muſculorum thoracem mouentium, neruorumque qui ad ipſos perueniunt, quos in corporum diſſectione vidiſtis. Igitur introeuntes ad hominem difficulter ſpirantem, in primis conſiderate, an omnes thoracis muſculi moueantur, an ſoli intercoſtales ſine ſuperioribus, atque an ſimul cum intercoſtalibus & præcordia quoque moueantur. Cùm itaque conſpexeritis omnes moueri, vnam ex tribus, quas diximus, cauſis, huiuſmodi motionem efficere putandum eſt: ac deinde quæ ſit illa, quæ nunc infeſtat, perpendere oportet : quod ſi non omnes mouentur, aliter definire. Subijciamus igitur aliquem omnes ſimul mouere muſculos, vt pectus vna cũ ſcapulis manifeſtè ſubleuetur. In hoc opere ex trib. vnũ aliquod cõijcere neceſſe eſt, aut viriũ imbecillitatẽ, aut viarũ ſpirium anguſtiã, aut vehementẽ in corde & pulmone calorem: quamuis interdum duæ, ac nonnunquã (licet rarò) tres quoque ex iam dictis cauſis concurrere poßint. Atqui tribus quidem ſimul conuenientibus proximam mortem timere oportet : vbi verò duæ fuerint, difficile eſt ægrum ſeruare. Sed vna duntaxat infeſtante, peculiari opus eſt finitione, vt ſciatur, vtrum ad ſanitatem perueniat æger, an ſub malo ſuccumbat. Igitur, vbi vires duntaxat fuerint infirmæ, ad tria à mouentium muſculorum genera venire, eóſque omnes ad motionem excitare ſolent, vno genere vehementer mouere pectus nequeunte. Quippe, ſi ſeptum tranſuerſum ſolum, veluti cùm ſecundum naturam ſe habet, ſufficienter poſſet mouere virtus, neque intercoſtalibus, neque ſuperioribus muſculis indigeret: quoniam verò imbecilla eſt, omnes ſenſim mouet, ſed neque frequentem, neque

raram

varam valde facit actionem. His igitur adhibenda est mens, nam 3 cætera haud difficulter per ea discernuntur. Sane plurimum aucto in spiritalibus instrumentis calore, omnibus quidem thoracis musculis agit animal, sed & velox, & frequens, & vehemens est eorum actio, quando videlicet citra virium imbecillitatem calor infestat. At virium imbecillitatem, vbi flammeus calor non accesserit, neque velox, neque frequens valdè comitatur motus: proinde ita molium omnes thoracis partes dilatat. Quippe hoc dispnœæ genus cum ea, quæ ob nimiam incęsionem facta est, vnum commune habet, quod omnes thoracis musculi per ipsam agunt. Quin etiam, vbi ob plurimum calorem spiratio difficilis est præter magnitudinem, frequentiam, & celeritatem, hoc quoque accedit, quòd calidus, feruidusque spiritus exsufflando producitur. At in virium imbecillitate, nulla ab ore facta exsufflatione spiritus, ex solis naribus emitti solet. Quòd si per inspirationem cuipiam narium pinnæ manifeste contrahi videantur, id verò efficax imbecilla facultatis indicium est. Ob spiritalium verò instrumentorum angustiam, totus quidem thorax ad plurimum, & celeriter & frequenter dilatatur: sed, qui sic laborant, sine exsufflatione spiritum reddunt. Si verò simul conueniunt in spiritalibus instrumentis, & calor, & angustia, vt in peripneumonia: tum neque maxima, neque frequentissima, neque etiam celerrima spiratio sufficere potest, sed 4 surgere tentant sic laborantes: etenim sentiunt hoc pacto totum thoracem faciliùs dilatari, quippè qui decumbentibus in sese concidit, eò quòd pectoris partes ad spinam declinant: quæ erecta thorax etiam simul fertur, nō amplius seipsum grauans. Ac 5 similiter quoque respirare solent ij, quibus aspera pulmonis arteria plurima 6 destuxione oppleta sunt, aut vbi ex proximis locis in ipsas aliquid deriuatum est. à iam dicta verò spiratione, vnica duntaxat re differunt, quod neque exsufflant, neque 7 calidum spiritum emittunt. Sic etiam ijs, quibus inter thoracem pulmonémque magna puris quantitas collecta est, quos suppuratos vocant, totus thorax attollitur: sed neque calidus est ipsorum spiritus, neque etiam exsufflando emitti solet, nisi adurens fortasse febris accesserit. Verum ij celerrime suffocantur, tum ob 8 multitudinem ipsam, tum quòd vires omnibus suppuratis ex necessitate imbecilliores redditæ sunt. sed non necessariò in fluctionibus, quæ ad pulmonem irruunt, aut peripneumonia, aut asthmate (id est anhelatione) vires imbecilliores redditæ sunt. nam contrà per anhelantes affectus, crassis & viscosis humoribus pulmonis impactis vires robustæ, constantésque permanere possunt. Atque, si tuberculum coctu difficile aliquando in ipso natum fuerit, thorax maximè quidem dilatabitur, sed non ita multum inspirabit aërem: ideoque continenter spirare cogitur, non tamen exsufflare solet, id enim aucti caloris proprium est. In eandem dispnœæ speciem, sed alia ratione, labuntur ij quoque, quos angina molestat, ob angustiam, quæ non fit in concauitatibus, quæ inspirationem suscipiunt, sed in ijs, quæ ipsam transmittunt. Quibus verò & abscessus, & inflammatio, atque humorum plenitudo in thoracis aut pulmonis cauernis consistit, nulla obstructione accidente in gutture neque in aspera arteria, sed in illis cauitatibus, quæ inspiratum aërem suscipiunt, angustia genita, ex necessitate sequitur magna thoracis dilatatio, sed nō ita multus trahetur spiritus. Proinde laborantem & celeriter & frequenter spirare necesse est. Pra 9 omnibus autem vos meminisse velim magnæ respirationis geminas esse differentias: fit enim interdum ob dilatationis thoracis magnitudinem, interdum verò ob inspirati aëris multam essentiam. Scitis autem, quòd sæpenumerò vos admonere soleo earū rerū quæ à prioribus omissæ sunt, nā, quas ipsi persecuti sunt, earū propter scriptorū multitudinē facilis atque in promptu est memoria: quæ verò ab Hippocrate (quantis optimè de dispnœa scripserit) non sunt definita ea posteriorum nemo explicauit definireve: idcircò necessarium esse putaui crebèrrime illorum vos admonere: Igitur, quicunque sine inflammatione, vel omninò sine aliquo præter naturam tumore, aut angustia spiritualium instrumentorum per febres ardentes difficulter spirant, ijs inspirati aëris quantitas magnitudini dilatationis thoracis proportione respondet. Quibus verò vel tumor, vel angustia sine flammeo calore in spiritalibus est, in his thoracis quidem dilatatio maxima est: id verò, quod inspiratur, non solum dilatationem proportione non assequitur, verum etiam minus, quam secundum naturam inspirari solet, attrahitur. At 10 sine distinctione vnam dispositionem ostendit magna thoracis dilatatio, si raritatem simul acceperit. 11 verùm animaduertere oportet, ne 12 aliquando in hac decipiamini, putantes eam spirationem, quæ ob virium imbecillitatem omnibus agentibus musculis efficitur, eandem esse cum magna: quam equidem, quo clarior esset interpretatio, aliquando sublimem vocare volui: hicque 13 mihi facile fuit intelligere Hippocratem eū sublimem vocare spiritum, qui sublimioribus thoracis partibus inspiratur. Quemadmodum, cùm inquit, magnus spiritus, & ex longis interuallo, delirium declarat, constat eum magnum pro 14 multo dixisse. Is verò bifariam fieri potest, vel sine superiorum musculorum actione, vel ipsa quoque concurrente. Nam plerunque intercostales musculi, vna cum septo transuerso, ad multam thoracis eleuationem, qua multus spiritus allicitur, superiorum musculorum auxilio non indigent. Quòd verò huiusmodi eleuationis species delirium portendat, in commentarijs de dyspnœa iam ostendimus, vbi etiam cuiuslibet difficultatis anhelitus dispositio declarata est. Nunc verò, vt compendio quodam hic explicamus eos affectus, quos in alijs commentarijs iam percurrimus: ita & de dyspnœa differentijs partim quidem dictum est, partim verò in sequentibus dicemus. Nam magnarum respirationum alia quidem crebra est, atque huic sunt differentiæ complures, quarum aliæ alias dispositiones indicant: alia verò rara, vnicam indicans dispositionem. Sic etiam de exigua dicendum est, quod rara quidem spiritualium instrumentorum frigiditatem: frequens verò non solum spiritalium, sed eorum quoque, quæ cum ipsis mouentur, vt hepatis, lienis, ventriculi, gulæ, 15 laborem portendit. Cùm igitur plures sint dispositiones: quas per vehementes motus dolor comitatur, ex alijs notis & considerandum & definiendum est, siue inflammatio quædam, siue erysipelas, siue vlcus, siue abscessus dolorem efficiat. Quin etiam didicistis, quod inæquales intemperantiæ, dolores excitare sæpenumerò solent, similiter spiritus crudi flatuosique copia, qui arctatus aliquando partes ipsum ambientes distendit, aliquando verò violenter egreditur. Præterea calidi & acris, aut frigidi & lenti humoris abundantia, si aliquando retentus succus ambientia corpora distendat, aut inde violenter exeat, dolores efficere potest. Quòd si grauiùs affecta fuerint instrumenta, in quibus huiusmodi res continentur, dolent vel non mota: si verò leuior fuerit affectus, quando mouentur. Verùm in libris De Dyspnœa causam explicauimus, cur exigua spiratio, in frequens quidem spiritus, motorum per respirationem instrumentorum laborem significat: raro verò vehementem refrigerationem, & quidem spiritalium duntaxat, præcipue pulmonis & cordis.

Est

Est & etiam alia dyspnœa species, cùm veluti breui quadam quiete, intercipitur opus thoracis, idq; nonnunquam inspirando, nonnunquam verò expirando, siue hoc accidat ob musculorum thoracis conuulsionem, siue ob caloris copiam, cogentis laborantem vehementer, vel inspirare, vel expirare. Est insuper alius respirationis affectus quem apnœam, (quasi non spirationem dixeris) nominant, nulla, vt aspicientibus videtur, facta respiratione: verùm vt rei ipsius natura declarat, eam non fieri incredibile est: nam id impossibile videtur, vt animal omni spiratione exacte priuatum in vita seruari possit, quãuis ea animalia, quæ in cauernis latere consueuerũt, thoracem mouere videantur minime. Proinde duorum alterum conijcere oportet, aut adeò exiguam fieri spirationem, vt sensum effugiat, aut huiusmodi animalia tũc spiratione omnino non indigere, sed eam transpirationem, quæ per vniuersum corpus fit, sufficere. quippe hãc cor ipsum per arterias efficit. Respirationem verò per thoracem cerebram efficere constat. At verò dispositio, quæ apnœam facere potest, omnibus animalis partibus communis esse videtur, veluti in apoplexia, sopore, morbo comitiali, catalepsi. nam in his omnibus nullus proprius affectus spiritalia instrumenta præ cæteris infestat, non magis quàm vocis, aut locutionis, aut progressionis instrumenta. sed affecto principio omnia, quibus vires suæ, per quas regantur, ab ipso suppeditari cõsueuerunt, ea consentire necesse est. Verùm de apnœa iam & particulatim, & per se diximus: quamobrem tempus est, vt nunc ad alia transeamus.

EX difficultate spirandi rimatur pectoris affectus, referẽs multa ex superiore capite quarto; addens verò nonnulla quæ tractatio proposita exigit.

1. *præcordia*] septum transuersum. Corpus aliquando hoc nomine intelligit hypochondria, hic septum. præcordia autem moueri magna eleuatione intelligendum est, vt sint magnæ spirationis differentiæ tres, quas prosequitur: prima omnium musculorum valde distentorum: secunda intercostalium: tertia intercostalibus simul cum septo plurimum distentis. nam modicè semper septum distenditur.

Nũ omnes simul differẽtiæ in pulsu augeãtur respiratione.

2. *tria*] eorum qui in diaphragmate sunt, intercostalium, & sublimium.

2. Dispn. 6.
1. Caus. pul. 3. 4.
3. Caus. pul. 2.

3. *nam cætera*] id est, iis indiciis tarditate & aliquanta raritate, dignoscitur hæc species à duabus reliquis, nempe orta ex calore, & ex organorũ angustia. Sed augeantur ne tres illæ simul differentiæ in respiratione & pulsu, an per partes? planè quid Galenus voluerit, non proteruienti apertum est. tam enim de spiratione agens quàm de pulsu, pronunciat aucto vsu solo, siue is sit exhaustus animalis spiritus, quod in fatigatis euenit, siue calor auctus, quod in diariis; siue purganda fuligo, quod in humorum putredine; reliquis duabus causis facultatis & instrumentorũ inuariatis, primùm magnitudinem acquiri, paulo post celeritatem; quæ si nõ satisfacit vsui, adiicitur & frequentia; quod si neque ea par necessitati est, corpus exectum cõstituitur. Nec verò ratio tam euidentibus locis repugnat: licet enim per illa omnia natura subuenire possit, ab eo primũ orditur, quòd minus euertit naturæ opera atqui per frequentiã, coctionum spiritus tempora pereũt, per celeritatem præterquam quod s fatigatur, etiã aër frigidior nec edomitus cor inuadit: quod si in magnitudine aucta nullum horum periculum

Ratio Prima.

2.

su-

subest, quidni ab eo exordiatur natura; quin & viri ad fœminas collati, & vniuersi homines per ver, vsum habent auctum; nec tamen pulsum aut celeriorem aut crebriorem, sed maiorem tãtùm, quàm in fœminis & reliquis anni tẽporibus: quo fit verisimilior dicta paulo antè definitio. licet enim in propositis exemplis non solus vsus mutetur, sed & facultas; verũtamen magna suasio est, magnitudine sola naturã sæpe vsui respõdere. Illa verò vrgens persuasio est, quam progrediens hominis consideratio præbet, vbi festinare animus est. Primùm enim, passus prolongat; si nec id satis 3. videtur, gressum accelerat: ne verò in diuersoriis fatigatus quiescat, non nisi maxima causa facit. Tantum amolienda sunt & è medio tollẽda, quæ opinionem hanc remorari possunt, multa. Primum, nõ pauca apud Galenum loca inseparabilia faciunt tria illa aucto calori. non legitur inseparabilia, vel necessaria, sed οἰκεῖα id est, familiaria, vel peculiaria. quanto autẽ interuallo differt inseparabile signũ a familiari, li. primo De caus. puls. explicatur. Ergo sunt illa consequentia ad calorem; quo verò ordine & quando sequantur, seorsum expẽdendũ est. citant ex arte parua loca; in quibus tria illa perpetua facit calidi cordis: quibus tamen calibus non solus vsus auctus est; 2. sed & facultas imbecillior reddita. qui enim ab ortu intemperato corde sunt, factam intẽperiem contrahentes, in opere ipso & facultate deficiũt; 3. ait Galenus lib. De præsagatione pulsuum: quod ergo in illis præ imbecillitate sola nõ potest magnitudo, reliquis duabus differentiis cõpensant. Pugnare item apparet quod lib. priori De caus. puls. in hanc seriem legitur (si calor quomodocũque augetur, necessariò maiores fiunt & celeriores, non tamen manifestò crebriores, nisi valdè aucta necessitate.) Sed habet duplicẽ excusationem: vel quod tractationis initio (quod sæpe fit) nondum exactè definitã tradidit doctrinã, quam paucis interpositis complet; concedẽs magnitudini priorem quàm celeritati locum: vel (quod alibi inquit) concedendum est, vt vbi ad vtrumlibet excessus modicus est, vtrũque sine culpa & scribatur & admittatur: nam illa quorundam excusatio: quod licet tria illa simul incipiant, quoniam magnitudo inter ea sensui apertior est, à Galeno scribitur ante reliqua sentiri; quandoque etiam iungi magnitudinẽ cum celeritate, omissa crebritate, digna non est, quæ audiatur: si enim apertior est sensui in magnitudine mutatio delitescẽte adhuc, etiamsi præsens iam sit, reliquorum duorum, cur & Galenus & experimentum docent diminuto vsu minui primùm crebritatẽ, inde celeritatem, tandem magnitudinem? oportebat enim si magnitudinis mutatio sensui tangentis notior est, eam & aucto & diminuto vsu primam spectari, nondum reliquis duabus diiudicatis. Obiiciunt & illud aduersarij: initio internæ quietis increscente vsu cogit necessitas ad 4. frigidi aëris captum: accelerabitur igitur distentio: Rursum propter fuliginum exustarum à multo calore copiam initio externæ quietis festinabit natura ad contractionem: erit igitur vtraque quies breuis, quam rem crebritatem appellant. Vitari verò hoc incommodum obiecti dupliciter etiam valet. Siue dicamus non oriri citius necessitatem illas vel trahendi aëris vel excernẽdarum

Solutio prima.
Cap. 4.
Cap. 19. 33.
Cap. 4.
Cap. 1.
5. Simp. 9.
1. Dispn. 6.

D fuligi-

fuliginum, propter impedientem copiam recepti
aëris pulſus magnitudine: vel certe non pari ca-
lore omne cor aggreditur, vel inſpirationem, vel
exſpirationem, ſed cum quadam amplitudine in-
tra certos quoſdam limites conſtituta. Cor enim
natura calidum etiam dum à motu quieſcit. cali-
dius temperato pariter quieſcente eſt, nec tamē
idcirco anteuertit neceſſaria quietis tēpora mo-
ra moueri ſatagēs: ſin in vſu accidit auctio, expe-
ctante corde neceſſarium vtriuſque quietis tē-
pus, & maiore motu ſuo tempore vſui ſatisfaciēs.
5. Dum verò inſtant, oportere vt ſi aliquando pro-
pter causam aucti caloris omnes illæ augentur
differentiæ, augeantur ſemper: quandoquidem
eadem cauſa à principio eſt, quæ & poſterius: in-
ualida argumentatio eſt, neque enim ſi in extre-
ma neceſſitate pinnis narium reſpiramus, æquū
eſt, vt in quauis idem perpetiamur. Ex multis
enim auxiliis, quę eidem fini ſeruiunt, eligere ſo-
let natura facilius, breuius, & quod minus vires
infeſtat: tale eſt magnitudo, minus celeritas, mi-
6. nimè frequentia. Quidam verò ita rogant. Si in
priori diſtentionis parte vſus vrgeat, in altera
medietate minuatur, qualis pulſus prodibit? non
maior: neque enim in toto diſtentionis tempore
vſus increuit, ſed cum partiū varietate modera-
tum æquat: quo ergo ingenio, niſi fatearis pri-
mam illam diſtentionis medietatem velociorem
temperata fuiſſe, ſubuenit natura aucto initio
diſtentionis calori? quaſi oporteat naturam con-
feſtim emendare naſcētia mala, & quę nec dum
conſtiterunt. parabat magnitudine pulſus ſub-
ſidium, in medio itinere ceſſauit calor ſucceden-
te frigore, intermiſit etiam natura tentatam ma-
7. gnitudinē. Argutius verò ita agetur; ſi eſt vna ex
cōtinentibus pulſus cauſis vſus, neceſſe eſt, vt fa-
cta in vſu mutatione fiat & in pulſus differentiis:
fit mutatio ex caſu: ergo & in celeritate fiet & fre
1.Cauſ.pul.1. quentia. Sed vt vſum continentem pulſus cau-
ſam eſſe fatemur, ita ſolius celeritatis aut fre-
quētiæ nō damus. Cùm enim tria illa ſimul vſum
compleant, neceſſe eſt vt mutatum vſum com-
plexus ille differentiarum ſentiat, mutatis non
omnibus neceſſe, ſed vno aliquo è tribus. Non
importunè verò etiam vocant nos ad locum li-
8. bro priori De difficultate ſpirandi. abundantia
Cap.23. (inquit Galenus) caloris, vt reſpirationem reddit
magnam, ſtatim præcedentem quietem breuis
temporis reddit. Sed conſiderandum eſt quid eo
loco conetur Galenus ſuadere, & quò tendat il-
lius oratio. Diſcrimen docebat neque exiguum
aut vile, quo auctus calor innatus ab extraneo ſi-
militer increſcēte ſeparetur. naturali enim aucto
inſpiratio creſcit propter aëris copiam quam in
alimentum multi ſpiritus allicit: extraneo verò
vigente propter vſtionem ſequente fuliginum
aceruo feſtinat natura, vt expiratione purgatio-
nem efficiat: ita naturalem magna inſpiratio, prę-
ter naturam expiratio comitatur, id eſt, quod Ga-
lenus ſuadere conabatur: interponit verò nō val-
de elaboratum (quod ſolet) vbi aliud agit: nempe
quietem antecedentem magnum motum ſtatim
euadere breuem, verbo (ſtatim) ſignificans ma-
gnitudinem ſolam citra frequentiam antepoſitæ
quietis, parum durare: id quod ex diſputationis
huius definitione intelligitur: magnitudinem ſci-
licet alterutrius motus primum ſubuenire ſolam,
mox verò celeritatem, nec multo poſt crebritatē
ex breuitate antecedentis motum quietis con-
ſequi. quod verò quidam audent exactiſſimum
Galeni ſenſum contemnere, & ſuo magis tactui
credentes febricitantium teſtimonio putant aucto
calore primam monſtrari crebritatem, poſterius
reliqua; temerè factū exiſtimo: dotatus eſt enim
Galenus feliciſſimo & exactiſſimo ſenſuū iudi- Lib. Praenoſ. fine.
cio, & pro viri ducenda nō eſt illius in tactu exi-
ſtimatio, qua manentibus viribus ſolo vſu aucto,
agnoſcere ſe fatetur auctam magnitudinē priùs
celeritate, & hanc frequentia. nam febricitantes
non quemuis calorem habent, ſed vehementem,
cui ſola magnitudo non ſufficiat; maximè iuncta
imbecillitate febrem ſequente, vt mirum non
ſit in eis prope omnibus crebritatem ſentiri.
neque proinde à Galeno & explicata receden-
dum ſententia eſt. Succedit conſideratio oppo-
ſiti euentus. minuatur vſus minoris duobus re-
ſiduis, euenire poteſt diminutio in eo in quo
auctus præceſſerat, poteſt & intemperato ſaoque
nunc primum minui. In vtroque verò (licet mul- Nam dimi-
ti noſtrorum contra opinentur) primum raritas nuto vſu dif-
comparatur: ſecundo tarditas, in magno defectu ferētiæ tres
vſus etiam paruitas. Atque Galenum quidem ita minuantur.
voluiſſe etiam inſano correpto atrocem morbo, 1.Cauſ.pul.4.
aut congelatione, frequentia loca ſunt libro De 4.Cauſ.pul.
cauſ. pulſ. & de ſpirandi difficultate Confirmatio 14.20.23.
verò Galeni eſt. Id primùm relinquet natura ne- 1.Diff.6.
ceſſitate deficiente, quod vltima neceſſitate ſub-
ierat, & à quo plurimū infirmabatur: ea differen-
tia frequētia eſt: prior itaque deponetur à natura.
Itē cùm præpinperū iter moderari placet & re-
mittere, non confeſtim aut paſſus contrahimus,
aut lentius progredimur, ſed paulò magis in di-
uerſorio moramur. Nunc quæ contrafacere vi- Solario.
dentur, diſſoluenda ſunt. legitur lib. De cauſ. Cap.4.
pulſ. primo. (familiares ſunt pulſus diminuto ca-
lori parui & tardi, mox verò & rari) vides vt an-
teponatur paruitas cum tarditate raritati: Sed
alius in differentiis collocādis naturæ ordo, ope-
ris alius. rei naturam ſi ſpectes, quam Galenus
indagat diminuto vſui reſpondent paucū refri-
gerium: paucus aër per ſe à paruo tardóque pul-
ſu peragitur, à raro ſecundò & per accidens, qua-
tenus raro accedit ea parua aëris refrigeratio. Sic
naturæ ordine (quem Galenus citata ſententia
ſpectat) familiaris eſt diminuto vſui primum
paruitas, remotiùs raritas. cùm verò procedens
inquirit quo ordine in opere differentiæ pulſui
accedant, explicat primam accedere raritatem
nuper explicato ordine. Nec verò legendum eſt
(mox verò & rari) ſed (iam verò & rari ad.). Altera 2.
ratio non inualida eſt. Si vnum extremorum in
obiectum quidpiam operatur, contrarium in idē
obiectum oppoſitum inducit: Sic albedo viſum
diſgregat, nigredo congregat: atqui auctus calor
pulſus primū omniū magnitudinē auget: oportet
igitur diminutum ante omnia magnitudinē con-
trahere non frequentiā. verùm meminiſſe opor-
tet à quauis harum cauſarum induci tria illa op-
poſita, ab aucto calore magnitudinem, celerita-
tem, frequentiam, à diminuto oppoſita tria: at-
quo ita ſeruatur, quod ratio ſumebat. In ordine
verò par eſt, vt calor id primo inducat quod mi-
nus eneruat vires, frigus quoniam non inducit
differentias vires diſſoluentes, ſed tollit eas quæ
diſſol

dissoluebant, par est vt eam primo perimat, à qua namque maius dānū imminebat, qualis crebritas ostēsa est. Sic ex tribus vestibus aucta paupertate venditur primò pallium, inde tunica, postremò indusium: vbi fortuna melior arrisit, nudi primū cōparamus indusiū, mox tunicā, tādē adiicimus palliū.

3. Opponūt & nobis fœminas, quæ cū sint frigidiores, pulsus habēt minores, crebriores tamē maribus. & in Arte parua cordis frigidi pulsus sunt minores, nō necessario rariores. In quibus tamē non solus minuitur vsus sed manifesto facultas lapsu.

Cap. 3.

4. *surgere*] orthopnœa dicitur quoniam nō nisi recta ceruice spirant, Aurelianus ait, fortè nomē à sensu cōtrario impositū, recta, cùm sit pessima; qua figura fel dulce dicitur, Æthiops albus. Cur verò conentur surgere, qui pectoris angustiam patiuntur, vna causa est, quoniam bronchia pulmonis magis hiant erecto; altera, quoniā minore difficultate distenditur pectus erecto quàm decumbenti. nam supino homini venter ascēdit inspiranti, prono prohibetur venter tumere ab incumbente corpore. in latus decumbēti ab opposito latere impeditur, erecto sine impedimento ad latus mouetur. ex quo intelligitur supinū decubitum (quod vulgus circumfert, imo & Rasius ex Galeno docet) si durat, infirmare vires propter difficultatem eleuati pectoris. Nec audiendi sunt medici tanquam vulgatem sententiam irridētes. Qui verò scribunt ea figura decubitus vires imbecillitas conseruari, si de exiguo tempore agūt, vera docent: si de longo, non vera. fatigati autem ex itinere eum situm exigunt, quoniam breui plus reparantur, ex otio musculorum omnium corpus sustinentium, quàm ex opere thoracis laborent: Sicut in stando omnes corporis musculi in actione sunt, sedēti verò pars quiescit, pars verò mouetur. & hæc quidem situs dicti operatur. In significando verò, perpetuò supinus à Galenō improbatur decubitus, quoniam exhaustas vires insinuat petēres à laboriosis motionibus otium, & corpus sustinere recusantes.

Supinus decubitus nō debilitet.
Cap. de Paralysi ex Galeno de humoribus.
Noco fer. 8.
8. Pror. 17.

5. *ac similiter*] iungit differentias quasdam dispnœæ ex spiritalium angustia.

6. *defluxione*] catarrho. nempe à cerebro, qui eueniens frequentior est.

7. *nec calidum*] lege, nec calidum spirant. est enim id vnum discrimen, quod calidum aërem nec efflatu nec expiratione pellunt.

8. *ob multitudinem*] lege ob affectum. tāta enim angustia loci aërem recipientis cum febre calidum efflante diu durare nō potest, quin suffocet. iunguntur enim ibi duæ causæ, & magis tertia ex virium imbecillitate; id quod ostendit successitenim supputatio morbo qui vim necessario labefactauit. in pulmonia autē & catarrho vis potest non esse debilis. in asthmate verò concoctis crassis in pectore humoribus durare firma virtus potest. Ex quo loco colligitur inualidā esse Auicennæ collectionē: æger, ergo debilis. licet enim sæpe sequatur morbū debilitas, non tamē necessario, siquidē septimo Methodi scribit Galenus, ex debilibus, quosdam ægros esse, alios etiamnū sanos; & rursum ex ægris quidā validas vires habent, hic & vndecimo Methodi plures inualidas.

1 4. Tra. c. 9.
7. The. 11.
11. The. 19.

9. *præ omnibus*] latius libro De difficultate spirandi. Illud verò etiam addubitant vter è duobus motibus antecedat in respiratione & pulsu. distentio, an contractio, videtur autem prior tempore distentio. Cor enim plenum acre non formatur: distendetur ergo primum ab innata vi, non contrahetur: deinde maior necessitas cogit ad inspirandum: ab ea igitur initium sumerent mouēdi. esse autem maiorem refrigerij vsum tum authores scribunt maximam causam respirationis asserentes esse innati caloris moderationem, minorem alitionem spiritus animalis cum fuliginū purgatione: cùmque ex inspiratione simul cum alitione refrigeratio illa comparetur: conficitur multo pluris esse ex duobus motibus inspirationē. Adde quod refrigeratio illa omni viuēti, imò & mixto & elementis quorquor viuifico calore prædita sunt, necessaria est ita vt etiam in terra & aqua per vētos expetatur Hippocrati: exusta verò pelleda in paucis tātū animalibus natura calētibus. Aristoteles verò dictis rationibus adiicit, oportere primā esse inspirationem, quoniā postremò morientia expirant. Est autem consentaneū si vita inspirādo initur, vt expiratione cesset eam autem quidam ideo non recipiunt quia postremam illam expirationē opinari licet ex grauitate cordis oti naturali citra motricē vllam animæ vim: tamen vtcunque de ea iudicetur, sufficienter superioribus confirmata videri potest sententia: nec enim euertitur quotundam argumentatione. formari (inquiunt) par est cor cum spiritu moderatissimo (iniquè enim natura primam ipsam rerum constitutionem insalubrem intemperatāmque crearet externi auxilij indigam) is spiritus eum statim habet, quem in vitæ cursu habet idem spiritus proximè à distentione: Similiter enim modo ab aëre sicut in primo formationis exordio à natura moderationem recipit: atqui à distentione excipit expiratio: prior igitur antecedet in motionum exordio contractio. non conficiunt, inquam, quod proponunt, quia distentione spiritus refrigeratur paulò vltra naturalem statum, non vt præsenti tantum subueniatur inflammationi, sed & vt auertatur futura: in prima verò formatione; verisimilius est creatum fuisse temperatissimum, quàm lapsum iam spiritum: temperatus verò calor etius ob feruorem aëre indigebit inspirato, quàm ob exortētes per moram adurentem fuligines expirare cogatur.

Lib. 1. 12.
Vter motus in respiratione prior.
Lib. natur. puer.
Lib respir.

10. *at sine*] transit ad cōpositas dispnœas, primum æqualem quadruplicem magnam raram, magnam dēsam, paruam raram, paruam densam, inde transiens ad inæqualem. Cur verò (inquies) post simplices differentias de compositis docet cōtra solennem veterum morem? quoniā vnicuique ex quatuor illis cōiugationibus significatus affectus vnus simplexque respōdet? cùmque medica tractatio tradi queat & per signorū sectiones, & per affectuum, qui ab illis significātur, solemus inscribendo sequi ex duobus illis faciliorem vtiliorémque; quod in secandis frictionibus cum Hippocrate Galenus facit. cùm ergo secto illa composita difficilis spirationis perpetuò iungatur simplicibus: quatuor affectibus indicante magna rara, delirium: magna densa, thoracis calorem: parua rara, frigus: parua densa, dolorem: meritò hanc amplectimur.

5. The. 4.
2. San. 8.

11. *verum*] quia magna rara spiratio solā phrenitim significat, tollit ambiguitatem: dictum est enim in imbecillitate virtutis fieri spirationem

omniũ musculorũ pectoris simul & rarani.cuios gratia docet non esse putandã magnã eã in qua omnes musculi operantur,sed in qua pectus plurimũ eleuatur:siue id fiat vnius musculi, siue plurium ope.imbecillum autem pectus parum eleuatur, quare magnam respirationem non edit.

12.*aliquãdo*]libro de difficultate spirãdi primo.

13.*hicq; mihi*]lege(venit enim tum in mentem vt intelligerem.

14.*pre multo*]hoc est,sublimem vocat Hippocrates,ne æquiuocatio errorẽ pariat, cum in quo etiam sublimes pectoris musculi operantur,licet aër non multus ingrediatur: magnum verò, vbi multus,vt libro præsagiorum primo,& de spirã-*1.Præs.27.* di difficultate.Quooiam igitur animalis faculta-*1.Diff.11.* tis opus est respiratio; in ea deficiunt delirantes; non secus quàm in reliquis arbitrariis functionibus, occupatione phantasmatum obliuione detenti:sic mingere, bibere,deiicere, longo tẽpore cessant:quandoque,non mansa deuorant, & rursum mansa expuunt deglutionis ignari:aut petẽtes matulam non mingunt.aucta ergo necessitate cùm iam valdè vrgentur,exercent animales operationes ex longis interuallis, ideo magnas inter quas respiratio numeratur. Cur ergo paucis bi-Phrenetici cur pauci bibuli. bulli ab Hippoc.dicũtur phrenetici in prorheticis?siue quia sitis vehemẽtia minus quàm refrige-*1.Prorh.10.* rij vrget, ideo rariùs quam multũ bibunt, cũ respirationem edãt ex æquo magnã pariter & rarã: siue quoniam sitiens venter trahit à vicinis roti da,vnde tolerãtes sitim sæpe minus sitimus,quod in respiratione nõ euenit. fortè etiam proprietas temperamẽti est in cerebrum inducti, quo instar hydrophobotum aquam auersantur: est enim *3. Acut.13.* etiam is morbus delirij species. Aurelianus ait, fortè afficiuntur aquæ fastidio,sicut multi ex illis similiter ad cibos non feruntur:aut delusi phantasia suspicantur venenum, aut malũ aliud aquæ permixtum.vnde eam auersantur. quod verò intenta alibi mens rarius opus respirationis exequatur,mœrentes monstrant,& amantes,& irati: ideo enim suspirant,sicut & parum prudentes ad *1.Probl.21.* spectacula suspensi,ait Aphrodisiẽsi.licet in multis dictorum causa afferri possit fuliginum purgatio ex vstione aceruatarum, ideo enim eos leuat, sed si est proprium desipientiæ magnus cum *Cap.4.* raritate spiritus, quomodo rarum propriũ & inseparabile vocat primo Prorhetici? quia per rarum, magnum rarum intelligit.

15.*laborem*] lege (dolorem) est autem dolori peculiaris differentia parua, quia motum dolens membrum cruciatur,& inceptum motum intermittit: & quia parua densa: celer verò non semper, quoniam non aliter celeritas motus quàm magnitudo fatigat partem dolore oppressam.

16.*est etiam*]transit ad infrequẽtes malæ respirationis differentias,neque eas tamen ab Hippo-Duplicis reuocationis causæ. crate prętermissas. Duplicis ergo reuocationis causam affert,conuulsiuum musculorum respira-*Aph.34.* toriorum motum, aut immodicum calorem. qui locus complendum ex sexto Aphorism. est, nam conuulsioni addenda est instrumenti durities calori facultatis imbecillitas:si enim calor multus non iungeretur motricis imbecillitati, semel integrum motum perficeret:calor enim solus magnam respirationem efficit; debilitas sola cito quiescit ab opere;non tamen iterat reptum motum.Cur ergo pueri plorantes ita inspirant?videtur quoniam maximè ducũtur affectibus:omnius autem mœror ob spirituum turbationem neruos concutit, quod iratis accidit, vel liquata à cerebro humiditas præ anxietate;ad neruos septi defluens interturbat spirationem: nã in expirando cùm sit cessatio,non intersecantur: cur etiam suspirant per interualla finito fletu? ex immensa ad causam flendi cogitatione: hærentes enim imaginationi respirare obliuiscuntur.

17.*impoßibile*]putat Galenus sine spiratione vi-*Lib.6.5.* tam non constare,qui tamen nõ multò post animalia fatetur viuere posse omni respiratione priuata,solius pulsus ope dupliciter id obiectum vitari potest.siue fateamur in apnœa; cũ libro primo De dispnœa;vtrumque opus à vita insepara-*Cap.7.* bile esse, præ exiguitate autem nonounquam latere; & sensui ineuidens fieri:siue, cum sexto de locis; magis placet pulsum ad conuenientiam cum vita dici non respirationem,neque enim viuerent si in totum periisset cordis & arteriarum *Cap.5.* motus;ait libro De pulsum differentijs:sed quẽ-*Lib.4.8.* admodum plantis sola transpiratio calorem tuetur & vitam; animalium verò valentium calor vltra transpirationem pulsationem quærit & respirationem:ita in exiguo animaliũ per apnœam calore satisfaciat cum transpiratione pulsatio, vnus superest modus ex initio libri De vsu pulsuum:quanto cordis calor magis est ad vitã quàm membrorum necessarius, tanto respiratio pulsu. Sed ibi pulsum significat mẽbrorum, hîc cordis pulsum necessarium affirmamus ad vitam, respirationem non item.

SECTIO QVARTA.

IGITVR,cùm exercitationis via, quà ad affectorũ locorum notitiam peruenitur,duplex sit,altera quidem ab apparentibus accidentibus: altera verò a corporis partibus:si quis per vtrasque voluerit exercitari, eadẽ bis dicet, quamuis alio & alio modo, vt de pulmonis confestim affectibus dictum est. 1 præterea etiam vbi de dolorum ratione de sanguinis reiectione, ac de dispnœa diximus, atque in præsentia quoque dicemus. 2 Etenim vehementi dolore nunquam cruciatur,verùm & grauitatis sensum, & aliquando extensionem quandam vel ad pectus,vel ad spinam peruenientem percipere potest: ibi enim membranæ ipsum ambientes suspenduntur.Sæpenumerò etiam angustia molestantur laborantes. atque ob hoc crebre celeriterq; spirant. at thoracem vehementer attollunt.sed non ita multũ aërem attrahunt. Hæc si citra febrem acciderint, aut tuberculum.aut lentorum,crassorumve,aut quorundam aliorum humorum plenitudinem in eo existere aut pus, aut alium quedam humorem,vel lentum,vel crassum, vel multum in ipsum effusum fuisse declarãt.Verùm ea inter se per præterita accidentia discernere licebit.Namque,si quis per bonam valetudinem,cùm solitas actiones facere potest,sic difficulter spirare inceperit,augeaturq; accidens, neque inter respirandum stertere videatur, crudi tuberculi ortum suspicari oportet. Si verò stertendo strepitum fecerit, lentorum crassorúmque humorem pertinaciter impactorum multitudinem, pulmonis branchia molestare indicium est. Quòd si ideò ab angustia sensu quis difficulter spirauerit,fluxionem vel à cerebro, vel à vicinis sedibus in pulmonem irruentem portendit. sed, cùm fluentibus in pulmonem vel viscosis, vel crassis, CAP. IX.

vel

vel multis humoribus, hominem difficulter spirare dico, in bronchijs eos contineri intelligas, velim. vt enim in totum viscus leuis arteria diuiditur, ita etiam bronchiorum essentia in totum pulmonem ab aspera arteria procedit. Vocantur autem à dissectoribus bronchia, asperæ arteriæ cartilagines, sigma literæ figuram referentes. At, vbi pleuritis præcessit, mox remissa febris vehementia intra latera grauitas in imo thorace derelicta sentitur: ac vbi quis affatim à decubitu transmutatur, idq́; maximè si ab vno latere in aliud se conuertens defluere aliquid sentiat, puris multitudinem ibi contineri haud dubia coniectura est. quinetiam in his fluctuatio sæpenumero haud obscurè auditur: accedit ad iam propositas notas hoc quoque indicium, si vehementi progressa pleuritide nihil penè laborans expuerit. Si verò citra febrem alius quispiam serosus aut pituitosus humor in thoracis spacium subitò defluens spirandi difficultatem excitauerit, laborant tenue sputum, idq́; ab initio quidem exiguum sed cum vehementi tussi: vbi verò concoctum est, plus atque crassius, & cum mitiore tussi expuere solet. Quippe 3 bifariam accidere potest, vt vehementer tussiendo pauca quis expuat: alij enim ob lentum crassúmve humorem, alij ob tenuem id facere videntur. Siquidem tenuis humor, quum subleuatus est, inter tussiendum à spiritu diuisus refluit: lentus verò aut valdè crassus difficulter effertur, vt pote qui non tam facilè à corporibus, quibus impactus est, abstergi, neque etiam à quauis occurrentis spiritus violentia impelle potest: nisi enim spiritus, qui tussiendo effertur, & multus & vehemens fuerit, nihil secum educet. Igitur sputum, quod neque liquidum aut aquosum, admodum fuerit, neque crassum valde etiam aut lentum, id facilè efferri solet, maximè vbi valida fuerint vires. Etenim sine vehementis thoracis contractione vehementer tussire nemo potest. at sine valida tussi crassos lentósque humores efferri impossibile est. Quando 4 verò cum spirandi difficultate, eius & angustia, & grauitas coniuncta est, acuta quoque febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis est. At si intolerabile fuerit incendium, angustiæ verò grauitatisq́; sensus minor, erysipelas ipsum vexare censendum est. Extremis autem ita definitis, quid sit erysipelas phlegmonodes, aut inflammatio erysipelatodes, haud difficulter deprehendetur. Sunt 5 alij pulmonis affectus, vbi citra humorem affluentiam intemperies ipsum infestat, siue æqualis ea fuerit, siue inæqualis. Igitur inæqualis tussim excitat: æqualis verò si moderata est, rhythmon respirationis immutat: si vehemens, idq́; vincente calore, frigidi aëris atque potionis cupiditatem inducit, ac tractu temporis finitur in febrim. per frigidam autem intemperiem contraria euenire solent: quippe si modum seruauerit, calidi aëris, ac calida potionis desiderium excitat: si verò modum excedit, replet viscus ipsum fluxionibus.

EGIT de pulmonis affectibus, primùm tractans frequentem affectum angustiæ, quam per species secat: secundò hemorragiam è pulmone. §. cæterum de ea cum consequentibus ad hemorragiam vlceribus: tertiò recenset varios quosdam pulmonis morbos. §. quidam humorē.

1. *præterea etiam*] lege (aliquid in sermone de doloribus, & de sanguinis reiectione, & de difficili spiratione. Atque.)

2. *etenim*] cur ergo phthisici dolorem sæpe sentiunt in scapula & pectore maximè sinistris? viscera omnia ita voluit cohærere natura vicinis, vt nec omnia ex parte vinculis detinerentur: ita enim nec tumere liberè, nec premi & colligi possent, demum per se non mouerentur; nec rursus omninò à cōtinentibus liberari, ne fortè per validos motus situm mutarent, & in loca non sua deciderent. Si cerebrū quibusdā sed paucis partibus per fibras coniungit duræ membranæ, & per eam caluariæ. Sic pulmonem pleuræ maximè sinistra parte per fibras connectit, fortè verita sinistri cordis ventriculi pressuram nobilissimi & angusti. sic ventriculum, intestina, vterū omento, splenis lumbis: sic per artus omnes musculum vnūquemque circumscripsit quibusdā quasi pūctis vicinis musculorum membranis cohærētem, ea laxitate vt solui & tēdi posset & laxari. par est itaque grauatum pulmonem per eas, quibus suspenditur, fibras ponderis cuiusdam aut tensionis sensum incutere his partibus quibus alligatur. Mēbra quomodo cohæreant.

3. *bifariam*] cur initio morbi etiam à crasso humore pendentis tenue tantum educatur, ea ratio est, quòd natura needum humoris portionem rebellem, & crassitie sua repugnātem superare potuit: expellit autem quicquid concoxit tantum. In quem sensum explicari vulgaris sententia potest, libro Præsagiorum secundo, coctionem Com. 35. semper incrassare, id est, pellere crassiora quàm initio pellerentur. de solis enim pulsis agit excrementis: ipsam verò humoris in corpore substantiam, si immodicè aut lenta fuit aut crassa, minus crassam minusque glutinosam reddi, libro De victu acutorum scripsit.

4. *quando verò*] differentias cum indiciis numerat pulmoniæ. Lib. 1. 33. in quo loco vna dubitatio est, cur non meminit de pituitosa frequentissima: altera, quænā ex illis plus afferat discriminis. De prima, ostenditur libro quarto De causis pulsuum frequentissimum illius ortum ex pituitoso esse sanguine: quemadmodum enim membranæ bilioso propter densitatem magis patent phreniti-di, & pleuritidi; ita laxissima, pulmo cum cerebro pituitosum sanguinem continent, non tenuem, qui ad elabendum est facilis. & licet (quod Auerrois opponit) sanguis plurimus in eo viscere abūdet, à quo nnxam incurrat phlegmonem magis quàm pituitosam, multa ex capite pituitæ defluxio, sanguini mixta frequentiorē reddit pituitosam. Pulmunia quæ peior. Alteri verò quæsito respōdet Auicēna, summum verti in biliosa discrimen: bilis enim cordi vicina in inflammatione cōgesta periculosissima est. idque plus momenti habet, quàm proportio & familiaritas bilis ad pulmonis temperamentū. nam licet temperamenti innati gratia proportionalis habeatur pulmoni bilis; est tamen rara & aduersans eius temperamenti nomine quod à defluxione gignitur. prætereà licet pulmoni minus noxia quia similis, certè cordi iuncta bilis aduersissima est. Postremò oportebat pares esse morbos qui sic mutuo conferuntur: tumores verò pituitosi à tuto genere biliosis salubriores habētur.

5. *sunt alij*] addit affectus intēperati pulmonis, Lib. 2. fin. internoscens æqualem ab inæquali intemperatura, & à calida frigidam. Cur verò æqualis intēperies tussim non moueat, libro De causis symptomatum explicatum est; quoniam dolorem nō mouet nec expultricem excitat ad motum. simul & ex hoc loco colligitur indicium non contemnendum hominum ad phthisin aptorū, si crebrò

inani tussi infestentur. Quod verò eadem æqualis intemperies pulsus arythmos creet, id est, quorum inspiratio expirationem non æquet; ideo accidit, quoniam æqualis intemperies, si calida est, excrementorum inops inspirationem auget, non expirationem: frigida verò similiter fixa, inspirationem paruam, & moderata minorem requirit; excrementa verò cùm nõ deficiant à sanitate, nisi forte abundent magis, minor naturali non est; ita vtrobique æqualis intemperies pulsus concentum variat. Nec verò cùm paruas intemperaturas in concinnitate respirandi agnoscit, significat aucto intemperamento non durare arythmiam: Sed longiustue crescente intemperie arythmiæ manifestiora indicia, appetentiæ potus aut calidi aut frigidi. eadem causa est an frigus auctum ex fluxionibus agnoscit. Nam & calida appetit validum frigus. Sed accedit aliud apertiúsque ex fluxionibus indicium. Cùm autem in respiratione ambo motus sensui aperti sint, meritò etiam leues excessus diiudicat ex mutua eorum collatione iuxta naturæ & ætatis exigentiam: nam in pulsu cùm contractio in paucissimis pulsibus & iis vehementibus tantum percipiatur, non est perinde apertum indicium.

3. Dignos. Puls.3.

CÆTERVM de ea tussis specie, qua sanguis ex ipso reycitur vel exeso, vel rupto vase aliquo, vel ore alicuius vena patefacto, antea, vbi de sanguinis sputo mentionem fecimus, iam dictum est: atque nunc quoque pauca quædam dicemus. Porrò ruptiones in ipso deprehendemus, tum ex multa sanguinis fluxione, tum ex magna notabiliq; aliqua causa, quæ præcessit, si subitò aduenerit. Voco autem præcedentes causas, vt cum aliquis ex alto, vel in ludo, vel in certamine ceciderit, aut cùm alter super alterum cadit, aut vbi ex inanimatis corporibus aliquod graue, vt vel lapis, vel lignum thoracem læsit. Nonnullis ita cum clamore præcessit. Quinetiam citharœdis tragœdisq; certantibus, aut acuta vehementiq; voce clamantibus vasa interdum dirumpuntur: maxime vbi non præmissa pulmonis per præcedentes exclamationes tensione, violenter clamare conantur: vt enim i luctatoribus, si certamen aggrediantur, musculis prius neque calefactis, neque per frictiones aut moderatas motiones explanatis, partes quædam rumpuntur, atque conuelluntur: ita etiam pulmoni accidere solet: huic quia frictionibus ad vehementes motiones præparare non licet, per exclamationes quæ frictionibus proportione respondent, id efficere studemus. Insuper nulla manifesta extrinsecus adueniente causa, vt in cæteris corporis particulis, ita in pulmone quoque vas aliquod ob sanguinis abundantiam dirumpi potest: cùm videlicet extensioni resistit, aut ob 2 frigus à vicinis partibus contractum, aut ob innatam intemperiem. Ita Hippocrates, venas, inquit, frangit frigidum. Atqui ipsum per se rupturas non facit, sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras & extendi contumaces reddens, vt rumpantur, paratiores efficit. Ruptionis verò causa est aut vehemens motus, aut humorum abundantia, qui vel per se vel, vnà cum crudo, & frigido & flatuoso spiritu venas extendunt. Verùm fractionis ab huiusmodi haud obscurum indicium præbet subita cumulata ac vniuersim fluentis sanguinis vacuatio. Cum verò venarum ora aperiuntur, non frigida, sed è contrario, calida dispositiones præcedunt: veluti vbi multis eisdémque calidis balneis homo vtitur: atque terram inhabitat calidam, fueritq; anni tempus eiusmodi similiter quoque alimenta & potiones. At, quæ eroso vase aliquo affatim accidunt sanguinis euacuationes, eas præcedere solent exigua sputa, atque acres in pulmonẽ à capite fluxiones. Nonnunquã verò & pulmonis aliqua pars, aut ramentum simul efferri videtur, vt neminem latere possit ad pulmonem hunc affectum pertinere. 3 orto verò in aspera arteria vlcere, præter hoc, quod sputum purulentum apparet, dolorem quoque in loco affecto laborans sentire consueuit: ipsum verò per ea, quæ screantur, quia exigua sunt, ab vlcere, quod in pulmone natum est, discerni potest. quippe ab vlceribus pulmonis plus sputi reycitur. Atque, vt ex pulmone educta particula visceris ipsius vlcerationem significat, ita ex gutture videmus interdum corpusculum aliquod à ligula (Græci epiglottida vocant) per vlcerationẽ excreari. Id verò non solum hoc indicio deprehenditur, verùm etiam ex eo, quod in vlcerato loco doloris sensu laborans infestatur, veluti de aspera arteria dictum iam est. etenim pulmonis vlcera dolor non comitatur: ea verò quæ in iis sedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, sed non vehemẽtem: vt si alicui suapte natura hebes fuerit sensus, ipsum plane non percipiat. Igitur persæpe vidimus eos, quos iam suprà proposuimus affectus, & qui pulmoni & spatio thoracis, & aspera arteria & gutturi accidere possunt; quippe omnium horum sermonis communitate inducti mentionem fecimus. Qui verò deinceps dicentur, non ita crebrò nobis apparuerunt.

IVNGIT affectum hemorragiæ ex pulmone, transiturus mox ad vlcus ex fluxu relictum.

1. *luctatoribus*] cur valida exercitia frictio antecedit præparatoria, Galenus explicat, cur sequitur curatoria libro De sanitate tertio, ne distributus spiritus per apertos exhalet meatus, neu dissolutum excrementum immanens lassitudinem moueat. Nec verò mirum est vocari exclamationẽ, & spiritus cohibitionẽ thoracis exercitiũ, siquidem & stationem lumborum & visionem oculi appellauit quandoque exercitium.

.2. *frigus*] cur frigus v idum (ita enim septimo Epidemiæ scribitur) vasa rumpat, in Aphorismis ad tussis refert vehementiam, propter quam nonnunquam sanguis tussiendo educitur: in Epidemiis verò ad vasorum densitatem & angustiã: eò enim accedunt tenuitatis densitatisque rigoris occursu, vt ei iam modicum sanguinem continere sine ruptura nequeant.

2. Sec. 6. 25.
Sec.5.24.
Sec.4.19.
5.Aph.24.

3. *orto*] separat vlcera locorum ad thoracem attinentium notis. propter morbi autem frequẽtiam & periculum paulo latiùs vlcerum horum differentiæ aperiendæ sunt, deinde de tabifica aptitudine agendũ. Et de indiciis; variant hæc vlcera & loci ratione, & vlcerantis causæ. Ex loco quidem, plurimam præbent ad sanationem spem & facilem pectoris vlcera; minus laryngis; deteriora sunt ex vasis pulmonis, pessima ex substantia. terret enim copia magis ex vasis, sed si ante inflammationẽ subuenitur, glutinatur non rarò, cùm ex pulmonis carne parcior ferè sit, sed immedicabilis quod ad firmam cicatricem attinet. Addidit & Galen⁹ incolumius rũpi simul cũ sanguineo vase ramum iũctum asperæ quàm seruetur integer: nam propter liberum commeatũ defluentis sanguinis in asperam, expurgatio integra aditum præbet sananti naturæ: retentus enim dũ per anastomoses asperæ trãscolatur, parte aliqua coit in grumum per moram putrescentem, &

Vlcerũ pectoris differentiæ.

5.Ther.18.

pulmo

pulmoně putrefacientem. in pulmonis enim carne contractum vlcus licet sanari possit, vbi extrorsum pus expurgationem babet, quod in vulneratis secũdum pectus & pulmonem visum est, Integro tamẽ pectore ob causas nuper relatas ferè *5. Ther. 7.* insanabile est. In larynge & aspera arteria, ideò secutũ est, oec multo quàm in pectore deterius, quia & vlcus breue est, & pus facile labitur, & membranę crassities pręsertim ad laryngem non ita durè coalescit, ex capite ferè incolume, quod quia negligentiùs à quibusdam tractatur, non temerè accipiendum est. considerarè enim vir magnus Aretæus maturè subuenire docet, ne assuefacta natura, & per palatum ad pulmones sanguine etiam dormienti defluente putrescenteque, contingat (quod experimur) hominem tabescere, & ea luco quidem ita separantur. *2. Prosa. 60.* Causæ verò ratione, frequenter sequitur phthisis pus ad pectus effusum in supputatis, siue antecesserit in thorace ruptus abscessus, siue multa nec expulsa à cerebro defluxio. frequẽtior occasio est actis salsaque destillatio, frequentissimè ex aperto vase, & maximè in pulmone, eo magis si non destillat propter osculorum hiatum, nec propter vasis rupturam, séd propter erosionẽ, quæ in vas pulmonis aut in carnem eius impresserit. ita enim legẽdum est libro primo De præsagitione ex pulsibus *Cap. 1.* (quod euenit celeriùs, vbi ex corrosione sanguis effũditur) in vniuersum enim (ait Paulus) sanguis ex vasorũ anastomosi, nec dolorem, nec inflãmationem, nec febrem excitat, feréque ex ea vacuatione leuius habent, qui purgantur, potissimùm ex ea iuuantur ij quibus vel mẽses suppressi sunt, vel hæmorroides. Ex ruptura, post suppressam assuetam vacuationem sæpe etiam iuuit, nisi vel manentis vlceris vitio, vel profluuij immoderantia intercedat periculum: ex erosione verò nunquam præsidio fuit. Num autem longo tempore (quod quidam scribunt) lateant intra corpus nobis ignorantibus mali morbi seminaria? Auicẽna memorat durasse tabidam mulierem annos viginti tres. Rasius in pueris diu occultari crebrò verò experimur, decedẽte vno aliquo tabido, post menses multos & anoum, alios subinde maximè ex eadem familia propter pulmonum similitudinem, potissimùm pueros ex eodem morbo decũbere. quo tam magno interuallo credendum est phthisicum contagium intra corpus delitescere, nec manifestas sui notas confestim mõstrare: durare verò tabidum multos annos nihil est impossibile, neque enim omnes phthisici ab initio hectica laborant, sed plures putrida quadam expurescente pure oborta, deinde propter male ventilantis pulmonis imbecillitatem cor hecticam febrem patitur: postremò proximè ante obitum in hoc morbo non secus quàm in alijs prauis & diuturnis affectionibus semitertiana corripit & tollit è medio, dicẽte Hippocrate, ob prauitatem, *2. Epi. sec. 3. 5.* vt videtur, varij in vlcere humoris. quare putrida fuit illa febris: imò etiã sanari potuit, & obducta crusta viuere rabidus nec sanatus, quia cicatrice vlcus obductum non est, nec periisse propter obductæ crustæ remedium. Sanari verò & phthisim & epilepsiam, maniam, reliquosque etiam grauissimos morbos ab eo tempore, quo pueri ablactãtur ad pubertatem, idem Rasius confirmante docet experimẽto. Nam eo tempore vires naturales ad coctionem dissolutionemque praui excremẽti maximè valent, simul & corporis cõstitutio mollis & fluida ad expurgationem paratissima. nam vt ante ablactationem propter humidi copiam calor innatus etiam multus: paruin potest, ita vt debilis appelletur Galeno, ita post pubertatem iam minor & languescens minus potest. Sequitur vt inquiratur ætas, naturaque phthisi apposita. tabes (ait Hippocrates) fiunt ætatibus à decimo *Quæ ætas phthisici aptissima.* octauo ad trigesimum quintum: ideò autem ætates ea pressit exponente Galeno, quia in eo anno- *5. Aph. 27.* rum numero nõ vna tantum continetur, sed duæ *5. Aph. 9.* ætates adolescentum, à decimo octauo ad vigesimum quintum; iuuenum à vigesimo quinto ad trigesimum quintum. Ex quo luco quidam (quãtùm opinor) immeritò conficiunt adolescentiam ętatem esse à pubertate seiunctam, cùm pubertas ab anno incipiat aut duodecimo aut decimo quarto iuxta sexuum varietatem, adolescentia, dicente Galeno, a decimo octauo: inualida est argumẽ- *3 Aph. 39.* tatio. nam ætates numero quinario priscis illia rectè distinctæ sunt, inter quas adolescentia media est, inter pubescentes ἡβῶντας, id est, eos qui pubescere incipiunt, & iuuenes libro Aphorismorum tertio: quare frustra duæ asserentur: vna alteram excedẽs annis quatuor, ambæ in viginti quinque finientes: quod enim Hippocrates nominauit ætates, ideò fecit, quia anni illi vna ętate non coërcentur, sed iuuentutem totã cõplectuntur, adolescentiam verò vel pubertatem ferè totam. nec enim necessum est totam pubertatẽ huic affectioni esse obnoxiam, sicut nec totam iuuentam Auicẽna addixit, sed ad trigesimum vsq; annum. Cur verò per has ætates frequens occurrat tabes, Galenus putat occasionem esse vehemen- *5. Aph. 9.* tiam errorum in victu, quibus per eas ętates peccatur, cursus, luctę, armorum, insolationis, crapulę, à quibus facilis est in pectore ruptura, & ab ea phthisis, Sed (quod illius pace dictum sit) duo ab ea sentẽtia deterrere nos possunt. Alterum, quòd ea occasio morborum vniuersalis est, & alibi ab Hippocrate proposita in hanc formam (seniores *2. Aph. 39.* iuuenibus vtplurimùm ægrotãt minus) ita, vt nihil oportuerit Hippocratem separatim hũc morbum adolescentiæ, iuuentutique familiarem indicare, qui communi illa morbi ratione frequens iuuenibus eueniat. Alterum, quòd constat multorum & doctorum experimentis crebro per has ætates tabescere fœminas, & viros, etiam otiosos, quietos, & in quibus nihil minus quàm errata illa viuẽdi reperias. Itaq; persuasus Philotheus alio refert Hippocratis sententiam: nempe ad copiã sanguinis per eas ætates vasa rumpẽtis. quod enim idem docuit Galenus, per has ætates om- *1. Aph. 27.* nium maximè abundat sanguis, non quasi plus illius quàm antè gignatur, sed quia minus in corporis absumitur augmentũ Accedit illa maxima plenitudinis causa ex calore fusio ebulliẽre. Itaq; *2. Aph. 15.* per hæc tempora sanguis intra arterias venosas vicinitate cordis & ætatis incendio augetur, non minus ex fusione quàm ex cessante iam corporis augmento. Addi potest ex defluctionum acrimonia occasio. puerorũ enim catharri humido multo hebetantur, senum frigore torpent, media ætate vlcerant. cur verò cõtinentes magis & religiosos infestet, illa ratio videtur, quòd congressus sanguinis copiam in partes inferiores deriuat: quo fit,

vt à pectore reuellat: consinentes ideò fœminæ ferè omnes malè purgantur, & hemoptoisin patiuntur, conscendente semper sanguine, & in supernis partibus abundante. Accidit quod otiosè viuunt, bis die carne & ferè vino vtentes, quidam etiam excelsa voce psalmodiam exercent.

Lib. 3. artis parua.

Vnde & illud commodè intelligitur tueri nos oportere per has ętates, quotquot ad hunc morbũ propẽsi sunt parco victu, vt carnibus bis in die non vtantur, & verè ex crure sanguinem mittant. ita enim alibi ostẽsum ẽst, mitti oportere ad parandã assuetudinem sanguinis in partes inferiores trahendi: cur sit endymus (vocamus publicum) Hispaniæ, potissimum Lusitaniæ morbus, terræ inæqualitas facere videtur. cùm enim collibus vallibusq; tota abundet, nebulosum aërem crassumque & capiti infestum aceruat: inde frequens destillatio, & à destillatione arthritides, & vasorum ruptura, à qua phthisis.

Quę natura phthisi aptior.

6. Epi. se. 3. 18

Naturã verò corporis tabi appositã idem, explicauit Hippocrates alatam, in qua ob thoracis angustiam spatulæ vtrinque in alarum prominent effigiem, eo magis si collum oblongum sit & gracile, si alba & molli cute præditus sit: horum enim symptomatum fons est exiguus in formato corde calor & pulmone, cerebroque. Ostẽsum est enim cordis & cerebri magnitudini respõdere costarum amplitudinem: vbi ergo angustus est thorax, cor & cerebrum, & in cordis vsum pulmo parua sunt: principiorum verò paruitas ad informatricis ex defectu caloris imbecillitatem referenda meritò est: quia verò colli vertebræ parum amplæ euaserunt angustæ caluariæ coarticulatæ, soleatque natura compensare latitudinis angustiam aucta longitudinis proceritate, collum in talibus & gracile euasit & longũ: cumque corporis color albus propositus sit frigidæ

Artis parua cap. 30.

tẽperaturæ indicium, ferè tales naturæ albæ sunt, & propter resolutionis imbecillitatem molles. ita fit vt naturæ tabificæ signa exiguum innatum calorem in vitæ significent principiis: pulmonem autem infirmum facilè vlcerari, & cor extraneo calore corripi, innato diminuto par est, quàm affectionem phthisim dicimus. Aurelianus ait per procerum collum difficilem parari expuigationem, & ex sæpe tentata & frustrata expuitione vdas eas partes conseruari, vnde computrescunt & vlcere capiuntur. Ex his quę de phthisi proposita sunt, superest tabescentis exploratio: ac illud primùm intelligendum est, tabem Calso latiùs quàm phthisim patere, est enim communis atrophię, cachexię, phthisis: phthisis verò febrem annectit ex pulmonis vlcere, qua laborans gracilescit & consumitur. nam (quod Aretæus ait) non omni phthisi iungitur purulentum sputum, satis sunt ad eam constituendam dicta. nonnunquam enim ob puris crassitiem aut expultricis infirmitatem excreatio cessat. Illa verò species quã Rasius vocat asthmaticam, in qua ob glutinosissimam pituitam infarctis asperæ arteriæ ramis ob respirationis noxam gracilitas sequitur, modò cum febre, modo citra eam, Auicennę magis placet ad asthmata referre quàm ad phthises, cùm nec febrem necessariò annectat, nec vlceratum pulmonem, cùm tamen plurimæ phthises purulentum commõstrent sputum, ferè obtinuit vsus, vt exploratio phthisici ex purulento sputo pendeat: non quasi ad connexionem dicatur: nam vt mõstratum est nonnullos phthisicos eo sputo priuari: ita suppurati cum pure excreto phthisici non sunt.

Exploratio tabidi.

Verùm plurimi ac ferè omnes phthisici purulento sputo spectantur, & quotquot purulẽtum expuunt, si intra quadraginta dies nõ repurgantur, phthisici euadunt præsagio Hippocratis:

5. Aph. 15.

ita relinquitur exploratio sputi sit necne purulentum. id quod ferè fit his modis, si carbonibus iniectum vel supra pluuiam argenteam igni impositũ fœtet, pus est, ait Hipppocrates.

5. Aph. 11. Cap. De empyemat.

Videlicet vbi fœtor vehemens est, modici enim sputum omne particeps est. alterum ex Sarapione & Azarauio: expuat æger in calentem aquam, ne frigore descensum cohibeat, sicque sputum ex imo eductũ pectore, vt inspiciatur non quid modò è capite destillet, sed quid in vlcere contineatur, spectetur autem non longa intercedente mora, ne interim exhalãte à pituita flatu graue fiat, & fundum petat quod si descendit, ferè purulentum est. in vniuersum enim ostensum est coctionis initium,

1. Diffe. feb. 1.

per quod pituita fit, flatum gignere, perfectionẽ per quod pus, eosdem digerere. nisi ergo pituita aliqua pre concreto frigore densata flatu expresso descendat, (quod rarissimum est) innatat aquę pituita graue est pus. Galen' verò docet ex colore

2. Tract. 32.

agnoscere qui in pure est cinericius, albus in pituita: postremò lenta est pituita nec se diuidi patitur, pus secedit in partes. & de phthisi hactenus.

QVIDAM humorem repente exspuit, liquida bili in colore perquàm similem, medium videlicet inter flauum ac pallidum, ac nulla acredine infectum: atque ita quotidie maiorem eius quantitatem exspuit: deinde leui suborta febricula, tabescere incepit, adeò vt purulenta screaret. Posteà tractu temporis, quatuor videlicet mensium, exiguum cum puro cruorem reiecit, atque sic aucta febre magis consumebatur: ac iterum atque iterum plus expuebat, adeo vt magnam sputi quantitatem redderet: quocirca magis increscente febre, ac resolutis viribus, eorum, qui tabe marcescunt, exemplo mortem obijt. Deinde alium vidi, eodem ferè modo sex mensibus: ac alium quoque diutius laborantem Igitur, qui primus nobis occurrit, initio quidem nihil mali habere, sed tandem pessimè affici visus est. Alterum verò cùm conspiceremus ei statim ab initio cognito malo, præsenti medicamento succurrere tentauimus: ac multo magis etiam tertio. At, quamuis multo negotio vtrumque liberare conaremur, nihilominus neque horum vllus neque alius post eos seruari potuit: cùm enim iam morti proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdam partes expuebant. Proinde facilè cognoui haud absimili eos affectu laborare, qualem in externis partibus videre solemus, cùm à putrefaciente quopiam humore inficiuntur: verùm has & abscindere & vrere possumus, pulmoni verò horum auxiliorum neutrum adhibere licet. Quapropter omnes perire necesse est. At verò postremum cùm viderem, ad visceris fortem exiccationem sollicito me animo converti, & quidem odoribus atque potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentum, quod 1 hedycroum vocant, interdiu naribus ipsius iugiter adhibere iussi: ad somnum verò sese conuertenti præscripsi, vt narium foramina ex aliquo preciosorum vnguentorum illinerentur, qualia videlicet Romæ præparari solent: vocant verò ea & 2 foliata & spicata. Atque dedi in potu medicamenta. mithridaticam vocatam compositionem, 3 ambrosiam, 4 Athanasiam, theriacam. Itaque perpetuo anno sic educatus, tandem similiter, vt reliqui tabidi 6 vitam finiuit: quam fortasse ob iam dictam educationem

nem longiori tempore protraxerat. 5 Præterea alium huiusmodi affectum in pulmone notaui. Quidam diuturna tussi vexatus, & exiguum lentúmque pus expuens, frustrum quoddam paruo grandinis grano haud absimile excreauit, ac deferens illud mihi ostendit, atque rursus non ita multo post aliud quoque attulit: vnde conieci lentum illum humorem, quem antea expuere solebat, siccatum induratúmque ad huiusmodi substantiam peruenisse. Quamobrem medicamentum ei in potu dedi, quod asthmaticis auxiliatur, atque ita factum est, vt minorem expueret grandinem, atque longiori, quàm anteà, interuallo: neque pluribus deinceps annis adeò mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cæterùm grandines ipsæ magna ex parte erui magnitudinem æquabant, quamuis interdum maiores, interdum minores esse viderentur. Atque alios quoque similiter quidem spuere, sed nihilominus in multos annos vitam extendere vidimus. Quorum alij aliam ob causam, alij verò ob spiritalium instrumentorum affectum mortui sunt, quamuis nihil cruoris excrearent. 6 Ea verò, quæ Antipatro medico acciderunt, nemo est, qui nesciat, vtpotè qui medicam artem publicè apud Romanos professus est. Agebat hic ætatem sexaginta quidem annis minorem, sed quinquaginta iam annos excesserat. Is correptus aliquando febre quadam ephemera, idque ab euidenti causa, declinante iam febre, vt, quid sibi facto opus esset, intelligeret, pulsum ipse suum tangere aggressus est. Cùm igitur omne inæqualitatis genus in arteriarum motione inueniret, in primis quidem territus est, deinde verò, cùm sese nō febrire plane sentiret, illico balneum subijt: quippe laboribus ac vigilijs corpus fatigauerat: atque tenui quoque victu, donec diem tertium præterijsset, vsus est: quo, cū nulla appareret febris, ad solita negocia pertractanda prodijt, atque arteriam in extrema brachij sui parte tangens, admiratus est perseuerantem in pulsibus inæqualitatem. Occurrens itaque mihi, extendit manum ridens, iussitque pulsum tangere. At ego subridens, quid, inquam, portendit hoc, quod proponis ænigma? ille iterum ridens ebuixe orauit, vt tangerem. Igitur inter tangendum omnigenam in pulsu inueni inæqualitatem, non solùm in multarum pulsationum cumulo, quam systematicen (id est, congregatricem) vocant, verùm etiā in vna arteriæ distinctione. Proinde miratus, quomodò adhuc viueret, cùm talem haberet pulsum, interrogaui, num difficilis esset ei respiratio: illo verò nullam se sentire respondente, obseruaui equidem, an aliquando mutaretur, quippè sex mensium spacio assiduè arteriam tangebam. Cúmque ab initio interrogaret, quænam corporis dispositio mihi videretur posse huiusmodi pulsum efficere, atque per quem modum, idq́; citra febrim, ad eam quæstionem respondi in commentarijs de pulsibus iam declarasse me huiusmodi inæqualitatem. Namque ob magnarum in pulmone arteriarum angustiam id euenire putaui: angustiæ verò causam esse dixi visceris inflammationem. At tibi hanc ob causam id nunc accidisse impossibile est, quippè febre fuisses affectus: Relinquitur igitur vel obstructionē ex liquidis, & crassis, & viscosis humoribus, vel crudi cuiuspiam tuberculi ortū in huiusmodi te dispositionem induxisse. Tum ille respondens, oportuisset (inquit) me suspiriosa orthopnœa laborare: at ego probabilia, inquam, ipsum dicere, sed à veritate aberrare: quippe fieri nonnunquam huiusmodi orthopnœam ob eam, quam diximus causam: id verò, cùm in asperis, non in lauibus arterijs crassus & lentus humor cumulatur. Proinde omnem ei victus rationem, atque medicamenta quoque haud aliter, quàm asthmaticis, adhibere iussimus: deinde sex (vt dixi) mensibus elapsis, leui quadam spirandi difficultate affectus est, accedente simul cordis palpitatione, in primis quidem semel, deinde bis, atque ter, postea quater, ac sæpius quoque, aucta simul spirandi difficultate ad quindecimum vsque diem: post quem difficillima derepente oborta spiratione, resolutus statim obijt aliorum quorundam exemplo, qui cordis affectibus laborant, de quibus posthac sermonem faciemus.

RECENSET raros quosdam pulmonis affectus allatis in mediū ægris. ideò autem hos casus recenset Galenus, quia phthisici euaserunt, non antecedente hemoptoisi aut suppuratione, aut acri catarrho, quæ frequentissimæ tabescentium origines sunt. argumento est, ideò mirari Galenum, quod subdit (quamuis nihil cruoris screarent) reducuntur verò ad causas duas, nempè humiditatem cum aliquanto calore, qui putre facere sufficiat viscus mollissimum, & ad immodicum calorem pituitam assantem, vt per moram erodat. Eueniunt huiusmodi pulmoni crebriùs, quàm cerebro licet paulò constantiori, quoniam effluuij & excrementorum meatibus pulmo destitutus est: habet autem naturales facultates similiter cerebro inualidas: vicinum verò cor exacuit pituitam & adurit. Sed quomodo hic perierunt omnes ita affecti, si tertio de morb. vulgarib. cùm vidisset duos per sanitatem flaua excreātes, alter contabuit, alter incolumis euasit? est inter vtraque sputa nonnihil discriminis, hæc cum flauedine liquida, illa non scribuntur liquida: humiditas autem quia putredini obnoxium reddit, maiori obnoxia periculo est: nisi malis (quod faciendum aliquando est) ad obliuiosam Galeni senectam referre.

Lib. de phlebo. 8. Com 4.

1. *bedicroum*] quasi bilari colore, compositio est apud Paulum & Ætium.

2. *foliata & spicata*] apud Ætium habentur. hodie perierunt, in quorum cessere locum oleum belzoini & florum aurantij.

Paul li. 7. 11. Ætius li. 13. 30. Ætius li. 14. 121.

3. *ambrosiam*] apud Celsum.

Cels li. 5. 24.

4. *Athanasiam*] ex Ætio petendam.

Ætius li. 13. 105.

5. *præterea*] est & in hoc symptomate nonnihil dissidij: expuentes enim crassa glutinosaque referuntur: sexto Epidemiæ omnes ad vnum contabuisse, hic quendam memorat ex alia causa obijsse. ne fortè ergo significauerit in Epidemijs cōtabuisse affectionis nomine omnes, interceptum autem aliquem ex illis alio quodam morbi genere, interea dum tabescebat. quòd verò ad curandi rationem spectat, longè aliter à Tralliano tales tractari iubentur: refert enim oblatos sibi nonnullos excreantes non humorem glutinosum lapillo similem, sed planè lapillus crepitum edentes, dum in terram caderēt, euasisseque quoniam ab illo frigidis & humidis tractati sunt repugnātibus assanti calori vnde concreuerant, quos non temerè credit perituros fuisse omnes, si fidē Galeno adhibens calidis curasset, tam perpetuum est homines omnes etiam summos nonnunquam errare. Astipulatur verò frequens Tralliano experimentum illius curationem confirmans.

6 Epid. sec 3. Li. 5 ca. 1uss.

6. *ea verò*] memorat affectum tertium. relatæ verò hic inæqualitatis in pulsu causa libro de præsagitione pulsuum, tertio tradita est. nec obliuioni tradendum est, quorūdam hominum etiam sanorum pulsus esse inæquales & intermittentes, quales gloriatur quandoque agnouisse se Galenus citra vllam morbi occasionem.

Cap. 3. 3. Præsa 59.

LIBER QVINTVS.

Quatuor Sectionibus constat.
Prima, de cordis affectibus.
Altera, de thorace, capite secundo.
Tertia, de gula & ventriculo, capite quarto.
Quarta, de iecinore, capite sexto.

SECTIO PRIMA.

CAP. I. *IN præcedenti libro, cùm de pulmonis affectibus ageremus, sermonis communitate, & thoracis, & cordis quodammodo meminimus: pleniorem verò, absolutionémque de ipsis sermonem in quintum hunc librum distulimus. Quoniam verò quartus liber in accidentibus, quæ Antipatro medico euenerunt, finem sortitus est, læso imprimis ipsum pulmone, deinde ad cor etiam transeunte affectu operæpretium me facturum arbitror, si omnes eius affectus percurram. Igitur, quemadmodum de cæteris corporis partibus, ita de corde quoque definiendum est, quænam ipsi propriè, vel primario affecto, vel vtcunque nominare volueris, fiant accidentia: quænam verò ipso cæteris partibus consentiente. Id autem ex iis intelligi potest, quæ prius in aliis libris demonstrauimus, vbi iam declaratum est innati caloris cor veluti fontem esse, neque animal* 1 *mori omnino posse, ni cor afficiatur. Cùm itaque tres sint principes partes, quibus gubernatur animal, (quippe præter cordis principatum ostensum est & sensum, & motum vniuersis corporis partibus à cerebro suppeditari: iecur verò nutricis facultatis esse principium) semper mors ad immodicas sequitur cordis intemperantias: simul enim cum ipso omnes vitiantur partes. Cùm enim (vt ostendimus) ipsæ peculiari cordis temperie actiones suas perficiant. hac* 2 *pereunte actiones quoque ipsarum perire necesse est: ac proinde cerebri quoque, & iecoris. Horum verò temperie deperdita, non oportet cordis simul actionem perire, si enim neque sentiendi, neque mouendi ab electione facultatem animal habuerit, neque nutriatur, veluti in latentibus euenit animalibus, nihilominus viuere ipsum posse, quo ad* 3 *cor manserit illæsum, haudquaquam negandum est. Quin videmus, sæpenumero multis deinceps diebus alios neque intelligere, neque sentire, neque etiam moueri, at nihilominus viuere: quemadmodum vbi quis ob virium hepatis imbecillitatem sine alimento permanens, diutius etiam sufficere potest. At verò, si cor respiratione priuetur, hominem ilico perire necesse est. Igitur, qui ad spirandi functionem nihil conferre thoracem putant, ii causam reddere nequeunt, cur per vehementem apoplexiam, superno duntaxat principio vitiato, laborantes subitò moriantur. At vobis eam inuenire haud difficile est, vtpote quibus efficaciter persuasum est musculos, qui motionis principium à neruis in ipsos à spinali medulla, quæ in ceruice est, delatis suscipiũt, thoracem attollere: priuatis tunc musculis mouendi facultate, quæ ex cerebro ipsis inesse solebat. Etenim, nisi ad spirandi functionem ambo* 4 *principia simul iuncta concurrere oporteret, potuisset aliquis viuere priuatus interdum superno principio. Igitur, ex quibus causis inuenimus, cur affecto cerebro, in vehementi apoplexia, cor quoque lædatur, ex iisdem ipsis, sed secundum alium* 5 *modum, causam quis inueniet, quamobrem in apoplexia minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, lethargo, animal ita affectum non pereat. Namque, si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmodi affectus, quomodo spirent laborantes: quippè videbis & violentam, & difficilem spirationem, perinde ac si vinculo quodam cõstrictus thorax attolli prohiberetur. Atque huius rei sufficientem fecimus mentionem in libris De musculorum motione. namque similis est hæc quæstio ei, quæ de somno quidam hæsitant: quippè, cùm per somnum omnes musculorum actiones exoluantur, sola actio quæ ad thoracis musculos pertinet, seruatur. Nunc verò ea duntaxat dixisse satis fuerit, quæ in præsentia proposito nostro conducere videbantur. Porrò, qua ratione homines per somnum spirant, reliquis musculis omnibus quiescentibus, eadem quoque ratione per minorem apoplexiam, atque alios ei vicinos affectus spirare possunt. vbi verò vel apoplexia, vel alius quispiam affectus adeò vehementer increuerit, vt musculorum thoracis actio omnino deperdatur, perire simul respirationem necesse est, vnde cordis quoque temperamentum soluitur: quo fit tandem, vt etiam animalis ipsius necessariò sequatur interitus. atque hac ratione per vehementes superni principii læsiones animalia perire videmus. iam ex* 6 *iecinoris quoque affectu mors accidit, sed alia ratione, atrophia scilicet: vnde longiore temporis spacio in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt.* 7 *Atque mors contingit nonnullos per alium quoque modum, vt in syncopa stomachi vitio eueniente, & vehementi dolore, & timore graui, & voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum est, animi verò affectiones ob imperitiam fortes, iis* 8 *animæ essentia facilè dissolui potest. atque aliqui ob mæstitiam interierunt, sed non ilicò, vt de superioribus diximus. at vir magnanimus neque ob mæstitiam, neque ob aliquam aliam animi ægritudinem mæstitia fortiorem vnquam succubuit, vtpote cuius animæ robur validum est, affectus verò non adeò vehementes.*

PRÆFATVR de cordis affectibus, quosdam consensu fieri, alios proprios esse. & de prioribus hîc, de propriis 5. (Cæterùm proprio.)

1. *mori*] quia constabat non euenire mortem nisi læso aliquo principalium, quibus animal gubernatur, non constabat autem id necessario esse cor: affert eius hunc ostensionem, quod læso cerebro

cerebro vel epate, antequam consentiat cor, non contingit mori: ex quo conficitur mortem ad cor attinere, vel primario, vel per consensum affectum.

2. *pereunte*] ostendit reciprocè dici mortem, cum cordis intemperamento, quod est maius aliquid eo quod proposuerat: sufficiebat enim ostẽdere mortem requirere cordis intemperantiam:

2. Anima. 1.

Galenus addit, quod & requiritur, & sufficit, si intemperies magna est. statim enim in reliquis partibus petit sua etiam temperies. Nec oportet si antecedit in fœtu formando iecoris generatio, vt postremum iecur pereat. quemadmodum enim in mixti generatione materia formam præit, & tamen formę abolitio mixti corruptio est: ita mẽbris fœtus formandis primum iecur materiam subministrat, posterius tenuiora ex corde manantia elementa animal perficiunt: quorum abolitio, animalis, id est, sentientis & mouentis se corporis mors est. sed si ante cordis formationem hepar fœtum alebat, cur pereunte corde non similiter alat? Quoniam intra vterum iecur materna pulsatione fouebatur, & in suo temperamento retinebatur: qua commoditate extincto corde, destituitur.

Facultates an tres.
2. Collect. 7.

3. *cor*] si mors intemperamento cordis constat, vita temperamento, meritò medicis cor facultatis (quam vocant vitalem) origo asseritur. Soluenda verò sunt quę repugnare videtur, quod vitalis facultas inter quinque illas, quas posuit Aristoteles, locum non habet: numerantur enim ab eo vegetatiua, appetitiua, sensitiua, motiua, & intellectiua, quod ostẽdat hoc capite Galenus exemplo latentium per hyemem animalium, vitam etiam sine alitione durare, cùm apud Aristotelem alitione definiatur, & ad conuertentiam cum vita dicatur. quod plures sint vt morborum, ita & mortis occasiones, solutio continui & deprauata compositio: non igitur sola intemperatura: cessant enim priora obiecta, quibus ductus Auerrous celebrem medicorum reiicit diuisionẽ in vim naturalem, animalem, vitalem, si quis cõsideret facultatem eam, cui iecur præest, & eam cui cor, ambas sub vegetatiua contineri: reparant enim quod à corpore euanuit, & absumptum est, iecur terreum aqueumq;, cor aëreum & igneum principium recipiendo, & meatibus & canalibus mutuò dissidentibus, ideò principiis separantur. nomine verò, ea de causa quod alitio illa cibi potionisque etiam naturalibus, id est, plantis, communis sit: ea verò quæ respiratione paratur solis animalibus, quorum sunt vita & mors affectiones. idcircò pars vegetabilis iecori insita naturalis à medicis appellatur, cordi verò indita vitalis. Cumque egeat ad durationem animal vtraque reparatione, tantò magis pendet à respiratione, quàm à sanguificando, quantò velociùs dissipantur principia illa componentia ignis & aër, quàm terra & aqua: quo fit vt siue vita in parte consideretur animalis, siue in toto cõfestim cesset priuata respiratione, succedente in parte quidem gangrena, in toto verò morte: ita nõ pugnãt inter se Galenus mortem constituens, in priuata respiratione magis, quam iecoris alitione, & Aristoteles in nutritione determinans. est enim priuata respiratio, innutritio partis summopere ad vitã necessariæ, ideò cõfestim perimit. nam quod de varietate morborum & mortis opponebatur ideò non ostendit, quia licet partium singularum compositio cum vnitate præsit ut vsum membri actioni, verùm organi actio proximè ac sine medio non aliunde quàm à temperamento partis in organo principis oritur: ita licet per tria illa impediatur, lædatur, adde etiam auferatur nonnunquam functio, agens tamen in organo particula nisi intemperamento possessa ab opere non feriatur: ita actio organi bonæ temperiei refertur, priuatio intemperamento partis: vniuersi verò corporis actiones temperamẽto à corde in membris conseruato, ablatio (quam mortem dicimus) cordis intemperamẽto. Accedit quod temperies singularum partium ab vnius temperamento pendet, & seruatur; non compositio, non vnitas: quò fit vt abolita in toto operatio, læsum tẽperamentum communis membri indicet, nõ reliqua duo vitia. obseruanda verò hoc in loco Galeni phrasis est, qua sumit latentia per hyemem animalia motu sensuq; priuari, nec ali. Nam motionis verbo artuum motus significat, & alitionis externi alimenti sumptionem. constat enim vt talia respirationem seruent, & internis succis non alantur tantum, sed & pinguescant In quem sensum subdit, multos citra sensum motum, alitionemq; diu durare: nempè caroticos & resolutos. Quòd verò legitur facultarũ motrice priuatos, esse eiusmodi homines, legendum est, actione ἐνεργείας.

4. *ambo principia*] id est, cor & cerebrum, non quod opinetur, ambo ad munus respirandi ceu agẽtia coire, sed quod cor suscipere aërem necessarium est, cerebrum verò inducere.

5. *alium modum*] nempè quia non aufertur respiratio.

6. *sacinoris*] intemperiem cordis per consensum ait prodire ab intemperamento duorum reliquorum principiorũ & spiritus: non quasi non sequatur ad cuiusuis partis intẽperamentum, sed quod ad illa citius & magis ex tribus enim principiis nullum altero eget ad functionem edendã: lib. De placitis secũdo: eget tamen ad durationẽ. Amissa enim vna ex iis facultate, reliquæ vna pereunt, cordis offensis consentientibus. mox reliquis, aliorum verò duorũ pauiò tardiùs. Sed potestne occupare corpus intemperies aliqua non præoccupans cor? negat libro De marcore: cùm enim vi à corde deriuata pulsatione & calore, temperies natiua singulorum conseruetur membrorum, necesse est omnem vniuersalem intemperamenti morbum occasionem habere cordis tuentis vitiũ, & operum totius cessationem, hoc est, mortem vehementem quendam tẽperamenti in eodem fore excessum (impossibile est, ait Galenus, vt nõ modò febris, sed nec vniuersalis quiuis affectus intemperiei vniuersum corpus possideat, nisi prius cor occupet) sic paulò ante vitium sensus & motus in toto certum argumentum statuebat læsi cerebri, & infra læsam totius nutritionem iecinori tribuit. Cùm enim hæc principia medium corpus possideant, causa offendens vniuersa membra principiis illæsis accedere nõ potest: quod si accedat, offensa contracta principiorum incolumitate emendabitur, non durabit. Intemperies enim temperie à corde proficiscente in moderantiam redigitur, amissa animalis vis perpetl spiritus defluxu restituetur, & nutritio à

9. Ther. 1.
Cap. 1.
5. lib. 10.

probo

probo ſanguine perficietur. itaque communia illa totius mali aut non euenient, aut non manebunt, ſanis & moderatis fontibus: medici autem conſideratio de febre & reliquis affectibus eſt *1. Cret. fine.* durantibus & opem medicam exigentibus. *Mors omnis an a frigido.* Num verò quãdo oſteoſum eſt, mortem eſſe cordis intemperamentum, ſequatur ad quamuis cordis *Lib. Mort. 1.* intemperiem, ex octo quæ numerãtur, vel ad ſolam *Lib. Mort.* frigidam ſiccam, quæri poteſt. Et Galenus quidẽ ad quamuis ait, quoniam inualeſcente quouis corporis intemperamento, ſiue ſimplex ſit, ſiue cõpoſitum, mors occupat. Ariſtoteles verò cùm definiat vitam, participationem calidi in humido innato, cogitur oppoſitam conſtruere mortis finitionem, frigiditatẽ cordis ex humidi inopia. *2. Epid. Sec. 4 penult.* ſed & Galenus ipſe quandoque mortem etiam valde febrientis frigido cordis tribuit intemperamento, ob hanc videlicet cauſam, quia licet actio toti tẽperamento tribuatur non tamen cen *Cap. 5.* agenti in mixtione, niſi ſoli calori, oſtendit Ariſtoteles libro Metheororũ quadrageſimo. cumq́; vita indicet durationem agentis qualitatis in membris, mors eiuſdem ablationem ſignificabit, ex frigore aucto deficiente caloris actione. ita remotior cauſa mortis quæuis intemperies eſt & magis per accidens, proxima & per ſe frigus, ſed ſi eſt actionis cauſa temperatus calor, recedit〈que〉 à moderantia, vel plurimo vel nullo admixto frigore, cur non dabitur vt cauſa abolitæ in toto functionis ſit nonnunquam immodicus calor? quare periclitatur ne recipi debeat, quod ſcribit *8. Plac. 15.* Galenus, ſemper proxime mortem frigere cor: verùm cùm definiatur innatus calor cuius eſt actio omnis non ſolo temperamento, ſed & ſubſtantia ſpiritus, merito proxima mortis cauſa aſſeritur inopia ſpiritus, quam frigus vocant.

7. *atqui*] excedentes animi affectus morbos mortemq́ue inducere queunt, quoniam vel contractionem immodicam ſpirituum, vel fuſionem præter modum operantur: quorum vtrumque ex æquo innatum eſt & letale. quorum enim duratio conſtat, vt ignis & ſpirituum (dicebat Galenus) viciſſitudine cõtrariorũ motuum, pereunte altero vtro eorum, aboleri ipſa neceſſe eſt: contractus enim vltra modum à multa fuligine exuritur, *Li. vſu. reſpi.* diſſipatus refrigeratur. De ſyncopizantium verò *infrà.* ſymptomatis quæ ſunt, cur viriděſcant, aut liueſcant? quoniam colores ſunt defecti caloris innati. cur collum intorquent? quia rectitudo non fit citra arbitrariæ mouentis facultatis functionem. cur ſuccedit valido dolori externo, ſi trahit ad ſe dolor? ſicut in lætitia, licet feratur extrorſum copioſus, verùm eo reſoluto indignum cor repente conuellit ad ſe ex toto, vnde deſtitutis externis membris ſequitur impotentia & deli- *8. Glauc. fen.* quium. Cur non ſyncopizant morientes omnes, cùm deſtituantur viribus? Si paulatim deficiunt vires, deliquium non ſequitur: ſi repente collabuntur, ſequitur, quod apparet proxime obitum *Cap. penult.* in multis per interualla quædam temporis. Cur frigida inſperguntur, & aures cum naribus velluntur? quoniam ita euocatur excitaturq́ue ſopitus ſenſus, quare licet in deliquio ex profluuio orto cutis inbibeat aut aſtrictio, libro ad Glauconem primo: frigidæ aſperſio neganda non eſt, vt quæ magis excitando proſit, quàm aſtringendo lædat.

Cap. 13. 8. *anima*] ſupponit iuxta librum De tremore, ſpiritum ipſum animam eſſe, ſed latius hæc libro De cauſis ſymptomatum. *Lib. 2. 10.*

CÆTERUM *proprio quoque affectu cor laborare ſolet, vel ob ſimplicem intemperiem, ſiue inæqualis, ſiue æqualis ea fuerit: vel inflammationem, vel eryſipelas, id〈que〉, dum fieri incipit: illico enim, anteaquam augeatur huiuſmodi affectus animal corrumpitur. Atque hos affectus rurſus cardiaca ſyncope ſequitur: quemadmodum quæ ſtomachi vitio fiunt ſyncopæ, ad eos affectus, quibus os ventriculi (ſtomachum nonnulli appellant) infeſtatur, ſequi ſolent: verùm hæ quoque conſentiente corde eueniunt. Porrò vtriuſque partes, tum oris ventriculi, tum cordis 1 diſpoſitiones, aut à ſoli duntaxat intemperie, aut venenoſo humore, nonnunquam ab eryſipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam tali præter naturam tumore fieri ſolent. Igitur exigua quidem cordis intemperantia, pulſus arteriarum, pro ſua quæque natura variant: de quibus in libro De pulſibus 2 iam dictum eſt. maiores verò per proprias quidem ſimilarium partium intemperies ſubitam mortem non inducunt: per eas verò quæ ad 3 inſtrumentales partes pertinent, ſubitò enecare poſſunt, ſed præcedentibus prius ſignis quibuſdam, quorum vnum ab Hippocrate dictum eſt. 4 Qui ſæpe & multum exoluuntur ſine cauſa manifeſta, ij repente moriuntur. 5 Eſt & alius affectus, palpitatio videlicet cordis, aut per ſe eueniens, aut cum ſignificatione quadam, quòd in humore cor ipſum moueatur. Neque 6 enim mirum videri debet tantam 7 humoris multitudinem cumulari aliquando in ambiente cor tunica, vt ipſum, ne attollatur, impedire poſſit. Quippe in animalibus diſſectis vidimus plerumque plurimum humoris vrinæ ſpeciem referentis, in eo, qui ipſum inuoluit, panniculo contineri. Etenim ſimia quadam, cùm emaciari in dies videretur, eam tamen neceſſariis noſtris negotiis impediti, ſecare in tempore non potuimus: poſt mortem verò reliquis corporis partibus omnibus, illæſis inuentus eſt in ambiente cor tunica tumor præter naturam, humorem in ſe continens, qualem puſtulæ (Græci hydatidas vocant) emittere ſolent. Atque in gallo quoque vidimus aliquando cordis tunicam huiuſmodi ſcirrhoſo tumore affectam, perinde ac ſi plures craſſæ membranæ inuoluta altera alteri fuiſſent: verùm in eo nihil humoris continebatur: vnde veriſimilis coniectura elicitur, homines etiam ſimilibus poſſe affectibus infeſtari. 8 Inflammato autem manifeſte corde gladiatores vidimus, haud aliter quam qui cardiaca ſyncope pereunt, obiiſſe. Igitur, ſi ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cùm ſanguinis fluore hominem mori neceſſe eſt: id〈que〉 præcipue, ſi 9 ſiniſtra partis venter fuerit vulneratus. Si verò non ad ventrem vſque pertingat, ſed in cordis ſubſtantia conſiſtat vulnus ex ita affectis aliqui non ſolum ea die, qua vulnerati fuerunt, ſed 10 ſequenti quoque nocte viuere potuerunt: qui inflammationis ratione extincti ſunt: atque etiam ij, quandiu vixerunt, mentis compotes inuenti ſunt: vnde euidens ſibi teſtimonium ſumere poteſt ea ſecta, quæ negat rationalem animæ vim in corde conſiſtere. 11 palpitatio autem viſceris huius, pluribus integra valetudine degentibus, tum 12 adoleſcentibus, tum adultis ſubito ſine alio manifeſto accidente euenire viſa eſt: atque omnes eos ſanguinis detractio 13 iuuit. Atque hoc accidente plane liberati ſunt, qui poſt ſanguinis miſſionem vſi ſunt victu & medicamentis, quibus eſſet extenuandi facultas. Horum verò nonnulli, quos rurſus huiuſmodi accidens infeſtabat: ſimili curatione ſoſpites euaſerunt. Cæterùm nouі quendam quotannis*

verno

verno tempore huiusmodi palpitationis accidente vexatum, qui cùm per tres annos à sanguinis detractione se adiutum intelligeret, anno quarto, antea quam accidens ipsum inuaderet, sanguinem misit, idq. pluribus deinceps annis faciendo, adonea etiam post sanguinis detractionem medicamenta adhibuit. At nihilominus hic quoque ante senectutem morte prauentus est. Sicut & reliqui omnes, quorùm alij quidẽ per acutas febres: alij verò, cùm sani degerent, affatim syncopa intercepti interierunt. Quamuis vnus vel duo citra syncopam alia quadam mortis 14 specie perierint. At verò ficca 15 affectorum magna pars ætatem agebat quinquaginta quidẽ annis inferiorem, sed quæ quadraginta annos excederet. 16 Porrò panniculus cor ambiens, quomodocũq. affectus fit, inter ignobiles partes reputatur, nisi quando ipso inflammatione infestato dispositio per consensum ad cor transcurrat. Cùm enim ipse solus afficitur, exemplo reliquorum omniũ partium, quæ ad custodiam & tegumentũ cæterarũ nobiliorũ facta sunt, nullum affert periculum. Cæterùm nulla à corde spirandi difficultas oritur præter eas, quas in priori libro diximus, cùm de dyspnæa sermonem haberemus. Etenim supercalfactum spirationem efficit magnam & densam atque celerem, ac calidum in super spiritum reflat: contrà refrigeratum, exiguam reddit spirationem & raram.

TRADIT affectus cordis proprios.

1. *dispositiones.*] syncopen inducentes, nõ enim omnis cordis affectus valida intẽperies est, vulgo separant debilitatis vitium gradus defectionem animi, lipothymiam, casum virtutis repentinum, syncopen. Cùm tamẽ secundo Aphorismorum sola, separet exolutionẽ & syncopen. nam defectio animi à lipothymia non distat, nec casus virtutis subitus à syncopa, distat verò exolutio à syncopa, dicente Aëtio, quoniã deliquiũ solos vigilãtes occupat citra sudorẽ: syncope etiã dormientes cum sudore semper syncoptico, deficiente præ magnitudine symptomatis retentrice.

Aphor. 41. Aëtius lib. 5. 101.

2. *pulsibus*] lib. tertio De præsagione puls. primo.

3. *instrumentales*] videtur intemperiem validam organici eam appellare, quæ vel cauitates magnarũ arteriarũ vel cordis sinus occupat: eiusmodi enim repente interimit, inducẽs duo illa symptomata syncopis, & tremoris, authore Auicẽna.

4. *qui sæpe*] secundo Aphor. 41. Hipp. timet repentinam mortem ex cognita cordis debilitate: periculum est enim ne sicut in reliqua membra infirmat, decumbat repentina excrementi cõgeries. cordis autem imbecillitatem colligit ex deliquo (Auicenna ait ex tremore, cùm vtrumque scribi possit) frequenti, valido, citra manifestam occasionem oborto. causæ autem manifestæ nomine frequentius externa intelligitur, hic etiam cognita interna, vt si vteri vitio aliqua crebrò exoluatur, non ad cordis imbecillitatem, sed ad causæ maliciam deputanda exolutio est: ita meritò qui crebro, (nam potest ignorata causa semel aut iterum deliquium committere) idque non leuiter vel tremit corde vel animo linquitur non agnita mali causa, infirmitas cordis est repentinæ morti obnoxia.

3. 1. Doct. 5. 2.

5. *est &*] lege, alterum autem) videlicet signũ intemperiei magnæ organorum.

6. *nec enim mirum*] morbos cordis raros recenset, qui vel ex ea de causa memoriæ commendandi sunt, ne inopinatis morborum minus cognitorũ euentibus terreamur, neu citò proferamus sententiam leges nostro æuo visa maiora incisis cadaueribus ab Antonio Beniuerio Italo: quidam enim cũ perpetuò esset valetudinarius, inuentus est callũ in corde habens: Alter cor gerebat pilis refertũ: tertius pituitosum abscessum in sinistro cordis ventriculo. reperta est & ceruа insignem gerens cordi antiquam ex venatione sagittam. *1. Admiran. Cap. 81. 83. 80*

7. *humoris*] de aqua intra pericardium addubitant, num per sanitatem colligatur. videtur antẽ momentaneẽ nõ colligi, nisi valdè humidis corpóribus aut ægris. membranis enim intra quæ membra mouenda erant, negauit consulto natura familiarem membranarũ vim in adipe gignẽdo, quales sunt cerebri meninges, pleura, pericardium, ne aucta pinguedo impediret contenti mẽbri motum. Sic adenibus copiam indulsit humiditatis in certos quosdam partium vsus effundẽdæ; membranis multò minorem: tãtum enim voluit ad membranarum superficiem descendere, quantum ad eas læues cõseruandas & ad motionis facilitatẽ intelligebat necessarium. cur ergo occiso animali destillat ad pericardium aqua? non est in causa (quod quidam putant) frigiditas aërem in aquam vertens: experimento enim cõstat ad solem, non hanc tantum, sed & sinus corporis omnes aqua oppleri. Sed vis est in calore continentis vicinorumq́ue membrorum, qui iam puri caloris nomine pingue colliquat, & in aquã vertit. Ne verò cuiquam in dubiũ trahatur quod de mẽbranis adipe priuatis dictum est, inter quas pericardium numerauimus, meminisse oportet id pingue, quod vicinum cordi visitur, non esse pericardij adipem (quod Aristoteles putauit) sed intersepientium membranarum. *1. Hist. 17.*

Num pericardiũ aquã habeat.

8. *inflammato*] cõplet affectus cordis proprios.

9. *sinistra*] sinistrum cordis sinum præstantiorẽ esse & Galenus sæpe monet; & experimentum *6. Vsu. 7.* in iis qui venena sumpserunt, monstrans in sinistro vẽtriculo multo euidentiorem noxam: & ratio; cùm cõtineat multò puriorem sanguinem, & *7. Vsu. 2.* vitalem spiritum: duplici ideo membrana contectum, quia magis vitæ interesset. Cõtra assertur Aristoteles, & experimentum frequens, quod in sinistro ventriculo prius cesset motio corde extracto, & pulsus sinister morituris. Sed Aristotelem hac in re nihil oportet morari, vt quis tres *3. Part. 5.* finxerit ventriculos, & duo vasorũ genera à corde prodire primo asseruerit; venã ex dextro omnibus animalibus communem, ideo nobiliorem, arteriam à sinistro non perinde necessariã, quia nec communẽ; quæ ambo suis explosa sunt locis. Quod verò ad experimentum attinet, effugi potest allato experimento de cordis auribus, quæ immoto iam corde mouentur, licet mouens vis potentior insit quàm auribus, cordi. causam Galenus putat per otium disquirendam. Sed in hunc modum vtrique satisfactum iri puto. vbi quis supra pauimentum mouetur, pendula omnia in *7. Anat. 15.* pariete agitantur, cùm pauimentum cum parietibus quiescat, nec tamen pendẽtia ex pariete immoto pariete agitarentur: existimandus est ergo motus infirmo illo, sicut in corde ob crassitiẽ & grauitatem sensum effugere, impendentibus & auribus, & dextro ventriculo ob tenuitatem eorum & leuitatem sentiri; pulsus verò dextri carpi, ob calorem dextri maiorem aliquanto diuturnior esse solet.

Vter vẽtriculus cordis nobilior.

to *sequenti*] videntur diu durare, argumento ceruæ gerentis aculeum cordi ex longo tempore infixum. Sed habet ceruus carnem multo duriorem, sanguinem parciorem, & minus calentem, vasa verò tenuiora, ait Aristoteles; monstrant itē frequentes euentus celeriorem ab ictu cædem, si pulmo letali sagitta, quam si cordis caro vulneretur, propter faciliorem in sinū cordis è pulmone commeatum. Quid, quod non ait Galenus sequi mortem necessariò ad vulnus non penetrans, sed inflammationē. Dices, si perimit vulnus successu inflammationis, quomodo verum erit, quod Auicenna scribit (longinquius est cor, vt tolleret solutionem quàm inflammationem?) quoniam solutionem intelligit sinus penetrātem: præterea si genus generi conferens, lætalior est in homine solutio inflammatione; ab incipiente enim inflammatione speratur euasio, à solutione verò nunquam, quoniam post vulnus inflictum inflammatio prohiberi non potest. Superest Aristoteli respondere, scribenti cor nullum grauem affectum pati, instar aliorum viscerū, eò quòd est vitæ principium. Sed initium inflammationis, & vulnus non penetrans in cerui graues affectus non sunt: abscessum verò non pati dixerat Galenus, scilicet ex inflammationis permutatione; nā pituitosam in corde dissecti abscessum Benivenius vidit.

1. Hist. 17.

Cor an affectus patiatur.

11. *palpitatio*] de tremore cordis vel palpitatione recenset & prædictionem, & curationem.

12. *adolescentibus*] significat esse familiarem affectum iis ætatibus propter eum, quem habent, sanguinis in corde feruorem.

13. *innit*] ferè enim (ait Auicenna) morbi cordis phlebotomia & ea sola bene habent, quoniā plenitudinem sanguinis & vaporum exhaurit lacessentem cor; idque citra communicatam prauā qualitatem pugnantis medicamenti. ita enim veriùs legitur, quàm quomodo Bellunensis emēdet.

11.3. Cap. 7.

14. *mortu specie*] velut attoniti affecti aut cum Aetio Paulus, estque verisimile talem esse repentinam, citra syncopen tamen.

Aet. B. 8. 58.
Paul lib. 3.

15. *affectorum*] de omnibus cordis morbis pronunciat Aetius mortem ante annos quinquaginta festinare. Sed præstat vberiùs de vacuatione præseruante agere. ac primum inquirere quo anni potissimum tempore conueniat, deinde qua temporis parte. Ergo pronunciauit Hippocrates, quibuscunque venæ sectio aut purgatio conuenit, aut vere vacuare expedit. nam aëris temperamentum vacuationem fœliciorem reddit: vires robustæ bene ferunt: hyems antecedens auxit humores generatione, æstas sequens fusione multo magis replet: quare vna cautio in vacuatione per ver sita est. ita si res non valdè vrget, ver solum aptum est; si amplius vrget, etiā autumno: sed multò cautius agendum, maximè in sanguine mittendo. hæc ita ostenduntur. temperamentum licet nonnunquam etiam autumno concedatur, est tamen inæquale & in solis actionibus; nam siccitate labitur à moderantia. vires pes autumnum quibusdam in æstatis infirmitate feruantur, scilicet parum abstinentibus, & in victu temperantibus: reliquis roborantur, sed secundo loco & minus quàm in vere. ita Galenus exactiùs aliquanto Auerroe & Rasio, cum Auicenna docentibus, per autumnum vires esse quàm in reliquo anno infirmiores. licet enim sit inæquale autumni intemperamentum, & in eo frigus cum siccitate abundent, quæ vitæ aduersantur, excessus tamen supra temperamentum minor est, quàm vt vires labefactet. Iam vet sequitur plethora præ fusione, autumnum excipit diminutio, horum concretione: ita appa: et multis numeris, commoditatibusque ver aptius esse vacuationi autumnō ineptum. Accedit quod humor ex adustione crassus per autumnum leui purgatorio non cedit, à valido vritur magis & inflammatur, quod introrsum ex tempore vergit, extrorsum à medicamento retrahitur, repugnante natura. præterea medicamenti ope miscentis, si quid in corpore relictum est sanum & incolume, exusti commescio vitiatur, & simul corrumpitur. fugiēda iis de causis est pes autumnum vacuatio, licet commoditatibus polleat quæ medicum ad eam impellant: quod incipiunt humores per æstum vitiati intro se recipere in nobilia loca, quos præstat purgatione ad exteriora ignobiliaque ciere. & quòd comparetur autumnus cacochymiæ morbis, in quibus vel opportunissima purgatio est: præpollent enim iis vsibus, & plus possunt dicta incommoda. Missionem verò sanguinis exhaustus per æstatem nec dum in autumno reparatus prohibet: & aëris inæqualitas offendens imbecillum corpus: & frigida sicca intemperatura sanguini aduersans: vitanda ergo ambo, magisque missus sanguis, vt videtur multis; quibus magis quàm Sirasi accedendum est contra sententiā. In æstate autē & hyeme præcautioni per vacuationem nullus locus est, nisi fortè eo tempore morbus per internalla odoriatur; imminente enim accessione opportuna est per vacuationem reuulsio. Nec contemnenda tamen sunt consilia doctorum medicorum præcipue Damasceni, vnum monētis, exteriores morbos vere & æstate medicari, internos hyeme & autumno curare enim affectus oportet quando vigent, præcauere vbi nec dum consistunt: & Auerroi alterum consulentis, ne in autumno ante pluuiæ descensum vacuationem aggrediamur, antequam deponatur humorū ariditas, & meatus purgatorij laxentur. Succedit indagatio de parte veris aptissima. Est autem discordia non exigua inter duos eósque pugnantes Galeni locos. prior est, libro De sanguinis missione, vbi in omnibus in vniuersum humoribus, siue purgandum sit, siue sanguis mittendus, initium veris eligit: cōtrà libro Aphorismorum sexto, in pituitosis vacuandis inisium veris, in biliosis finem exposcit. ea lis, omissa quorundam recentiorum interpretatione, in hunc modum componenda videtur: quod libro De phlebotomia frequentem occasionem doceat, in Aphorismo exactiùs definiat vnamquamque seorsum. nā siue sanguis auferendus est, siue melancholia, siue pituita, initiū accommodum est: in sola bile purganda præfertur finis. Causa vna est, quoniam tunc cùm abundant, vacuandi sunt humores: abundant melancholici & pituitosi per hyemem, funduntur veris initio: tunc igitur, vacuandi. bilis progressu veris accrescit: in hoc igitur. Altera causa: tempestiua est vacuatio proximè ante morbi inuasionē: mor bi pituitosi & melancholici post primam veris fusionē eueniunt, sanguinei paulo post, biliosi ad æstatis

Vacuatio præseruans quo tēpore.
6. Aphor. 48.

3. Caus. pul. 5.
1. Aph. 18.
3. Aph. 9.
Aui. 2. 1.
De puls. alim. lib. 10. 33.
Auer. 2.
Collect. vlt.

3. 1. Doc. 5. 1.

1. Aph. 17.

3. 5. Cit.

In Aph.

6. Collect. 14.
In qua veris parte.
Cap. 7.
Aph. 47.

æstatis initium: ea ergo erit oportunissima eorũ vacuandorum occasio. quod enim sanguis etiam non longè à veris initio vacuari postulet, præter Galenum etiam grauissimus medicus Trallianus autbor est, de podagra agẽs sanguinea. Sed diluẽda sunt ea, quæ videntur obstare. quomodo citiùs vacuatur crassus humor, longiore per veris calorẽ attenuatione indigens? quoniam sufficiẽter initio veris fusus est, & maior est, vegẽtque ea quæ ab imminenti morbo sumitur indicatio: in bile verò purgãda nõ expectatur attenuatio maior, sed illius generatio. Quomodo primo Aphorismorum, in fine veris (inquit) vulgus sibi & iumentis sanguinem mittit fusionis periculum cauens? quoniam historiam refert, factum non probat. cur ergo id vtiliter obseruant veterinarij? propter particularem causam viridis pastus, ebulliente iam tunc seroso & tenui sanguine. cur quidam ex hominibus idem obseruant ad Iunij finem venam secantes? quia deludũtur iumentorũ Aph. 15. similitudine. Quomodo manebit obseruatio Hippocratica, vt duo æquinoctia caueantur, ne in illis vel purgationes vel cauteria adhibeantur, & magis autumnale: si æquinoctia initium præstãt alterum veri, autumno reliquum? Sanè vidẽtur non sine causa obseruandi dies aliquot in anni magnis mutationibus: & in maioribus illis solstitiorum varietatibus Hippocrates decimo definit, in æquinoctiis ob exiguitatem mutationis triduum satis erit, in quo, nisi quid vrgeat, mouendum non videtur. licet Auicenna non cauerit, præcipiens per Autumnum si vacuandum est, fieri in ipso æquinoctio aut quàm proximè.

16. *porrò*] affectus recenset pericardij.

17. *difficultas*] vnde intelligitur cerebrum esse respirationis agens vnum: nihil enim in ea cor nisi vt finis operatur.

SECTIO SECVNDA.

Cap. II. *ATQVE huic quoque 1 parti vel primario affecta, vel alij consentienti, quemadmodum reliquis omnibus, affectus quidam superueniunt, quos respirationem lædere necesse est: quippe proprium respirationis organum eam esse iam demonstratum est. Igitur, vbi dolorificis affectibus molestatur, exiguam densamq́, reddit spirationem, veluti in commentationibus de difficultate spirationis ostendimus: Id verò & vicinis quoque partibus, & 2 à ijs quæ simul mouentur, affectis euenire solet. nam diximus antea de spinalis medullæ affectibus respirationem interdum lædi, thorace proprio affectu nequaquam laborante, sed vel neruo quopiam à spinali medulla procedente, vel spinali medulla ipsa affecta. Eorum verò, qui propriè ad thoracem pertinent, affectuum quidem in ipsis musculis: quidam verò in membrana costas succingente consistunt. nam de his affectibus, qui vel in cute, vel in costarum ossibus consistunt, hic agere non proposuimus, in quibus locus affectus sensibus subijciatur. Igitur, cùm ex musculis alij spacia intercostalia vocata repleant, alij verò extrinsecus extendantur, dolorifica externorum musculorum dispositiones, vt vlcera, contusiones, abscessus, erysipelas, inflammatio, haud difficulter à medicis magnum adhibentibus discernuntur. at intercostalium musculorum inflammationes, eorum maximè, qui in intima parte consistũt, (duo enim, vt scitis, sunt huiusmodi musculorum genera) tactu consequi non possumus: atque quo grauiori, quàm externi, dolore cruciantur: ac aliquid fluxionis, quæ inflammationem induxit, ad interna per eam, quæ costas cingit membranam transmittunt, quam tunc pariter cum ipsis inflammari necesse est. velut rursus, vbi ipsa aliquando primario affectu infestatur, intercostalium musculorum partes internæ similiter ei consentiunt. Verùm exquisita 3 pleuritis fit, vbi cingẽs costas membrana primario affectu laborat: 4 proinde 5 dolor, vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenit: ad iugulum, quidẽ, superioribus eius partibus affectis: ad præcordia verò, vbi inferiores afficiuntur. Atque 6 vehemens quoque febris huiusmodi inflammationem perpetuò sequitur, quia sedes affecta & parum distat à corde, & cum panniculo ipsum inuoluente, ac septo transuerso cognationem habet. Cæterùm, afficiatur ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, à 7 pulsibus indicium petere oportet, namque musculi minus, cingens verò mẽbrana magis & tendit, & indurat arteriam. Vt in affectibus pulmonis nulla penitus apparet huiusmodi durities. At effusa in spacium sanies in asperas pulmonis arterias transumitur, deinde tussiendo excreatur: qualis sit, qui inflammationem fecit humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus, aut cruentus. Etenim, si bilis abundat, pallidum aut flauum: si atra bilis, nigrum: si pituita, 8 spumosum & candicans: si sanguis, rubrum sputum reijcitur.*

INTER thoracis affectus, primum agit de frequentissimo pleuritidis. secundo. §. quod verò (reiicit Erasistrati responsa de expectoratione contenti in pectore. tertio. §. atque satius) apponit suam. quarto capite tertio inflammationem septi tradit. hic thorace quomodocumque affecto respirationem lædi ostendit.

1. *parti*] nempe respiratoriæ, de ea enim affectione agebat.

2. *& ijs*] compatiuntur enim partes non solùm vicinis, sed & longinquis, quibus cum connexionem habent.

3. *pleuritis*] cur sit morbus frequentissimus, variæ causæ afferũtur. sanguinis in corde & pulmone affluentia: vel à cerebro destillatio. sed satis est vniuersalis illa membranis ventres ambientibus communis, quod cùm sustineant ampla vasa, imbecillas vires habent: cor enim & iecur sanguine referta sunt: robustis tamẽ viribus ab inflammatione se tuẽtur: reliqua membra ob vasorum angustiam rarò; ambientes verò membranæ huic morbo obnoxiæ, propter copiam cum naturæ infirmitate sunt, minimè ventris inferioris propter frigiditatem & cruditatem sanguinis. aliquando magis cerebri meninges ob leuigãtem calorem, non crebrò tamen propter difficilem sanguinis ascensum. creberrima est pleuritis ob calidi sanguinis in locis sanguificationis abundãtiã. Quod verò ad differentias eius attinet, nonnihil est inter Galenum & Auicennã discriminis: cùm enim Pleuritidis differentiæ. Auicenna in exquisitam separet & notam, primã concedit ex inflãmata nasci pleura, videlicet internis intercostalibus, vel septo: videlicet intersepientibus membranis: notham vbi intercostales sed externi inflammatione correpti sunt, vel suprapositi pectori musculi, vel cutis ipsa. Artificiosius Galenus de inflammato septo paulo post aget, quasi nomine pleuritidis non intelligatur, similiter & intersepientium inflammationem sui generis morbum facit, non pleuritim. ipsam verò

pleuritim separat in exquisitam, non eaquisitam, notham: vt sit eaquisita, in qua inflámatio ipsam occupat primariò partem, vnde nomen obtinuit, pleuram. nó exquisita, vbi intercostales internos: fieri enim non potest quin ex pleura internis illis intercostalibus cómunicet, & è contrariò: verùm ea eo quod affectio primariò pleuram infestat, aut secundariò; exquisitæ habet aut non eaquisitę pleuritidis appellationem: notha verò est, vbi reliqui pectoris musculi patiuntur.

4. *proinde*] nam si per consensum intercostaliū inflammata est pleura, non communicat doloris affectum eatremis suis partibus, iugulo & præcordiis. id enim inter alia separabat affectum, proprium à consentiente, quod proprius communicat omnibus ortis, vel coniunctis.

Lib. 2. vlt. 2. Crif. 10. Supr. lib. 2. 1. 8. Acut. 10.

5. *dolor*] punctorius, quoniam pars neruea est, pariter & extēsiuus quia membranea. nam quod libro Acutorum secundo grauare adiunxit, non significauit in membrana ipsa grauātem esse, sed communicari carni & brachio, caro autem præ plenitudine grauata dolet. Adde quod ibi grauitatis indicio copiam consistentis humoris venabatur Hippocrates: nisi enim copiam humoris significaretur, simplex calor, non magis phlebotumiam requirit, quàm purgationem. cur verò doleant pleuritici pro humoris cōrenti varietate, vel iugulum magis, vel præcordia, libro secundo ostensum est. Ea qua causa libro De cōstitutione artis conficit, paruam esse pleuritim, quæ neutri termino cōmunicat dolorē, magnā quę vtrique. De doloris verò augmēto, ferè omni interno tumori cōmune est, ingrauescere dolorē ea accubitu supra sanū latus, quoniā magis grauat pendens inflammatio. quid verò voluerit libro De constitutione artis, nō est preceptu facilè: ita enim legitur (si laborat internum pleuræ latus, magis doler supra oppositum: si externum, è conuerso: si vtraque pars pleuræ, vtroque situ doler: ferè autem, ait, interna pleuræ pars inflāmatur, ideò ferè supra sanum magis dolent.) putant autem quidam per internam pleuram intelligi costarum periostium, non tamen sunt recipiendi. neque enim vnquam Galenus pleuram ex duabus constituit membranis. nec periostios est succingens, cùm singula ossa induat. nō thoracē operiat: nec multis vasis constet, vt facilè inflammetur, sitque tenuissima: nec per internam partē (ita enim habet Galenus μέρος) pleuræ, intersepiens accipi potest, licet quādoque ita locutum reperiamus. nam internū latus crebrius eaterno pati ait, cùm intersepientes inflammentur multò quàm plura rariùs: quare in pleura simplici licet, ob crassitiem præsertim ad extrema, consideramus internam & eatimam superficiem inflammatam: de quibus pronunciauit libro De constitutione Galenus, quamuis enim internæ inflammationes decumbentem supra sanum magis infestent plurima ea parte, in pleuritide quoniam eaterna pleuræ superficies inflammata costis occurrit, meritò explicauit Galenus, accidere in ea specie, (quæ tamen opposita rarior est) vt ea decubitu supra dolentem locum magis offendantur laborantes. cur verò ferè inflammationes internæ eaacerbentur, ex opposito decubitu, Galenus meritò refert ad pendentem inflammationem. fortè verò nec illa Aureliani inutilis ratio est. quoniam (inquit) cubatio supra sanum humorem exprimit in ægrā partem & auget: supra ægram detrudēdo ab ægra minuit. In qua verò pleuritide dolor vehementior fit, Galenus hic in internis intercostalibus ait maiorem esse multo quàm in externis, Rasius etiam quàm in pleura ipsa concessit esse maiorē; estque admodum verisimile, quia vtrinque musculi illi à costis premuntur. & quia crassiores magis tument per morbum, patiunturque pulsantē dolorem, à quo immunem esse pleuram, vt quæ arteriis careat, supra scripsit Galenus.

Cap 8. — Pleuritis quem situm exigat. — Cap. 18. — 7. Anat. 11. — Cap pleur. — Lib. 2. 4.

6. *vehemens*] Anaxion enim quandoque nō febricitans, & multis pleuriticorum tertiana febre affecti notha pleuritide decubuerunt. Nec obstat quod febres ex membranarum inflammatione non decet esse magnas, propterea quòd pendent (quod inquit Auicenna) ab exiguo humore. nam licet membranarum tenuitas humoris copiam non admittat, recipit tamen biliosum & tenuem: cui soli peruiæ sunt. vnde fit vt phreneticorum & pleureticorum febres validæ sint; pleuretici verò vltrà hanc etiam causam habent ea musculorum crassitie, qui pleuræ connexi magnam eacipiunt inflammationem.

1. Crif. 18. — 1. 4. Tractat. 4. 15.

7. *pulsibus*] Num inflammatio omnis pulsum induret, ambigui sunt apud Galenum loci, quorum vna est sententia, tumorum pulsum mutari & iuata membri affecti naturā, & ex humore affluente ea membro; dura omnia maximè membranosa pulsum tendunt & indurāt; mollia laaāt, & mollem efficiunt. communicatur verò qualitas inducta arteriæ partis laborantis reliquis corporis arteriis, vbi tumor momentaneus est, proptereà quòd arteriæ omnes eaterna quadam mēbrana teguntur ab vna earum quæ vēttem spiritalem aut naturalem nbuoluunt exorta, id est, à pleura supernæ, à peritoneo infernę omnes: cumque arteriæ tunica vel emolliatur vel tendatur, progrediēs affectio ad pleuram vel peritoneū, ab eo ceu fōte reliquis corporis arteriis distribuitur. Ratione verò affluentis ad partē humoris ita variat, vt aqua magis, pituita minus emolliant pulsum; verum scyrrhus magis, inflammatio, minus indurant. Ea qua vna sententia colligit libro De causis pulsuum etiam inflammationē non solùm scyrrhum indurare pulsum; non in duro tantum membro, sed & in molli: cum ea tamen conditione quod libro De præsagione pulsuum adiūxit, modò membri mollicies plurima non sit, & humoris natura valdè humida. Inflāmatio enim sanguinea in mollissimo membro nunquā indurabit. Si tamē iungatur scyrrhus plurimum indurās tumor cum natura membri mollissima, vt hydrops ex iecoris scyrrho, credit Galenus repræsentari tactui simul tensionē ea humore cū mollitie mēbri libro De pręsagitione pulsuum quarto. Quod ergo scribitur libro quarto De pręsagitione pulsuum, per thoracis inflamationem pulsum durum non constitui, causam habet molliciē musculorum qui pectus ambiunt. quod quarto de caus. puls. pulmoniæ pulsum ait esse mollem, eaplicat paulo post, si fluaio fuerit biliosa, indurari. quod enim pulmo etiā à bile inflāmetur, eodē libro quarto De præsagione puls. & paulo antè dictū est, quod itē legitur lib. Crisium secūdo, pleuretici pulsum, qua parte durus est, nō significare affectionem adesse inflammatoriam, sed

Inflāmatio omnis an pulsum induret. — 4. Cauf. pul. 6. 2. Vafa. puls 2. 3. & — Cap. 8. — Cap. 9. — Cap. 12. — Cap. 14.

nata

naturam partis, quæ patitur membranosam esse & duram; significat per inflāmationem musculorum thoracis nō indurescere, sed inflāmata pleura, subdit enim in ootha pulsum tensionē & omnino duritiem non habere, vbi externi laborant musculi. nam interni intercostales quia pleuram in consensum trahuot, pulsum reddunt minus quàm in exquisita pleuritide durum, & tamē durum. Quod ergo attinet ad partium thoracis inflammationes, multa durities visitur inflammato septo, minor in pleura, adhuc minor ex contiguis

4. Cauf. pul. 6.

intercostalibus, in externis verò nulla. Est verò etiam communis omni inflammationi non solū durities, sed & in vno ictu inæqualitas partium arteriæ: nam & vis arteriarū grauatur ab humorum mole, & instrumēta inæqualiter obstruūtur; quare partes non ex æquo omnes eleuantur, sed speciem tangenti referunt serrantis, vbi durum inæqualiter tactum ferit. estque ea species pulsationis eo apertior quo pars laborans durior est, & obstructio cū viriū grauitate maior: quare plurima est & manifestissima inflammato septo, deinde pleura; nam in thoracis inflāmationibus quandoque nihil referre inæqualitatis pulsum

4 Præs. 2. Puls. 2. Cap 10. Cap. 7. Infra lib. 5. 3. 4. Cauf. Puls. n. 3. Sump. 9. Com. 40.

scribit author. Nū verò pleuritici pulsus magnus sit, etiam meritò ambigas: etenim secundo crisium scribitur magnus: quarto de cauf. puls. non valdè magnus. infrà paruus. Explicante autē Galeno libro De pulsuū cauf. febris gratia magnus expectandus erat, obstat durities, iuxta cuius varietatem magnitudo etiā variè minuitur, vt euadat nonnunquam paulo maior modico, aliquando paruus. prætérquam quod leues controuersiæ condonandæ authoribus sunt.

8. *spumosum*] cū hic spumosum pituitæ tribuat: sintque beneficæ statim post sanguineas pituitosæ collectiones, libro præsagiorum secundo, non conuenit quod eodem libro spumans sputum perniciosum esse pronūciat. Sed cùm sint spumę

Com. 47.

causæ duæ: flatus permixtus, & calor eximius; vbi spumantis deiectionis, vrinæ, sputi causa est exurēs calor, perniciosum est; vbi flatus ex turbatione permixtio, non perniciosum. Separantur verò

Spuma num praua.

duplices spumæ vehementia mixtionis, ex calore immodico minuta est, & diu durat spuma; ideo valde spumosa talia excrementa summopere dānant Hippocrates & Galenus. ita enim legēdum est, reclamantibus licet nonnullis, valdè & viride & spumans deleterium: vt verò tandem pleuritidis indicia claudantur, non temerè audiendū est quod Aretæus monuit, fieri nonnunquam vt coëant dictæ notæ, nec tamen homo pleureticus sit, quoniam non ab vna sed à pluribus occasionibus contractæ sunt. Si enim quispiam ex frigore latus doleat, & præ dolore febricitet, simul verò ex destillatione tussiat, imponet multis quasi sit, qui non est pleureticus.

QVOD verò tussiendo ex thoracis spacio aliquid interdum expuatur, facile intelliget is, qui eas dispositiones considerauerit, quibus ab exterioribus ad intima pectoris olem penetrare contingit, siue id ob vulnus non conglutinatum eueniat, siue ob magnum abscessum vtrinque eruptum, vel perinde dissectum, ac si externas duntaxat partes afficeret, facta deinde sectione inueniatur cingens costas membrana erosa, aut costa ob sphacelum (id est, cariem) excissa, aut eo quòd medici cingentem membranam, vtpote erosam putrescentemq́, seruare illæsam non potuerunt. In omnibus iam propositis dispositionibus, si aqua mulsa in thoracis spatiū infundatur, mox tussiendo expuitur, & laborās ipse aquā mulsam esse ex sapore deprehendit. Quod pacto autem hoc fieri possit, atque per quos meatus ipsa in asperā arteriam ingrediatur, perpendere debent ii, qui errorem illū, in quem multi in causæ inuestigatione inciderunt, effugere voluerint: quinamque ex thoracis spatio in pulmonē quippiam recipi, impossibile esse iam sibi persuaserunt: fortasse ita se sentire simulātes, ne videātur de re quapiam dubitare. Cæterùm credere oportet huiusmodi fieri transumptionem quippe per vulnera haud obscurè apparet: Deinde, quo facto ea fieri possit, inuestigare: vt, cum inuenerimus, animo simus quietiori. sed, inter quærendum quandiu nihil nos inuenisse putauerimus, ruditatem potius nostram accusare, quàm varietatem ipsam negare debemus. Atque videmus etiam conglutinatis cruentis vulneribus, in sputo notas quasdam fluentis ex vulnere cruoris ad spacium quod inter pulmonem est & thoracem: præterea suppuratis, in hoc ipso spacio pus contineri & ipsum expuere haud obscurè videntur. atqui rationi consentaneum est, vt eodem modo tum cruor, tum pus ex thorace expuatur: quorum viam inquirens Erasistratus incredibilia quædam scripsit in eo libro, cui titulus De sanguinis eductione est, sub hac verborum serie: via autem, per quam incedunt ea, quæ ab iis sedibus reijciuntur, huiusmodi est: Ab ea arteria, quæ spinæ adiacet, vasa quædam ad vtrunque latus, tam dextrum, quàm sinistrum similiter procedunt: deinde in loca vicina, multiplici diuisione dispersa tandem adeò euadunt exigua, vt sensum lateant. cùm itaque sanguis in huiusmodi arterias inciderit, nonnunquam per concauam arteriam ad loca, quæ circa pulmonem sunt: atque ad eos nexus, per quos pulmo apud spinam arteriæ coniungitur, ascendit. quippe ea, quæ huc inciderint, hac via ad pulmonem ascendere solent. Verùm, quomodo ex pulmone deinde reijciantur, antea dictum est. In his verbis manifestè declarauit Erasistratus eas arterias, quæ à magna arteria ad singula intercostalia loca procedunt, per ora, quæ ad inflammatam partem perueniunt, sanguinem suscipere, ipsumq́ ad magnam arteriam, quæ à corde orta per spinam extenditur, referre: atque ab ipsa rursus ad ea loca, quæ circa pulmonem sunt, transitum fieri. Sed neque modum, quo huiusmodi transitus fiat neque viam explicauit. verùm deinceps scripsit, Atque per eos nexus, per quos pulmo arteriæ circa spinam adhæret, fit enim (inquit) hac quoque via, eorum quæ inciderunt, in pulmonem ascensus. At, quomodo, & per quæ conceptacula id fieri possit, non ostendit. Proinde manet adhuc eadem quæstio, nihil plane ad ipsam dissoluendam afferente Erasistrato: quamuis, vt in cæteris libris omnibus, ita in hoc ipso, de sanguinis eductione, perspicuam pollicitus fuerit interpretationem. Quocirca multo magis vitiosum, quispiam huiusmodi sermonem reputauerit, vtpote qui ipsi quoque Erasistrato fuerit suspectus. Apparet itaque ex industria eum voluisse obscuris vti sermonibus, vt aliquid dixisse videretur, cùm nihil diceret. Atque hoc in loco, quæstionis enarrationem dereliquit. Nam, quomodo sanguis ex lateribus quidem ad magnam arteriam perueniat, manifestè declarat. At, quomodo rursus ab hac ad eas sedes, quæ circa pulmonem sunt, vt ipse dicebat, ascendat, haudquaquam exposuit. Constat autem & ex eo, quod dixit, loca, quæ circa pulmonem sunt, cùm dicere pulmonem potuisset, eum haud inuitum sermonis obscuritatem affectasse, id quod postea declarauit,

dicens: Ex pulmone autem quomodò ad deductionem ascendat, iam antea dictum est. perinde enim ac si in pulmonem ex magna arteria sanguis iam delatus sit, quomodo inde reijciatur, velle nos admonere videtur. Quòd verò de expulsione, quæ ex pulmone fit, iam antea dictum sit, non ignoramus, ac perspicuam fuisse narrationem testificamur. verùm optaremus, vt de ea, quæ ex magna arteria in pulmonem fit, transumptione dixisset; quemadmodum cùm inquit: Per eos quoque nexus, per quos pulmo arteria apud sp nam coniungitur, fieri circa pulmonem sanguinis retectionem. Ne hic quidem, quos nexus dicat, declarauit. Etenim si vel per membranas vel per fibrosa quædam corpora fiant, ad sanguinis in magna arteria contenti in pulmones delationem nihil conferunt: quippe 4 necesse est ex arteria oriri vasa quædam, per quæ sanguis in pulmone transferatur, quemadmodum Erasistrati secta hoc ipsum per arteriam pulmoni substratam fieri autumat. Huius enim arteriæ, extremæ partes, & quidem exiguæ, ad asperam arteriam transire videntur. Atqui ipsa quoque ex magna arteria, anteaquam ad spinam peruenitur, initium sumit. Itaque duplici quadam ratione Erasistrato ab hac arteria auxilium suppeditare conantur sectæ ipsius professores: in præsentia quidem ad sanguinis ex thorace eductionem, alibi verò ad inflammationis in pulmone generationem: Nam & hanc obijciunt ei, qui aliter sentiunt, vt pote quàm ita, vt Erasistratus docuit, fieri sit impoßibile. Namque vbi docet, quomodo fiat inflammatio, putat incidentem in arterias sanguinem, spiritui, qui à corde defertur, obuium fieri, atque sic ad extremas arteriarum partes repelli. Nisi vbi vulnerata aliquando quadam arteria, vacuato ex ipsis per vulnus spiritu, ex ea, quæ ad vacuatum spiritum fit, sequela, sanguinem suscipiunt. Hac itaque ratione non posse fieri inflammationem in pulmonis arterijs dicunt: quippe si aliquando sanguis in eas inciderit, nullus ipsum spiritus obuiare, quod in solas pulmonis arterias, nullum à corde ferri spiritum Erasistratus contendat: quamuis reliquas arterias omnes a corde spiritum suscipere fateatur: verùm è contrario, ipsas cordi spiritum suppeditare, quem per inspirationem ab asperæ lænes arteriæ suscipiant. Hanc igitur arteriam, quæ a maiori arteria spinæ incumbente in pulmonem fertur, inflammationem in extremis partibus sustinere, atque vt sanguis ex thorace reijciatur, efficere dicunt Erasistrati sectatores. Sed inflammationis rationem hoc in loco tractare non proposuimus. 5 Cæterùm quod ex magna arteria in pulmonem sanguinis transumptionem fieri Erasistrati sectatores dicunt, à veritate deuiare videtur. In primis enim sanguinem ex intercostalibus locis in magnam arteriã transferri impoßibile est, quippe a spiritu, qui à corde per magnam arteriã ad hæc loca transmittitur, repulsus, illico reuerteretur. Si concesserimus autem hoc ita fieri, ac demum in magnam ipsam arteriam deferri, multo absurdior ex Erasistratica secta fundamentis sermo euadet. etenim spiritum, seruantem incursionis impetum, à corde in hanc arteriam expressam, in totum deferri corpus per ortas ab ipso arterias autumat, ita vt ex vna arteriæ compeepitone, spiritus delatio ad extremas vsque pedum partes perueniat: a delationis celeritate vehementissimos ventos superari putant. Quod verò tanta vehementia sanguinem in magna arteria contentum, ad quamlibet corporis partem non statim impellat, impoßibile est. Neque vlla ratione dici potest ipsum in vnam arteriam, quæ in pulmonem feratur, compelli: ita enim is impetus mentis sit particeps, atque intelligat, quæ via quam facillimè vacuari poßit. Idipsum verò rursus pugnare videtur cum præsenti sermone, qui sanguinem quam celerrimè vacuari per asperam arteriam concedit. nam si tam facilis est per extremas harum arteriarum partes transitus: vt incidens in eas sanguis, tam celeriter vacuetur, fieri non potest, vt impactus inflammationem excitet: eo quòd impingi, & excidere, inter se sint contraria. 6 Id verò multo maiori admiratione dignum est, quod cùm Erasistratus quam diligentißimè deinceps de puris vacuatione conscribat, siue id in pleuretico, siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc, qua videlicet sermones eius tum nobis, tum reliquis hominibus omnibus inter se certare videntur, non intellexerit. Ea facile deprehenditur, si sermonem eius, qui ad verbum sic se habet, hic subscripserimus: Atque in his ipsis affectibus, multis interdum puris excretio fit: causa venarum natura est, quam sic perpendere oportet. Magna quædam vena ex corde nascitur, adiacens spinæ ac in eo loco, vbi à vertebris septum transuersum nascitur, finem accipit. Ab hoc verò venæ quæ ad latera extensæ sunt, atque arterijs adiacent, oriri videntur. Igitur cum vel vlcus, vel abscessus in his locis euenit, multum puris congregans, id quidem haud facilè ad spacium, quod inter latera & pulmonẽ est, effundi potest, quod succingens latera membrana, neruosa est, & fortis, ac densa contumax: proinde coërcetur ad vasa, membrana intrinsecus subiecta. Cùm itaque tenuis magis, ac imbecillior vena sit, quam arteria, hæc vasa prius diuiduntur, quam ipsa arteria: atque per has diuisiones pus effunditur in venas: per inferiores verò sedes pus deijci non potest, quia ad eas venarum natura non peruenit, sed finem sortiuntur, vt dictum est, circa septi transuersi ortum. Cùm semper autem continua sedes repleantur, vt per superiores meatus exitũ capiat, necesse est. Perpendẽda igitur est actio, quam pulmo inter respirandũ efficit, ac, quomodo, tum spiritum, tũ humores & attrahit, & expellit. Quippe eodem modo pus à lateribus ad pulmonem ascẽdere solet. Sed, quomodo, demũ à pulmone reijciatur, antea dictum est. In hoc sermone, quòd pus in venas trãsumptum non poßit ad loca septo transuerso inferiora peruenire, rectè ab Erasistrato dictum est, vt pote vena, quæ octo inferioribus thoracis costis alimentum præbet, (non enim omnes alere potest) ad septum transuersum perueniente. Neque enim in præsentia contendere velim, an exigua aliqua eius particula inde exilsat. at quomodo huiusmodi pus expuatur, nequaquam dicere aggressus est: similiter nec sectatorum eius quisquam. Neque enim quemadmodum arteriam quandam a magna deductã in pulmonem ferri affirmant, ita de vena dixerint. Etenim, 7 arteria, tametsi nõ manifestè in viscus ipsum ramis distribuitur, attamen substernit, atque ad asperam vsque arteriam ramusculos emittere videtur. verùm à magna vena, quæ spinæ incumbit, venam aliquam in pulmonem transire neque nos vnquam vidimus, neque dissectorum quisquam scripsit: ac ne Erasistratus quidem id affirmare ausus est. quippe inter omnes conuenit, quod à dextro cordis ventriculo per vnum duntaxat vas pulmo sanguinem recipit. oportet igitur pus, quod à costis in eam fertur venam, quæ spinæ adiacet, in primis quidem peruenire ad cor, deinde ad venam, quæ ab hoc orta in pulmonem transit: postea ex hac in asperas arterias, quæ per ipsum dispersæ sunt, transire: postremò tussi indigere, quæ scilicet ipsum vsque ad os efferre poßit. Quo autem pacto puris sanguini permixti ab ipso fiat secretio, tanquam exiguum quippiam, ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandam parum conducat, prætereiens

dice

dicere neglexit.neque defendi etiam potest,quod sanguis in vena, quæ circa spinam est,contentus ad cor ipsum referatur.nam e contrario.vena hæc à dextra cordis auricula initium sumens sanguinem secum defert, qui omnibus thoracis partibus, quæ circa octo costas consistunt,alimentum præbeat. Etenim superiores quatuor non ab his,sed à vena ad iugulum ascendente,quæ à medio loco inter cor & claniculas exeritur, nutrimentum suscipiunt. præterea & hoc quoque non minus absurdum ad Erasistrati verba sequitur: Nam pus, quod à superiis quatuor thoracis costis in concauam venam refertur,maxime quidem ad eas venas duceretur, quæ ad ceruicem & scapulas & caput,& manus, imò potius ad vniuersas animalis partes peruenient.Hæc sunt ferè absurda,quæ ad Erasistrati scripta sequi videntur. Accedit ad hæc,quod causam in hac perpensione penitus non attigit: dicens enim non facile pus effunditur in spacium quod inter costas est & pulmonem. quia succingens costas membrana neruosa sit. & fortis, atque duidi contumax, pus aliquando in hoc spacium effundi posse non negauit. Quippe qui verbis suis, non facilè, addiderit. Oportebat enim huiusce rei, quæ non facilè quidem fit, sed aliquando tamen fit causam reddere: deinde viam ostendere.quæ suppurati pus expuere possint.vt enim ex iis non paucos perire, ita & alios complures seruari vidimus.quorũ si quis per singulos dies reiectũ puris quantitatem collegerit, interdum sex aut octo 8 heminas, interdum decem, atque interdum plures totam summam æquare inueniet. Cæterùm id,quod quàm creberrimè dicere consueui, nunc quoque dicam, quod multi medici,rerum,quæ manifestè videntur, causam reddere nequeuntes,eas esse omnino negant. Quanquam (vt dixi) omnes,quotquot in thorace vulnerati sunt,iniectam per vulnus aquam mulsam, ilico per 9 tussim expuere solent. 10 Nonnulli etiam medendi modo, & qui cruentis adhibetur, & glutinatorio dicto, haud paucis perforationibus curati, in primis quidem diebus purulenta quædam expuunt,nisi rectè, ac exquisitè vniuersus sanguis per vulnus (quatiendo videlicet hominem, qui sic vulneratus est) fuerit effusus. At 11 verò membrana costas succingens,& valida est, & neruosa ac diuidi cõtumax,Sin autem voles, adde sermoni etiam membranam pulmonem ambientem, eandem cum illa naturam habentẽ: eoq; liquores in vacua thoracis infusos hæc quidẽ nõ transmittit:illa non trãsumit.Itaque ad eundẽ modum dices cutẽ mẽbranis esse multo fortiorẽ,atque crassiorem.ita vt in fracturis ossium callo obducẽdis, sanguineum humorem, quominus per ipsam penetrando egrediatur, prohibere possit:hunc tamẽ in nonnullis videmus adeò copiosè effundi, vt tota etiam ligamenta irrigaret. Quod cùm ita fieri videamus, idem haud absurde per tenues quoque membranas fieri fatendum est.

SVPRA dixerat Auctor solere se longius & crebrò eorum admonere,quæ à prioribus aut perperam dicta sunt, aut non exactè definita: licet alioquin non indigeant tam prolixa oratione eius rei exemplum hoc in loco habetur:Explicat enim transumptionem in asperam arteriam eius quod in thorace continetur multis, propterea quòd à quibusdam sophisticè negabatur euentus, ab Erasistrato commoda via excogitata non erat.

1. *vel perinde*] cum crederet chirurgus abscessum non penetrare, eo rupto inuentus est ad inanitatem internam perforatus.

2. *ab ea arteria*] persuasus Erasistratus nõ posse fieri commigrationem à pleura ad pulmonem, cùm non cohæreant, nisi per canales aliquos, quibus ambo nectantur: intuens præterea asperam arteriam pulmonem non transire, confugit ad reliqua duo vasorum genera, modò causans commeatum per leues arterias modò per venas.

3. *conceptacula*] συμφύσεις,id est,coalitus.

4. *quippe necesse*] affert solutionem Erasistratiorum:Agit verò aduersus Erasistratum de generatione inflammationis libr.6.vsu. & sæpè alibi: putabat enim turgẽtibus venis propter meatuum ad arterias amplificationem, incidere præter naturam ad arterias sanguinem.

Ad finem lib. quod non solum spiritum.

5. *cæterùm quòd*] inuehitur in solutionem Erasistratiorum.

6. *id verò*] sumit disputandam seriem aliam Erasistrati, in qua de eadem re variam rationem comminiscitur,ad venas referens,non ad arterias transumptionem.

7. *etenim arteria*] licet antẽ obseruauerit diligenter Vesalius ramum ἄζυγον pulmoni substratum, nullũ tamen germen in pulmonen deriuat.

8. *heminas*] cum hemina contineat ferè ℥.10. heminæ decem perficient quotidianis puris. ℥. 100. nec valde distat quod Nicolus refert vidisse supputatam, quæ quotidie libras 8.puris expuebat,perseuerasseque in ea copia dies sex.

9. *tussi*] tussire animalia eo solùm tẽpore quo pulmo læditur. Galenus hoc in loco testis est. & paulò pòst negans tussim in notha pleuritide, eo quòd ichor inflammationis non migret ad pulmonem,nec dissentiunt Arabes. Cùm enim tussi solæ asperæ purgentur arteriæ,per quas aër meat, quæque in solo pulmone visuntur:ita à natura institutum est,vt ante pulmonis offensam nulla excitetur tussis. Cùm enim sit corpus nostrum omni ex parte variis canalibus pertusum magnam rationem habet natura conseruandi vniuersos apertos & materias liberè deducentes:intelligens ex eorum non aliter quàm in vrbibus,occlusione morbis omnibus originẽ præstari. diuturni enim ex occlusis exiguis partium quarũdam meatibus vel perpetuò vel per temporum interualla succedunt:acuti verò, dum ampliores illi venæ, arteriæ nerui obstruuntur.vnde prohibita respiratione putredo,febresque, & inflammationes oriuntur:tanto verò magis respiratoriis asperæ arteriæ canalibus prouidit, quantò magis in eorum occlusione præceps est repentinumque vitæ discrimen:diuina verò inuenta sunt, quibus vasa hæc singulatiter meminit. primùm cõstituens ea multa parte cartilaginosa, nec enim tota poterat ob distentionis contractionisque varietatem: sciens cartilagines in se cõniuere, & concidere nõ posse,vt attenuatoriæ obstructioni non subessent:similiter venis,arteriis & membrorum poris, alterum subsidium ex innata comparauit doctrina, tussi donans animalia, eoque consensu respiratorios musculos pulmoni connectens, vt quamprimùm in pulmone vndecunq; noxa sentiretur, cõtractis & pectoris & septi musculis celerrimè multus aër & confertim per asperã emissus expurgaret quicquid noxiũ obstructurúmve in ea vasa incideret: nã vt cartilaginosa constitutio ne attenuatoriè obstruerẽtur, in causa est,ita tussis ne coarctatoriæ. ita iustissimè Creator benignissimeq; functionẽ,summopere vitæ necessariam muniuit

a Aph.44. 10 c. de plen. 3. Collect. 10. 5. Aph 39. Tussis num pulmoni propria.

auxiliis,& intelligitur, nisi pulmoni vitium incidat, in quo solo aspera est tussim non succedere. Neque verò euertitur hoc placitum, ea ratione quòd tussis musculis peragitur thoracis, membra verò suis commoditatibus singula non aliorum inuigilant (ait Galenus) nec eo quod in pectoris hemoptoisi tussis maior, indicio esse videtur sanguinem etiam ante pulmonem tussim ciere. Neq; quod Præsagiorum lib. secundo scribitur, comitari hepar inflammatum inanem tussim, propter compressum à tumente iecore septum: quasi septi noxa non solius pulmonis tussire cogat. nam vt naturalia membra sibi solis operantur, ita animalia in quorum censu respiratoria continentur, in alienos sæpius; ita manus, lingua, pedes pro totius arbitrio in vsus non suos mouētur, & pectoris musculi ad arteriæ emūdationem, tussim verò etiam vehementem, cur sanguis ex pectore moueat, paulò antè traditum est, nunquam tamen antequam pulmonem contingat. Nam in inflammato iecore, quoniam compressum septum pulmonem angustat, extussiunt laborantes, non secus quàm asthmate oppressi.

Com. 3.

10. *nonnulli etiam*] lege (Sed & in ea curatione quæ agglutinatoria cruentaque appellatur, cum persossis thoracem adhibetur, in primis.)

11. *at verò*] cùm ostendisset manifestis exemplis trāsumptionem puris in pulmonem per mēbranam pulmonem tegentem, nunc rationes irrisoriè obtrudit, eius rei impossibilitatem ostendentes.

ATQVE satim fuisset Erasistratum non de hac re dubitare, sed id potuit abundanter intelligere, quomodò humor inter thoracem, & pulmonem contentus, in asperas pulmonis arterias recipiatur, ad leues verò arterias atque ad venas peruenire non possit. nam & ipso Erasistrato auctore, tria hæc vasa simul extenduntur. atque simul diuisa, terminantur suo extremo quodlibet ore in adiacentem pulmoni membranam. Cùm ergò tria hæc ora inter se proxima sint, cur in vnam duntaxat fiat transumptio, quærere debuit Erasistratus. nam longè præstantius erat ea, quæ sunt, quomodo fiant, quærere, quàm quod fiant negare. Quanquam neque dubia neque inuentu difficilis mihi videtur eorum, quæ in thorace continentur, in pulmonem transumptio: quæquidem in asperæ arteriæ partibus extremis fieri potest: quippè quæ non adeò angusta sunt, vt leuium arteriarum atque venarum partes extremæ: & 1 quod magna ex parte asperarum arteriarum essentia, cartilago est, quæ concidere atque concludi omnifariam non potest: quod etiam earum, quàm duorum vasorum reliquorum, ora multo sunt ampliora. cùm igitur ipsorum circa pulmonem diuisiones numero sint æquales, rationi consentaneum est asperæ arteriæ veluti ramos, reliquorum duorum generum partes proportione superare. Id verò manifestè apparet per visceris ipsius dissectionem, nam vicina quæque vasa eandem inter se seruant in magnitudinis excessu proportionem, quam ab initio maximæ eorum partes habere conspiciuntur. Hæc sunt, quæ dicere debuit Erasistratus: 2 ac deinceps, vtrum inspirationis, an expirationis, an quietis tempore pus ex thoracis spacio in pulmonem recipiatur, explicare: ac deinde, cùm id neque per inspirationem, neque per quietem, fieri docuisset, ostendere ipsum expirationis tempore recipi: id quod facillimum erat demonstrare ei, cui prius persuasum esset, respirationis actionem ad thoracem pertinere, pulmone nullam propriam habente motionem: quippè qui per consequentiam dilatato thorace pariter attollitur: eo verò constricto ipse, spongiarum exemplo, quas manibus exprimimus, in sese residere solet. etenim hoc pacto per magna vulnera, fibra ipsius per vulnus procedere videtur. Verùm extra vulnus, thorax vehementer constrictus humorem, qui in eo spacio, quod inter ipsum & pulmonem est, continetur, in asperas ipsius arterias comprimendo cogit. Nec credas, velim, huic orationi, vehementer, frustra fuisse insertum. Nisi enim vehementer admodum thorax pulmonem ex omni parte comprimat, humor in asperarum arteriarum ora recipi non poterit. Quamobrem natura, quo robustior fieret expressio, tussi vocata, donauit animalia, quæ enim naturale sit accidens, sternutamentum & singultum, & nauseam similitudine quadam imitatur. de quibus in libris De causis accidentium satis dictum est. Verùm quia 3 viribus opus est, quibus huiusmodi accidens naturale excitetur, contingit creberrime per suppuratos affectus meri laborantes, imbecillioribus iam anteà redditis viribus, quod à validissima thoracis constrictione, eadémque celerrima tussi excitatur. Atqui vires imbecillæ neque validè neque celeriter agere possunt. Ergo de 4 expultione, quæ ex spacio thoracis procedit, satis fuerit hæc dixisse: redeamus igitur rursus ad eum, quem ab initio proposuimus, sermonem. Sanè, quæ in succingente costas membrana, ac musculis illi continuis fiunt inflammationes, morbum quem lateralem vocant, efficere solent huius accidentia inseparabilia sunt, febris acuta: dolor perinde ac si locus vel intendatur, vel pungatur spiratio frequens & exigua: pulsus paruus, arteriam & duram, & quodammodo tensam indicans: tussis maxima ex parte, cum sputis coloratis, nonnunquam verò sine his. has 5 incostas pleuritides nominant, quæ vel celeriter hominem rapiunt, vel longo temporis spacio finiuntur: ac dolor plerunque vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenire videtur. Sunt prætereà alij laterum cum febre dolores, per quos spirationem frequentem & exiguam reddi necesse est, sed nullum redditur sputum, vt in ea re nihil à pleuritide sine sputo constante, differre videatur. Verùm hi facilè ab illis discerni possunt. In his enim nulla omnino tussis est: illi verò, qui sine sputo pleuritide laborant, sicca tussi molestantur: deinde, quod neque tensionem, neque duritiem vllam refert pulsus: postremò quod non æquè acuta febri laborant, nec adeò difficulter spirant. 6 Sunt etiam nonnulli, qui presso extrinsecus inflammato loco, dolere sese fatentur. atque ij per sputum non purgantur, quia ab initio nihil eius succi, qui inflammationem excitauit, ad thoracis spacium peruenire solet: at concocta inflammatione, nisi pus prius discutiatur, ad cutem vsque attollitur, atque inciditur.

TANDEM sententiam suam tradit Galenus reiectis tribus de proposita difficultate scrupulis.

1. *& quod*] subdit rationes duas, cur sint latiora ora asperæ arteriæ duobus reliquis vasis.

2. *ac deinceps*] iungit tertiam.

3. *quia viribus*] dignissimum perscrutatione est, sitne ea fides tribuenda coctioni, quam Galenus præstare solet: pollicetur enim (inquit) securitatem vitæ, sanationis celeritatē, & immunitatem à recidiuando. Si enim quæ relinquontur incocta, recidiuas faciunt in morbis, vbi vniuersus humor coctus est, nullus relinquitur recidiuæ locus. cùm ergo illic tātum tribuat coctionis indiciis, hic cocto licet purè nonnunquam mortem sequi doceat, coctionis signa vera continuaq; citò indicant sperādam esse plenā humoris coctionem

1. Epid. Sec. 2. 44.
2. Præsa. 24.
2. Aph. 13.
Coctio an certum salutis signū. Propositio prima.

nem ad statum. vera inquam, quoniam non rarò deluduntur medici, opinantes verum coctionis indicium ea crudo humore in vrina subsidente, quasi verum sit sedimentum, quos cõtra docuit. [2.5.De vrinis] Auicenna non esse fidendum coctioni contenti antequam minora illa indicia caloris monstrentur & substantiæ: gradatus est enim vincentis naturæ non repentinus progressus. Nec verò coctio vbi vis ex sola petenda vrina est, sed ea eo, quod proximè à loco educitur affecto, in vasorũ morbis ab vrina, thorace verò affecto ab sputo, sicut, ventre à deiectione petendum est verum coctionis indicium. Continuum verò esse oportet vt fidum sit [1.Cris 5. Com.26.] testantibus & Hippocrate & Galeno pręsagiorum secundo: fit enim nõnunquam, cùm nõ [1.Cret.in fin.] ex toto humor à natura euincitur, vt mane [3.Cris.4.] appareat, vesperi delitescat coctio, ea intercalatio nec breuitatem, nec certam indicat sanitatem. Quapropter cùm Galenum audimus ex primæ diei coctione præsagientem morbi terminum, in hũc [6. Aph.58.] sensum interpretandus est, si in simplici affectu [1.Epid.sect.2. 84.] (nam & id quãdoq; explicat) manè pariter & vesperi vna est nec intermittens coctio: sin affectio duplex est compositaq;, vt in duplici tertiana, ex vnius diei euentu de vno pronunciandum est, ex eo verò quod incipiente altera affectione appareret, de altera iudicium ferẽdum est. quod verò additur certò sperandum esse plenam, id est, in toto humore integram (quemadmodum cœperat) coctionem, necessitate medica recipiẽdum est. quæ (monstrante Galeno) euentum significat frequẽtissimum quique rarò fallat, non perpetuum & omnino constantem. nam cratistonactæ & pictoris ancillæ suppurarũt parotides, nec tamen euasetunt, curante Hippocrate, quod infrequens esse & memoria tenendum. Galenus monet, posse fieri quapiam in parte priuatim coctionem, toto morbo incocto. Nos verò verba ipsa Galeni mirantis expendere oportet, ne (quod vulgus credit medicorum) tãtillum coctioni tribuamus, vt putemus crebrò euenire in ea, propter latentes materias deceptionem. Si enim rarissimũ est & memoria dignum parotidas suppurari, crudo adhuc aut putrente vasorum humore, cur credetur frequẽs, cõtinua & vera ex parte humoris intra vasa coctio, reliquo eorundem vasorum humore perniciosè affecto? consensus enim partium mutuus, & omnium intro extraque cõmeatus [Propositio secunda.] prohibet, ne talia crebrò eueniant. Decipit verò medicos parũ coctioni fidei tribuẽtes, vel quòd falsam pro vera accipiant, vel quòd non intuentes vesperi vrinam intermittentem, putant esse continuam coctionem. Alterum huius dispositionis pronunciatum: non semper satis est certæ saluti, etiam cõtinua nec intercisa coctio. cùm enim in morbo materiali momentanea coctio citra excretionem sanare non sufficiat, vbi expulsio alterius generis est à coquente, fieri potest vt naturalis vis potuerit coquere, animalis non possit ex[2. Præs. 69.]pellere: id quod cum Galeno Rasius testatur in [Ras.10.cont.1] pulmonia, pleuritide, & aliis pectoris morbis, qui tussiendo cerebri opem desiderant. Nam animalem facultatem, vt quę perpetuò copiosoque spiritu indigeat, in morbis ampliùs duabus reliquis [2. Aph.26.] deiectum esse, & experientia & Galenus testis est. Nec in iis tãtum quorum expulsio ab spiratione præstatur, sed & in reliquis internis inflammationibus (ait libro tertio De creticis) ob purgatio[Cap 8.]nis difficultatem. nam per vasa facilis expurgatio est: ad cutem verò ab arte iuuatur; quorum vtroque cùm inflammationes internę destituantur, fit vt cocta licet petimãt, vt certa salus ex cõtinua coctione expectari debeat, certò prædici non debeat. nam & Auicenna testatur anginam [2.4.20.21.] suppuratam pertinere nisi rumpatur: quoniam verò in morbis pectoris auxiliares vires ab animali facultate spetantur ad pellendum, putauit [2.Probl.9.] Aphrodisæus Hippocratem contra præscriptum reliquorum morborum consuluisse, vt appa[1.Acut.27.8.]rente in pleuritide coctione victus augeatur: & declinante iam morbo pleureticum esu adstringente interiisse Galenus auctor est. Tertium, si toto morbi ductu cũtinua præcessit coctio, & ad plenam deuentum est, quod in solo statu accidit, adestque iam vacuatio cretica, nec animo concipi potest mortem ægrum oppetere. cùm enim excoctione plena totus humor sit edomitus, & vacuatio præsens vim indicet naturæ non domãtem tantum, sed & depellentem noxia: nihil est quod timeri queat, non inquam metui potest, ne mors ingruat morbi eius causa, materialis intemperamenti, quem coctio cum vacuatione salubrem esse demonstrat: nam coniuncti alterius oc[Epid.27.]casione, cuius argumentum coctio non est, periclitari potest, sic tabidus diutius viuet, & quod ad humores attinet, apparente cocto pure bene habet, ex aucto verò vlcere mors ingruit, sic pus vlcerati oculi sanitatem monstrat, ne vlceris causa pereat, cicatrix verò ab vlcere residua sæpenumerò visum tollit. Si verò anticipat statũ vacuatio, tantum à perfectione, quantũ à morbi vigore abest. In hunc igitur modum coctio iugis magnã spem boni præbet, idq; perpetuò, accedente verò vacuatione, certissimam. Superest, vtrũ deteriùs sit, crudum esse humorem, an coctum, non expui tamen. potest enim ad vtrunque mors sequi. Sed præstat coctum esse, partim quia longiorem moram requirit cum coctione expulsio, quàm pulsio sola: partim quia ex duobus ad sanitatem necessariis coctus humor partem habet, crudus neutrum.

4. *expuitione*] exactè distribuitur per gradus [Tard.lib.5.10 Vomicarũ gradus.] quosdã malitię & probitatis, puris à rupta interna vomica excretio apud Aurelianum, tutissima est per vrinam. sequitur per sedem: natura enim hæc membra corporis excipiunt excrementa, minus ergo à pure offendentur: quoniam verò per vesicam non tam confertim vacuatur, minusque ideò deliquij discrimen est, præfertur. tertium locum habet per vterum: neq; enim quotidiana excrementa suscipit, sed per mẽsis interualla. Inter prauas supremus locus est cordis: minùs damnatur vbi ad asperam arteriam transumitur, nã & ea nonnunquam repente suffocat, minùs vbi ad pectoris inanitatem, incolumior ad naturalia inter viscera peritoneumque, securissima ad cutem.

5. *incoctas*] cùm pleuritim siccam valdè con[Sicci morbi & humidi varietas.]demnat, cogimur explicare quid sicci & humidi appellatione intelligẽdum sit. Sanè morbum sic[Lib.maras.]cum duplici significato compellant medici; non[7.Ther.]nunquam sicci intẽperamenti excessum: in quem sensum marasmus & vẽtriculi ariditas sicci morbi dicuntur, vt & febrium hectica: nonnunquam omnis materialis morbus ex quocũq; ortus tem-

pera

peramento per ſiccum diſtribuitur & humidum; vt ſit humidus in quauis morbi ſpecie is, in quo per proprios meatus proximoſque pars aliqua *3.Acut.* materiæ deſtillat,ſecus contrà. Igitur in thorace inflammato ſicca affectio eſt, vbi nihil expuitur: in naturalium affectibus, vbi nec per ſedem, nec per veſicam: in cerebro, vbi palatũ cum naribus, nihil excrementi remittuntur: in externis inflammationibus,ſi nihil reſudat: in vaſorum morbis (tales ſunt febres) ſi cutis cum lingua aruerunt,nec *3.45.* ſudore vllo madent. Vtiliſſimè igitur de morbis præſagit Galenus, ſiccum quemuis aut lætalem eſſe aut longum, humidum contrà, quem locum transſcribens Auicenna,vt non eſt à ſuis rectè expoſitus, ita enim cõfirmat Thadæus, morbus ſiccus vel à bile fit, vel à melancholia, quorum humorum prior periculum infert, alter longitudinem.Sed oſtẽſum eſt omnem morbum & à quouis humore poſſe eſſe & humidum & ſiccum, in *6.Aph.12.* eo ſignificato quo Auicenna ex Galeno eo loco agebat. Nec verò quod addit Auicenna internotionem longitudinis à periculo, ſatis efficax eſſe videtur. diiudicat enim ex fuſcedine tarditatem propter frigoris ſignificationem, ex torrido colore diſcrimen.Sed cùm ſiccitas de qua agitur tãtum indicet cruditatẽ:(cruditas enim tamen negata in totũ vacuatione, quàm ex coctionis inopia intelligitur (cruditas autem non ſit ſimpliciter mortis ſignum aut ſalutis, ſed ex adiuncto vitium aut robore aut infirmitate: non ex varietate humoris aut frigidi aut calidi præſagiendum eſt,ſed ex vitium ſtatu. Ex qua auctorum ſententia intelligitur prauum eſſe in morbis ex humore ortis, nihil excerni,non ſudare, ſitire, & in pleu*Raſ.4.cont.* ritide non expuere. Verùm hic Raſius & Auicen*Aui.pleur. Cap.4.* na monent propter difficultatem expectorationis, fieri nonnullas ſiccas pleuritides, nõ propter expultricis imbecillitatem & humoris rebellionem: quare nec prauo vllo præſagio,ſed ob contenti humoris paucitatem,quem natura in ſenſili perſpiratu diſſoluere ſperat,cùm in reliquis morbis & in ipſa etiam pleuritide ferè damnetur ſiccitas. Quærunt verò vltra pleuritis frequentior ſit,dextra ne an læua. cùmque referant Raſius & Iſacius ex Ruffo frequentiùs infeſtari læuum, *Cuius lateris deterior pleuritis.* cauſa ex Nicolo eſt, maius robor renitentis dextri.Sed ſi roboris cauſa maioris,eſt innati caloris exceſſus: in ſiniſtro autem pectore ob arctam & ſpiritum calor viget: robuſtiora ſunt in thorace ſiniſtra, contrà quàm in reliquo corpore.erit ergo illa cerebri euentus in ſiniſtro occaſio, arcta calidiſſimo ſanguine referta magis ſuum latus inflammans, quàm poſſit in dextro vena ſine con*3.Hiſt.15.* iuge. Vtra ſit periculoſior, diſceptant Aretæus *4.Part.2.* & Raſius: Auicenna decernit, cùm calor innatus ſiniſtri pectoris amplior ſit, augeaturque ad natiui proportionem extraneus:fit vt inflammatum ſiniſtrum latus breuius,aut ſuppuret,aut putreat: etitque & periculoſior inflammatio propter ſiniſtri ventriculi cordis præſtantiam:& acutior propter explicatam cauſam.

6. *ſunt etiam*] diuiſit veram pleuritidem in humidam & ſiccam, nunc ſeparat à pleuritide vtraque & exquiſita & non exquiſita latetum cum febre dolores. vt in ſumma ſint congeneres affectus, exquiſita pleuritis ex inflammata primariò pleura cum duro pulſu: non exquiſita ex internis intercoſtalibus cum coloratis ſputis, pulſu verò minimè duro.lateris cum febre dolor aut notha pleuritis ex intercoſtalibus externis aut incumbentibus coſtis citra & tuſſim & ſputa,in qua tamen multi putant eo copioſiorẽ conuenire phlebotomiam, quominus per os expurgatur,& ſanè in pari copia defluxionis copioſior conuenit. Poſtrema, lateris dolor ex pituitoſo humore aut flatu quem febri iungi nihil impoſſibile eſt, in quo periculoſiſſimè mitti ſanguinem monet cum Ætio Trallianus. *Cap. de falſa pleur.*

TERMINVM, *quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas (id eſt, mentem) appellauerunt: ſiue ſimpliciter de ipſis in animum venerit, ſiue (vt aliqui putant) quia eo inflammatione affecto mens lædatur. A Platone autem diaphragma vocari incepit: qui ſanè & ipſe alijs veteribus ſimiliter phrenas appellauit. Putat autem hunc in animalibus vſum habere diaphragma,vt iraſcibilem animæ vim in corde contentam ab appetitoria, quæ in iecore ſedem habet, ſepto diſtinguat: poſteà medici neglecto priſco nomine, diaphragma ipſum appellare conſueuerunt. Id quod in dorſali quoque medulla eos feciſſe conſtat. Quippè huic quoque ob propria ſubſtantia nomen medulla eſt, quemadmodum inſtrumentum, cuius nunc mentionem fecimus, phrenes nuncupantur. Verùm, quo clarior eſſet dignotio, illi dorſalis, quemadmodum & ceruicalis & ſpinalis, atque lumbaris, cognomenta addiderunt. Poſteà ferè omnes ſimpliciter dorſalem appellare conſueuerunt. Sic in præſenti quoque propoſito, phrenum nomine reiecto, diaphragma (id eſt, ſeptum tranſuerſum) nominare magis placuit. 1 Ariſtoteles autem hanc animalis particulam, ſuccincturam appellat, neſcius ipſam magna ac per quàm neceſſaria actioni in animalibus eſſe deputatam. quippè quæ ſpirationis ſit inſtrumentum. Igitur non immeritò, cùm afficitur, ſpirationem lædit: vt ſupra cùm de ſpirandi difficultate ageremus, diximus: vbi proprios eius affectus vnà cum his, qui per conſenſum cum ſpinali medulla & neruis ab ea exortis in ipſo ſiunt, tradidimus. At verò nunc eos affectus, qui ſuperno conſentiente principio, ei adueniunt, perſtringamus. Igitur, anteaquam aliquis deliret, frequentem ac exiguum: infeſtante verò iam delirio, multa varietate inæqualem ſpiritum reddit, vt in libris De ſpirandi difficultate iam dictum eſt. Atque delirare 2 etiam ſolent nonnulli ob vitium, quod in ore ventriculi conſiſtit, & febribus ardentibus, & pleuritide. & peripneumonia. Sed, quia ob ſepti tranſuerſi affectum accidunt deliria, non multum diſtant à phrenitide. Quippè per cæterarum partium affectus, atque per febres ardentes, delirium mitigari ſolet, quoties morbus declinare videtur. At phrenitidis 3 propria præcipuáque nota eſt, ne in declinatione quidem febrium, delirium quieſcere. Neque enim per conſenſum duntaxat ſub huiuſmodi morbo cerebrum afficitur, ſed propria primariáque affectione laborat: atque proinde paulatim accidere, quieſcere verò neque ſubitò neque affatim ſolet, vt in alijs partibus, quarum nuper mentionem fecimus, ac anteaquàm inualeſcat, præcedunt ipſum accidentia non pauca. Eáque omnia 4 phrenetica indicia vocantur, quæ ab ijs quoque, qui me præceſſerunt, conſcripta ſunt. Nam interdum vigilias præcedere, ſiue etiam ſomnum manifeſtis imaginibus turbatum, vt & clament nonnulli, & exiliant, videre eſt. Interdum verò irrationalis accedit obliuio, vt laborantes aliqui, cùm matellam petiiſſent, meiere tamen neglexerint: Aut, cùm lotium emitterent*

emitterent, matellam ipsam prodere haudquaquam meminerint. Interdum maseri cum tumultu, aut temeritate respondent, præsertim vbi aliquis anteà fuerit mansuetus. Atque ij omnes exiguo vtrumque potu. spiratio ipsis rara est, & magna, pulsus minores magísque neruosos habent: nonnunquam occiput dolor infestat. Cùm verò iam proxime ad 5 phrenitidem accedunt, oculi eius vehementer euadunt squallidi, aut ex altero ipsorum acris lachryma effunditur, ac deinde lippitudo innatat; & venæ ipsorum sanguine plenæ videntur, & sanguis stillat è naribus. Quo tempore nihil, quod exactè ad prudentiam pertinet, respondent, & floccos auellunt, & festucas carpunt, atque aridiore febri, cui non ita magnæ in alterutram partem mutationes accedunt, torquentur: quemadmodum in alijs quibusdam febribus videre est. quæ per vigorem quidem grauissime infestant: inclinationes verò habent mitiores. At hæc lingua quoque salebrosa est: nonnulli interdum audiendo falli videntur, ac interdum mœsti iacent, vix quicquam respondentes: atque dispositione dolorifica affecti, vel acriùs premente aliquo, eam haudquaquam sentiunt. Ergo hoc modo per cerebri affectum paulatim phrenitis

v.3 *euenire solet. Ab aliarum verò partium nulla perpetuum delirium procedit, dempto solo 6 septo transuerso, cuius vitio excitatum delirium, parum à continuo distat, adeò, vt veteres putauerint hac parte inflammatione affecta homines phreneticos euadere. Atque ob eandem suspicionem, phrenas (id est, mentem) eam appellauerunt, tanquam φρενοῦντι, id est, sapienti, parti conferat quippiam. verùm delirium, quod huiusmodi vitio accidit, à phrenitide distinguitur, & ex oculorum accidentibus, & sanguinis à naribus stillis, atque spirationis specie. Quippe phreneticorum spiratio magna est, & ex longis semper interuallis. Contrà, vbi à septo delirium oritur, inæqualis, vt modò exigua sit atque frequens, modò magna & angustiosa. Nam incipiente septi transuersi inflammatione, priusquam delirent laborantes, exiguum ac frequentem reddunt spiritum: contrà ijs, qui ob affectum cerebrum delirant, magna prodit raraq́ spiratio. Atque, vt summatim dicam, veluti eorum accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum apparet, aut si apparuerit aliquod, id perexiguum est in his, quibus septum transuersum inflammatione laborare incipit: itaque rursus sursum reuelli hypochondrien. septi transuersi ilico ab initio affecti proprium indicium est: id quod affecto cerebro posterius accidit, non incipiente videlicet affectu, sed cùm factus iam fuerit. Atque calor quoque circa caput & faciem vehementior est ijs, qui ob cerebri vitium delirant. Reliqui septi trãsuersi affectus siue primarij fiunt, siue per consensum illi eueniant, partim quidem ab hoc nostro proposito sunt alieni. (nempè, qui manifestò apparent, vt sunt tum alia accidentia, tum abscessus in ipso exorti) partim verò iam anteà dicti sunt.*

DE affectu septi frequenti, hoc est, de eius inflammatione agit.

1. *Aristoteles*] tertio De partibus 10.

2. *delirare*] cùm ex affectibus ventriculi, pleuræ, pulmonis, sicut in causo deliria sequantur, separat illa Galenus à septi delirio.

Num cerebrum inflãmetur.

2. *propria*] exigit hic locus vt disputetur: Num possit cerebrum inflammari, à quo humore frequentiùs, qua parte periculosiùs. De primo cum negasset Serapio allata ratione, quod durissimũ, vt ossa, quia extendi nequit, & mollissimum, quale cerebrum, quia defluentem humorem non tetinet, inflammari vtraque nequeunt: Auicenna conueniens cum illo in euentus raritate, negat perpetuum esse quod argumentans colligit; reiici enim potest ratio, quoniam non oportet extendi & tumere quicquid inflammatur: partem enim erysipelate obsessam inflammatam dicimus, & dentes inflammatos nonnunquam, in quorum neutro visus tumorem agnoscit. prætereà si nec illorum soliditas nec horum laxitas prohibet, quominus intra poros suscipiatur apponatorque alitorus humor: cur non similiter erit locus noxio inflammatisque? à quo autem humore? (A quo humore.) constat membranas sæpius à calido tenuique, mollia & laxa à frigido denso pati: effluunt enim non retinentur in eo tenues. nec tamen (quod quidam faciunt) nunquam à bile cerebrum pati affirmandum est: quod enim Hippocrates dixit, (3. Aph. 19.) morbi omnes in omnibus & temporibus & ætatibus fiunt, sed alij magis alijs, sic omni membro eueniunt, sed alijs magis, alijs minus. membranas enim à frigido etiam humore inflammari auctor est Galenus. (6. Aph. 33.) cerebrum verò à bile plerique omnes auctores fatentur (De cõst. ar. 18) separato capite de cerebri erysipelate agentes, Paulus, Auicenna, Azarauius, Haly, Ætius. (Cap 8.) Quarto verò De præsagitione pulsuum cerebrum & pulmonem dixit fortasse non admittere scyrrhum, quoniam passio est duris corporib. familiaris; erysipelas nõ negauit, & licet ratio temperamenti magis exigat membranas à frigido humore pati, vtpotè proportionali: veruntamen cùm tumor magis resipiat compositionem, quàm temperamentum, fit vt ab eo humore oriatur crebriùs cui magis aditus patet: quo fit vt membranæ à tenui magis calidoque cerebrum & pulmo à frigido crasso lædantur: & pleuritides, biliosum morbum familiares fecerit hyemi Hippocrates, propter recursum bilis intima petentis. (3. Aph. 33. Zoar lib. 1. Tract. 3. 5.) Ergo cerebrum læthargo magis & pituitoso humori, quàm bilioso obnoxium est, membranę eius contrà. Est autem nonnihil inter Zoar & Auicennam dissidij etiam in membranis cerebri inflammatis, affirmante Zoar crebriorem occasionem præstare pituitam bili mixtam, Auicenna verò biliosum sanguinem. Sed non est operosum componere ambos: siquidem sanguis ferè accedit bili & pituitæ cerebrum obsidentibus. (Quæ periculosior.) De discrimine, certum est crassam membranam cum minore periculo pati, tenuis cum cerebro contendit potissimum exacti sensus & doloris nomine. Sed cerebrum digniùs est, conuoluitur vndique tenui membrana, recipitque multo plus quàm membrana humoris: vertetur igitur in eo inflammato somnum omnium periculum. Quod verò ad nomina attinet, licet omnia illa inflammari possint, non obtinent omnia phrenitidis appellationem Sed est phrenitis, quę (Phrenetidis finitio.) Iuuenali phrenesis dicitur (quæ est hæc tã crassa phrenesis) inflãmatio alterutrius mẽbranæ cerebrũ inuoluentis: quod si aliquãdo addit Galenus, (1. Can pul. 14) vel septi, obiter non separat inter phrenitim, & eam, quæ cùm simillima, sit vera tamen non est, sicut quod aliquando tenui membranæ cerebri videtur addicere, interpretandum est, plurima ex parte eam in causa esse, non semper. habet enim μάλιςα maximè ex inflammata tenui oritur) (Cap cit.) nunquam tamen citra bilem cerebrum vel vnam ex mẽbranis inflammantem consistet. quidam enim

praue

Cap.vii. prauè Galenum interpretátes libro De cauſ.ſymptomatum ſecundo, ex immateriali calore naſci aliquando cōfirmant, quæ verba Galenus de mania,nō de phrenitide ſcripta reliquit.Nec leuiore errato Paulum explicant, apud quem phrenitis oritur ex inflammata alterutra membrana, ſiue communicata etiam cerebro bile,ſiue ſolo calore. non enim ſentit ſimplici calore phrenitim cōſtare,ſed communicari nonnunquam in phrenetico immaterialem cerebro calorem,aliquando etiam bilem. Illud verò ſciendum eſt, quemadmodum paulò antè inflammata pleura neceſſariò interni intercoſtales conſentiunt, & affectionis participes ſunt, & inflammatis internis intercoſtalibus pleura:non tamen idem cōnſenſus eſt externorum ad pleuram, non aliter in phrenitide inflammatæ tenui membranæ communicat cerebrum,& è conuerſo, non ita craſſæ. 4.Præſ.pul.8. Quapropter apud Galenum & Trallianum definitur nonnunquam phrenitis, cerebri & membranæ inflammatio: 2.Cauſ.ſymp. vi. ita tamen explicante Paulo, vt tranſeat in cerebrum vel biliſipſa,vel ſimplex caliditas:nomen verò phrenitidis exquiſitæ vt illic pleuritidis non indicat primariam cerebri,ſed membranæ inflammationem.

4. *phrenetica*] Numerat ſigna ſeparantia paraphrenitim à vera phrenitide.Primùm,in vera antecedunt phrenetica indicia,vigiliæ cephalalgiæ, acutæ febres, & paulatim ſequitur delirium, in falſa repente delirant ex Auicenna: ferè enim phrenetici quatto à febre die delirare incipiunt, ait Ætius. Alterum, propria phrenitidis nota nec in febris inclinatione ſapere. In quo ſigno memorandum eſt, vt veri phrenetici nunquam ex Cap phrenit. Phrenetica ſigna. toto ſapiant,licet enim(quod Auicenna ait) modò in eis alienatio excedat, modò abſcindatur,id eſt,minuatur: momentaneo interuallo in totum mentis compotes non ſunt. In falſa autem per inclinationem,ad ſe reddeunt,quod frequens eſt: rarò enim quidam talium inclinante febre deſipiunt magis, aut caput dolent,ſiue quoniam calor per moram vehementiùs impreſſit, ſiue quia refrigerato corpore, minus fuliginum exauritur: verùm perpetuum eſt in paraphreneticis non eſſe perpetuam dementiam:ceſſat enim per interuallā quod ſæpius eſt inclinationis,aliquando vigoris, nonnunquam, quod in ſynochis fit,eo tempore ceſſat, quo vaporum ad caput impetus non 1.Prorrh.25. fertur. Tertium phrenitidis indicium vrina decolor,vniuerſa bile in caput migrante. Quartum & id laudatiſſimum experimento & Galeno, nun- 1.Cauſ.ſymp. 6.2.4 33. quam paraphrenetici ferocitatem habēt in delirio.Quintum,pauci bibuli ſunt, de quo ſupra dictum eſt. Sextum luminis auerſio.Et quoniam ex inflammationis obſtructione exiguus ſpiritus ad oculos defertur:exiguus autem à lumine diſſipatur,ideò expergefacti lucē auerſamur,ideo laboratibus oculis nigredo grata eſt:& quia in omni dolore lux calefaciens humores agitat, commoti autem maiore dolore excruciant. qua de cauſa 4.Acut.48. 6.Epid.27.31 febribus implacidis commendauit Hippocrates obſcurum conclaue. cæterùm aliquando pro lumine tenebras auerſantur, ſiue non diiudicantes noxia,ſiue ab imaginibus & viſis exterriti: porrò oculi ipſi vel immoti ſunt, vel immodicè palpitant, quorum alterum eſt factæ conuulſionis argumentum: alterum eius quæ adhuc fit. Septi- 1.Prorrh.6. mum, membrorum repentinus nec rationalis motio,& quies. Itaque quidam caput frequenter commutant, alij frequenter oculos tergunt,aut dentes,aut nares:quidam continuò excreant,linguam exerunt & vndique verſant: ſilent pertinaciter,aut immodicè loquuntur:locutio eſt parum dearticulata ſubmiſſaque: labra mordent poculorum,& cochlearia (quod malo eſſe Aurelianus Motionum phreneticarum ratio. ait) manus potiſſimum nunquam non mouent, veſtes ſcindentes aut proprias aut alienas:ſtragula colligentes:feſtucas vellentes:molliter quidis palpitātes,aut furioſè inſilientes:quarum & motionum & quietum cauſæ & vniuerſales ſunt & particulares, partim enim ex temerario iudicio talia committunt: partim quoniam vis ſentiendi offenſa eſt talibus, mouendi verò etiam validior perſtat: nam poſterius cerebrum motionum origo ferè in phrenetico inflammatum non eſt,propter frigiditatem & vaſorum exiguitatem. præterea immodicus calor ad motum excitat: ſiccitas verò niſi eo accedat vt ligamenta occulleſcant, articulorum motiones promouere auctor 3.Cauſ.ſym.3 eſt Galenus. Accedit morſus membranarum cerebri, 1.vſu.1. quem vis conatur excutere: non modicè (quod ratio facit) ſed vltimo conatu exhauſtiſque ob diſcurſus inopiam viribus. Cur manus mobiliores habeant,ratio eſt, quòd ſint mēbrum deſtinatum creberrimis mutationibus, vt organum organorum dictæ ſint Galeno, & quod cerebro viciniſſimæ ſint. Iactandæ linguæ occaſionem fortè præſtat immodica ariditas, quærit enim irrigari. Silentij cauſam referunt in linguæ impotentiam præ ſiccitate, aut vulnere, extremam enim non rarò mordent. Feſtucarum collectio ad fuligines refertur albugineum obſidentes, aut imaginationes clauſis oculis conceptas.

5. *phrenitim*] φρενιτίζειν, ad phreniticè delirandum, vel ad phrenitidis confirmationem: nam priora illa initium phrenitidi præſtabant.

6. *ſepto*] ſeparat ſimillima deliria ſepti à vera phrenitide. cùm in phrenitide ſit reſpiratio magna,rara; in ſepto inflammato parua,denſa:accedente verò delirio, inæqualis ex vtraque reſpirationis oppoſitione permixta: ſecundò, cùm ab initio phreneticis adſint ſigna propria,qualia dicta ſunt,citra præcordiorum retractionem:inflāmato ſepto è contrario.

SECTIO TERTIA.

EAM partem quæ inter fauces & os ventriculi media eſt, quam veteres œſophagon nominabant, qui poſt Ariſtotelis ſeculum ſcripſerunt, ſtomachon, nos gulam dicimus, appellare conſueuerunt. quamuis Ariſtoteles priſco ſemper vocabulo hanc animalis particulam nominauerit. Eius duplex eſt vſus: vnum, quod veluti via eſt eorum, quæ deuorantur, alter, quod circa 1 vtranque viam actionem quandam efficere videtur, tum deuorando ea quæ ab ore ad ventriculum deferuntur, tum reijciendo ea quæ ab hoc ad os eleuantur. Cùm enim geminæ ſint ei partes, (quas diſſectores tunicas appellant) 2 altera ad cibi potúſque deglutitionem vtitur: altera ad eam quæ vomendo fit, expulſionem: proinde rationi conſentaneum eſt, duo eſſe affectuum ipſius genera, vnum vt viæ eorum,quæ ingeruntur: alterum,vt inſtrumenti eorum,tum quæ euomuntur,tum quæ deuorantur. Conſtat verò duorum iam memoratorum vſuum alterum quidem ſemper eſſe neceſſarium: alterum verò propter 3 occaſiones quaſdam. 4 Igitur eorum CAP. 4.

eorum accidentium, quæ ipsum: tanquam viam, infeſtāt, genus vnum eſt. cùm ob tumorem aliquem præter naturam anguſtior ſit ipſius meatus: alterum cum proprias actiones perficere nequit. Porrò [5] iam anteà, vbi de angina, quæ ad vertebrarum in ceruice luxationem ſequitur, ſermo habebatur, diximus quod acquiſititia ei anguſtia accidit, vbi à vertebris ipſis comprimitur, cuius rei nunc quoque admonitum te eſſe velim. Nec obliuioni tradas tumores eorum muſculorum, qui gulam ipſam inuoluunt, quomodocunque fiant: nam de omnibus in libro De tumoribus præter naturam dictum iam eſt. Cæterùm in ijs omnibus commune eſt, quod tanta ſæpenumerò inter deuorandum infeſtat anguſtia, vt potius ad nares remittatur. Cùm verò inflammatione affectam gulam, familiaris propriáque anguſtia non à vicinis partibus acquiſita torquetur: tum grauiſſimus inter deglutiendum dolor infeſtat, accedente quoque per quàm difficili tranſitu: præſertim ſi [6] ſupinus, qui laborat iacens tranſglutire quippiam conetur. quocirca ſic affecti habitum transformare, atque erigere ſeſe ſtudent, ex accidente ipſo edocti faciliorem ita fiat fieri deglutitionem: adeo vt haud parum habitus hic ac ciborum in decliues partes delationem conferre videatur, vt pote quæ ſæpenumerò vel ſola fieri, ſi priùs ex ore vſque ad gulæ initium facta fuerit expreſſio. At ſupino decubitu nullum ſperatur auxilium: quo faciliùs ad inferna partes ferantur alimenta, quippe quod tunc à ſola gulæ actione deuorandi munus perfici poteſt. Neque verò latet vos, quod partium inflammatione affectarum nulla non dolet, cùm ſuo munere fungitur. Contrà, vbi quieuerit, dolor mitigari ſolet. Ergo cùm gula ſentiendi facultate ſit prædita, eo ipſo quoque vti licebit quaſi auctario partis, vnde paſſiones eius dignoſcantur: id quod à laborante inter reſpondendum deprehendere licet, niſi adeò fuerit ſaxum, vt, quid ipſum lædat, narrare non poſſit: quod ſi eiuſmodi eſt, qui poſſit animi ſenſa interpretari, gulæ ſenſus maximum præſtabit corollarium ad affectuum ipſius dignotionem. Etenim imbecillitatem nonnunquam percipere ſe dicunt laborantes, vt longo vix temporis ſpacio per gulam tranſeant ea, quæ ingeſta ſunt, quæ aliquando ad primum impetum facilè deſcendunt, deinde rurſus arcentur, vt videantur impacta demum per reſiduum ſpacium expeditè ac faciliimè labuntur. Horum primum actionis infirmitatem, alterum particulæ cuiuſpiam anguſtiam indicat. Verùm vtriuſque differentias ex reliquis accidentibus intelligere licet. Nam in imbecillitate, quæ à ſola intemperie citra tumorem præter naturam fit, ingeſtorum in tranſitu tarditas æqualis eſt, & ſine dolore, & in ſupino decubitu augetur: erecta verò ceruice mitigatur, neque vllum accedit anguſtiæ ſenſus: vbi verò cum tumore eſt imbecillitas, vnam quampiam particulam anguſtiorem cæteris efficit, atque per eam tardior erit tranſitus. Quòd ſi tumor inflammationis fuerit particeps, aut eryſipelatis accedit ei pariter & dolor, & ſitis, & multi caloris ſenſus, & febris non admodum ardens, quæ etiam ſitis [7] proportione haudquaquam reſpondet. Si verò tumor aliquis ex non ita calidis fuerit: tum citra febrim, & calorem, & ſitim, deglutitionis inæqualitas eueniet, retentis in parte quapiam alimentis: præſertim ſi maiuſculum, atque ſolidum fuerit id, quod deuoratur, acceditq́; dolor aliquis, ſed exiguus. Ergo cum aliquando huiuſcemodi accidentia longo temporis tractu nobis apparuiſſent, accedente nonnunquam ephemera febre, nonnunquam etiam horrore, & coniecturam feciſſemus abſceſſum cõactum difficilem eſſe in gula: accidit procedente tempore, vt laborans ruptionis ſenſum perciperet, ac ſubinde pus euomeret: idq́; non ſolùm eodem, ſed poſtero quoque die, atque itidem tertio: deinde ſuccedebãt ei deinceps omnia vlceratæ gulæ indicia. Quippe ſiue acria, ſiue accida, ſiue ſalſa, ſiue acerba, deuoraret, aut vellicationem, aut adſtrictionem ſentiebat: dolebatq́; hac in parte vel nihil deglutiendo, ſed moderatius: vehementiorem verò dolorem excitabant ea, quibus mordendi, aut adſtringendi vis erat. hic ergo longo temporis ſpacio vix ſeruatus eſt, ſcilicet, ætatis beneficio: etenim natu maiores, ferè omnes perierunt. Sane, quotquot dolorificum quempiam in gula habent affectum, omnes ex dorſi quoque dolore ipſum ſignificantur declarant: cuius rei cauſa haud obſcura eſt his, qui gulam ſpinæ incumbentem viderunt. [8] Quin etiam conſtat, quod ex gulæ vaſis haud ſecus, quàm ex reliquis omnibus, ſanguis vomendo reijci poteſt. Id ſi ob ruptum vas acciderit, dolor ibi percipitur: ac locum, vbi aliquid ruptum eſt, indicat. Haud ſecus, vbi vena fuerit eroſa, ſiue diabroſin, ſiue anabroſin, ſiue aliter quomodolibet nominare volueris. Aperto autem vaſis alicuius ore, nullus omnino dolor ſentitur: atque à reliquis diſtinguitur, ac præterea quod neque ictus, neque caſus hanc profuſionem præceſſit, id quod rupto vaſe videre eſt. quanquam ob ſolam ſanguinis plenitudinem, nulla adueniente extrinſecus cauſa, vaſa interdum dirumpi poſſunt. At venæ eroſionem, vlcus præcedere ſolet. Fit autem vlcus vel rupto vaſe, vel malignorum humorum influentia, id quod in cute quoque ſæpenumero accidere videmus.

ABSOLVTA ſepti tractatione diſputat de gulæ affectibus præſenti capite, ſequenti autem de ventriculi.

1. *vtranque viam*] duas vias appellat ab ore ad ventriculum, & à ventriculo ad os.

2. *altera*] Aduerſari videtur hic locus ab eo qui *Cap.8.* eſt libro Naturalium facultatũ tertio. vbi deglutitionem docet perfici quidem poſſe interna ſolæ mẽbrana longis villis cõſtãte, ſed deterius quàm ſi etiam externorum circularium ope iuuetur. Quapropter hic obiter vſus expẽdit varios duarũ membranarum, illic exactius vtrique vſui ambas applicat, & hic primarium, illic etiã minus principem. Sed ſi ita aſſeratur, obiici poteſt, duorum oppoſitorum motuum idem agens eſſe nõ poſſe, ſiue temperaturam ſpectes, ſiue compoſitionem: nam expulſioni alia temperatura quam tractui miniſtrat libro De ſymptomatum cauſis tertio. & alia muſculi oppoſitio extendendo quàm flectendo membro, libro De motu muſculorũ primo. *Cap.5.* nõ ergo externa gulæ membrana & vomitui ſeruiet, & deglutitioni. Diluitur obiectio, ſi conſideramus ad varios, adde etiam oppoſitos motus edendos exigi oppoſitionem in ſitu mouentium villorum. quomodo qui intus ſunt brachium flectunt, qui extra tendunt: aut in corporis mouendi ſitu, licet muſculi, eodem ſitu operentur: nam qui pergit ad ſcholas, & ab ſcholis domũ regreditur, eorundem, muſculorum crura flectentium opere vtitur, ſed corpore mouendo variè conſtituto; modò enim ſcholas reſpicit, modò domum: aut ſaltem in ordine operis partium villi moti: mẽbrana enim gulæ extima, ſi orditur villorum circularium contractionem ab ore, deglutitioni ſeruit: ſi à ventriculi orificio, vomitui.

Deglutitio quomodo perficiatur.

3. *propter occaſiones*] leges, (ex variis occaſionib⁹)

& eſt ſenſus;vt viam ſemper ſeruire tam vomitui quàm deglutitioni : vt agẽs verò modò facere ad deglutitionem,modò ad vomitum, pro vt vel deeſt ventriculo quidpiam trahendum,vel abundat expellendum , quod enim deglutitionem vis etiam operetur non ſola alimenti grauitas,argumento eſt celeritas & tarditas deglutitionis facultati reſpondens.

4.*igitur eorum*]lege(genus igitur vnũ eſt ſymptomatum gulam infeſtantium ceu viam , videlicet cùm anguſtior fit meatus : alterum genus affectuum,vbi proprias actiones perficere nequit.)

5. *porrò iam*] docet internoſcere hos affectus ex deglutiendi varietate.

6.*ſupinum*]Colligendum ex hoc loco eſt deglutitionem in erecto faciliorẽ eſſe, nõ ſecus quàm de reſpiratione antè dictum eſt:quapropter vtrique docente natura erigũtur,& qui difficultatem ſentiunt in deglutiendo,& qui in reſpirando,accedente enim alimento ad initium ſtantis gulæ deſcendit,& muſculorum vi,& innata grauitate: ſupinus verò ſitus in deglutitione eclegmatum thoracicorum commẽdatur libro methodi quinto,quoniam ita conſtituto homine, otiãtibus verò muſculis qui gulæ præſunt,delabitur medicamentum in arteriam,eo quòd anteſtat gulæ,eſtque,patentior multo meatus.gula enim niſi muſculorum deuorantium ope , ingeſta non admittit : prono enim homini (quod quidam fingunt) qui delabetur in pectus quod in excelſo loco ſitum eſt medicamentum?

Deglutitio eclegmatũ Cap,12.

7. *ſiti*] non reſpondet febris ſiti , quia in inflammatione iuxta ventriculi os areſcit magis os ventriculi,quàm cor exuratur. Sicut in nonnullis febribus vbi venter abundat humiditate, minor eſt ſitis quàm pro febris ratione.

8. *quinetiam*]vomitus ſanguinis ex gula triplicem differentiam proponit hemoptoiſi proportionalem.

CAP.V. *VETERES os ventriculi cor nominabant , ab accidentibus,quæ inducere videtur,hanc(vt aiunt) deducentes appellationem. Neque enim ſolum , vt cardiaci ſyncopis , ita & ſtomachicis nonnulli corripiuntur : ſed etiam conuulſionibus,ſopore,morbo comitiali,& melãcholia,nec non accidentibus,qualia per ſuffuſiones infeſtant , vt iam antea.cùm de oculis loqueremur , dictum eſt.atque omnes hi affectus conſentiẽtibus ei cæteris partibus,in ipſo 1 fieri dicuntur. nam ad propriam eius rationem pertinet,& 2 appetentiam prohibere , & natãtes cibos corrumpere,quemadmodum,vbi cibi in ventriculi fundo firmantur , præcipue ſi ſuapte natura non ita facile corrumpantur.nihil horum patitur.Igitur exactè animum aduertere oportet,vt diſcernantur affectus,qui 3 in ipſo per conſenſum eueniunt , ab iis,qui huiuſmodi particulis ,quarum actionibus nocere conſueuit os vẽtriculi affectũ,(quod.vt veteres omnes cor appellabant, ita noſtra tempeſtate 4 ſtomachus vocatur) primariò accidere cenſentur.Sed hæc inter ſe diſcernere facilè poterit is, qui aſſidua exercitatione circa notiones verſatus,ea,quæ præceſſerunt,diligenter conſiderauerit. Sunt enim proprietates quædam 5 ineffabiles , ſed quæ accidentibus,quæ narrari poſſunt,ſuccedunt, quibus certiores ſtabilioreſq; euadunt affectarum partium notæ:ſed has vnuſquiſque per ſe inuenire poterit.Quæ verò tanquam fundamenta vniuerſa dignotionis exiſtunt,atque ex quibus ſtudioſiſſimi quique ineffabiles accidẽtiũ proprietates adiſcunt, deinceps explicare aggredior.Igitur Grammaticus quidam iuuenis , quoties vel nimis vehementer doceret aut cogitaret,aut inediam ſuſtineret:aut iraſceretur,comitiali morbo corripiebatur. 6 Perpendi quidem in hoc os vẽtriculi(vt pote quod facilè ſentiret) affectum eſſe : ac deinde per conſenſum & totum cerebrum,& corpus vniuerſum conuulſione concuti:cui probam concoctionem accurate procurare , ac 7 tertia vel quarta hora panem optime præparatum exhibere iuſſi.atque hunc quidem ſolũ,ſi non ſitiret : ſi verò ſiti cruciaretur,ex vino diluto , & quidem albo atque modicè adſtringente.nam huiuſmodi vinum vt ventriculum robuſtum efficit,ita haudquaquam tentat caput:id quod facere ſolent ea , quæ vehementes vires obtinent . Cùm igitur hac victus ratione vtens non,vt antè,afficeretur, exactam iam notitiam me habere arbitratus ſum eorum , quæ prius ſola coniectura conſequebar. Itáque quolibet anno bis,aut etiam ter medicamentum amarũ ex aloe ei exhibui:totum enim ventrem à ſuperfluitatibus purgat , & ad proprias actiones roborat : atque ita vir ille viginti annis, quibus poſtea ſuperſtes permanſit, integra inculpataq; valetudine vitam exegit. Quòd ſi aliquando ob ingruentia negotia diutiùs à cibo abſtinere cogeretur , breuiſſima quadam conuulſione vexabatur.Iam alios quoque vidimus conuulſione comitiali ob oris ſtomachi vitium correptos:cùm aut non probe concoxiſſent , aut vini & quidem meracioris plurimum potaſſent , aut vbi Veneri immodicè operam dediſſent.Quinetiam per 8 febres quoſdam conſpeximus derepente conuulſione prehendi,nullo, quod eam præſagiret, præcedente indicio:qui bilioſo ſuperueniente vomitu ,protinus ab omni noxa liberati fuerunt. Atque hoc modo affectorum nonnulli res quaſdam fuſcas vomendo reiecerunt , alij humorem porri ſucco ſimilem : quidam etiã vitioſorũ eduliorũ copia grauati , ſoporoſi permanſerunt,donec ea , quæ os ventriculi opprimebant, omnia euomuiſſent. Atque horum accidentium vix vllum crederes à ventriculi ore procedere, quemadmodum ne ſyncopas quoque niſi tam crebrò ita euenire viderentur. Quanquam enim non pauci ad ipſum ex cerebro nerui perueniunt , non tamen tot eſſe videntur , vt per eos tantus ſit principij cum ore ventriculi conſenſus; vt inde conuulſio inferri poſſit : tantũ abeſt, vt quis credat cor ipſum tam vehementer oris ventriculi conſentire.vt acuta protinus ſequatur ſyncopa. Porrò multos nõ ſolùm 9 inſomnia, & ſomni tumultuoſi moleſtant , ſed amentia quoque , propter vitioſum humorem in ore ventriculi aceruatum.De flatuoſo verò vocato & hypochondriaco morbo nemo non dixit , quomodo triſtitiam,deſperationem,mæſtitiam inducat: Atque,vt ſummatim dicam,ad melancholiæ accidentia nihil reliqui facit. Quippe laborantes huiuſmodi morbo, poſt cruditates dictis accidentibus multo vehementiùs infeſtantur : ac plures ex ipſis 10 ſplenici quoque ſunt. Quocirca conijciendum eſt ex hoc etiam viſcere vitioſam ſaniem in ventriculum irruere. Ergo ea accidentia , quæ vel cerebrum , vel oculos afficiunt , vitioſorum humorum vaporationem ſequuntur. At ſyncopa,quæ ſtomachi vitio ſolet euenire , ob dolorum ipſius 11 proprietatem exolutionem inducit,eius quoque intemperie ad cor fortaſſe perueniente:quare cum id quoque vehemẽtem intemperiem ſuſcipit,vires agminatim cadere neceſſe fit. Atque conſtat etiam,quod κίττ[ας 12 (id eſt.picæ)vocata, mulieribus accidunt,vbi hæc particula affecta eſt. Quæ enim aut canum more aut nihil omnino , aut malos cibos cupiunt , iis appetentiæ inſtrumentum læſum eſſe certum eſt : id verò os ventriculi eſſe iam demonſtratũ eſt.Sit enim nauſea cordis dolores,ſingultus inter

huiuſce

huiusce partis affectum numerari debent. Verùm omniũ harum affectionum causas, in libro De accidẽtium causis iam diximus, vt nihil nunc opus sit, in earum explicatione temporis iacturam facere. Etenim, quæ per intemperãtiam et veluti similari corpori morborum differentia adueniunt iam ibi enarrata sunt. Instrumentales verò morbi, qui ei accidere solent, adeo manifestas habent notas, vt latere possint neminem, qui communes significationes, quæ & hic antea commentarijs, & in alijs quibusdam præscripta sunt, memoria tenuerit. Neque enim abscessus, neque inflammatio, neque erysipelas, neque vlcera huius loci in obscuro sunt, vtpote quorum communes sunt notæ cum ijs, quæ suprà de gula affectionibus dicta sunt: atque illis eo manifestiores, quo facilior huic parti sensus est, ac claram quoque promptamq́; notionẽ habet. Si similiter, vbi ex hac parte sanguis reijcitur, iudiciorũ proprietas communis est cũ illis, quæ de gula iam diximus, verùm cognitio longè manifestior euadit. Atque hoc esse videtur totũ vẽtriculi spacium simili dispositione affici, quales sunt illæ quas in ipsum ore fieri diximus, atque similia quoque ei aduenire accidentia. 3 *Quod verò longè maiorem inferunt violentiãaa, quæ in ipsum ore contingũt, idcirco medici ea, quæ in parte ventriculi inferiores eueniũt, perinde ac si omnino non fierẽt, & despicere, & contẽnere solent. At, quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est hanc ipsam partem, cùm male disposita fuerit, cruditatum esse causam: cũ videlicet vel ob inordinatam alimentorũ ingestionẽ, aut multitudinem, aut qualitatem homo concoquere nequit. Morbi verò cæteris partibus omnibus communes, siue instrumẽtales sint, siue per solam intemperiem infestant, quorum sedes affecta manifesta sunt ad hanc præsentem commẽtationem propeiè non pertinent: quippe eas duntaxat partes, quæ sensus iudicium effugiunt, considerare propositum est. Sed de sanguine, qui ex ipso vomendo reijcitur, non conuenit inter medicos. Etenim, sunt qui putent, nequaquam fieri posse, vt sanguis vel ab hepate vel à liene effluens per ipsum euacuetur: similiter de pure quoque ab ipsis erumpente existimant. Verumenimuerò per artis exercitationem vtramque opinionem examinanti mihi, visa est per ipsum fieri euacuatio ex dictis visceribus. Cæterùm differre volumus huius rei doctrinam in eum locum, vbi de ipsis sermonem faciemus: quippe deinceps & iecinoris & lienis affectus percurrere propositum est.*

VENTRICVLI 1 affectus prosequitur.

1. *in ipso fieri dicuntur*] lege (propter ipsum fiunt) cùm autem Galenus in reliquis capitibus tradat partis de qua sermo institutus est affectus proprios, & per consensum, hic tradit affectus oris ventris quos hæc pars patitur, & quos aliæ huius consensu: quoniam plura membra ipsi consentiunt, quàm ipse ab illis patiatur.

Cap. 4. 2. *appetentiam*] nono quidem De vsu toti ventri tribuit appetentiam, ita vt intestinis minima ea facultas insit, magis ventriculo, maxima ori ventriculi; eò enim descendunt sensuri penuriam nerui, sicut coctrix caloris indiga magis fundo tribuitur calidiori. Sed de appetẽtia quæri potest, cur præstentur nerui in vsum, sentiendæ miserabilicarũ suctionis: sintq́ue in crassis intestinis plurimæ, pauciores in tenuibus & vẽtriculo, paucissimę in stomacho; tamẽ donatur vẽtriculi os (quod stomachum vocant) grandibus ad sensum neruis: De coctione verò vtri magis accepta referatur calori ne qui in vicinis membris abundat, an formæ quæ in ventriculo est: ex quibus quod primo loco quæsitum est, in hunc modum expediẽduni est. In reliquis omnibus partibus quæ post ventriculi os sitæ sunt, naturalis sat erat appetentia, qua à se mutuo quasi circulo quodam membra sugunt rapiuntq́ue alimentum; quoad tractionis impetus ori ventriculi occurrat: in quo solo ideo sensus viget, quoniam & munus externum nutrimentum in totius vsus expetendi: ita enim cessat dolor suctioq́ue. nam quæ membra post os ventriculi sunt, frustra ex sensata suctione dolerent, & sine fructu famescerent. Illud alterũ difficilius. Nam certũ est calorem coctioni summopere cõferre, siquidem calidiores vẽtriculi auiũ propter accedentem fundo carnem semina atterunt, & margaritas columbi breuissimo in orbem eliquant, & (quod fidem omnem superat, & tamen verum est) struthio ferrum, non quod placentinus putat propter duplex exercitium progressus & volatus. Est enim propter corporis pondus ad volatum iners, progressu verò tarda: sed propter crassiorem calidioremq́ue ventriculi carnem; & in vniuersum calidiores hominũ ventriculi conficiunt frigidis insuperabilia: calorem autem vigere magis in vicinis quàm in vẽtriculo apertissimum est. quo nomine illis coctio magis tribuẽda videri posset: tamẽ quoniam ea exiccatio alimento præstita, non tam calori debetur vt calor est (neque enim eam ab igne tanto calidiore sperare possis,) sed vt est naturæ coquentis instrumentum: non aliter quàm solaris calor fruges maturat, animalia gignit solis agẽtis magis quam radij vi, & calore: fit vt alimenti in succum versio attritioq́ue, & adhuc magis chylificatio, hoc est in ventriculi similitudinem mutatio, ea ventriculi forma naturaq́ue magis quàm à communicato è visceribus circondantibus calore proficiscatur. — Coquẽdi & appetẽdi instrumenta.

3. *qui in ipso*] lege (qui ipsius gratia.)

4. *stomachus*] nunc eò deflectit vsus, vt totus vẽtriculus ita appelletur.

5. *ineffabiles*] qualis est dignotio hepatici aut lienosi ea coloris proprietate, sensu quidẽ exercitato facili, voce verò non explicabili.

6. *perpendi*] suo exemplo docet Galenus timati membrum primariò affectum ex iis quæ propria cuique sunt, quale erat in Grammatico tam exactus stomachi sensus, vt à vehementi animi intentione quauis, confestim bilis ad ventriculum defluxum, & ab ea symptomata pateretur.

7. *tertia*] commodissimè enim eo tempore sumitur ab iis quorum stomachus ieiunus facilè recipit biliosos ichores apud Trallianũ & Galenũ: nam protinus à somno non solùm inutile est ientaculum, sed & quiduis aliud sumitur: ita vt etiam puerulos interdicat Galenus inter exercitationem ab eo, ne impediatur retentorum excrementorum & vaporum per somnum expurgatio. Siccum verò panem, hoc est sine potu optat Galenus & hic & libro De sanitate primo, quoniam cibus omnis quem exercitium excepturũ est, cũ potu deterior est. Sed nihil nimis. Si enim sitl cruciatur hic ad ientaculum, ad merendam verò libro Methodi septimo & molestum esse & inutile ait in totũ abstinere. idem suo exemplo laudat solũ panem si toleret sumi, & ea eo Auicẽna. — Cap. cephalæa. 6. San. 8. 1. San 14. Cap. Iẽtaculi ratio. Cap. 8.

3. De alim. fac. 7. 8. Local. cephalalgia. 1.

Sed Trallianus commendat in valido ventriculi calore cicera, in minore poma, aut oliuas aut vuas passas. Addit Galenus dactylos: cùm tamen & oliuæ & dactyli caput offendunt, sed habet maiorem rationem stomachi primariò passi quàm compositi capitis. Siraci verò apud Auicennam putat panem solum in ventriculo vitiari, ideò præstare vt misceatur obsonium: consentit autem experimentum, siue id panis natura & fermenti vis inimica efficiat, siue dissuetudo. Quare nisi ventriculus robustus fuerit, qualem Galeno fuisse probabile est, præstat quidpiam pani admiscere.

8. *per febres*] quinto Aphor. primo.

9. *insomnia*] referuntur inter pueriles morbos insomnia & pauores ex ventriculi cruditate libro Aphorismorum tertio. Sed & in adultis, vbi cruditates patiuntur, tumultuosi somni, & insomnia pro alimenti natura, & terrentes imaginationes, ex melancholico cibo. Propterea enim quòd per somnum ociatur, cogitatio sæpè corporea exactiùs percipit; vnde lumbricis obnoxij exclamant, masticant, strident: sicut communicato suaui vapore dormientes rident: deliria verò etiam ventriculi vitio fieri, Auicenna quoque author est, sicut & cardiacas Aetius.

1. 3 Tract. 4 libr. 9. 1.

10. *splenici*] opportunè expendendus vsus lienis est, & num à liene mandetur ad ventriculum melancholia: num verò etiam incitandæ cōferat appetentiæ: postremò si in hora ipsa famescendi. Et vt à primo ordiamur, videtur natura eo artificio iuxta hepar lienem formasse, quo agricolæ fecūdas segetes lupinis circundant. Sicut enim illic allecto in lupinorum incrementū terræ amarore, euadit triticū dulcius lætiúsque: ita hepatis sanguis tracta in lienis alimoniam fæce. hoc etiā vsu chorion fœtibus indidisse videtur, quoniam sanguis fœtum alturus melancholia abundat. cùm enim nō colligatur fæx in vesicam instar bilis & ferri, est coniectura hæc operantis naturæ multo probabilior, quàm si simplici expurgationi fæcis addicatur. argumentū est quod aues volatu sufficienter sanguinem extenuātes partim nullo, partim minimo liene formantur apud Aristotelem. quoniā enim ex atræ crassitiæ meatibus obstructio promptissima erat, excogitato remedio alendi ex eo lienis, citra periculum subuenit. attenuationi verò eius præstruit & arterias plurimas & laxissimam conditionem. Mandari verò eam ad ventriculi os authores sunt Paulus & Auicenna. quocirca audiendi esse non videntur qui viā excogitant per exiles admodum & graciles ramos à lienis fastigio ad ventriculi fundum; tum quoniā propagines illæ ori ventriculi non implātantur; tum quia post exactam succi in liene coctionem attenuationemque nihil superesse expurgādum rationabile est: sic vt nec in mamillis menstrui post lactis generationem: quod si superesset, coctione multa edulcorata inutilis ventriculo euaderet: tum quia iecoris analogia docet ab ingressu explantari eam oportere: nam & in iecore, quantum ob crassitiem totum hepar permeare non potuit, ante portas in lienem eructatur. non secus in liene apparet antequàm lienem vena ingrediatur, explantari insignem ramū ad os vētriculi, illudque instar coronæ circūdare, deferenté id quod pre crassitie & austeritate in lienem conscendere nequiuit: vt meritò exclamet Auicenna, & in laudem prorumpat creantis, cuius precepto leuissimum bilis excrementum infernè ad intestina, ne ventriculum offenderet, delegatum est, grauissimum verò melancholiæ sursum ad vētriculum speratæ commoditatis gratia. Ea verò cōmoditas præstatur in coquendo astrictione corrugationéque ventriculi. Num verò etiam ad appetendum cōferat, ea Galeno quis meritò vertat in controuersiam. Nam præterquam quod libro quinto De vsu part. vsum eius in sola retentione agnoscit, etiam quando negare visus est, vt cùm libro Epidemiæ sexto negat à melancholica cacochymia appetentiam augeri. Sed condonāda est sua Galeno consuetudo prætermittendi nonnunquam aliquid eorum quæ ad rem faciunt. Nō enim solus Auicenna cum Paulo in appetendi munere beneficium melancholiæ in ventriculo retulerunt, sed & Galenus ipse paulo post. ratio verò ostēdit manifestissima, astrictio enim & frigiditas melācholiæ summopere adiumento sunt ad appetēdum, ait Galenus, ita quod ars salsamētis, natura melancholiæ illitione parat. & apud Auicennam in melancholicis affectibus fames augetur, & vna causa fastidij asseritur eidem obstructio prohibens eius à liene ad ventriculum delationem. nam quod negauit melancholicam cacochymiam famem inducere: significat eā non esse quæ maximè id operetur, & vehementer, sed ex pituita acida ortam cacochymiam: quod idem scripserat secundo Aphorismorum: Mandari verò eo tempore quo corpus est alimenti indigum non alio, commētitium videtur; nec enim (quod quidam citant) ab Auicēna dictum, nec rationale est, vt naturale membrū rationis opera exequatur. trahi enim ad famescentem ventriculum & ab hepate & à liene prauos ichores & hic, & tertio naturalium dictum à Galeno est; sed ante eū confluxum, fames est confluxus causa: non ergo famem melancholia, sed melancholiā fames attrahit. tantum ergo credendum est perpetuum esse & à vesica fellea ad intestina bilis defluxum, & à liene ad ventriculum melācholiæ; huiúsque melancholiæ interuentu ventriculum ad meliorem parari appetentiam, retētionem, coctionem: nec quia à melancholia appetentiam excitari dicimus, iam caninam eam famem appellare par est; moderata enim atra ad modicam famem, & ideò naturalem parat; immodica ad vehemētem, ideo caninam & morbosam.

Lienis vsus.

2. Hist. 15.

Quàm man- detur melā- cholia ven- triculo.

4. de vsu part. 15. Aui. 1. 15. tract. 2. 1.

1. 1 De hemor- rhoi.

Quē vsum atra vētricu- lo præstat.

Cap. 4. Sect. 3. 17.

Lib. 6. 1.

2. Caus. Symp. c. 13. 3. 1. 13. 3. tract. 2. 7.

2. Aph. 24.

1. 1. Doct. 4. 2. Quādo atra mandetur. Cap. 13.

11. *proprietatem*] significat quosdam dolores aptiores esse aliis ad inductionem deliquij, licet magnitudine non valdè excedant; videturque ea proprietas in commercio cordis sita: nam dolorū magnitudo experimento seniorū, ait Plinius, est calculi, stomachi, capitis. Galenus verò reiicit ab eo ordine caput, recipit verò coli, auris, oculi, dētis; atrocissimi verò sunt etiam partus & arthritidis; caput verò, quia rarò ea sæuitia premitur, à Galeno reiectum est.

Lib 25. 3. Dolorum ordo. 2. Local. 1. 7. Hist. 4. Act. li. 15. 10.

12. *pica*] apud Aristotelem à variis picæ coloribus nomen habet, vel quia subinde mutat appetentiam, non secus quàm pica loca. Græcis *κίσσα*, id est, hedera, quoniam vt hedera obuiis hæret, ita grauidæ eo malo correptæ omni obuio alimento.

13. *quod verò*] hactenus oris ventriculi affectus; nunc reliquæ inanitatis.

14. *visceribus*] constat experimento plurimum sanguinem vomendo ab iis reiici visceribus.

SECTIO

SECTIO QVARTA.

CAP. VI. HVIC parti, quemadmodum & cæteris omnibus, duplex morborum genus accidit: vnum à sola intemperie citra tumorem præter naturam: alterum, vbi vnà cum intemperie tumor quoque infestat, vt inflammatio erysipelas, scirrhus, id est, tumor durus: spirituosæ seu flatulentæ distentiones, obstructiones à crassis & viscosis humoribus, idq́ue in 1 extremis vasorum partibus, quæ ex venæ ipsius portæ exoriuntur: has quidem obstructiones sequitur grauitatis sensus, quæ dextro hypochondrio incubat. Quando verò halituosus quoque spiritus, cui non pateat exitus, ibi concluditur, non solum grauitas, sed tensionis etiam sensus sequetur. Inflammationes verò, quæ in hoc viscere 2 citra ipsius imbecillitatem nascuntur, siquidem in gibba parte consistant, præcipue si grandes fuerint, persacile vel solo tactu dignosci possunt. At simarum partium inflammationes per alia potius accidentia, quàm per tactum, inuestigare oportet. Incipiam igitur ab his, quæ in parte gibba oriuntur: si prius vos admonuero eorum, quos in corporum dissectione conspexistis, musculorum, qui sub cute tenduntur. Sunt verò octo numero, quatuor contenti coniugationibus: 3 quarum prima ex musculis constat rectis per totum carneis, à locis, quæ circa sternon sunt, ad pubis ossa: ita enim vocant dissectores: descendentibus. At reliquarum trium coniugationum musculi vsque ad rectorum contactum carnea quidem parte constant: vbi verò primum illos attigerunt, in deneruationes membranosas degenerare videntur: horum itaque musculorum vna coniugatio, quæ quidem reliquis omnibus exterior est, à thorace obliqua deducitur, in anteriores partes & deorsum descendens. altera huic contraria ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores & superiores ascendit. huic tertia musculorum coniugatio subiicitur, qui transuersum habent positũ, atque peritonæo, id est, membranæ, quæ intestina continet, innituntur. Rectorum autem musculorum tumores præter naturam oblongi, atque per medium totius ventris extensi videntur, vmbilicum, veluti ipsi quoque musculi, comprehendentes: quapropter haud obscura est eorum dignotio, vtpote quos & positus, & figura declarat: accedente ad hæc, quod ipsi à nullo exteriore musculo conteguntur. Hæc autem obliquis quoque musculis, qui à thorace descendunt, sunt communia. At multo difficilior est notitia musculorum, qui iis subiecti sunt: difficillima verò transuersorum. Constat autem iecur intra hos sub peritonæo esse positum, quod cum tribus 4 contegatur musculis, fieri non potest, vt tactus aliquam ipsius notitiam præstet, nisi vel magna in ipso excitetur inflammatio, vel incumbentes ei musculi extenuati fuerint. Sed iecur affici declarant in dextro hypochondrio grauitas, dolor totum hypochondrion retrahens, atque ipsius doloris vsque ad iugulum extensio, (nam & hoc 5 nonnunquam euenire solet.) exigua tussis, linguæ color in primis quidem magis ruber, deinde verò niger euadens, ingens cibi fastidium, sitis inexhausta, vomitus tum 6 syncera bilis, tum eius, quæ ouorum 7 vitellis similatur, quæ postea æruginis aliquando colorem referre conspicitur: 8 aluus quoque adstringitur, nisi vnà cum visceris huius imbecillitate inflammationem excitari contingat. Erysipelatis autem accidentia his ferè similia sunt, & insuper febris quoque cũ 9 vehementissima siti laborantes cruciat: eas enim febres, quas καύσους id est, ardentes antiqui vocabant, magna ex parte aduenire videmus iecoris aut ventriculi flammeis dispositionibus, atque in pulmonis inflammatione erysipelatis participe, (Græci φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη appellant) ardentes febres excitantur: quemadmodum vbi in vniuerso quoque corpore biliosi humores ad immoderatum feruorem perueniunt. verùm hæ, quæ aut iecoris aut ventriculi occasione eueniunt, omnium sunt vehementissimæ. quibus particulis ita laborantibus febres magna ex parte in 10 marcorem transmutantur. Sed de marcore alibi seorsum scriptum est. Quæ in 11 simis iecinoris partibus eueniunt inflammationes, vt magis, quàm illa, quæ in eius gibbo fiunt, in appetentiam, nauseam, vomitum biliosum, sitim ingentem inducunt: sic è contrario, hæ maiori, quàm illæ, inter respirandum dolere (vt dictum est) laborantem afficiũt, magisq́ue tussim excitant: atque dolorem vsque ad dextræ partis iugulum, adeo vt detrahi videatur, extendunt. Porrò, vtrique parti cùm dolor adest, nothæ costæ 12 nonnunquam consentiunt, idq́ue eis commune est, non omnibus; propterea quod iecur per membranas non omnibus ad costas coniungitur: id quod non solum in simiis, sed in aliis quoque animalibus videre est: etenim aliis quidem coniungitur, aliis minime. Igitur, quemadmodum interdum in gibbis duntaxat, ita & in simis huius visceris partibus inflammatio oritur: quamuis in neutra partium exquisitè distincta possit consistere: nam omnium eius partium carnes inter sese continuantur. Cæterùm, quibus natura abdomen gracile est, quando morbo gracilius efficitur, in iis facile est videre ingentem iecinoris inflammationem, quæ propriam hanc & musculis incumbentibus sortitur differentiam, quod moles sub manibus ad coaceruatam circumscriptionem desinit. Musculus enim quilibet cùm totus sibi continuus sit, inflammationis ipsius 13 molem, quæ sensim diminuatur, habet quippe soli iecinori proprium est: vt tumoris cumulum comprehensum habeat circumscriptum. Vnde manifestum est, quod durus in ipso tumor, (Græci scirrhon vocant) multò euidentius dignosci potest eo, quod durior sit scirrhus ipsius, quàm inflãmationis, moles: quodque in huiusmodi dispositione 14 extenuantur corpora, quæ ei incumbunt. At verò, tractu temporis quamuis magis increscat scirrhi tumor, non tamen æque facile fuerit per tactum ipsum cognoscere, intercipiente scilicet medicinam aqua inter cutem, quæ ilico scirrhum sequi consueuit.

INTER iecoris morbos, primùm de inflãmatione agit. Inde §. (quippe nisi hepar) de aqua inter cutem. tertio §. (porrò verum) de morbo regio. quarto §. (itaque ad aliud de imbecillitate coctricis in hepate, quinto §. (verum meminisse) aliarum facultatum imbecillitates tractat. sexto §. (sic enim) de vesicæ felleæ affectibus.

1. *in extremis*] quoniam cessant illæ propagines in araneosa vasa, vt per visceris carnem sanguis percoletur.

2. *citra ipsius imbecillitatem*] nam si coniungitur, profluuies sanguinolenta etiam citra tactum indicat hepar laborare. Neque oportet omni inflammationi iungi eam, quam hic appellamus iecoris imbecillitatem ea est momentaneus in sanguificando lapsus. Sup.lib. 1. 5. 1. Prorh. 2. Musculorũ abdominis ratio. Cap. 14. Cap. 4.

3. *quarum prima*] lege, (quarũ vna) iniusta enim accusatio est, qua quidem Galenum obliuionis insimulant, quasi hic & libro De vsu part. quinto aliter tradiderit musculorum abdominis situm, quàm libro Methodi sexto, nã in Methodo simplicem sitũ enarrat, in qua omniũ extimi habẽtur descendentes obliqui ab ambobus illis. secundo loco succedunt ascendentes à pube secantésque

priores illos decossatim. tertio recti succedunt. postremnm locum occupant transuersi. videlicet quoniam profundiores fasciæ magis præmunt, validiorē verò oportebat esse presłurā qua intestina transuersim cingūtur, inde oppositam rectā, minus robur requirunt obliqui ductus potissimū superni, siquidem contrictus venter magis pellit deorsum quàm sursum contenta. Verùm lib. De vsu quinto inquirens illorū munera, primos recenset rectos, proximos transuersos, quoniam ij duo ductus in constringendo premendoque omnium maximè momētanei sunt, quibus ad firmitatem & comprimendi æqualitatem obliqui adduntur; ideo postremo loco à Galeno ibi relati. nā & quod ibi legitur (obliqui transuersis inuehentes) legendum est (inuecti:) substant enim, vti dictum est, omnibus transuersi. In hoc verò loco secutus scopum agnoscendi tactu horum musculorum tumores, primos recenset rectos, quos ait nullo externo musculo contegi; quoniā musculi nomē separat à neruosa illa tenuitate minimè tactum impediente. Quapropter meritò ait rectos, cùm toti sint carnei, vbi tumēt, facillimè agnosci: deinde descendētes obliquos, quoniā qua parte ad ilia sunt carnei, similiter expositi sunt tangēti, reliqui maximè transuersi, licet ex parte carnei, operti tamen multis tendonibus obliquorum, tactum effugiunt, quo enim totus vēter vndique æqua carne tegeretur, cùm oporteret musculos sese secare, extenuauit eos in tendines.

4. *tribus tegatur*] recto, transuerso, obliquo descendente.

Syncera bilis quæ.

5. *nonnunquam euenire*] vbi præ magnitudine inflammatio grauat.

2. Præsa. 30.
3 Epid sect. 28.
Aphor. 6.
Lutea bilis quæ.
1. Cris. 12.

6. *syncera*] syncera bilis nonnunquam Galeno ea dicitur, quæ alteri humori impermixta est, ita enim pallidam bilem synceram aliquādo appellat. Sæpius synceram vocat eam, quę naturali sero priuatur; præ calore enim exhauritur & euadit flaua synceraque libro Aphorismorum septimo, in quem sensum hic audienda est inflammato iecore euomi flauescentem iam, quæ pallida erat.

7. *vitelli*] confert Galenus eius colorem crudo luteo qui planè flauet, nam coctum pallet, putatque ex adusta fieri flaua, nam quam ex permixta pituita naturali bili vitellinam vocant Auerrous, Auicennà, Iohanicius, Halyabas, lētorem habeat oportet ex pituita, calorémque infra, non supra pallidum, vt vitellis iure comparari non possit.

8. *alnus*] quoniam immodicè sugit inflammatum hepar, nisi vbi ex iuncta coctricis imbecillitate, sequatur longa deiectio.

Causis ordines.
Com. 9.

9. *vehementissima*] rectè coniectat iungi plurimum causo flammeam dispositionem alicuius ex internis visceribus, id quod vulgò vocant focum aut mineram. meminit autem libro Epidemiæ primo, bilem vbiuis intra vasa putrescentem causam constituere; sed ardentissimam, vbi venas occupat iecoris, ventriculi pulmonis; longè ardentissimam, vbi in ventriculi ore vel simis iecoris: quòd eæ partes omnium maximè cordi communicent.

1. Febr.

10. *marasmum*] libro De Marasmo capite quinto sexto, quoniam ardor cordi proximus est, & alimenta deurens. Sed si concedimus Isacio ex æruginosa bile febrem non nasci, eam enim opinatur esse eius malignitatem, vt antè à corpore pellatur, quàm putredine sua febrem accēdat; qui fiet vt per moram ab ea orta febris hecticam pariat? est id argumentum nō inualidum, vt ab eius sententia recedatur. Potissimum cùm alibi idem scripserit Galenus febricitantem, cùm æruginosam bilem euomuisset, confestim febre liberatū. Et crebris experimentis febricitantium admoneamur, non semper ad perniciem excerni vitidia siue sursum, siue deorsum: tantū abest, vt credatur febrēm ciere non posse. Prætereà si in corpore moratur vsque ad atræ generationem, quid impediet antequam in atram cōmigret extraneo calore corripi, etsi à deleterio humore nonnullæ febres oriuntur, quidni etiam à prassiua bile? aut quomodo Zoar & Auerrous eius curationem febris tradiderunt, quæ nunquam visa est?

Æruginosa bilis an febrē pariat.
5. Aph. 1.

13. 3. Tract. 4. 1
Vtra iecoris inflāmatio deterior.
Cap. 14.

11. *simis*] vtra autem deterior sit, expressit Auicenna deferens gibbo; eo quòd nobilior pars est, in qua coctus iam purgatusque sanguis continetur, & quia magis cordi communicat. quod si symptomata gibbi hic minus terrēt, causa est maior consensus simi cū stomacho, ad terrētia inducenda symptomata, cùm tamen morbus ipse minus habeat mali.

12. *costa nonnunquam*] refertur enim libro De vsu part. quarto, quorundam animalium iecur nothis costis ligamentosis vinculis hæres pendénsque, non omnium.

13. *molem quæ*] id est, extensa est inflammatio, licet multò submissior in vna quàm in altera parte: heparis autem inflammatio omnino circumscripta est, id est, tota simul elata est, nec ampliùs extenditur. Vtraque autē fixum tumorē repræsentat: nā qui nutat & mouetur, vel omentum obsidet, vel vterum.

14. *extenuata sint*] ob impeditam enim alimenti delationem per hepar & membra, atrophia consequitur: quare vniuersa membra extenuātur.

QVIPPE, nisi hepar afficiatur, haudquaquam fieri potest huiusmodi affectus: non tamen semper ob primariam eius affectionem excitatur, quamuis præcipuè admodum ob hoc fiat. Etenim, quia ipsum eius facultatis, quæ sanguinem gignit, instrumentum est, consequens est, vt vitiato hoc viscere actio quoque eius vitietur. Accidit autem, (vt dixi) cùm aliàs aliam partem frigida admodum intēperies afficit, vt hepar quoque 1 refrigeretur. Igitur, si vel lienis causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorū, maximè ieiuni mesenterica venæ omnes a habitina li intemperie afficiantur, facilè etiam vnà refrigerare possunt omnes simarum iecoris partium venas: quo fit, vt ad hepatis quoque corpus vniuersum intēperies ipsa perueniat. Si verò vel pulmonis, vel septi transuersi, vel renum occasione id accidat, in primis venæ, quæ in visceris huius partibus gibbis consistunt, per consensum afficiuntur: deinde tractu temporis totum hepar quoque eadem dispositione infestatur. Ergo, quæ hucusque diximus, sic se habere nemo inficiabitur, nisi fortè qui aut suapte natura contentiosi sint omnino fuerit indocti. De 3 obstructione verò non æquè certa habentur coniectura. Etenim quod simarum partium venæ ab ea, quæ in porta exoritur, in tenuissimas extremitates finiātur, haud obscurè apparet. Atque quod ad eundem locum aliæ quoque venarum extremitates à caua vena in gibbas viscerum partes distributarum perueniant, similiter cōstat: licet, quomodo per sua ora ipsa inter se coniungantur, 4 videre nequaquam possimus.

Neqae

Neque enim dubitat aliquis, sed omnes ferè medici ex vno ore enunciant, quod cibus vniuerso corpori distribntus ex omnibus simarum partium venis exiens, ad gibbas partes per dictas extremitates transumitur. Quòd si fateamur & hoc, sanguinis transitum, ob tumorem venarum, quæ inflammatione & scirrho occupantur, molem constringi, rationi consentaneum esse videtur (vt nonnullis placuit) vt pars quæ in sanguine magis tenuis atque aquosa est, transumatur, atque vehatur per vniuersum corpus: sincerus autem sanguis, qui propter suam crassitudinem in caua visceris parte permanet, ei morborum, qui ex plenitudine fieri solent, causa esse censeatur. Perscrutantibus verò nobis huius secta placita, videntur partim cum ijs, quæ iam supra dicta sunt, consentire: partim verò nonnihil ab ijs, quæ apparere solent, differre. Quòd enim aquosa sanguinis pars transumpta in venam concauam vsquequaque per corpus dispergatur, consequi videtur ad ea, quæ iam in confesso esse diximus. Quemadmodum & crassiorem sanguinem in visceris venis præ angustia earum retentum ad intestinum ieiunum, & tenue, & colon, & cæcum, atque rectum deferri, & (vt quispiam dixerit) in ventrem fortasse: nemo tamen id accidisse vidit, neque in hepatis præter naturam tumoribus, neque etiam obturationibus: verùm in omnibus corporis partibus, tum superius, tum inferioribus pituitosus sanguis contineri conspicitur in ijs morbis, quos Græci & anasarcas & leucophlegmatias & hyderos nominare consueuerunt: per aluum autem nihil cruentum neque in ijs, neque in ascite neque in tympania secerni solet: sed spacium, quod inter peritoneum & partes ei subiacentes est, aquoso humore impletur, proinde rationi magis consentaneum est, vt ob visceris refrigerationem cibus, qui reliquis partibus distribuitur, in sanguinem transmutari non possit. quin etiam refrigerentur cum ipso vniuersi corporis venæ, idq; maximè, vbi nullo plerunque tumore in iecinore apparente. Laborans aqua inter cutem molestari videtur: vitio existente vel in liene, vel in ieiuno, aut tenui intestino, aut mesenterio, vel pulmone, vel renibus, aut etiam vbi plurimus per hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre profluuium, aut cùm retinentur menstrua, aut ob aliam ingentem vteri dispositionem. Nam per omnes huiuscemodi affectus aqua inter cutem hominem vexari contingit, vel nullo existente in hepate præter naturam tumore. Id verò præcipuè intelligitur ab ijs, qui didicerunt, quomodo ex intempestiua aqua frigida potatione iecur affatim refrigeratum, statim aquam inter cutem inducit, antequam scilicet in durum tumorem attollatur. Verùm sic affecti vehementi ciborum desiderio tenentur: nec mirum, quippè ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates accidere iam antè didicimus. Sed de aqua inter cutem, id est, de hyderis, vel hydropibus, vel quomodocunque quispiam appellare velit, quantum ad præsens attinet propositum, hæc dixisse satis est.

Infrà li. 2. vlt. Hydrops 20 semper frigida.

TRANSIT ad hydropeo, propterea quòd ad scirrhum, de quo agebat, fere sequitur.

1. *refrigeretur*] si sæpe iungitur ardori & febri; quomodo semper frigida? dupliciter vel frigida est perpetuo continens & sine medio causa; antecedens, aliquando calida: sic enim libro quarto Symplicium, cùm præmisisset acorem perpetuo à frigore oriri, subdit per ætatem promptiùs res acescere, vel frigida audiatur vt senectus priuato innato calore; extraneus enim nonnúquam cum eo defectu abundat, sic aliquando Aristoteles ophthalmici lachrymam frigidam vocat, quæ tamen præ calore exulcerat, & semen frigidũ, quoniam destitutum est postrema illa alimenti coctione. Auerrous verò concedens frequẽtem huius morbi occasionem in iecoris frigore, non negat etiam ad calorem aliquando per se referendum esse: nempè quoniam hepatis calor humores gignit in ratione naturalis caloris non absolutè caloris nomine: ignis enim multò calidior humores non gignit: cumq; tẽperatura illa amitti possit vel caloris excessu vel frigoris, fit vt parũ viriata prauos humores gignat, pituitã multã aut bilem; plurimum verò vertat humidũ inflatũ, non aliter quam ignis aquam, aut ambientis calor cadauer tumefacit, vt pro sãguine flatũ creet, & huic tympaniam. Et est facilior responsio & magis ei quæ de mortis causa paulò antè præcessit, consentanea: ita fit à calore tympania, flatus verò à ventris frigore cõcrescit in ascitem, hyposarcha semper frigida est.

Cap. 11.

31. Prob. 25. *4. Prob vlt.* *2. Collec. 3. 21.*

2. *habitnali*] memorandum quàm multi morbi à doctis ad hecticum referantur intemperamentum, quos vulgus medicorum purgationibus sæpe exarcebat, vt hoc in loco aqua inter cutem. Et primo Prorhetici hydrophobia & vitiligo: nonnunquam etiam phrenitis & mania, & plurimi capitis morbi, adde etiam tormina: libro Aphorismorum quarto, prorsum enim diutina fluxio membrum hecticè intemperat, ne antiquum errorem secuti morbũ omnem à plenitudine oriri suspicemur. Nec proinde purgationes taliũ damnandæ perpetuò sunt, sed cum iudicio adhibendæ: quoniam factum partis intẽperamentum accedens alimentum vitians cacochymiam non rarò aceruat. Cur verò error nutritionis, quem hydropa appellamus, ad hepar attineat, non satis apertum esse videtur: nam vt demus commune omnium membrorum vitium ex materiæ alentis vitio pendere: certè prauus sanguis ex læso orietur hepate: aliquando etiam illæso hepate ex alimenti prauitate, aut ventriculi coquẽtis offensa; quàm iecur, quamuis incolume emendare non potuit. sed quod ad alimenti ineptitudinem attinet, prauus ex vitioso alimẽto sanguis accrescet, non serosus & inconfectus, quod est hydropis propriũ, ventriculus verò si minus insigniter deliquit, non tollet humorum in iecore generationem; si insigniter, etiam iecur in consensum trahet, vt iam sanguificatio non solùm materiæ malè in ventriculo superatæ causa deficiat, sed & peculiari hepatis malo sanguificare nequeuntis. ita in vniuersum aqua intercus hepati tribuenda est: nisi quod rarissimè fieri scribit Paulus ex membrorum omnium vitio, quod idem renum vitio non satis serum vasorum expurgantium fieri, nihil improbabile est: frequentia enim solet Galenus tradere, non rarissima. Quærunt: Num semper hydropa antecedat malus habitus corporis quem cachexain vocant: & in hyposarca quidem semper, in aquosa & flatulenta frequenter; nonnunquam enim repente mandata ad ventrem materia constituitur, non prægresso futuri mali indicio.

1. Prorh. sect. 2. 1?. & 33. *Sup. Lib. 3. 4.* *4. Aphor. 11.* *7. Thec. 7.* *2 Aphor. 22.* Hydrops omnis 20 iecoris passio.

Cachexia 20 semper antecedat.

3. *de obstructione*] refellit Erasistrati sententiam de hydropis origine.

4. *videre*] ferè enim ita excolat natura quicquid

Materierũ in corpore trãsumptio.

excoquit,non per meatus aliquos manifestos,sed per inuisibiles deferens breuibus spaciis: sic meseraica vasa oculis non hiant ad intestinorum cauitatem, sed accedunt vt per latera sugẽdo purus trahant. sic à dextro in sinistrum cordis ventriculum sanguis meat:&à venis ad arterias per occultas anastomoses: sic vrina per renum carnem excolatur:sanguis à porta ad cauam per hepar: animalis spiritus per cerebri substantiam: semen per testium molem:menstruus sanguis ad vbera conscendit non vasorum ductu, sed media per interstitia partium transcolatione, sic aluntur ossa & membra maxima ex parte per inuisibiles meatus allicientia,non per apertos, id quod quidam non assequuti Galeno importuni sunt & molesti.

7. Aphor. 55. Cap. 13. 14. 3. 5. Aquæ hydropicorũ locus.

5. *subiacentes*] nullus ex grauibus auctoribus ab hac dissidet sententia: nam præter Galenum hic in Aphorismis,&,primo naturaliũ, etiam Ætius & Paulus intra peritoneum contineri affirmant: Auicenna verò addit omento terminari, nec ad intestina transmitti, nisi per moram omentum erodi contigerit, quo verò canali eo deferatur ab hepati aqua aut flatus, disceptabant Prisci, multusq́; est in eo expediendo Auicenna:modò comperta res esse videtur: Cùm enim omentum peræ speciem habeat, vel impertusi infundibili, & intra se portæ caudicem excipiat, fit vt per receptæ portæ ramos defluat ceu in venas in omentum aqua.

CAP. 7.

PORRO, *vtrum semper in* 1 *morbo regio locus affectus sit hepar, an alia praterea dispositio hunc affectum efficere possit, deinceps percurrendo scrutemur: siquidem videmus nonnunquam iecinore nequaquam affecto, per morbi* 2 *iudicationem effundi ad cutem bilem pallidam, quomodo humorum in aliquam partem decubitus quoque aliqui interdum euenire consueuerũt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationem ab extranea quadam* 3 *corruptionem in bilem verti:qualis è ferarum morsu fieri solet. Etenim imperialium seruorum quidam, qui viperarũ venationi deputatus erat, cùm à vipera morsus esset, aliquanto tempore medicamenta quibus vti consueuerat, potabat: cumque vniuersi corporis color mutaretur, adeò vt porri colorem referret, accedens singula nobis enarrauit: cui epota theriaca quam celerrime color secundùm naturam restitutus est. Quia verò medici inuestigare solent, an assumpti veneni propria extent signa, eo quòd sæpenumerò videant citra letalis veneni potionem humores similiter, vt epoto veneno, corrumpi: non mirum est, si sic aliquando mutentur humores, vt vniuersum corpus auriginosum euadat. fieri verò* 4 *etiam potest, vt iecinoris secundum naturam temperies mutata humores huiusmodi vitio afficiantur. & quidem citra* 5 *obstructionem, aut inflammationem, aut scyrrhum. Quinetiam manifeste quandoque videmus vniuersum corpus herbis candenti pallore infectis similari interdum plumbeum aut etiam magis fuscum referre colorem, interdum etiam alias quasdam ineffabiles colorum proprietates, quæ iecinore suo munere non rectè fungente, siue tumoribus præter naturam accidere solent. Sic ob splenis quoque vitia, huiusmodi colores eueniunt, sed multò nigriores, quàm ab hepate, quos vt clara interpretatione enarrare difficillimum, ita cognoscere facillimum, iis præsertim, qui illos sæpenumerò conspexerint. Etenim, Stefianus, cùm medicorum iudicium subiisset, nescio quo pacto eorum non pauci abscessum in ipsius hepate consistere crediderunt. Sed postea quam longo temporis spacio, nihil se in melius proficere sentiret, me quoque vocauit. Igitur, simulatque domum, vbi iacebat, fuissem ingressus, aspiciens eum, hoc, inquam, scitas, velim, nullum tibi esse in viscere vitium: sed quid aliud te molestet, nudatis præcordiis declarare conabor. Inueni ergo in profundis musculis abscessum, contractio iam pure, in medio spacio eorum musculorum, qui per transuersum incedunt, atque illorum, qui obliquè ab inferius sursum tendunt. qui (vt nouisti) medii sunt inter eos, qui transuersi peritonæo incumbunt, & eos qui sub externa cute obliqui deorsum feruntur, sic etiam alios complures scitis me notasse, per colorem declarando modò iecur, modò splenem esse affectum, nulla audita præteritorum accidentium narratione, neque etiam per tactum inuestigato viscerum affectu. Proinde sæpenumerò audiuistis me malè imprecantem iis, qui medicæ speculationis principes se esse iactabant, nullam verò agri volebant aggredi curationem. De quorum numero plurimi fuerunt tum empirici, tum methodici: quibus si quis dixerit fieri posse, vt solo perspecto colore affecta sedes interdum agnoscatur, illi aperto ore, atque rabidi canis exemplo, exerta lingua, impudenter eis resistunt. Verùm præsens sermo haudquaquam ad illos dirigitur.*

DE MORBO agit regio, proponens tres illius differentias, paulò post reliquas additurus, quæ ad felleam vesicam spectãt. hic autem solius iecoris rationem habet.

1. *regio*] ab auri colore auriginosus dicitur, & regius, ab aue verò ictero icteritia. ea est quam Latini galbulam, Hispani Ayuano amarelo nuncupant. refert Aurelianus inter causas eius purgatoria medicamenta non exclusa à corpore: siue (quod Galenus ait) quoniam colagoga vbi non purgant, humorem alunt purgandum: siue (quod magis videtur) quoniam deleteria purgatorium qualitas in eum colorem humores immutat, exẽplo externi veneni. pallidum colorem (idem Aurelianus ait) repræsentari maximè in oculorum albo, sub lingua, & plantis. Scilicet in coniunctiua propter summam albedinẽ, in lingua propter vasorum amplitudinem cum laxa carne, potissimum verò sub lingua vasa amplificantur. in plãtis, quoniam eo cessant vasorum ductus. Morbi verò huius differentias non exequitur singulas Galenus: tantum monstrat euenire nonnunquam citra hepatis vitium ex aucta in vasis bile, vel alterata sanguinis massa. — 3. Sympt. 24. Icterici occasio & notæ.

2. *iudicationem*] citra putredinem (ait Galenus) icterum gignit, cum putredine tertianam: intelligenda est autem putredo non quæuis, sed in signis cordi communicans. nam in febre mandata ad cutem bilis initium putredinis habet, & tamen non tertianam, sed auriginem efficit, citra momẽtaneam putredinem. Cur verò mota bilis ad cutem rigorem non efficit, causa est, quia ferè per vasa fertur, propter quorum hebetudinem nõ magis sequitur rigor quàm in cõtinuæ febris accessionibus. quoniam verò fit nonnunquam vt ad sudorem & icteritiam feratur per musculos bilis, iungitur vtrique vacuationi rigor, testãtibus Galeno & Thadæo. Num verò sit salubris morbi iudicatio: decernunt ex tempore iudicandum. nam in febribus ante septimum, ait Hippocrates in Aphorismis, reproba est. quæ enim bilis ictero terminatur, exactè remissa non est, sudore enim excerneretur, non ad cutem retineretur: non ergo — 2. Feb. 1. Gal. 4. Acut. 81. Thad 4. Aphor. 62.

intrà

inftà dies ſeptem in totum à natura ſuppurata eſt, vt cretice pulſa eſſe credatur. Sed vel conantis eſt naturæ & præuertentis iuſtum iudicij tempus, quare reprobatur, quidem eò deficit ab optima criſis omnis, quò ab iſtiu relinquitur: vel ſuccedit ſymptomatis nomine non criſis ad hepatis affectionem febri iunctam ſcyrrhi inflammationis, 3 Cauſ. 9. aut obſtructionis, hæc Galenus. Recipiẽda tamen 2.4 10. eſt cum Auicéna ea quæ in quibuſdam libris legitur additio, (niſi aluus ſimul fluat) nam fit, vt natura nonnunquam crudam partem ſimul cum cocta ad ſalutem excernat, & morbũ ſanet, quod 2 4 80. præter Auicennam Hippocrates proprio oſten- 6. Ep. ſect 3. 6 dit teſtimonio, videns ſanatum febrientem ex arquato in texto euenienie ſimul cũ vrinæ vel alui 1 Fract. 42. profluuio, vel narium hemorragia. Vera verò eſt 4 Collect. 43 dicta ſententia in locis non valdè calidis, qua- 7 Collect 9. Pli 25.12. lis Hippocratis patria, & noſtra eſt, quod enim 10 Alim 21. dixit Hippocrates libro De fracturis, in medicina 2. Aphor. 22. ferè nulli termini certi ſunt, valdè enim diſtat natura à natura, & ætas ab ætate, vt nihil mirum ſit in Arabia (quod Auerrous teſtatur) morbos citius quam in temperatis locis terminari, & ictericiam ante ſeptimum ex cocta bile euenire, quod in noſtro orbe non apparet: & Plinium Perſarum medicorum auctoritate locum hunc Hippocratis reijcere: Raſis verò altero indicio explorat criſis huius naturam: ex ſequente enim leuitate colligit criſis probitatẽ, ex negata inutilitatem. De ceteroqui enim omne non decernẽs aut mortem Haly 10. Theo. 10. indicat, aut difficile iudicium: nam Haly immoderatius dixiſſe videtur, ante ſeptimum eſſe mortis ſignum: nam augmenti criſis imperfecta eſt, non neceſſario aut lætalis aut parua.

3. *corruptione*] ſiue ea corruptio in bilioſã qualitatem à veneno oriatur externo, ſiue ab interno, ſeu quod frequentiùs eſt, à iecoris adurentis intemperamento.

4. *quanquam fieri*] lege (fieri etiam poteſt.)

5. *obſtructionem*] & quia moratus in tranſitu ſanguis bileſcet: & quia prohibita bilis in veſicam felleam ſecedere, facilè deflectit in cutem.

ITAQVE *ad aliud accidentium genus, quod ſola iecinoris imbecillitate, quæ per ſe, ac ſine inflammatione euenire ſolet, continetur, nunc tranſeamus: quemadmodum & de ipſius inflammatione, quæ citra propriæ facultatis ſuæ imbecillitatem accidit, ſeorſum iam diximus. Cæterùm, poſtquam ſanguinis generationem, hepatis munus eſſe intelligimus, ſi cauſa aliqua fuerit quæ hunc generare poſſit, eam hepatis 1 propriam facultatem eſſe dicemus. propriam autem diximus, propter eas, quæ omnibus corporis noſtri partibus communes eſſe dignoſcuntur: quas in libro De naturalibus facultatibus iam percurrimus, attractricem dico, & retentricem, & expultricem: namque quarta generatim quidem alteratrix, ſpeciatim verò ſanguifica vocatur. Porrò omnium facultatum, eſſentiam in peculiaribus partium temperamentis conſiſtere didiciſtis: proinde, cùm iecur ad aliquam octo intemperantiarum labitur, accidet viribus ipſius noxa quæ illi intemperantiæ 2 peculiariter debetur. Sed de iis generalem ſcripſimus ſermonem in tertio libro De accidentium cauſis: proprius autem cuiuſque ſecundum ſpeciem partis, communi ad portionem reſpondet. Igitur calida iecoris intemperãtia cùm contentos in ipſo humores, tum eos, qui per meſenterij venas deferũtur, & aſſant, & adurunt: frigida autem contentos iam in ipſo humores, craſſos atque ad fluxum & motum contumaces reddunt: id verò, quod ad ipſum fertur, & pituitoſum, & crudum, & ſemicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoque duabus dicendum eſt. Arida quidem intemperãtia ſicciores, craſſioréſque. humida verò magis tenues, aquoſioréſque reddit humores. Igitur cùm alui ſedimina, aquæ in qua nuper mactata caro abluta eſt, ſimilia eſſe videritis, efficaciſſimum inde affecti iecinoris ſignũ eluere nequaquam dubitetis. Ac nominantur hepatica, ea præcipuè, quæ ab imbecillitatem ipſius deijciuntur: quippe ad iecoris eſſentiam pertinent huiuſmodi affectus. Atqui didiciſtis cuiuſque primorum corporum eſſentiam ex quatuor qualitatum conſtare temperamento. Sic etiam cùm loti ſanguinis ſimilia per aluum excrementa deijciuntur, iecur affectum eſſe conijciendum eſt, vt enim tenue & ſanioſum excrementum infirmi iecinoris ſanguinem creare non potentis, ita id, quod loti ſimilatur, 3 ſuperaſſantis ſanguinem hepatis indicium eſt. Neque enim à 4 memoria noſtra decidit, cùm ſæpe viderim quoſdã in primis quidem 5 ſaniem & cruenta quædam deinde tractu temporis craſſum, ac melancholicum ſanguinem, poſtremò atram quoque bilem, & quidẽ ſynceram deijcere. Incipit enim interdum affectus ob frigidam intẽperiem, citra febrim. quando tenuis ſanies ſanguinis excernitur: deinde tractu temporis, dum ſanguis in viſcere corrumpitur, febris ſuperuenire ſolet, quæ tamen ab imperitis, vſqueadeo negligitur, vt laborantem interdum nequaquam febricitare putent: quippe hunc affectum ob inediam accidiſſe exiſtimant. Siquidem, quòd nulla ſit ipſis cibi cupiditas potius, quàm ob medicorum inſtitutum, laborantes à cibo abſtinere inuenerunt. Itaque, cùm interim nihil excernatur, videatúrque laborans omnino liber à febre, balneum exponunt ac debitam victus rationem præſcribere negligunt. quocirca rurſus corruptos cibos aluus deijcit, quos deinde hepaticorum excrementorum nonnihil ſequitur. At nonnulli, qui ob frigidam intemperiem laborare inceperunt, non ſolùm non perdunt cibi cupiditatem, verumetiam interdum multò magis, quam anteà, ſe eſurire aiunt. Calidas verò intemperies nunquam comitatur ciborum appetentia, ſed ingens cibi faſtidium, ſitis vehemens, febris inſignis, vitioſorum humorum vomitus. Hæc ſunt propria hepaticorum accidentia: ſic enim nominari iam dixi eos, quibus viſceris ipſius vires fuerint imbecilles. quæ in re vulgus medicorum errans, hunc affectum putat eſſe dyſenteriam. Inflammationem autem alia (vt dictum eſt) ſequuntur accidentia. cùm itaque ambo interdum affectus conueniant, vtriuſque accidentia ſimul apparere ſolet, quæ in promptu medicum habere oportet. Sic enim non ſolùm laudabunt nos, ſed admirabuntur etiam ij, qui opera noſtra indiguerint, præſertim ſi accidentia quoque, quæ alijs morbis communia ſunt, inſuper proſpexerimus, velutì quod dolor ad nothas coſtas perueniat, quod iugulus detrahi videtur, quod ſpiratio parua redditur & frequens. Equidem, cùm primùm Romam veniſſem, magnificè admiratus eſt me Glauco Philoſophus ob huiuſcemodi quandam dignotionem. Etenim per viam mihi occurrens, opportunè (inquit) aduenisti: iungénſque dexteram dextræ, proximi ſumus (inquit) laboranti, quem nuper vidi: itaque oro, vt vna mecum ad ipſum venias. Eſt autem Siculus medicus, quem non ita pridem mecum ambulantem vidiſti. Ego verò, quid (inquam) moleſtat ipſum? tum ille & copioſè admodum & apertè id declarare aggreſſus eſt. Neque enim adeò erat vafer, vt aliquid me celare poſſet. Quoniam heri (inquit) & Gorgias & Apellas mihi nuntiauerunt notiones*

præſa

præsagiáque edidisse te, quæ ad diuinationem potius, quam ad medicinam pertinere videbantur: cupio equidem periculum facere, non adeò vt tuam experiar doctrinam, quàm vt sciam, num tanta sit in arte Medica tum cognoscendi, tum præsagiendi facultas. Interim, cùm hæc diceret, venimus ad laborantis ostium, vt neque verbo eius prouocationi respondere, neque etiam ea quæ sæpenumerò me dicere audiuisti, affari possem. quod scilicet interdum nobis fœliciter appareant aliqua certa signa: interdum verò omnia sunt ambigua, atque idcirco & alteram & tertiam quoque considerationem expectamus. Itaque in primo statim aditu obuiam nobis venit quidam peluim à cubiculo efferens, continentem tenuem cruoris saniem, carnium nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euidentissimum affecti iecinoris indicium: qua vix dum inspecta, vna cum Glaucone ad medicum ingressus sum. apprehendi itaque manum in carpo, id est, brachiali, quo intelligerem, verum etiam inflammatio, an sola imbecillitas esset in viscere. Quia verò (vt diximus) medicus erat, nuper (inquit) à deiectione decubui, itaque perpende arterias ob id, quod surrexeram, crebriùs pulsare. Hæc quidem ille dixit, ego autem deprehēdi inflammationis indicium, prospiciensq; ad fenestram, hyssopum ex aqua mulsa decoctum in olla considerans: proindéque cogitaui medicum, se pleuriticum esse, putare, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoque inflammationibus aliquando accidere consueuit. hunc itaque cùm ipse sentiret, essétque spiratio & parua & crebra, atque exigua tussis infestaretur, pleuriticū se esse existimabat: quamobrem hyssopum quoque ex aqua mulsa præparauerat. Intelligens itaque ego, quod fortuna viam mihi præberet, qua apud Glauconem clarum nomen adipisci possem, manum eius ad nothas in dextro laborantis latere costas detuli, indicatóque loco dixi eum ibi dolere: quod cùm ipse fateretur, Glauco ex solo arteriarum pulsu existimans me affectam sedem inuenisse, planè admirari me cœpit: verùm vt vehementiùs stuperet, hæc quoque addidi: Quemadmodum hoc in loco dolere te confessus es, ita velim, fatearis etiam tussiendi cupiditate vexari te: & ex longis interuallis tussis exigua, arida, & qua nihil expuis, molestare te solet: atque ita me dicente incœpit forte fortuna huiusmodi quadam tussis specie (qualem iam diximus) tussire: qua de re tanta admiratione Glauco commotus est, vt continere sese non valens, magna voce exclamando, in laudes meas prorumperet. tum ego, Ne putetis (inquam) sola hæc ex arte circa ægrotos posse præsagiri: sunt enim alia quoque, quæ nunc dicere aggredior, quibus & laborans ipse testimonium feret. Itaque rursus incipiens dixi: Cùm magnam trahis spirationem, dolor ea parte quam notaui, vehementiùs te cruciat, sentisq; in dextra præcordiorum parte grauitatem. His auditis, ne infirmus quidem potuit sese continere, quominùs præ vehementi admiratione, vnà cum Glaucone exclamaret. Itaque sentiens equidem arridentem mihi fortunam, de iugulo quoque, quod videlicet ad inferiora trahi videretur, aliquid efferre volebam. at, quia magnas inflammationes, quemadmodum & scirrhum id comitari solet, dicere non sum ausus, veritus, ne laudem quam anteà de me excitaueram, sauciarem. Cúmque animum induxissem tutò me aliquid eloqui oportere, aspiciens laborantem, haud ita multò post (inquam) iugulum ad infernas partes detrahi sentiet, nisi fortasse id iam antea tibi euenerit. At, cùm hoc quoque fateretur conuersis quidem oculis ad ægrotantem mirificè attonitum, vna (inquam) addenda est prædictis diuinatio. Etenim dicam, quam de morbo suo laborans ipse habuerit suspicionem. Tum Glauco ne de hac quidem diuinatione desperare se aiebat. laborans autem incredibili hac pollicitatione in stuporem adductus, & acriter me intuens, quid essem dicturus, attenta mente expectabat. Igitur dicente me, quod infestantem morbum pleuritidem esse putasset: ille ingenti cum admiratione huius quoque rei se testem exhibuit: id quod etiam affirmabat ex adstantibus vnus, vt qui paulò ante latus eius ex oleo fouerat. Atque ex eo tempore Glauco tum de me, tum de vniuersa arte, quam optimam concepit opinionem, cùm antea nihil magni ab arte expectaret, vtpote qui nunquam cum consummatis in arte viris versari consueuisset. Hæc ideò dicere volui, vt intelligatis, quæ accidentia cuilibet morbo propria sint, & quæ aliis quoque morbis communia: ac præterea, quæ ab vtrolibet genere sint inseparabilia: item, quæ magna ex parte & quæ rarò videri soleant. atque ea, quæ ancipitem habeant euentum: vt si aliquando fortuna huiusmodi vobis occasionem qualem mihi fuisse oblatam iam dixi, præbeat, ea commodè vti sciatis. Sæpe enim fortuna non contemnendam adipiscendæ laudis ansam suggerit, ea tamen vulgus medicorum ob imperitiam vti nescit: quanquam doctissimus quisque, cùm accidentium aliquod huiusmodi conspexerit, haud difficulter reliqua quoque inueniet: quorum alia quidem necessariò, alia verò magna ex parte & locum affectum, & morbum ipsum sequuntur.

IMBECILLITATEM coctricis in hepate tractat.

1. *propriam*] disputanda hoc in loco sequentia problemata proponuntur, quæ hepatis particula munus exequatur sāguificationis, vt sit ei eo opere princeps, caro ne an vasa? proximò, sint ne quatuor illæ facultates sanguinis opificio dicatæ eædem an diuersæ, ab iis quibus nutritio hepatis peragitur. Succedit, gignat ne iecur sanguinem in propriam, an in totius gratiam & alitionem. Postremò facultates illæ an tēperamenta sint (quod hic Galenus docet) an diuinius quiddam & superius temperamento.

ERGO non est recens de carnis viscerum vsu disceptatio, vt quæ etiam priscis illis medicis iam tum agitaretur: nam qui Galenum præcesserant, considerantes in quouis viscere varium quēdam ductum distributionemq; vasorum vtilem & certam materiam continentium, carnem verò medias inanitates & interualla opplentem, id solum præstare carnem opinabantur, separationem & fulcimentum vasorum, non coquendi munus: quocirca eas carnes parenchymatis, id est, affusionis nomine insignierunt. Galenus contrà in materierum confectione minus vasis inanitatibusq; continentibus tribuit, carni circundanti plurimum. id placitum Galenus vna hac argumentatione colligit. inueniēdæ parti in organis principi methodus accommodatissima est, quærimus particulā organo peculiarem nec aliis in corpore partibus communem. Est enim admodum cōsentaneum, eam existimare opificem organi partem, quæ propria organo est, vt sicut cuiusque per se organi vna est in corpore functio, ita ab vna illa propria organo proficiscatur, atqui sola iecoris caro nusquā alibi in corpore est, vasa toti corpori communia: est igitur caro sanguificationis princeps. Et est illa quidem neruosa ratio in iis organis, quæ parte vna eaq; sola propria donātur.

Carnis viscerum vsus

2. Natur 8 p.
3 Natur 7
3. Cau symp. 1
4 Vsu 2.12.
6 Plac. 14.

Quæ iecoris pars sanguificet
Ratio prima.

Sunt

Sunt enim in quibus id non reperias, nec indagare dabitur ea methodo principatum componentis. oculi coim quatuor constant membraois, tribus etiam humoribus, quorum & humorum & mēbranarum nullum in corpore simile reperias. in musculis contrà nihil propriom, nō membranam, non vasa, neruos, ligamenta, carnem: nam nec dissimilis catra musculos, in glande visitur & gingiuis. Sed addamus Galeoi probationi manifestiores alias. vna à reliquorum catotũ analogia depromerur. chylum ventricolorom membranæ cnnficiunt in pedestribus potentiùs multò addita volatilibus caro. Semeo seminaria in auibus vasa, sed præstantiùs pedestribus assiai testes. Sic animalem spiritum magis quàm ventriculi, cerebri substantia. aërem verò pulmonis caro magis quàm arteria excoquit. præstat igitur in sanguificando caro iecoris, vasis. Altera, constat nonnulla animalia solis veois citra iecur alimentum conficere, sine testibus gignere, sine veotriculi carne chylificare: habent igitur vires canales illi ad materierum elaboratiooē, cùm verò multis natura carnium adiunxerit, nec temerè, adminicula; manifestum est in coctionis absolutionem & integritatem formatas esse, vt non solùm fieret, sed plena fieret & absoluta. Ea quo iotelligitur Galeni placitũ, sāguificare quidē vasa imbecilliùs, carnem persectiùs. Addamus verò dictis & hanc coctionum varietas in spiritu, lacte, semine, sanguine, eaigebat operantis organi diuersum temperamentum substantiamq;: eam alterationem canales exangues, deosi lax: que subire non poterant conficiendis illis aptam sufficientemque: decuit igitur ope circunstantis carnis vasa cingētis operationem peragi, quæ iuata operaotis carnis varietatem mutaretur: sed quo intellectu caroē cōstituamus principem in sanguificādo partem, oon vasa, expendendum est. cùm enim in moltis organis actionis auctotem vnam ea componentibus similaribus esse fateamur, reliquas non agere, sed agenti vsum quendam & vtilitatem præstare: in iecore & visceribus ita carni actionē tribuimus, vt ab eo opere vasa nō excludamus: sed sint actionis opifices primùm qoidē caro, inde vasa sinusq; materias excipientes: nam nec vim informantem excludit ab vtero Galenus, cùm in semine vigeat. Siue (quod Galenus ait) ita prouidente natura, ne distributionis per canales tempus periret, & otiosum esset citra materiæ elaborationem: siue eo artificio vim paulò distantioris carnis nō impediente remoranteq;, magis autem promouente & roborante. qua verò vi sangoificeot venæ, propria ne an à carne mutuata, non satis, nec pro dignitate Galenum prosecutum reperias. Conaodũ verò est id afferre in mediom, quod omniom sit verò simillimum. Duo qoædam in vasorũ coctione intelligas licet; succorum elaborationem qoæ mixtionis perficitur probitate, & temperatione qoadam ad humanam naturam, & eorundem ruborem: ex quibus primũ est à vasis inseparabile, & proprio temperamento debetur, siquidem etiã citra iecoris presentiam animalia quædam in vasis alimentom nutritioni membrorum adparant, & Galenus causam explicans ait, qnoniam venæ hepati sunt adsimiles, & primum germen ex illo ducant. Roborē vasa prestare nequeunt, siue proprium spectes temperamētum, coloremque, siue

Vasa an vi mutuata sanguificēt. 4. de loc. aff. 14. 4. 5 / 6. 12.

ascititium & à iecore mutuatum. nam iecur succis ruborein indit, dum rubra caro illos sua induit similitudine non tēperamento tantùm qualitatum primarum, sed & in iis quę eas sequũtur, inter quas color numeratur: calor verò ab ea carne vasis præstitus quantumuis procedere concipiatur, nunquam ruboris auctor erit, quoniã colorem cui assimilet non defert: temperamēto itaque illo ascititio rubefacient nunquã, minus verò proprio. qui enim possunt alba & exanguia dum in aleodo sibi succom attemperant, rubefacere? præterea seminaria vasa venæ sunt atteriçq; propagines cauæ & aortæ, ab hepate cordeque profecta cum reliqois cohęrētes, nihilo ab aliis differentes, quæ tamen, quia sanguinem paulo diotius ad coctionē retinēt intra cauitates suas mōstrant albissimum: vt nullum sit quorundam subterfugium opinantium intra poros suos vasa innato temperamento albesacere in cauitate mutuato ab hepate roborem indere. Adde quod robur ille nihil est alenti necessarius, antequã enim sanguis in membra mutetur, eum deponit: & antequam assumat, multa naturalia membra alit: vt nihil necesse sit tingere naturæ diligētiam in cōmunicanda vasis rubefaciente illa facultate. nam præter alia, qua probabilitate credamus tingentē illam vim ab exigua visceris carne in extremos artuum digitos nihilo deficientem aut languentem pertiogere? nihil enim minus ruboris est in manuũ vasis aut meseraicis quàm in iecoris succo. Roboris ergo causa succorum omnium intra vasa, non solùm post, sed & ante hepar, confluxus est robefacti in hepate succi. Nec verò idcirco oportet etiam rubere intestinorum succum: nam meseraicæ non hiant ad intestinorum inanitatem, sed in extima membrana cessant, sugentes tenuissimam succi partem, nec ruborem intestinis donantes. nec libro De placit. sexto (quod quidam in Galeno condemnant) venis vim hanc coquendi alimenti, sed rubefaciendi negat: ipsorum verò organorum parenchyma (ita enim prisci parum huic carni tribuentes appellarunt) quo per se totum cum coquenda materia cōuersetur, recipit multa vasa, plures verò sine vasis ductus exaratis propriis meatibus, vasa quidem ad crassam materiam per longius spatium deferendam, meatus verò ad tenuem per breue, testes, cerebrũ, vbera, ventriculus, hepar, lien, renes, cor. cur verò in quibusdam organis manifestam habet parenchyma cauitatem, vt corde, renibus, ventriculo, cerebro: quædam carent, vt vbera, testes, hepar, lien, hæc causa videtur. quæcunqoe vel receptura erant vel mandatura confertim vberem copiosamque materiam, obtinuerunt: quæ sensim & modicè, non obtinuerunt. Et de primo quidem proposito ita expedita res videri potest. Num verò in ventriculo & iecore facultates quatuor cōmunes separatæ, ab iis per quas partes suæ aluntur, cōcedendæ sint, ambigont. Videtur enim alia tractio, & per villos obloogos exercita in totius vsũ, alia in peculiares citra villos meatus. Sic retentio alia intra ventricoli inanitatem peragitur diuersa à membranarum poris. Et coctio illa cōmunis chylũ spectat: propria, vētriculi forma terminatur: postremò excernitur cōmuni expultrice ad pyloron chylus, propria excrementũ in sensili perspiratu dissipatur. præterea analogia ad vterũ vesicam

Cap. 14.

Facultates communes num à propriis distēt.

vesicam vtramque, renes, ostendit alias esse vires communibus illis materiebus præfectas, alias alitioni partis ministrare. Sed nihil necesse est, vt à Galeno hic & sæpè alibi recedatur. In singulis enim partibus alendis materiæ trahuntur ad maiora primùm deinde in angustiora spatiola: alteratur autem primùm in substantiam quandam adsimilem membro, vnde, tandem in membri transitut substãtiam: quemadmodum ergo vbera alimentum trahunt, & in amplioribus meatibus in lac commutant, ossa in medullam; sic ventriculus externum alimentum in magnam quandam excipit cauitatem, quo in substantiam vertit chylosam: eam paulò post eadem attractrice penitiùs in minores recipiens angustias in ventriculi substantiam commutat, non aliter quàm vbera lac, ossa verò medullam non varia quadam coctrice, sed illa eadem ampliùs progressa. sunt itaq; chylus & sanguis coctricis propriæ opera, immediatè illorum membrorum alendorum materiæ.

Ad primum 3. Caus. Symp. 1. 2. Aph. 39.

2

Naturaliũ membra an aliorum gratia operentur.

Nam de vesicis & vtero varia ratio est: cùm enim separatis temporibus & obiectis, & finibus agãt, vna facultate tam diuersa non peragent, & ita opotruit membra sola excrementa recipientia. Naturales autem facultates (id quod tertio loco motum est) non aliorum gratia operantur animalium instrumentorum exemplo. Nam animi instrumenta, quibus cogitatio præfecta est, in eos vsus trahũtur, quos præuidet meditatio ex re corporis esse, vt loqui, vt progredi. Membra verò quæ sola natura ducũtur, de aliena commoditate sollicita esse nequeunt, sed optimè prouidente communi creatore, & disponente omnia suauiter, fit vt dum sibi seruiunt, alienis commoditatibus non mediocriter cõferant, & dum quod sibi onerosum est pellunt, alia nutriant. Quæ verò quidam in Galenum intorqueant, dignũ est considerare. libro De placit. sexto ait, ventrem hepati præparare. Sanè agit quiddam in quo vertitur hepatis vsus, non agit hepatis aut membrorum gratia, id enim non ita multo post negat. Dices, vesica vtraque trahit, bilem vna, vrinam altera, nec tamen in vsum peculiarem, sicut & vterus semen. non oportet, vt quæcunque trahuntur, in commoditatem alendi trahantur, sed vel alitionis vel voluptatis, aut tuendi temperamenti gratia, quomodo creata omnia similia alliciunt, aduersa verò repellunt. Quæres: Naturalia ignorant operum suorum fines, cùm mente careant, si enim sentirent, aqua in suppositum ignem non descenderet, nec ignis in frigidum aërem conscenderet: non agunt igitur vsus sibi cogniti gratia, sed eius qui creanti est agnims: atqui non secus Deus Opt. Max. quędam naturali propter aliorum profectus moueri pręcipit: similiter igitur in aliorum, vt in suam gratiam feruntur. Aut cur nõ opinabimur mentem illam creatis omnibus præfectam vereq́ue beatam, quorundam motiones in aliorum vsus conuertere, si in animali vna cogitatio cerebri instrumenta mentis, id est, musculos in totius vel aliarum partium vtilitates conuertit. cogunt rationes hæ, ita sentire; nec aliud Galenus hoc suo placito suadet, quàm comparatum natura esse, vt naturalia organa sui in opere rationem habeant, nec ita alienis vtilitatibus vacent, vt non ipsa sibi interim boni aliquid ex suo opere lucrentur. Quæ est (inquies) vberibus in lacte gignendo commoditas? quæ testibus seminis, cerebro & cordi creati spiritus? quorsum verò ventriculus minimo alimento sibi sufficiena pergit assumere, non ante cessans quàm pro totius captu expleatur? ipsum verò ventriculum qualitatem alimenti expetere vasorum cacochymiæ aduersantem idem auctor scribit. Propria, (inquam) in iis omnibus quædam. vbera suo lacte aluntur, testes semine: ossa medulla, cerebrum spirituum ministerio, nec aliter imaginatur, cogitat, reminiscitur: cor suo pulsat, & quia pulsat viuit. Iam ventriculus non prius cessat à cibo, quàm cesset vasorum suctio: eam suctionem quoniam metitur membrorum omnium tractus, fit vt dum suo medetur dolori, copiam alimẽti pro toto moderetur: qualitatem verò expetit aduersantem cacochymiæ non vasorum, sed sui ipsius vasis consentientis. ita enim libro simplic. quarto seipsum interpretatur. hæc & similia pro tuendo Galeni placito. qui verò considerat, quàm minimè sibi parcentes matres liberis prouident, gestandis, edendis, alendis, fouendisq́ue, quàm in clepsydra aqua alienum inimicumq́ue locũ communis naturæ iuuandæ in vacui fuga, nomine quærat: quo naturæ consensu nobis inuitis palpebræ nictent oculi gratia: & pectus in pulmonis vtilitatem tussiat: quàm multis medicamenta viribus in vsum polleant animalium, quàm gratis syderum cursus nobis seruiant: & huius generis multa, non diffitebitur naturam in organis à prouidentia superiore directam, nonnunquam alienis vsibus ita seruire, vt nihil ipsa ex opere lucrentur, sæpe amittant. tanta est creantis vis, & naturę ad obsequendum facilitas. Illud etiam quærebatur: esset ne facultas temperamentum, an etiam compositio cum vnitate, vel tertius, diuinius, & aliquid iis omnibus maius. nam vt frequenter Galenus temperamento diffinit: ita aliquando etiam compositione vnitateq́ue, & debilitatem vocat etiam membri raritatem vel diuulsionem, nec id iniuria. quod enim scribit libro De caus. symptomat. potentia bifariam læditur, aut per suam ipsius essentiam vitiato temperamento, aut per aliquem instrumẽtorum morbum impedita. Est ergo compositio & vnitas actioni necessaria, sed vt hæc aut illa sit partis actio, temperies quatuor elementorum facit, quam facultatis substãtiam appellat: non quasi nihil sit supra temperamentum quod actioni imperet, (id enim supra reiectum est) sed quod nihil medico considerabile aut ab illo mutabile.

3. Natur. 13. De motu lingu. 11.

Cap. 7. Cap. 14.

1. Caus. sym. 6

Cap. 10.

Facultas an temperies. 4. Ther. 4. Infrà lib. 5. vlt. & lib. 6. 4 3. Sympl. 26. 3. Caus. sym. 6

2. *peculiariter*] de quo tertio De caus. Symptomatum tertio.

3. *superassantis*] libro de caus. Symptomat. tertio, recenset cruentorum excrementorum differentias quatuor, quæ omnes Hippocrati dysenteriæ, Latinis tormina dicuntur. posterioribus de sola postrema differentia intestinorum vitio exorta verbum dysenteriæ dicitur. primum genus, sola quantitate peccantis sanguinis, quod per muliebres menses euenit, & mutilatis, aut ex laboriosa vita ad desidiam conuersis: proximum, vbi loturæ simile hepatis intemperamento frigidiore: tertium fæci splendenti sanguinis simile ex iecoris calore: postremùm vlcera sequitur intestinorum: est tamen quod lectorem remoretur duplex vtriusque loci dissidium: alterum, quod illic

Cap. 2.

Dysenteriæ differentiæ. 4. Artic. 4.

illic tractans cruentorum excrementorum naturam, prodeuntia ab hepate media facit creticorum & eorum quæ sanis, sed plenis exeunt: cùm tamen creticè pulsa sæpe laudetur, quamuis specie sua terreant; ita enim scribit Hippocrates,

4 Aph. 47.

excretiones liuidæ, cruentæ, fœtidæ, si bene exeũt, bonæ: si contra, malæ sunt. hepaticæ verò perpetuò imbecillitatem principis membri nec facilè emendabilem ostendunt. Alterum discrimen inter hunc & illum locum; hic crassa hæc infirmitati adducit coctricis in iecore lapsæ, illic exactè coctum sanguinem esse ait, qui ob impeditam quasi occasione distributionem, ad intestina redit, ea apparens specie. Soluuntur verò dictæ controuersiæ. Si spectentur pulsa cruenta in se tantùm, non penes prodeundi causam, censenda sunt pessima, quæ per morborum excernuntur crises; exitioso colore, fœtore, substantia demum propter inemẽdabilem pulsa maliciam. cùm quæ iecur remittit, ab integra tantum coctione deficiant præ intemperamenti excessu aut calidi, aut frigidi. sin conferuntur hepatica creticis, quoad causam affectiunémque, vnde contingit emitti, morbosa sunt perpetuò hepatica: cratica sæpe salubria. Quod verò secundò propositum est, ita fæx illa splendens assata in hepate est: assetur vel deficiente propter calorem coctrice, vel morato plus æquo in iecore sanguine, nec distributo. nam & ita mudicus licet calor aucta mora exurat necesse est, ea iis causis (quod solet Galenus) hic vnã memorat alteram illic.

8 Compos. Loca. 6. Cap. dysenteria hepatica. Affectus etiam frigidi febrem afferunt.

4. *à memoria*] potuit recensere duas eas differentias separatim imbecillis in hepate coctricis; priorem loturæ similem posteriorem fæci. Sed ideo reducit in memoriam ambas in eodem visas ægro, commutata morbi progressu mali natura; quoniam (quod cum Galeno monet Auicenna) rarum est vt incipiat fæculenta; frequens succedit ad lotiuam dysenteriam: simul vt admoneat fieri nonnunquam etiam in frigido affectu. cùm computreuerit, febrem. Id enim & in Gallico morbo, & in frigidis aliis affectibus intuemur: vt cessante iam excrementi pre imbecillitate excretione, putrefactum licet frigidum febrem gignat: sicut si affectio fuit vel vlcerosa vel inflammatoria, proximè ante obitum non modò febris vrget, sed & aluus soluitur communicato affectus purè naturalibus excrementis.

5. *saniem & cruenta*] lege, sanguineos ichores.

Laus an medico aucupanda. Cap 1.

6. *ob imperitiam*] vitio vertit Galenus medicis, quòd non vndecunque etiam prudentia & vafricie aucupentur laudem, & vulgi gloriam. qui tamen libro Method septimo, aliter animatus fuisse videtur, vulgi gloriam non contemnens tantùm, sed & detestans ceu philosophis viris, & qui sufficientia contenti sunt, plurimum afferentem impedimenti, & à rebus abducentem pulcherrimis. Quapropter nulli operum suorum nomen inscripsit suum. & discipulos hortatur, ne illum apud homines immodicè laudarent, aut operibus suis nomen Galeni inscriberent: explicauit eam

Sect. 2. 1.

pugnantiam idem libro De iis quæ in medica trina, comparãdam esse medico & corporis & animorum vulgi laudem opinionemque, non ceu ancillarum, id est, ambitionis, sed ceu hominum amatori quo alter habeat ægros corpore, alter animo obsequẽtes: ita enim citius sanantur. quapropter non solum honestè, sed & vtiliter commendabit se nonnunquam apud ægros medicus, citans etiam testimonia eorum qui à se curati sunt: eo tendunt prædictiones omnes: eo etiam quod Hippocrates monet, vt medicus quoad eius fieri possit, ægris gratificetur: & vt concinnè opera artis edat, ita enim maiorem ægri gratiam conciliat: & ne pollicens citam sanitatem mendax deprehendatur: amittitur enim fides authoritasque dicentis. Ita ex re ægri est, vt præclarè de medico sentiat: ipse verò medicus si philosophus est, modico contentus & immodicè laudatur à tam multis crebroque expetitur, vt præ negotiorum mole à suauissima studiorũ impediatur meditatione. id Galenus dolens amicos monebat nõ ne laudarent, sed ne vltra modũ (quod faciebant) extollerent, ne occupationibus visitãdi ægrotos obrutus à libris abstraheretur.

1. Præf. 1. 6. Epid. sect. 4. 8. Lib de arte. De arte. De sect. 6. Epi sect. 4. Com 8 0.

VERVM meminisse debitis generaliũ preceptorũ, quæ est vniuersalia appellantur, & quæ multorum specialium communia genera sunt, vt ea in qualibet materia rerum particularium prouidè discernere, assuescatis. Est igitur communis sermo, quem dicere proposui, de naturalibus facultatibus, quas in qualibet parte generatim quatuor esse didicistis. Primam voco attractricem, quæ peculiares parti succos, alendi ipsam gratia appetere & attrahere potest. Altera deinde est, quæ alteratrix dicitur, quæ succus attractus similis euadit parti, quæ alitur: huic alia duæ ministrant: Retentrix, quæ suo munere fungitur, quando pars attractum succum coquit, donec in suam ipsius naturam eum mutauerit: & expultrix, quando à coctione, quod inutile est, excernit: idq. excrementum vocatur. Has itaque facultates in qualibet affecta parte, vtrum validæ sint, an infirmæ, consideretis, horto: vt in hepate, quoniam de hoc dicere institutum, vis attrahendi, si quomodolibet afficiatur, cibum in ventriculo iam in succum transmutatum relinquet, vt per aluum exactè quidem confectus, verùm liquidus, & haudquaquam exiccatus excernatur. Atque hoc; quòd ipsa affecta sit, signum vobis erit. Quicquid enim ab aliquo, tanquam à causa procedit, id illius signum esse constat. Hunc affectum nonnulli ad mesaraum pertinere autumant: vocantq. sic laborantes meseraicos, eo quòd vident cibum per venas mesarao & i mesenterio intextas distribui vt solebat, non posse: eodem seducti errore, quo q. qui manum eorum, quos syncopa, vel stomachica, vel cardiaca prostrauit, affectas esse arbitrantur: vtpote quæ haudquaquam, vt antea, munere suo fungantur: quippe iecur mesaraas venis veluti manibus, quæ ex ventriculo ei cibum afferant, vtitur. Similiter etiam falluntur nonnulli, vbi crura resoluta sunt ob affectum aliquem eam spinalis medullæ partem, quæ iuxta lumbos est, infestãtem: quippe neglecta spinali medulla cruribus remedia adhibent. Igitur, si mesenterium, vel inflammatione, vel alio eiusmodi affectu laboret: hunc propriè ad ipsum referemus: si verò iecur imbecillitatem per venas suas cibum allicere nequeat, non mesenterio (id est, lactibus) sed iecinori remedia sunt adaptanda. Quemadmodum ne resolutis quidem vel manibus, vel cruribus ob affectũ qui in spinali medulla cõsistit: verùm, vbi vel inflammatio, vel erysipelas mesenterium afficit, haud ita difficile est discernere si alui excrementa diligenter consideres. neque enim solùm, qualia excerni diximus in iecinoris imbecillitate, cùm ad sese cibum trahere non potest, talia planè deijciunt: sed apparet etiam, veluti ab inflammatione, saniei quadam admixta: nam ab omni parte

inflammata, cui spissum crassumq́; tegmen non incumbit, in primis quidem tenuis sanies defluit, quæ concocta deinde inflammatione, & crassior: & post similior redditur. Cùm ergo nulla existente in iecore inflammatione, huiusmodi quippiam cum excrementis, succi 2 speciem consecutis, deijciuntur, in mesaræo affectum esse, censendum est. Igitur vt non potente ob imbecillitatem hepate succum, à ventriculo attrahere, attrahendi facultas afficitur: ita, cum retinere nequit, comprehendendi continendiq́; facultas infirma putanda est. Proindeq́; in primis quidem cruorem saniosum excerni videmus, postea verò crassiorem, & veluti fæculentum. Similiter aliæ quadam eueniunt excretiones, non quidem ob imbecillitatem, sed ob expultricis facultatis robur. plerunque quidem integra in omnibus existentis valetudine, 3 plenitudinis ratione: plerunque verò parte aliqua affecta per iecur sese expurgante, viribus ipsius iam factis robustioribus: quippe concoctis in ipsa vitiosis humoribus sequitur excretio: sed ita sequitur, vt vtiles humores contineantur, expellantur verò inutiles. Atque sunt nonnulli, qui huiusmodi vacuationes nominent cruentas dysenterias: quæ euenire solent quibusdam, vel mutilato aliquo membro, aut vbi quis in exercitatione educatus, ad otium se conuerterit. At 4 solet quoque mulieribus retentis menstruis, huiusmodi per sedem vacuatio fieri: atque interdum per vomitum quoque eandem ob causam quibusdam mulieribus. verùm his 5 syncerus sanguis excernitur, similis ei, qui ab hostia imperfecta profundi consueuit, modò inferne per aluum, modò per superiores etiam partes. At per erysipelata, & inflammationes accedente concoctione, virulentum, cænosum, & putris excernitur. Atque, vt in hepaticis affectibus (quanquam raro) medicamentorum auxilio, robustiore euadente iecinore, interdum deijciuntur excrementa tum calore, tum odore pessima, expurgante se ita viscere: sic eodẽ modo vrinæ quoque deteriores redduntur: quibus imperiti medici nonnunquam decepti, grauis morbi periculum subesse arbitrantur. Etenim, quibus sine ratiocinatione nuda duntaxat experientia suffragatur, de his quæ rarò eueniunt, experimenta habere non possunt, veluti eorum quæ sæpenumerò accidunt, facile meminerunt. Quòd autem protracto per longum spacium morbo, apparentibusq́; notis concoctionis, huiusmodi fiant euacuationes, non semel duntaxat, immo creberrime ex enarrationibus, quas in 6 Hippocratis opera addidimus, didicistis. 7 Igitur, quemadmodum retentrix facultas: cùm imbecillior est, ac rem, quæ ipsam grauat, retinere non valet, vix expultrix id, quod molestat, euacuat: ita infirma expultrice res quadam retineri solent, facultate retentrice non admodum grauata. nam in quolibet instrumẽto aliàs alia facultas vel fortior fit, vel imbecillior, facta videlicet ad actionẽ relatione: si modò vniuscuiusque facultatis notionem intellexerimus. Nam reuera tota semper particula agit secundum temperamentum, quod ei 8 frequentius inest, proprietatem. Verùm aliquando rem grauantem sustinet, ac longo temporis tractu eam vincit, conficit, alterat, & concoquit: deinde rursus alio tempore eius infestantis vel qualitatem, vel multitudinem ferre non valens ad ipsius excretionem insurgit. Sicut è contrario, cum interim admodum molestatur: ipsam rem molestantem deijcere cupiens, viribus grauissimè infirmis, ob imbecillitatem id efficere non potest. Igitur hæc omnia in quouis naturali instrumento perpendere, atque mentem in ipsis dignoscendis exercere debetis.

TRANSIT ad reliquas præter coctricem in hepate deficientes facultates agnoscendas.

1. *mesaræo & mesenterio*] lege (appellati mesaræi vel mesenterij) eadem enim pars est, Latinis, lactes dicta.

2. *succi speciem consecutis*] id est, in chylũ versis. Est ergo indiciorum summa: attractrix iecoris imbecilla chylosas deiectiones facit, & eas syncretas: nam vbi inflammatio mesaræum occupat, iũgitur chylosæ deiectioni instar pleuretici sputi saniosum quiddam. Si verò etiam obstruuntur meseraicæ, similiter chylosæ prodeunt deiectiones citra saniem permixtam. vbi inualuit attractrix è diuerso fæx sicca, aluus verò astricta est. Costrix si frigido vitio, & si calido laborat, quod sanguineas & quales deiectiones pariat, dictum est. Sicut vbi valet floridus calor, & carnosa habitudo commonstrant. retentrix valida nec per aluum excernit, nec ad corporis alimoniam copiosè remittit. Si inualida finit primùm tenuem sanguinem, aucto verò vitio etiam crassum exire; nec oportet, vt prius crassum exeat, quia magis grauat. Cùm enim retẽtrix in suo munere flaccescit & languet, concedit tenuĩ, quod validam expostulat contractionem ad retinendum: deinde, vbi magis lapsa est, etiam crasso. postrema expultrix si labat, nec per sedem excrementa accedunt, nec corpori sufficiens alimentum. Si valet, sequitur aliquando quidem purus, quãdoque prauissimus sanguis, vt non sit difficile separare retentricis opus fatigatæ à robusta expultrice. Si enim sanguis sola copia peccat, benignum sanguinem confertim expurgat: si vitiatus per morbum est, aut totius aut partis post integram coctionem resumptis viribus salubriter pellit noxia quæque. Vtiliter verò nos commonefacit author, ne sola mali specie delusi perpetuò prauas deiectiones reprobemus. Ferè enim in eo sita est prædicendi ratio, ne præsentibus tantùm (quod idiotę faciũt) ducamur, sed memoria retinentes quæ pręcesserunt omnia, ex omnium collatione sententiam feramus. quapropter si præcedens continua integraque coctio in terrentia symptomata desinit, oportet generosum medicum imperterritum cõfidere, iuberéque bono animo imminentẽ crisim expectare. Sic vbi iam vacuatio adest, post naturę victoriã, perniciosa excreta spem augent, confirmantque aduentantem salutem: sequuntur enim expultricis robur corpus purgantis. Vulgus verò Empiricorũ sola frequentia edoctum, sicut raros morbos non exactè curat, ita excretiones illas specie praua detestatur & horret, quoniam sæpe ad malum conspexit excerni.

Facultatum iecoris indicia.

1. Cris. 3.

4. Aph. 21. 47

3. *ratione plenitudinis*] lege (plerunque quidem integra in omnibus existente valetudine plenitudinis ratione, plerunque verò parte aliqua affecta per iecur se expurgante.

4. *at solet*] nũ igitur hemorrhagia omnis præter naturam sit, disquiri solet. respondet verò libro De symptomatum differentiis; cùm præter naturam vacuatio intelligi possit quatenus actio læsa est, & qua ratione exiens mutatum, & qua corporis affectus, hemorrhagiam non semper esse læsam actionem, sed vtilem sæpe & à natura vincẽte profectam; vt cùm cretice morbum soluit: in ratione autem exeuntis mutati, sola mensalis quantitate qualitatéque moderata naturalis, reliquæ sunt innaturales. quatenus autem iungitur affectui corporis prauo reclusi aut rupti vasis, ferè

Cap. vlt. Hemorrhagia an semper præter naturam.

1. Caus. sym. 7

fere etiam præter naturam est; vasa enim vteri fœminis statis temporibus recludi secundum naturam, reliqua, innaturale est. non est tamen omnis hemorrhagiæ etiam non naturalis par momentum, sed manifestis malitiæ quantitatibus distant. *Aphor. 53.* Inter eas enim solam narium inno- *6. Epi. sec. 3. 47* xiam vocauit libro Aphorismorum quinto minus tuta per hemorrhoidas est, licet omnem ca- *3. Aphor. 53. 3. Aphor. 32.* cochymiam, & magis melancholicam sanet: quoniam periculum est, ne sanguis immodicè deorsum feratur, magis quàm sursum; per sedem verò periodica etiam à morbis præcauet, sed in longo per intestina transitu, & intestini oblæsio & sanguinis concretio timentur. Vomitus sanguineus tanto deterior est, quanto vomitus omnis deiectione, licet & ipse nonnullos à morbis imminentibus liberet peior est qui ex pectore tussiendo per interualla educitur, quoniam non citra aliquod putris discrimen. verùm & is etiam frequenti Pauli, Apponensis, & multorum experimento à retentis liberat citra noxam mẽsibus, & similibus affectibus.

Sect. 3. 21. 5. *syncerus*] libro Epid. primo, haud vnquã inculpatum prodire ait, sed variè malignum aliàs pituita, aliàs alterutra bile scatentem. præterea si à membris ceu excrementicus pellitur, syncerus hauquaquam fuerit. Sed in epidemiis de parturientibus agebat, quarum sanguis eo deterior est, quo bona pars puriorque eius in fœtum abiit, nec verò menstruus absolutè purus est: sed cretico collatus syncerus à Galeno scribitur.

6. *Hippocratis*] potissimum, quarto Aphorismorum, vigesimoprimo, vigesimosecundo, quadragesimoseptimo.

7. *igitur quemadmodum*] causarum admonet medicum non ita frequentium, quod prauæ in corpore materiæ aut vacuentur, aut retineantur: nam vt frequens est excretio propter robustam expultricem, & retentio ob retentricem: ita aliquando expulsionis causa in retinendi imbecilli- *Infr. li. 6 vlt. 3. Caus. symp. 3.* tate sita est, quod de pueris putat Galenus & retentionis occasio est expellendi infirmitas, quod morbi non creticantes ostendunt.

8. *frequentius inest*] lege (semper inest) significat partem quamuis semper operari pro ratione dominantis temperamenti: cùm ergo aliquando retentricis temperies vincat, nonnunquam succumbat: fit vt vicissitudine temporis modò operentur, modò otientur singulæ facultatum.

SIC enim inuenietis partium quarundam affectus, antea haudquaquam indagatos, veluti ne folliculi quidem fel continentis. Si enim (vt ostendimus) biliosum humorem ad se trahit, quemadmodum renes 1 sanguinis serum, & splen id, quod vini facibus, aut amurca olei similatur: accidet interdum, vt ob huius folliculi imbecillitatem impurus fiat sanguis, atque idcirco alia eueniat regij morbi species præter eas tres, quas iam suprà proposuimus. At nonnunquam ita repletur etiam (quemadmodum vesica, quæ vrinæ est conceptaculum) vt euacuari non possit, aut quia obstructus est, aut quia secretoria ipsius facultas est imbecillior, veluti etiam cum obstructis, aut infirmis vasis, quæ ab 2 ipso exorta, ora sua in hepar extendunt, biliosum humorem interdum attrahere non potest. 3 proinde excrementorum proprietatem in morbo regio considerare, perquam necessarium est: id enim non mediocre nobis ad huiusmodi notitias auxilium suppeditabit. Hec equidem considerantes inueni quorundam regio morbo affectorum 4 excrementa, flaua bile vehementer colorata, quemadmodum & aliis vrinas: item per cutem quoque vt nonnullis plurimam flaua bilis à balneo profundi, ita aliis plurimum ipsius retineri, ac per quam exiguum effundi comperimus. Hanc rem si accuratiori experimento intelligere volueritis, nulla prius adhibita 5 vnctioni, hominis sudorem 6 strigili auferri iubete: videbitis profectò eundem in omnibus hominibus in strigilis cauitate non colligi, verum in aliis magis aquosum, atque in aliis magis biliosum. itaque loci affecti notitia vobis multis erit dilucidior, si cum prædictis hanc quoque notitiam adijciatis. Quidam enim acuta biliosaque febri laborans, die septimo, multa flaua bile ad cutem transmissa, à morbo liberatus est, mansitque sequentibus deinde diebus auriginosus: itaque & excrementa & vrinas considerauimus: vtrisque verò secundum naturam se habentibus, atque ob eam causam nullum 8 visceris affectum declarantibus, venit in mentem fieri posse, vt translata in cutem bilis crassior esset, quæ ratione promotus discere volui, qualis nam esset sudor: illo autem apparente aquoso coniecti bilem esse dissipari contumacem: præcepi itaque laboranti, vt aqua suapte 9 natura calida, & cui discutiendi vis esset, vteretur, ac præterea victum adhiberet humidiorem, qui humorum crassitudinem moderatè posset extenuare. Hic autem bonam valetudinem consequutus est, vnico auxilio & notitia confirmata, & curatione absoluta. Quin etiam alium multam in strigili bilem relinquere vidimus, vnde eam plurimam in vniuerso corpore procreari perpendentes, ipsum adhibita idonea curatione sanauimus. Quibus verò citra febrim morbus regius accidit: vrgente in dextra præcordiorum parte grauitatis cuiusdam sensu, iis omnibus aperiens (vt scitis) obstructiones & cibis & potibus & medicamentis extenuantibus. deinde medicamentum, quod bilem ducere posset, exhibens, eorum plurimos vna die sanitati restituimus. qui verò purgatione liberari non potuerunt, iis rursus valentiore ad aperiendum data potione, medicamentum, quod vehementius purgaret, exhibui: sic deinde sub fine purgationis vel cærulea, vel flaua bilis cum acri mordacitate secernebatur. In iis igitur coniecti fellis folliculum simul quopiam affectu laborare, qualis in vesica 10 exuberante vrina interdum fieri solet: etenim adeò multam nonnunquam recipit, vt nimis intenta nequeat eam, quæ in ipsa continetur, expellere. Verùm in vrinæ receptaculo, neque enim absurdum fuerit vesicam ita nominare) bifariam id fieri solet: interdum ob excretoriæ facultatis imbecillitatem: interdum vel ob grauem somnum, vel negotia quæpiam retenta, vltrà quam par est, vrina: quæ deinde vesicam nimis intendens, hac ipsa ratione vires eius prosternere potest. At fellis folliculus, vtpote cui nullum succurrit ab animali facultate præsidium, vnicum habet imbecillitatis principium, veluti cætera quoque naturalia instrumenta, à partis intemperie ortum.

DE morbis vesicæ felleæ agit.

1. *vti sanguinis*] id est, trahunt id quod est veluti serum.

2. *quæ ab ipso*] cur non addit, vel quæ ad ieiunum terminantur? quoniam tunc ob plenitudinem non vacuatam ictesus sequitur, de qua specie paulò antè meminerat: Sunt ergo ictericiæ ex fellea vesica occasiones tres imbecillitas tractricis vesicæ: altera meatuum, aut imbecillitas aut obstructio, siue allicientium siue pellentium *Ictericię felleæ species.*

bilem:tertia, vbi ob immodicam plenitudinem excretioni locus non eſt. Cùm enim ad expulſionem contractione tráſuerſorum villorum indigeamus, nec contrahi poſſint extremè ob plenitudinem diſtenti, fit vt in ea, non aliter quam in vrina, excerni quicquam non poſſit, præterquàm quòd ex ipſa diſtentione infirmantur Nec verò in hac cauſarum eoumeratione infirmãtur. Nec verò in bac cauſarum enumeratione, putãda eſt ea origo omiſſa quæ Auicennæ refertur, nempe tractricis robur: Cùm enim ex ea immodica plenitudo ſequatur, & ad plenitudinem impeditus exitus, colligitur apud Galenum ſub ſpecie turgentiæ contineri. Omiſſa verò ob infrequentiam eſt, quam Paulus memorat ob ſolidorum calorem alimentum mutantium.

15.3. De iſlerina.

3. *proinde*] ad certiorem affecti loci notitiam inueſtigare iubet ſignis, vbi nam & qualis bilis abundet, petit illa maximè ex exeunte ſtercore, vrina, ſudore.

4. *excrementa*] lege (deiectiones.)

5. *vnctione*] ne pereat Iudicium de extracta ſorde olei permixtione.

6. *ſtrigili*] forma erat, in vno extremo manubrium; in altero falci ſimile, ex ebore vel argento conſtructum.

7. *excrementa*] lege (deiectiones.)

8. *viſceris*] laudat puritatem excrementorum, Auicennæ damnaram: quo enim vrina magis tincta eſt ſalubriorem autumat; conatur enim natura non retinere ad aquam inter cutem, ſed pellere quà poreſt bilis ſuperuacnum. Sed vt in fellea ictericia præſtat tincta; in bepatica pura illæſum hepar arguit.

9. *ſuapte natura*] αὐτοφυέσι ſponte naſcentibus balneis exhaurit, & victu humido modicè attenuante, videlicet ne plurimum tenuans bilem natura ſiccam arefaciat.

10. *veſica*] oſtenſum eſt enim libro primo, vrinandi opus eſſe animale per accideos, quatenus & ſequitur ad morſus ſenſum, & ad animalis facultatis otium laxantis ſphyncterem, veſicæ ceruicem ambientem.

LIBER

LIBER SEXTVS.

Traduntur hoc libro postremarum partium affectus Sectionibus sex.

Primùm, lienis.
Inde intestinorum, capite secundo.
Tertiò renum, capite tertio.
Quartò vesicæ, capite quarto.
Quintò vteri, capite quinto.
Sextò colis, capite sexto.

SECTIO PRIMA.

EX IIS, quæ de iocinore diximus, facilè inuenientur notæ, quibus lienis affectus discernantur, hoc addito, quod ipsius inflammationes ob 1 duritiem faciles tangendo deprehendantur. Cùm itaque splen multa habeat accidentia cum hepate communia: illa nulla re differre videntur, nisi quod quædam magis, quædam verò minus, alterutri euenire solent: nam quod ad caloris rationem pertinet, vniuersum corpus, vbi splen imbecillitate affectus est, magis nigricare videtur. nam hoc ei natura officium dedit, vt melancholicum 2 sanguinem ex hepate ad sese trahat, quo ipsum ali iam demonstratum est. Igitur 3 attrahendi facultate facta imbecilliore, sanguis ex iecore in vniuersum corpus impurus transmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quin etiam hepatis exemplo, sæpenumero excrementa ex se reijcit: ita vt & vomitione, cui nausea quoque accedit, melancholicum sanguinem aliquando excernat: qui interdum per inferiora quoque decedere videtur. At 4 & citra huiusmodi euacuationem athymias: id est, animi defectiones, & dysthymias, id est, mæstitias melancholicas facit: ac nonnunquam & 5 ciborum vehementissimas inappetentias, præcipuéque quando exquisitò acetosum fit id, quod ad ventrem fertur excrementum: sæpenumero autem subuersionem, & resupinationem, quando aliam quandã habuerit corruptionem. Quòd 6 verò indurato ipso aqua inter cutem succedere possit, consentiente iocinore, iam antea dictum est. Quinetiam laborante aliquando 7 vtroque viscere, regium morbum euenire conspeximus, nigriore, quàm pro consuetudine, sub sequente calore, ita vt putaretur flaua bilis fuligini esse permixta. Atque medici quidam iecur nullo affectu tum laborare existimantes, dubitant, quomodo à splene morbus regius nasci possit. quemadmodum sunt, qui à solo liene indurato, nullo existente in iocinore vitio, aquam inter cutem fieri posse arbitrantur. Haud secus allucinari consueuerunt in ea, quoque aqua inter cutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur: quippe ab ijs iecur calida, & sæpenumero sicca quoque intemperie tã grauiter afficitur, vt cibum in sanguinem transmutare nequeat. Atqui ne in ijs quidem iecur affici existimant, ab Erasistrato accepta consuetudine, vt nullam partem affici arbitrentur, nisi vel tumor quispiam, vel vlcus in ipsa consistat. Verum id illis concedendum est, qui existimant nullum ab intemperie morbum fieri. At medici, qui sequuntur ea, quæ manifeste apparent, qui & refrigerata parte quapiam accidentia quædam fieri suspicantur, 1 admiratione digni sunt, quòd aquam inter cutem consistere posse putant, ne vnico quidem loco affecto. Si enim ob id, quod nullus est in hepate tumor, ipsum haudquaquam affectum esse existimant: neque aliarum partium vlla afficiatur in his, qui aqua frigida vitiosa affatim & intempestiue epota, mox aqua inter cutem corripiuntur: quippe noxam infert internis partibus aqua sic ingesta, aliàs alijs, sed præcipuè & imprimis ei, quæ fortè fortuna eo tẽpore reliquis fuerit imbecillior. Verum, nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutem subsequi potest minimè. Sic splenis quoque vitio aqua inter cutem nonnunquam euenire consueuit aut vbi cum tumore refrigeratum est, sicut in scirrhis, aut vbi citra tumorem refrigeratum est, vt tùm quũ aquam frigidam & vitiosam affatim & importunè potauerit. Quòd verò melancholica mæstitia, ipso huiusmodi excrementa ad os ventriculi transmittente proueniat: ante ea, vbi de ore ventriculi tractauimus, iam dictum est: quamobrem in hoc viscere diutius nobis immorandũ nõ est: cũ eius instrumentales affectus rationali dignotione non indigeãt: qui verò ab intemperie proficiscuntur, partim ex his quæ iam diximus, partim ex ea doctrina, quam suprà de iocinore proposuimus, noti sunt. Nam alij, quidem nominatim sunt explicati: alij verò, qui similiter, vt illi, consistunt, similem quoque habebunt dignotionem.

OSTENDIT lienem affectus iecori similes subire, inflammationem, imbecillitatem hydropem, arquatum, nec valdè distare in notis, quæ ex dictis ferè haberi queũt. Cùm enim horum viscerum alterum gignat, alterum purget sanguinem, non ita multum affectis dissident.

1. *duritiem*] Significat, quod attinet ad inflammationum agnitionem, magis in liene patere: cùm ob visceris tenuitatem, ex qua fit vt non solùm gibba, sed & caua tactum non effugiant: tum ob natiuam laxitatem, in qua tumor durus, (ita definitur inflammatio) manifestior est.

2. *sanguinem*] non ita nuper de vesica fellea agens, sed excremẽtum biliosum purgare scripsit; *Cap.7.* quod enim libro De vsu part. quinto, docuit, ambæ vesicæ cùm merum excrementum inutile alẽdo alliciant, vasis sanguifluis eguerũt, quorũ ministeriu alerentur: at verò renes & lien purgantia

ſanguinem,ſed non pnra ſugentia, ſed permixta vtili excrementa, ſimul ex vtili aluntur & noxiũ ſecernunt;manifeſtiſſimũ eſt in vaſis argumentũ, quæ duæ veſicæ ſeparata à meatibus excremẽtorum habent.nõ lien & renes.vt nulla ſit Auerroo erroris excuſatio,dum putat veſicas noo diſſimiliter iis viſceribus extracto ali excremento. nec 2 Coll. 7. 10. cogimur cum Auerroo ſentire, quoniam tractio omnis ſequitur ſubſtãtię ſimilitudinẽ, in qua nutritio conſtat: nõ enim ſimilitudo quæuis ad tractum impellens alendo eſt, ſed maior aliqua ex penitiore facultate coniuncta:nec iden ſuccinum paleis aletur quia trahit,aut ferromagnes.

3. *igitur attrahendi*]attractricis deficiẽtis ſymptomata recenſet, inde labantis retentricis, aut auctæ expultricis.

4. *at &*] inſinuat hypochondriacam melancholiam.

5. *ciborum*]melancholia in vẽtriculo magna ex parte appetentiam excitat, quoniam ventriculi natura inter morſum acidi ſugentiſque venę diſcernere non poteſt.Sic pulmo nno minus ex percepto frigore,quàm ex contento humore ad tuſ- 6. Ep. ſe. 4. 20. ſim mouetur. Addit Aretæus, quoniam melancholia vigilare facit, vigilia Hippocratis teſtimonio famẽ:cùm verò corruptione in multas differentias abeat, fit vt nonnunquam concepta horrida aliqua, & naturam offendente qualitate, magis ſubuertat appetentiam. natura enim tota in expellendi opere conſtituta, nec recipere poteſt, nec trahere. quo fit vt in morbis vehemens faſtidium meritò lætale habeatur.

6. *quod verò*]hydropis & arquati ortum ex liene tractat, in quo tamen deludebantur medici nonnulli,putantes ea vitia attinere ad ſolum lienem; Cùm ſit oſtenſum citra iecoris vitium ceu proximam mali cauſam,hydropem nõ contrahi.

7. *vtroque viſcere*]icterus(qui color eſt corporis flaueſcens)nunquam à liene oritur:ſed vbi affecto liene etiam accidat iecur affici, ſuccedet niger à liene, pallidus à iecore colnt:ita nunquàm pallidus à liene conciliatur: ſicut nec hydrops citra conſentiens iecur, intemperatumque vel lienis ſcitibo,vel vaſorum in acuta febre calore.

8. *illi qui*] innuit eos qui operum cauſam non ad temperiem membri, ſed ad neſcio quæ inſectilia referebant: de quibus lib. De morborum differentiis diſputauerat. qui enim ſemel temperiem operis cauſam facit intemperiem morbum conſtituat,neceſſe eſt.

9. *admirationi digni*]τὸ θαυμαστὸν,an non admiratione digni ſunt,interrogatiuè legendum eſt, ne cum quibuſdam cogamur lectionem caſtigare.

SECTIO SECVNDA.

CVM de ventriculi affectibus ſuperiore libro loqueremur, in duas maximas ipſum partes ſecari diximus: quarũ altera,quæ ſuperior eſt,gula cõtinua eſt,ex multis neruis ſenſificis cõtexta:altera:verò huic cõtinua,ad inteſtinorum vſque exortũ extẽditur. Porrò, ſicut vtraque in animalibus proprio munere fungitur, ac pro vtilitatis differentia diuerſa eis eueniunt accidentia: ad eundem modum, quicunque affectus communiter tum ſimilaribus, tum inſtrumentalibus partibus aduenire ſolent, ij etiam ijs tum inter ſe,tum etiam cum vniuerſis inteſtinis communes eſſe cenſentur. Verùm accidentium ſimilitudo, non ſolùm in ijs inter ſe, ſed etiam in vicinis quoque partibus, quæ ipſa attingunt, inuenitur: qualis eſt renum,& coli communicatio:atque horum nonnulla ſedem affectam habent cognitu facilem, vt dyſenteria,& teneſmus. Sanè in præſentia nomen dyſenteriæ propriè audire oportet, vtpote quod ex appellatione ipſa,inteſtinorum vlcus ſignificat. Neque enim repentè & affatim fit huiuſmodi affectus,id quod in eo,quem hepatis vitio accidere diximus,fieri ſolet.atque proprias etiam habet notas. Etenim protinus ab ipſius initio, bilis mordax ſecernitur quam deinde interaneorum abraſiones ſequuntur: poſtea paulum cruoris ſimul excerni videtur,quando videlicet affectus ipſe iam dyſenteria eſt: cùm ita huiuſmodi abraſiones ſole excernuntur, cõſiderandum eſt,num & pingue quippiam ſimul cum ipſis deijciatur:ita enim in craſsis inteſtinis vlcus conſiſtere credendum eſt. vbi verò cruorem quoque ſimul excerni videris,intueri oportet, vtrum is reliquis excrementis ita ſit admixtus, vt vniuerſum miſceatur vniuerſis, an pars eius aliqua reliquis ſupernatet: etenim, ſi admixtus eſt,in ſuperioribus:ſi verò ſupernatat, in humilioribus inteſtinis vlcus eſſe portendit. Ac idem quoque in abraſis excrementis videre eſt, verùm non ita manifeſtè,vt in cruore. Similis etiam, ſi ramenta excernantur, ratio eſt:nam & ipſa,quod inteſtinum fuerit oblaſum, declarant tum ab eſſentia propria,tum ex modo,quo vel commiſceri reliquis excrementis, vel vni eorum parti ſupernatare videntur. Cæterùm non mediocriter conducit ad curationem,noſſe, in qua inteſtinorum parte conſiſtat vlcus. nam, ſi in ſuperioribus inteſtinis eſt, ab epotis medicamentis præſidium petendum eſt: ſi verò in humilioribus, clyſteré ſubijcere magis conuenit. Atque huiuſmodi dyſenteriæ, ab his quæ ab hepate profluunt, ita diſcernuntur. Nam ab initio tenuis ſanies ſanguinis ab hepate deijcitur: deinde aucto malo craſſus humor, facibus vini haud abſimilis. Præterea in hepàticis excretionibus nihil abraſum expellitur: atque interdum duorum aut trium dierum interuallo ſupprimitur euacuatio:deinde rurſus redit malum, atque excernuntur excrementa prioribus multo peiora. Id verò per inteſtinorum vlcera haudquaquam apparet: quippe in ijs neque affatim, neque ex longis temporum interuallis,laborantes deijcere conſueuerunt. Atque vlcera, quæ in recto inteſtino oriuntur (teneſmum vocant) vehementi quidem tenſione,& prompta deijciendi cupiditate infeſtant: paucis admodum ſequentibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitoſa, & pinguia, progreſſu verò temporis etiam abraſionis ſpecie deijciuntur:ſed per totum morbi ſpacium ijs,quæ à ſuperius deſcẽdunt,haudquaquam miſceri videntur.

AFFECTVS inteſtinorum ita tractat. Primũ propoſita affectuũ varietate ſeparat inteſtinalem dyſenteriã ab hepatica:ſecundò colicam à nephritide,(ſ.ſcribunt quidã,) tertiò reliquos inteſtinorũ affectus iliacã,cæliacã lientetiã. hic præfatur ex affectibus ventriculi quoſdam eſſe vitia facultatum,quæ in ventriculo locis ſeiunguntur: nempe faſtidium & deprauatam coctionem,& ij apertam habẽt affectæ ſedis cognitionem,neque cum inteſtinis communem. At vbi affectus eſt ſiue ſimiliaris vt intẽperies, ſiue vnitatis vt vlcus, aut inſtrumentalis,vt tumor,poteſt & ori ventriculi accidere, poteſt & fundo, nec ſecus inteſtinis: quare in illis neceſſariæ ſunt notæ ad indagãdum affectum locum. Nam ſymptomata ſimilia ſunt non ſolùm vbi inteſtina, & ventriculus afficiuntur,ſed & vbi renes: difficile eſt enim ex

ſympto

ſymptomatis agnoſcere, patiantur ne tenes an inteſtina in valido dolore; quapropter in affectibus communibus, non facultatum illarum locis ſeparatarum, petendum eſt ab indicijs iudicium quæ ſequentur.

1. *atque horam*] notas dyſenteriæ inteſtinalis proſequitur. in qua cùm dolor manifeſtet affici inteſtina, ſola relinquitur de inteſtini differentia quæſtio.

2. *pingue*] intelligens natura imminens inteſtinis periculum ea delata per ea vitaque bile, & eà magis impura & acri, ſubuenit primum membranam inteſtini, licet vna villorum ſpecie conſtantem, in duas ſeparans, eodem quo partes omnes geminas conſtituit ſcopo; ne facilè vitium ſeparet, & eroſio ſic accideret; ſed vna caeſa, reliqua incolumis fæces contineret. quin etiam ſenſu donauit illa non vulgari, ne ſola natura duce ad excretionem mouerētur, ſed ſenſatę bilis acrimonia. Tandem muniuit quoad potuit internum inteſtini ſinum pingui concretoque humore, qui & lenitate obtunderet, & craſſitie probiberet, & lubricitate promoueret bilis deſcenſum: ſed pingue id non idem obtenditur craſſis & tenuibus inteſtinis. craſſa, quoniam amplitudine ſua adipis craſſitiem & molē ferebant, obtinuerunt: tenuia, ne fortè obſtruerentur à fæce, nō tolerarūt, quare cōmutauit in illis pingue ſolidius quiddā, tenue magis ſed concretum; quod non aliter cauitates illorū induit, quàm figulina vaſa vitreo vnguine obducuntur. ita enim aptè Raſius apud Almanſorem comparauit: vt audiendi non ſint qui negant inteſtina pingui obliniri. Illud non immeritò quærūt Galenus & Aphrodiſienſis, cur bilis perpetuò morata intra vnam tanuemq; bilis veſiculam nō exulcerat, tranſiens inteſtina duplici membrana munita, aut ſolidiſſimum dētem caedit. Soluunt, magnum eſſe naturæ nomen ad impediēdos morbos. quid enim dicas aliud, videns vterum à nonimeſtri fætu valdè diſtentum non dolere, ab exiguo flatu paruin diſtentum atrociter dolentem? & liquoris guttulam arteriam infeſtare, plena pocula ventriculum iocundò haurire: contrà citra plurimum aerem pectus non durare, minimo vētriculū ructare, torquerique. Scilicet ſicut in certis ſubſtantijs corporia vis eſt edēdis quibuſdam operibus, quam viſu tactúve conſequi non poſſis; vt ventriculo chyli conficiendi, teſtibus ſeminis: ita quædam obtinuerunt reliquis negatam vim renitendi offendentibus, vt fellis veſica bili renititur, vrinaria vrinæ, naturam conſuetudo fouet. Si enim quis veneno alitur ob contractam ſimilitudinem ab aſſumpto non læditur, quo reliqui pereunt: cur non veſicæ perpetuò conſeruantes ant bili, aut vrinæ non ſimiliter contemperabuntur? Supereſt de inteſtinorum villis, & facultatibus diſceptatio, contineantur ne omnes in illis, an ſola, quod Galeno placet expultrix; cum Auerroe & Haly. Et de attratrice quidem iis auctoribus inteſtinis neganda eſt, nam prę terquam quod ſuperfluebat, etiā læderet ſi adeſſet: ſi enim diu cibum in ventriculo natura retinere conatur pertuſo pyloro iuxta ventriculi os, & oatuberante ipſo ad pyloron; quomodo expulſioni ventriculi accedat vis alia ea inteſtinorum tractu? Auicennam verò ſi ab hac ſententiá diſcedit, nihil morari oportet: potuit enim induci veriſimilitudine quadam non oſtendentium rationum, quas nonnulli in illius gratiam ſcribunt. Inteſtina (inquiunt) non aliter quàm partes reliquæ quæcunque in corpore aluntur vim babēt, familiaris alimenti tractricem: atqui familiare eſſe inteſtino rum alimentum chylum oſtenſum eſt; babēt itaque & illa vim chyli tractricem. Præterea ſi non allicitur, ſed detruditur à ventriculo chylus, vi quadam fertur, cùm paſſum eò non feratur, & ab extraneo agente pellatur: quo nihil videtur abſurdum magis, quàm vt fateamur motum illum à quo vniuerſi corporis nutritio pendeat violentum eſſe, quare nec durantem. Sed (quod maximum rei argumentum putant) repetiuntur in inteſtinis longi etiam villi, pręter tranſuerſos illos: longos verò ſoli tractioni dicatos eſſe nemo vel negare auſus eſt. Quàm verò nihil oſtendant, exacta conſideratio docet. tractricem inteſtini peculiaris alimenti in meatus ſuos apponentem aſſimilantemque per proprium temperamentum citra villorum miniſterium operantem, non minus in inteſtinis, quàm in reliquo corpore agnoſcimus: at verò tractum illum ad amplos canales villorum beneficio, quod ſingulæ partes non habent, ſimiliter inteſtinis negamus. Iam quod de violentia motus afferunt, vile eſt; eo enim primùm conſtituto, violentum eſſe motum omnem prodeuntem ab extrinſeco motore, præter moti ipſius impetum & naturam, diſtributionem omnem ſanguinis ad ſuperas partes alēdi gratia violentum fateri opus eſt: nam pręterquam quod extraria eſt hepatis vis delato ſanguini, innata grauitate deorſum fertur, à vi vel iecoris vel membrorū ſurſum. Detruſio verò à vētriculo deorſum non repugnat innatæ alimenti grauitati: vt nihil ſua conficiant obiectione; pręterquàm quod pectoris & arteriarum cum corde motus, cùm ſint in vita perpetui, illa eadem violentia participant: quàm verò villi illi longi ad attrahēdum non faciant; hinc perſpici poteſt: quotquot membra duplici membrana conſtant ex villorum varietate conſtante, longos interna parte, obtinēt, non externa. cùm enim id quod illorum ope trahendum eſt, ad internam cauitatem ferri oporteat, neque pelliceat, niſi tangat trahēdam materiam, ea parte ſiti ſunt qua materiæ commeatus patebat: inteſtina autem in externa membrana obtinent nō interna: in alium ergo quendam non in trahendi vſum. Accedit quod lugere oportebat chylum tenuia inteſtina quæ ventriculo cohærent, non diſſita craſſa: conſtant autem illi in ſolis craſſis, maximè in poſtremò recto: alteri ergo muneri deſeruient, quàm trahendi. Itaq; intelligens natura craſſa inteſtina ſolis circularibus villis circunſtantia præ fæcum quas continent duritiæ periclitari, ne mutuo circulares villi ſecederent; cùm alia, tum potiſſimùm rectum, oblongis quibuſdam, ſed paucis fibris inuicem per interualla quædam extima parte conneauit; qua & vincula complectendis retinendiſque circularibus faſciis obtendere ſolemus. Ita intelligitur attractrice illa communi per villos operante inteſtina priuari: retentrice, quia & concoctrice intra inanitatem illam amplam nuper oſtenſum eſt non carere, licet multo quàm ventriculi ipſius minore, cùm enim miniſtret coctioni, & neceſſaria ſit retentio pro

[Left margin notes: 4. Vſu. 21. / 13. Vſu 10. / Inteſtinorū conſtitutio. / Lib 1. 26. / 5. Vſu 10. / 1. Prob. 42. / Facultates inteſtinorū quot. / 4. Vſu. 22. / 16 3. 1. / 1. 1. Doc. 4. 8.]

[Right margin notes: Ratio prima. 1. Criſ. 11. / Solutio prima]

coctionis ratione vel concedit natura vel negat: nec tamen ideò eguerunt obliquis ad retinédum villis; cùm enim motans in inimam alimento impertiant, ne petitet (quod Galenus ais) naturæ distributionis tempus, ad eam sola intestinotũ sufficit asperitas, pinguedini inæquali admixta. Ne tamen æquiuocatio in villorum nomenclaturis errorem pariat, intelligendum est, vt in attractione rectorum nemo dissentit, sic in transuersis auctores variare. Galeno transuersi, rotundi, & circulares iidem sunt excretioni dicati, obliqui retentioni. Auicenna abutens nomine transuersos vocat retioentes de membris agens. Sed & in retentionis opere considerandum est, retentionem (quam amplexum etiam vocant) perfici non vno villorum genere agente, (actio autem omnis cótractio est) sed omnibus: ita enim cùm quid firmiter retinere libet, vndique coërcemus, rectis transuersos ad rectos angelos secantibus, & tertiis qui rectos illos ad obliquos angulos secant: vnde & obliqui appellantur. nam & in abdomine premendo, musculos tribus illis generibus ad pressuræ æqualitaté donat: cur ergo peculiariter obliqui retinere dicuntur? quoniam priores contracti non soli seruiunt retentioni, sed & tractui vel pulsui, obliqui complectuntur tantum: eo fit vt pressus in vena ad extremam manum sanguis confestim recurrat, à retentionis contractione pulsus, & ligato cubito vena secta saliat (contrahitur enim,) qui deligatione auocatus est sãguis. Quod verò per vniuersum corpus meet, ea pulsio iecoris facit, cum vasorũ retentione, & (quod maximum est) membrorum tractu sanguinem suspendente, ne vt in suspenso deorsum labatur.

Villorum varietas.
4. *Vsu.8.*
3. *Natur.11.*
5. *Vsu.12.*
5. *Vsu.12.*
11. *Vsu.8.*

3. *excrementis*] lege, abrasionibus.

4. *ab eporis*] plurimùm, cùm in crassis minimum iuuentur: nam quoniam etiam tenuia medio loco sita sunt, nec infusis vehementer in transitu mutantur (quod Galenus in Methodo habet) vtriusque beneficio fruuntur.

Lib.4.7.

SCRIBVNT nonnulli, quod à forti excernendi conatu, præcedente dolore vehementi, aliqui lapides callosos deiecerunt, iis, qui in vesica nascuntur, haud absimiles: ad quod ego neque vidi, neque alium qui viderit, vnquam audiui. Sed coli vehementem dolorem sæpenumerò conspexi, medicis illum non ad colum, sed ad renes pertinere putantibus, veluti renum quoque cruciatus, ad colum referre videntur. Sunt, qui omnino negent in sinistris partibus colicam dispositionem euenire posse. Igitur, vt ab initio, horum affectuum distinctio difficilis est, ita hoc tempore non ita magnam præsidiorum differentiam ipsi requirunt. Itaque accidentia, quorum magna est in his affectibus copia, diligenter intueri oportet. nam & nausea & vomitus vrgent multo grauiores & magis assidui, dolente colo. Euomuntque ita laborantes pituitosa quadam atque corrupta, hac iure nephriticos longè superantes: ac retinent etiam magis excrementa, vt ne flatum quidem neque etiam ructum excernere possint. Sæpenumerò etiam veluti circuire videtur dolor, atque ampliorem locum occupare: nonnunquam verò in diuersis particulis vehementior fit: nephriticis verò dolores eodem in loco stabiles, iugiter infestant. Cùm itaque dolor in loco fuerit renibus altiore, manifestum colicæ indicium portendit: si verò in vno loco, vbi scilicet renes ponuntur: stabilis constiterit, nihil ad notitiam potest positus ipse conferre: proinde cum his notis, quas nuper percurrimus, vrinæ quoque consideranda sunt. nam nephritici ab initio dilutas, purasque reddunt vrinas, deinde sequentibus diebus inæquale aliquid in ipsis subsidere videtur: demum omnino arenosa minguntur. At in colica, si quid ab aluo deycitur, id flatuosum quodammodo est, & sæpenumerò aqua supernatare consueuit. similem habens bubulo stercori consistentiam. quinetiam colicorum cruciatus multo magis, quàm nephriticorum, laxantibus mitigantur clysteribus: atque euenit interdum, vt frigido aliquo humore simul eiecto, ilico quiescant: eritque mitigans præsidium, non mitigãs tantùm, sed etiam curatiuum & diagnosticum. Porrò, vt hi frigidum humorem aluo excernente, ita nephritici cum vrina lapide exeunte, & à dolore liberãtur, & simul locum affectum ostendunt. Itaque nihil relinquitur, nisi vt prouideatur, ne posteà tam facile affici possint. Nam vt perseuerante dolore vtraque pars eisdem indiget præsidiis: ita tempore subsequẽte oportet diuersa auxilia adhibere. Quapropter nullum, quod ad curationis rationem pertinet, committetis errorem, si in prima prutinus horum morborum accessione eos difficulter discernatis, eo quòd tum neque extrinsecus, neque intrinsecus, differentibus egent auxiliis, quod satis sit ea, quæ dolorem leuire possint, adhibere. Cùm autem omnia intestina à ventriculo ordine quoddam descendant: atque 1 omnium supremum ieiunum sit: deinde quod tenue vocatur, posteà cæcũ, 2 quod ad infernas partes extẽditur: deinde colum, quod ad superiores reuertitur partes, donec sæpenumerò & lienẽ, & iecur attingat: satis mirari non possum, quomodò non solùm medici ferè omnes, sed etiam populares, vehementissimos quosque dolores, in quacũque parte euenerint, ad colum referãt. Id quod mihi quoque verisimile visum est. Sed, cùm causam quærerem, cur tam vehemens, tamque perseuerans esset dolor: non simpliciter huic assertioni credere potui: neque enim similiter, vt in renibus, atque vreteribus impacto lapide ingentes dolores in transitu excitantur, sic & in tenuibus intestinis, rationi consentaneum esse censebis, frigidos spiritus retentos, atque similes iis humores dolorẽ in ipsis efficere. Nam tenuium intestinorum tunica rara tenuisque essentia constans, vt non ita diu huiusmodi causas cõtinere possint. Ergo probabile est frigidum eundémque crassum, aut viscosum humorem, aut flatuosum spiritum, in corpore crasso densoque genitum, sed egredi nequeuntem, dolorẽ excitare: vehementem quidem: geminam ob causam, intemperantiam, & corporum, quibus cõtinetur, tensionem: longum verò quia difficulter vacuatur: nam corpora ambientia tũ ob crassitudinẽ, tum spissitudinẽ ipsum arcere possunt.

TRANSIENS ad colicam discernit eam à nephritide: internotio enim subsimilium rerum scientia est. Et quidem quod ad nomen attinet, nephritis, id est, renum affectio, docente Alexandrino non quamuis renum affectionem indicat, sed eam quæ reni propria, nó cum aliis membris cómunis est. Ea est lapidis generatio, quæ vel solis conuenit renibus, vel certè rarissimè extra renes & vesicam visitur. Ita hepaticum dicimus eum qui significando labitur; cœliacũ, qui chylificando. De loco verò gignẽdi in rene lapidis ambigunt scriptores. Auctor libri secundi De natura humana (Hippocratem enim non esse, multa alia eius libri cõmenta testantur) scribit ex suppurato, in rene tumore, nec vacuato, sed crassescẽte intra renis carnẽ pure, in lapidem transitum fieri. Subscribit ex Arabibus Zoar in sola carne opinans concrescere. melior pars cum Galeno, Auicenna, Alexãdrino sinui renis magis familiarem facit;

6 *Epi.6.*
Lib. digno.re num.3.

Locus lapidis.

Comm.24.

facit; licet nonnunquam intra carnem lapidescat materia. cumque in sinu oritur, solo descensus tempore acer dolor ingruit, reliquo sola grauitas molesta est; quod in media carne gignit, acerbus dolor concretionis tẽpore euadit: & rursum cùm à media carne ad sinum trahitur: postremò, quando à sinu per vreterum angustiam præterlabitur. reliquo tempore grauitas sola est, nõ acerbus dolor excruciat. hæc apertè Galenus in Epidemiis.

Zoar lib 2 Tract. 2. 2. Aui. 18. 3. Tract. 2. 17.

Ex quibus intelligitur temerè nonnullos primo gignẽdi lapidis tempori dolorem detrahere. nam præter Galeni testimonium, durissimum & angulosum lapillum dẽsam renis carnem proscindere citra eximium dolorem qui potest? communicari enim ab externis neruulis modico carnis interuallo sentiendi vim, idem author est, eo magis quòd à tumente rene extima distenditur membrana. nec idem est de phlegmone iudicium, ea enim à leui humore proxime cutem nascitur; nephritis à durissimo lapide mediæ carni impacto. Pariter & illud ex hac sententia colligitur, non semper ad acres renis dolores lapillum excerni; cessare sine vllo excreto sæpe. Nam & concreto iam intra carnem lapide mitescit dolor: rursum cùm concretum intra carnem ad sinum expellit. In tertio tantum doloris genere, opus est conualituro lapilli excretione; in reliquo tempore grauitas sola, non dolor vrget.

6. Ep. 17.

Sed docente hic Galeno, discrimen aliquando ex loco apertum desumitur: vbi enim vrget supra renes dolor, certum est ad intestina pertinere non ad renes. præterea nephriticus ferè dextrorsum vergit, nec ab eo loco vsquam ex toto discedit, colicus sæpe locum mutat, & in pectinem inclinat. Nam quod Galenus ex quibusdam apponit colicam in sinistro latere nõ euenire, etiam Auicenna expertus & multi reiiciunt. vt enim frequentior est in exortu, hoc est, in dextro eius origo, quoniam plus à sede quà excernitur distat; ita in sinistris nonnunquam accidere certum est. Sicut & ex intestinorum lapide nonnunquam colica, aliquando (quod maiorem admirationem meretur.) fluxus concitatur lapideus, quorum neutrum Galenum vidisse, ipse hoc loco testatur.

Discrimina nephritidis & colicæ.

6. Epi. 6. 18. 3. Cu. 16. 3. Tract. 3. 10.

Alterum indicium est, ex aucto post cibum dolore, quod licet vtrique affectui cõmune etiam Hippocrati asseratur, consentiente Auicenna, cùm de lapide agit: verum tradens discrimen amborum, inquit, renalem validum fieri vacuitatis tempore, quo colicus lenitur. hũc locum quidam in hunc sensum accipiũt, vt de vacuitate ventriculi, non intestinorum locutus videatur. nephriticos enim protinus à sumpto alimento nõ grauiùs habere putant, cùm non comprimantur renes à pleno ventriculo; addunt etiam leniri cõmunicata leniente laxanteque meatus alimenti humiditate. Cùm autem à ventriculo descendit alimentum & renes præmit, dolorem exacerbat: at colici protinus à sumpto alimento acriùs dolent, quoniam plenior vẽtriculus colum & tenue premit intestinum. Sed non conuenit Hippocrati & Galeno, quorũ primus habet, nephriticos, cùm cibo implentur, magis grauari; inanito per vomitum ventriculo sedari alter explicat, inanitione cibi, id est, vẽtriculi & intestinorum acrimoniam sedari doloris nõ intestinorũ tantùm. Adde quod protinus à sumpto alimento prior fæx confestim delabitur renes pressura. Præstat ita conciliare vt intelligatur, quod prisci illi docuere, quauis vacuatione & sursum & deorsum colicum leniri, quandoq; integrè cessare. non nephriticũ; is enim etiam inanitionis tẽpore fit, hoc est, manet fortis, constãte adhuc lapidis stimulo, doloris causa: sic cibo sũpto multo exacerbatur acriùs nephritico colicus: tertium ex vomitu sumitur, fastidio, flatu; ea multò sunt in colico vrgentiora maioraq́; nam vomitus colicis succedunt propter cõsentientem intestinis vẽtriculum, & quia plenitudo deorsum exhaurienda sursum vergit: postremò quoniam bilis infernè exire prohibita conscendẽs ad nauseam stimulat: fastidium creat idem ad intestina consensus: multa sursum bilis: natura tota in expellendo, contrario appetentiæ opere constituta flatuum & humiditatum ad dolentem locum decumbentium copia: flatus verò multus est, & quia naturali negatur exitus, & quia retenta excrementa præter naturalem aceruant & augent: ita dicta symptomata multa sunt in colicis, in nephriticis propter causas non dissimiles minora. Præsertim vomitus vrgẽt colicum pituitosi frequentiùs: nephriticũ etiam inuadunt pituitosi, antecedit enim in vomitu pituita, quoniam in ventriculo & continetur & gignitur; sequitur bilis quoniã à iecore vellicatione maiore cõuellitur, ait Aphrodisiensis.

2. Prob. 58.

Sed in nephritico propter cruditatẽ ex inedia, vigiliis, doloribus, sæpe vomitus etiam æruginosi sequuntur, ita tradente cum Hippocrate Galeno, quod in colicum affectũ, magna ex parte frigidũ, non incidit.

4. Aphor 70. 2. 1. De hyposta.

Iungit Hippocrates ex arenulis indicium, quod ceu perpetuũ recipit in Aphorismis: & auctor libri De renum affectibus, certum propriumq́; lapidis indicium appellat.

Arenæ an lapidis indicium.

Auicẽna semper ait significare lapidẽ, qui vel gignitur vel soluitur. Contra tamen subinde occurrunt Hispani multi in vrinis magna ex parte arenas mingentes, qui nec lapidẽ genuerunt, neq; eùm eas per multos pellant annos, gignunt. Neq; huius rei ignarus Auicenna dicto scribit: tantum abesse vt semper attestentur vrinæ præsenti lapidi, vt magis tutos nos reddant ab eius generatione. id præsagiũ necessarium non putat, frequens tamen addit rationem, quoniam crebra illa arenarum excretio indicat valere renes expultrice, humorem verò in renibus non multum esse aut non lẽtum; multus enim & lentus in lapidẽ coiret: atqui lapidis occasio ex agente plurima est expultricis imbecillitas, ex materia multus lentusq́; in renibus humor: ferè igitur non gignunt lapidem tales.

18. 3. Tract. 2. 16.

Itaque vt præcedẽtibus lapidis indiciis & tenui puraq; vrina exeuntes arenæ certũ lapidẽ monstrãt, ita vbi illa non præcesserunt, sed frequens est cum bono habitu arenarum expulsio, lapidem non aceruari significatur. Vtri ergo magis à lapide seruandi? Vtris magis imminet, iis ne qui purum, an qui arenosum mingunt? fieri potest vt qui potũ mingunt, nihil alienum in renibus habeant robustis, & facilè si haberent expulsuria; quem statum quis nõ præferat arenoso, in quo humor adest & is assatus, & qui paruo momento lapidescat. fieri etiã potest vt qui nihil horum excernit, ob renum imbecillitatẽ retineat multa crassa lenta, quæ paulò post in lapidem commigrent, huic peius habere arenoso manifestum est. ita frequentes in vrina arenæ quandam sed exiguam in lapidem propensionem indicant: quæque sæpe in lapidem non transcat

est, stercus obdurescens excipit. Illa de iliaca moueri possunt: cur tam arctè iis, qui praue habent sedes clauditur, vt ne acum quidem possis adigere, clysteres verò citissimè absorbeantur, & suppositoria, nisi validè eruti adligaueris: deinde cur Auicenna in ea fœtidum crepitum damnauerit, qui Aureliano supra non fœtidum commẽdatur.

Cur iliacis sedes clauditur.

Cur eidem vrina bona momentum ad salutẽ non habeat, quæ Galeno in omni morbo magnã præbet ad salutem spem. quæ ad hunc fermè modum expedire oportet. expultrix noxam sentiens cõtractione multa conatur ad noxij excretionem, & primũ quidem obseruato ordine à natura instituto, orditur à superiore parte cõtractionem, quò detrudat excremẽtum omne, siue siccũ fuerit, siue humidum. Id semel & iterum frustrà tentans, inuerso ordine ab infernis cõtractionem inchoat: idque tanta vi, vt angustet excrementorum exitus, & infusa quæuis aut immissa constrictione absorbeat. & quod euenire videmus, dum ex arbitrio quisquã propter præsentem occupationem excrementa cohibet, vt incipiens ab infernis contractio multa vi sursum excrementa bilemq; eiaculetur, ita vt cephalalgia, sequatur, sæpe colicus dolor aut ischuria, ex qua nonnulli periere: & quod fortè non vidit antiquitas, honesta quędam virgo ex ea retentione ante annos viginti, incidit in integram perpetuamq; omnis excrementi & humidi & sicci retentionem: & cùm viuat, sed epilepticis cõuulsionibus crebrò correpta, in totũ mingendi & deiiciendi munere priuata est: sed exiguum alimenti sumens per os crebrò reiicit. Idem colicis accidit & iliacis vbi non iam voluntas, sed ducta natura frustrata inferna deiectione, sursum pellit. Quòd verò ad locum Auicennæ attinet; meritò deterrimum facit stercus quod vomitu pellitur aduersa naturę via: mitior est aliquanto fœtens sudor per totũ corpus susus: soli verò respirationi cõmunicatus leuior, sed eructatione tanto facilior, quanto magis consentit intestinis ventriculus pectore: crepitũ verò fœtentem non dãnat, cùm sit deterior purus magnitudinem obstructionis intestinorum arguens.

16.3.Tra.4. 29.

Sed vt in pure & fœtoris absentiam improbamus & immoderantiam, ita Auicenna immodicum fœtorem, Aurelianus nullum improbat. Maior est in vrinæ significatione difficultas: nam in morbis non febrilibus aliquando Galenus vrinas repudiat, & alia respicit indicia: quandoque contrà, Hippocratis exemplo, pręcipit in omni etiam capitis, pectoris; intestinorum morbo spèctare. hic primus nodus est. alter in non febrili morbo tertio. Epidem. bonas vrinas nihil magni polliceri, malas lætales esse pronunciat. & rursum paulò post in vtrisque multum situm esse contendit: in bonis quidem ad salutem, in malis ad mortem.

1.Crif.7.
2.Prasa.26.
3.Epi sec.2.3.
Vrinæ in morbo non febrili.

Igitur in omni febri affectione siue sit febris ipsa morbus, vt causus, siue morbo accedat, vt pleuritis, plurimum sibi vendicat vrina, non modò ad exitum morbi præsagiendum qualis futurus sit: Sed & ad perspiciendam materiæ coctionem & iuxta eã tẽporum morbi diuisionem. Cùm enim febris humor in vasis contineatur, quorum est vrina excrementum, non alio ingenio materiæ statum exactius consequeris, in iis verò quibus febris iuncta non est, materiæ morbum facientis coctio ex alio potius excremento, non ex vrina

1.Crif.7.

colligenda est; in oculis enim affectis lippa, in intestinis deiectio cruditatis, sunt aut coctionis indicia, non vrina. non tamen idcirco in particulari vitio aut prætermittenda aut obiter consideranda vrina est: in ea enim plurimum situm est ad prænidendum morbi exitum. nam cùm reliqua excrementa partis vnius statũ commonstret, vrina vasorum, hepatis, atq; adeò corporis vniuersi, fit vt nunquam non vrina morbi etiam particularis statum indicet & naturam. indicat enim, quãdiu inculpata est, non commisceri particulari vniuersale hepatis aut vasorum vitium: prætereà nec particulare ipsum malũ in corpus permeasse, & in consensum (quod facere solet increscens) nondum vasa perduxisse. quæ duo non parum præbent salutis spem, nam quod prauæ vrinæ vitiosum significantes etiam totius vltra particularem habitum, malo sint & desperationi proximę vel apertissimum est. quod verò initio commenti libro Epidemiæ Galenus ait, prauas exitium portendere, bonas non valde commendari; non de morbo quouis partis pronunciat; sed de voluulo: quæ affectio cùm in genere suo sit exitialis, quid magnũ ex bonis in ea vrinis speres? aut quę relinquitur mortis dubitatio, si particularis morbi extremo discrimini, ingens accedit ex vasis incrementum? quicunq; ergo eam Galeni de voluulo sententiam ad pleuritidem transferunt, & ad alios quosuis partium affectus (sunt autem plurimi scribentium tales) delusi in interpretatione sua deprehenduntur.

3.Epi sec.2.6

2. *lyenterias*] definitur Galeno velox incocti nec liquati alimenti à vẽtriculo exitus. ex quibus duobus nõ cruditas festini exitus, sed festinus exitus, cruditatis occasio est. cùm enim citra moram & retentricis officium, coctrix suum peragere nequeat, deficiente in lyenterico retentione, collabitur & perit coctio. Igitur si deficientis retentionis causę perspectæ fuerint, lyenterię causa aperta erit. retẽtrix facultas siccitatis & cuiusdam caloris temperamento, quo cum villos contrahit, munus exequitur. eò fit vt potissimum deficiat opposito intemperamento humiditatis frigiditatisq; fieri autem potest, vt quauis quatuor qualitatum immodice abundãte etiam siccitate retentio pereat: quod enim docuit Galenus, omnis excedens intẽperies operationem exoluit. quia verò rari sunt immodici illi excessus intemperaturatum; frequentes verò modici: fit vt retentrix sæpe laboret humiditatis frigiditatisq; vitio. Hęc enim etiam parum aucta, quoniam peculiari retentricis temperamẽto opponuntur, facilè operi officiunt. Cumque ea intemperies possit ventriculum offendere & hectica, & fiens rursumque fiens, & immaterialis, & materialis: crebrò euenit vt propter materiale fiens auctæ pituitæ occasione succedat. hæc vna lyenteriæ origo est: pituita enim ventriculo hærens conciliata intẽperie lædit retentionem; fortè verò etiam lubrica fluxaque substantiæ conditione delabi facit alimentũ. Altera occasio est ventriculi exulceratio. fugiens enim natura dolorem ab alimenti contactu excutit, nec morari patitur. non aliter quàm vesica vlcerata festinat excernere. Dignoscit alterutrum Galenus ex sensato morsu labentis alimenti, & ex curatione tentante. Nomẽ verò rudis antiquitas læuitatis intestinorum imposuit, indicans, ignoram

6.Aphor.1.

Lyenteriæ causæ.

3.Cau symp 3
2.Aphor.20.

6.Aphor.1.

ignotam fuisse primis illis rerum inuentoribus facultatum essentiam; quapropter non immeritò in Thymæo optat Plato, vt primi illi nominum impositores viri essent apprimè docti, & qui rerum naturas optimè tenerent. ita enim multò facilior euasisset rerum scientia, quæ modò in obscuro latet; quoniam sæpe distantibus rebus vna data appellatio est, & rursum multæ vni. sic opinati detentionis alimẽti in intestinis causam non esse animæ vim suo quodam temperamento stabilitam, sed rugosam intestinorum cauitatem, *Celsus. in proœmio.* nomen imposuerunt morbo læuitatem. vt enim concoctionem putrefactioni tribuebant, non facultati; ita retentionem compositioni: quàm autem illi toto cœlo errauerint, exemplo vesicæ monstrat Galenus, quæ cùm nihil minùs quàm rugas habeat, retinet tamen vi illa ad præstitutum tempus vrinam. humidum verò iuxta cutem ab eadem vi contineri ne effluat, syncopis ostendit. perfundũtur enim eo correpti confestim toto corpore sudore, concidente quæ continebat facultate, quin *5. Aphor. 14.* & in decrepitis causam crebro cibandi, Galenus ad retentricis in membris imbecillitatem refert, quæ vt in iuuenibus dissoluenti calori renititur, ita extremè senibus collapsa non repugnat.

3. *cæliacas*] verbum est à membro passo deductum, significans peculiarem ventris affectionem, quæ alimentũ liquat quidem, in quo à lienteria distinguitur, sed nec integrè coquit nec distribuit. per aluum verò deorsum ex medio chylosa descendunt, de quo apud Paulum & Celsum *Cœliaca quid.* sermo est. Aretæus verò exactè definit. (Diuturnũ profluuiũ alimẽti nõ integrè cocti, nec distributi: tandẽ autem etiã ex corpore liquatur in vẽtrem: & ventriculus modò quasi ab igne vritur, modò quasi à crystallo conglaciatur.) Digna memoria & inquisitione verba. Cùm enim affectio corpus non occupet, sed ventriculum, mirabitur quispiã cur tandem ex corpore liquetur in ventrem. nec minùs illud, qui fiat vt eadem affectio ingentis flammæ, & vicissim niuis imaginem laboranti imprimat parti. & primi quidem solutio hæc esse videtur. Quocunque natura longo tempore excernit humorem, ita partem vnde exit exhaurit, vt dictum progressu, ex paulò longiore interuallo vacui gratia nonnihil succedat, & post illius confluxum aliud succedit remotiùs eadem vacui necessitate, quousque toti communicet ea necessitas, vt ex toto ad locum confluat destuctionis. Sic in diuturno abscessu colligitur quotidianum pus maiore quàm assumptum alimentum copia. sic in antiquo catarrho, mensali profluuio, aut diarrhœa, aut cæliaca ex toto liquatum defluit in vẽtrem; quemadmodum enim vbi omphacium madefacta lana destillamus, vniuersum in phiala contentum primam illam oram destillãtem consequitur, ita in corporis destillationibus, & defluctionibus euenire credendum est. Alterius verò hæc: Queruntur sæpe laborantes ex occipite, vel genu, vel quauis alia antiqua partis imbecillitate, percipere se per quædam temporum interualla memoratas ab Aretæo intemperamentorum pugnantias: quoniam vbi primum dierum & affectionis progressu innatus calor emarcuit (cuius est & calido agenti & frigido reniti) inualida pars & innato præsidio destituta summopere ab accedente humore mutatur, à bile quidem in-

Pars laborans cor modò algida, modò æstuans.
Lib. Trem. 4.

flammata, à pituita gelata. quemadmodum enim serpentes, licet calore valeant acri, quia exiguam habent natiui molem, sicut & inter homines biliosi multi, & hyemis impatientes sunt, & æstus: ita partes quæ præ affectus perseuerantia & magnitudine natiui calidi subsidio priuantur.

4. *mordaces*] fluxus ventris & vrinæ frequentia, ita vt excrementa nec moreantur nec retineantur, si fiunt ob vlceratum aliquod intestinorum vel vesicam, non sunt omnium intestinorum, vel totius vesicæ affectus, sed partis vlceratæ tantum per se membri reliqui per consensum: At verò vbi causa imbecillitas facultatis est, ab intemperamento profecta, totum membrorum affectus occupat.

SECTIO TERTIA.

IGITVR, cùm de repente nephritis inciderit lapide notatu digno vel in renum vel in vreterum aliquo in pacto, dolorem excitat, colico haud absimilem. Verùm distinguitur ab eo ex nausea tum multitudine, tum magnitudine, suntque per vomitum reiecta & biliosa, & pituitosa, quibus præ assumptis quoque cibi aliquid admixtum videtur: sæpenumero etiam ex loco, cum superiores coli partes afficiuntur: atque ex eo interdum, quòd non vni loco dolor innititur: sed reuoluitur, & ad plurimas extenditur partes: præterea, quod ne flatus quidem transmittitur. Atque omnia hæc colicis dumtaxat euenire solent, sed alia quidam magis, alia verò minus. Cùm verò ex his, quæ in vrinis resident, aut lapide cum vrina excreto, planè discerni possunt, nullus relinquitur quæstioni locus. Sunt non pauci laborantium, qui dolorem modicum in profundo lumborum infestantem sentiunt, quamuis ab initio nondum sabulosum quippiam manifestè excernatur. quibus (vt scitis) dato medicamento, quod lapidem in renibus conterere posset, simul & affectum ipsum, & sedem affectam cognouimus, atque ipsam habuimus curationis principium. Cùm enim à medicamenti potione in vrinis sabulosa quædam subsidere conspicerem, nephriticum affectum esse cognoui: atque deinceps eadem medicamenta exhibendo, reliquam perfeci curationem. 2 Cùmque renem quempiam ita affectum esse cognoueris, si dolores cum 6 horrore interpellato inæqualique infestare videantur, sequanturque febres quædam inordinatæ, tum pronum in ventrem decumbere, atque interdum in alterum latus, vt sublimis sit affecta partis positus, laborantem sese vertere iube: ac deinde interroga, num circa renem dolentem veluti suspensi cuiusdam ponderis sensum percipiat. Etenim, cùm hæc ei acciderint, abscessum iam collectum coniicere oportet: quo concocto pus mictum vt laborantem à dolore liberat, ita vlceris in rene periculum affert: 3 proinde ex acto studio laborandum est, vt inducatur cicatrice: quod nisi ilico contigerit difficiliorem reddet curationem. Porrò persenetantis vlceris notæ ex vrina haud obscurè deprehenduntur. Adde, quod laborans creberrimè in affecto rene dolorem sentit, atque interdum cum vrina exiguum pus, veluti ab vlcere, excernitur. Similiter ramentum nonnunquam cum vrina expelli videtur: ac interim sanguis quoque, qui erosi iam vlceris indicium est. Quanquam rupto aliquando vase, aut ob plenitudinem, aut casum, aut vehementem ictum, nonnulli magnam sanguinis copiam meiendo profuderunt: id quod aperto interdum vena alicuius ere fieri videre est. sed efficacissima vlceratorum CAP. 3.

renum

renum coniectura est: si cum vrina exiguæ quædam caruncula excernantur, vtpote quas renum essentia partes, easq; ob vehementem vlceris erosionem auulsas esse constat.

INTER renum affectus, primũ nephritim cõplet, addens nonnihil de abscessu & sequente ad abscessum vlcere. secũdo §. Ea verò (de morbo pilari. tertio §. atque ad renes) diabeten tractat.

Lapidis causæ.

1. *curationem*] causæ lapidis gignẽdi cum æra- teilli obnoxia explicandæ sunt. renum aut vesicæ calor; materia in meatibus vrinæ abundans & illius mora: & de calore quidẽ nulla dubitatio est. Cùm enim cõcretio omnis vel ab immodico fiat per resolutionem calore, vel ab excedẽte per cõgelationem frigore; nec in viuente congelans in lapidem frigus reperiri possit: superest vt ad calorem referatur. quod enim Aretæus nephritim senum ad concretionem frigidam refert, significat seniles humores præ frigore crassiores esse moderato, nõ ad lapidis duritiem ob renũ coaluisse frigiditatem, cùm etiam senes ij magis lapidosi sint qui magis renibus calẽt. Cur ergo pueri quorum est calor exiguus, & senes? Galenus ait, caloris actionem & vim requiri non gradum, & intẽsionem necessariò: fieri enim vt quemadmodum ex multa ad exiguum ignem mora nõ minus calefiat quisquam, quàm ea breui ad focum accessu; ita puerorum & senum calor humorẽ diu in vrinæ viis retentum excoquat in lapidem. quo fit vt inter tres dictas lapidis causas summũ locũ & momentum retentio obtineat. Sed quid facias Auicẽnæ, inter alia de lapidis curatione scribẽti, dormire supra dorsum lapidi cõferre. is enim situs & materias eas deducit & renes immodicè excalfacit; qui enim eò intorquent, vt sentiant Auicẽnam significasse lædi ex eo accubitu nephriticos, ostendant oportet ea phrasi quandoque authorẽ vsum, confert colicæ, id est, lædit colicos, confert pleuritidi, id est, offendit pleuriticos; quod nunquam efficient: qui verò putãt cõmendari ad humoris contenti in renibus resolutionem, falsum dogma proponunt: nam quæcunque partes imbecilliores reliquis sunt siue natura, siue morbo, nõ exigunt aut exercitia aut operimenta aut calorifica quæuis, (inter quæ is decubitus numeratur) amplius moderato sanoque homine; sed multò inferiùs, itaque podagrici pedes ne exercento, cephalalgici caput ne indumentis contegunto, nephritici à veste, cinctu, aut in dorsum decubitu arcẽto: cùm enim in partem nam a debilẽ spõte sua excremẽta decumbãt, quid nõ facient, vbi ex calorifico tanta accessio ad defluxionẽ facta est.

6. Epid. sect. 3.13.

Cap. de curat. lapidis.

Supini decubitus dãna.

ergo decubitus supinus multis nominibus condẽnatur: primùm morbis cerebri obnoxios redditi deducit enim ad postremum humores ventriculum, illum omnium dignissimũ, vnde epilepsiæ & incubi frequens occasio præstatur. vulgus verò etiam in febrientibus condemnat quasi vires eneruantem, reclamantibus licet medicis: sed nõ est omnino vanum à tam longa antiquitate receptum. & sanè membra omnia supino homine otiantur, & in partem imam & grauissimam ceu in nauis carinam decumbunt; quique ex ingenti labore fatigati sunt, eò maximè inclinãt, resolutas verò animales vires siue ex cerebri damno, siue ex interitu, non alio situ tueri poterit. Verum in febriante, cuius mẽbra lecto decumbunt & ab opere omni animali feriantur, & in quo animalis facultas collapsa est, etiam si reliquæ duæ incolumes perstent, supinus habitus laborantem idcirco fatigat quia ventrem, pectusque in sublime per inspirationem leuat; quanto que difficilior est conscensus, quàm in plana ambulatio; tanto magis respiratio in supino accubitu, quàm in laterali fatigat, eum qui propter febrẽ magna eget crebraque respiratione: & ex morbo, arbitratio omni motu priuatur vim habens animalem maximè imbecillẽ. postremò excalfacit renes & ad eos materias detrudit, vt non minus nephriticis quàm cephalalgicis cauendus sit. tamen is situs qui toto reliquo tempore damnatur in excludẽdo lapide vreteris vel renibus impacto potuit, & debuit Auicennæ commendari. nã in eo symptomate etiam descensum per scalas festinum, & inæqualem equi vectionẽ quærimus, quæ talibus per sanitatem religiosè cauenda sunt: vt intelligatur in eo remedio Auicenna Hippocratẽ secutus. is enim libro Acutorum adhibẽs lateri dolenti fomentum, munire illud & contegere docet, ne suffitus ad nares accedat laborantis respirationis crebritatem aucturus & febrem: qui ipse suffitus procedẽte morbo cùm expectorare animus est, & coctam materiam inanire, ex industria paratur, & naribus offertur: sic decubitus in dorsum reliquo tempore noxius, cum detrudendus lapis est, viarum laxitate & calore prodest, & pulsioni commodat. Sic se prima ex lapidis generãdi causis habet. Sequitur materiæ copia, magis crassities, maximè lentor. is enim in causa est ne exustus humor comminuatur, sed in vnam substantiam coagmentetur. Summè potest retentio eius in renibus, siue eam expultricis imbecillitas efficiat, siue meatuum angustia renumque densitas: nam quæ ante renes sunt emulgentia vasa amplitudine sua in omnibus humorem excipere possunt. vreteræ, quæ sequũtur faciunt vel amplæ ad facilam, vel angustæ ad difficilem iam geniti lapis exitum: soli renes substantiæ suæ formatione vel obnoxij sunt vel alieni à lapide gignendo. quo fit, vt ferè transeat in liberos, quoniam sequitur ea aptitudo renum tẽperamentum, & adhuc magis compositionem, quæ vtraque in genitos commigrant.

2. Aphor. 29.

Lib. 2. 4.

Ætas lapidi obnoxia. 3. Aph. 26.

Superest de ætate disputatio. puerilẽ à triennio ad decimum quartum, definiuit Hippocrates, sed ad vesicæ lapidem; renalẽ enim senibus familiarem facit. Vtraque enim ætas & prima & postrema crassitiem humorum aceruat, promptã morbi materiam. Senes quoniam vniuersum alimentum non conficiunt, sed illiquata manent nonnulla paulo crassiora, vim senum cõctricem superantia; pueri verò propter lac in gluten importunos motus. Quæres, si tertio alimẽtorum crassum lac & pituitosum lapidi aptissimum pronunciat, quomodo alibi Hippocrates biliosum eo nomine condẽnat, de capitis agens vulneribus. nulla pugnantia est: nam & renum calor & humoris crassities lapidi faciunt obnoxios. Cur pueri in vesica, senes in renibus magis? Galenus respõdet, crassities illa in pueris per renes meat, & quia expultrice vi valẽt, & quia coctio fundẽs liquat, & attenuat; cumque ad vesicam ventum est, vbi moratur vrina ad interualla mingendi, subsidens

Cap. Lect. Lib. 4 de morb.

6. Epid. sect. 3.13.

crassities in lapidem coit. At verò senibus fæx in renibus relinquitur & propter expellendi infirmitatem, & propter crassa aliquot non satis ab exiguo calore fusa, quæ colari non potuerunt; & præmora in renibus assantur. Aphrodisæus ait, (1. Proble. 109.) vbi meatus ampli sunt, subsidet fæx, & subsidens in lapidem commigrat; si enim quiescens non descendit, sed permixta sero labitur, nũquam lapidescet. Ergo vesica puerorum amplitudinẽ habet ad subsidendum, nõ renes propter meatuum in exiguo corpore angustiam: in sene etiam renes concedunt fæci amplitudinem ad subsidendum, concretionis occasionem.

2. *cúmque renem*] transit ad abscessum, congerens notas partim tumoris vniuersim renes affligentis, vt ponderis sensus incumbentis; partim versi iam in abscessum: cuiusmodi est, febris & sine ordine horror: quæ apud Paulum & Auicennam apertiora leguntur.

3. *proinde*] excernunt multi pus partim cum vrina, partim cum deiectione, nec magni faciunt affectum; causa quandoque sanguis est excrescẽs: siue ob assueti exercitij abstinentiam, siue ob victum solito indulgentiorem; versus enim in vasis (1. 1. De egestionib. & de hypostasi.) in pus ad excretionum ductus à natura salubriter pellitur, de quo meminit Auicenna. frequentior causa vlcus renum est: nam plurimi talium renes dolent; neque opus est vt perpetuò doleant vlcerati renes, nam & renum substantia expers neruorum est & Galenus sæpe ait eos renes dolere, non perpetuò. Consilium verò Galeni de festinatione ad cicatricem inducendam in rene vlcerato, vulgus cum suo damno sæpe non obseruat; diuturnum enim in sinum transit, qui difficillimè curationem admittit.

EA VERO, quæ pilis similia sunt, Hippocrates quoque cum vrinis excerni vidit, quemadmodum in Aphorismis scripsit: ac ipsi etiam vidimus aliquando, quæ semipedis longitudinem æquarent, interdum etiam ijs longiora; vt mirarer, quomodo in renum 1 spacio talia possent consistere: proinde probabilius mihi videbatur in 2 venis huiusmodi res procreari: quemadmodum in quodam Arabiæ loco (vt aiunt) in tibiis hominum dracunculi vocati nascuntur: neruosa natura, colore, crassitudineq́ lumbricis similes. Igitur, cùm multos audiuerim qui sese vidisse eos dicerent: ipse verò nunquam viderim: idcirco neque de ortu, neque de essentia ipsorum quicquam exactè conijcere possum. 3 At, vbi pilos meiendo excretos vidi, tum ex colore, tum ex mole credidi dicentibus eos ex crassa, lentaque materia, quam calor calfaciens exiccauitq́, in venis consistere: quanquam longitudinis ipsorum causam non intelligo. Verùm, cùm primùm eos vidissem, curationem à medicamentis, quæ vrinam ciere possent, tentaui: quam postea experientia comprobauit. Omnes verò, quotquot huiusmodi affectu laborare consueuerunt, neque ante ipsum neque rursum post ipsũ nephritico aliquo accidente fuerunt, molestati, qui curati fuerunt medicamentis, quæ ciere vrinam possunt. verùm, 4 etiamsi alia quæpiam humorum vitia à venis per vrinam expurgentur, quemadmodum si puris quoque multa fiat per vrinas excretio, nihil ab ijs vel renes, vel vesicã, vel vreteras molestari cognouimus. Cæterùm in hac re non parum cum intestinis conuenire videntur, quæ in hepaticis dispositionibus nihil patiuntur, licet à bile syncera lædantur: veluti vesica quoque, vbi longo tempore acres per ipsam vrinæ transeunt, vlceribus affici solet. Est 5 etiam alius renum affectus, quo renum saníes sanguinis mingitur, similis excrementis, quæ in hepaticorum affectuum initio excernuntur, nisi quod magis videntur cruenta. Cuius rei causa est dispositio haud absimilis ei, qualem in iecore diximus imbecillitatem esse: insuper cùm ora, aut meatus, (vel vtcunque nominare volueris) per quos ex caua vena in renes vrina percolatur, supra modum dilatantur.

MORBVM pilarẽ tractat & sanguinis mictũ.

1. *spacio*] lego, ventre.

2. *venis*] τριχίασιν vocant Græci nos capillitiũ vel pillarem morbum, quo nomine Paulus significat immundicam palpebram hirsutiem. frequentior vsu est de lactentium mulierum morbo: persuasum enim vulgo est, bibentium pilum inflammari vbera, & cum multo dolore febrite, petente pilo lactantium vberum laxitatem; quæ omnia exeunte cum lacte pilo quiescunt & cessant. Nec verò ignanis fabula est, credidit Aristoteles, vidit etiam & curauit Azarauius, vt minus cõcedamus negantibus iunioribus. Nec absurdũ est, vel epotum vel cum cibo sumptum pilum ob sanguinis ad vbera cõfluxum: & partis laxitatem eò fluere. (Lib. 5. 22. — Capillitij differentiæ. — 5. Hist. 11. — Azar prat. tract. 14. 2. — 4. Aph. 76.) frequentissima verò capillitij significatio est, de exeunte cum vrini oblongo & albo; de quo cùm in Aphorismis Galenus palàm docuerit in renibus consistere, hic fatetur se causam ignorare tãtæ longitudinis; æquat enim nonnunquam pedẽ: de quibus verum est, quod Galenus ait esse infrequentem morbum. nam breues & implicati pili vel frequentissimi sunt. eò autem hic inclinat vt paret in vasis ob formam & longitudinem gigni, ne tamen secum pugnet de vasis renũ illum audire par est. Nam & Auicenna proponẽs, inquit, (19. 3. Tract. 0. 20.) vasis renum vel alijs, cùm enim per diuretica sanentur, fateanturque se ex renibus laborare qui talia mingunt, in renibus generationem obtinẽt vtroque magis expendisse videtur Actuarius, ad (1. Caus. vri. 21.) vreteras citra vllam referens hæsitationem: cùm enim renum sinus ferè pituita abundet quæ tarò ad arenas & lapidẽ in sinu moratur; sæpe simul cum vrina ad vreteras labitur; consentaneum est vt lentore suo vreteris herens, & præ calore crassescens, in oblõgam & terentẽ effigiem, pili formam assumat.

3. *possum*] dracunculi Galeno nomine tenus noti, posterioribus innotuerunt. Paulo dracontiũ dicitur & dracunculus. Arabibus vena à similitudine, medena ab vrbe Medena, In qua id genus morbi frequens visitur; est enim in Ægypto frequens & India. nascitur sub cute (non quod Galenus coniectat intra venam vermis satis longus subrubetque qui motu suo cutem erodens & inflammans dolorem excitat neque sanatur nisi integer eximatur; abruptus enim acerrimos dolores excitat. qui verò negant esse animam, sed humoris vis serpere, negligentius rem expendere. Est enim vermis non secus qoàm sytones nostri, non minus dracontiis antiquitati ignoti. (Paul. li. 4. vlt. — Aui. 3. 4. Tract. 2. 21. — Dracontiũ.)

4. *verumetiam*] iungit doctrinam de omni excremento per ventrem purgato.

5. *est etiam*] iis, quibus non erat perspecta ratiò naturæ in colanda per renes vrina, magnam difficultatẽ inuexit sanguinis ex rupto vase mictio. Si enim ora emulgentium effunduntur ad colũ quod in renibus est, id quod initio continent purgandum; ruptoque vase extra funditur sanguis; non

plus

plus ſanguinis propter rupturam ad vreteras,ſed minus deſcendat neceſſe eſt. Sed non ita habet Sanguinis missi ratio. ſecretio quã natura in renibus parat. Ingrediũtur renem vaſa duo, dextrum in quinque ramos diſtribuitur, in totidem ſiniſtrum. circundantia renis molem, & extremis oris mutuo cnëuntia, per hæc vaſa confluens cum pauciſſimo ſanguine ſerum, deſtillat in renum carnem: non per ora quæ mutuo coierũt, ſed per laterum potos: ſuſcipitque ren quicquid ſanguinis permixtũ labitur, permittens putũ ſinui ſerum. eo fit vt ſciſſum vnũ ex iis vaſis, non per potos ſanguineum ſerum reni deſtillet, ſed per vulnus merũ cũ ſero ſanguinẽ reni affundat: vnde in vreteras delapſus multo & conferto ſanguine vrinã maculat. Simul & illud hinc perſpicitur, cur natura inter naturalia viſcera laxiſſimum creauit lienẽ, renes denſiſſimos; niſi enim multa lienis raritas obſtaret, craſſus humor indies obſtrueret: niſi renis denſitas ſanguinem cohiberet. Sanguinea perpetuò profunderetur vrina. Nam & prouidente licet iuſtè natura, ſæpe lien obſtruitur, & ſenibus vrina ſanguinolenta meat.

ATQVE ad renes quoque pertinere is videtur affectus, quem alij hydropem matellæ, alij vrinæ profluuiũ, alij diabeten, alij dipſacon appellant: qui certè quàm rariſſimè euenire ſolet. Equidem eum antehac bis duntaxat videre potui: ſupra modum videlicet ſitientibus infirmis, atque ſubinde bibentibus: quapropter exuberanter quoque reddunt id, quod biberunt, eo à ſua qualitate non mutato atque hic renum veſicaque affectus ſimilis eſt ventriculi inteſtinorumq́ lauitati. Sed de inteſtinorum lauitate alibi ſeparatim iam dictum eſt: vbi oſtendimus non ventriculum duntaxat, ſed vniuerſa quoque inteſtina ad excretionem tum ciborum, tũ potuum aſſumptorũ celeriter excitari: adeo vt ne pauxillo quidem tempore citra moleſtiam ferre poßint, ipſorum aut pondus, aut qualitatem. At, quod affatim celeritérq́ ad veſicam vrina defertur, id neque ad ventriculi, neque inteſtini ieiuni, neque tenuis imbecillitatem, tanquam ad cauſam, referendum eſt. Si enim ob id, quòd potum ſuſtinere non poſſunt, ad excretionem properant, quid obſtat, quo minus per ſedem excernantur? id quod in lauitatibus inteſtinorum fieri plane videtur. Neque enim cibus duntaxat tam celeriter per tam longam inteſtinorum conuolutionem tranſiens deijcitur, verùm etiã quæ epota fuere. Porrò tranſmißionem à totius ventris partibus ad hepar didicimus neque per hepatis aut venarum in lactibus, aut ventre, quomodo neque per earum, quæ ab hepate exorta ad renes tendunt, imbecillitatem fieri. Quippe in libris de naturalibus facultatibus iam oſtenſum eſt iecur ex vẽtriculo per meſenterij venas, veluti arbores à terra per radices, cibum ad ſeſe allicere: ſic etiam renes id, quod aquoſum in ſanguine eſt. verùm veſicam non trahere à renibus, quemadmodum neque inteſtina à ventriculo: ſed renes quidem per vreteras excernendo in veſicam mittere, ventriculum autem in ieiunum per eam partem, quam Herophilus dodecadactylon vocat, à duodecim digitorum longitudine nomen ei imponens. Itaque renum potius imbecillitas accuſanda eſt, vtpote qui continere diutiùs vrinam non valent: nõ verò aliarum partium, per quas potus tranſire ſolet. Sed rurſus reprehendo dicet quiſpiam, cum infirmi fuerint renes, quomodo fieri poteſt, vt tam celeriter vrinam ad ſe attrahant? an dicere poſſumus, quemadmodum in ventriculo quibuſdã lientericis vehementiſſima excitatur ciborum cupiditas: ita in renibus quoque cupiditatem ſimul oriri vehementem. atque hanc ob cauſam eos vrinam per cauam venã ad ſeſe trahere, ſed ilico ab attractionis impetu grauari? Etenim, quemadmodum in his, qui canina vocata appetentia vexantur, videmus, vt affatim impleti paulo poſt aut euomant, aut fluore deijciant: id quod non ſolùm ijs, qui præter naturã ſe habent, accidere ſolet, verumetiã animalibus quibuſdam integra valetudine degẽtibus, vt in auiculis, quas noſtrates in Aſia ſeleucidas vocant, videre eſt: quippe quæ iugiter locuſtas edũt, eaſq́ celeriter excernunt. Ac in alijs quoque animantibus huiuſmodi accidens naturale videtur. Vt igitur canina cupiditas in ore ventriculi conſiſtens, non potente ipſo deuoratorum pondus ſuſtinere, multa impetuoſe ingerere, atque ea celeriter excernere cogit: ita in renibus quoque accidit ſeroſæ humiditatis cupiditas, vnà cum virium imbecillitate: vnde & humiditatem affatim attrahere, ac eam deinde in veſicam impellere coguntur. Sed quæres fortaſſe, quamobrem vrinæ fluor ſubitò euenire poteſt, lauitas inteſtinorum non poteſt. veluti neque canina cupiditas, ſed plurium dierum numero opus eſt: nam affectus initium ab incremento, incrementum à vigore diſtinguitur? quoniam ventriculi cupiditas, quæ cibum potúmque appetit, animale officium eſt, quo citra ſenſum noſtrum nequaquam fungitur. Renum verùm deſiderium naturale eſt, neque ad ipſo ſenſus noſtri afficiuntur: proinde, cùm ad ſtatum peruenit, ne ſenſum quidem mouet, quemadmodum appetentia canina: qua de re rationi conſentaneum videtur, vt, cùm inceperit, paulatim increſcat. In primis enim trahit ſanguinis ſerum ex venis, vel nihil nobis ſentientibus: quem cum totum attraxerit, videaturq́ ſanguis in venis, huiuſmodi humiditate ſpoliatus, exiccata tum vaſa humorem trahunt ex hepate, deinde hoc ex inteſtinis & ventriculo: cùm itaque exiccatæ fuerint venæ, quæ in ore ventriculi ſunt, potum deſideret homo, vt pote diſpoſitionem ipſam tum primum ſentiens: deinde exhibitam potionem venæ ex hepate ad ventriculum venientes, vtpote aridæ, totam rapiunt: atque ex his aliæ deinceps, donec ad renes perueniat tranſumptio. Quippe in libris De naturalibus facultatibus dictum eſt, non ſolum potionem, verumetiam cibum tranſumptione per attractionem facta per vniuerſum corpus deferri. Igitur hic affectus, quod ad tranſitus celeritatem pertinet, perſimilis eſt inteſtinorum lauitati: atque etiam, quòd renum diſpoſitio ventriculi diſpoſitioni eadem ſit, verùm, hoc vno inter ſe differunt, quòd, quæ ante renes fit lationis actio, in naturalibus numeretur, attractoria facultate ſucceßione agente. Atque hac ratione inter ſeſe differunt, quamuis in vna re ſimilitudo inueniatur: quippe ex caua vena ad renes attractio, 3 primæ deglutitioni eorum, quæ ex ore in ventriculum deferuntur, haud abſimilis eſt. At verò actiones, quæ hanc antecedunt, ad vrinæ fluorem propriè pertinent. Non rectè autem putaſſe quoſdam diabetem veluti caninam cupiditatem, ad ventriculum pertinere, hinc manifeſtum eſt. nam, qui præ nimia ſiti ventriculum impleuerunt, ſeruare potionem longo tempore poſſunt: ſed vehementi ſiti laborantes 4 quatuor accidentium periculum à potione ſubire ſolent: vnum, & quidem primum, vomitio eſt: alterum, velox per aluum excretio, aut fluore, aut inteſtinorum lauitate: tertium, quod potus diutius, quam par eſt, in ventriculo manet: quartum id ipſum, de quo nunc ſermo eſt, ſiue id diabetem, ſiue dipſacon, ſiue vrinæ fluorem nominare volueris. Neque enim, vt idoneum ei

nomen imponamus, sed vt curationis viam tum ex loco affecto, tũ ex ipsa dispositione inueniamus, scrutari animus est. Atque alius interdũ affectus occurrit, 5 diabeti per quam similis, & quidem à multis cibis, qui nec crudi sunt, neque per aluum deijciuntur, neque plenitudinem efficiunt, neque etiã probe alere possunt, sed dissipãturq́; distribuunturq́; celeriter. Cuius vt crebrior est, quàm dipsaci, euentus: ita faciliore admittit curationẽ: quippe quod, priùs quàm ad summum peruenerit, cognitũ, haud ita difficulter curabitur. Nam vbi quis duplum consuetorum alimentorum assumpserit, neque corpus ali videatur, idq́; citra alui fluorum, hunc effectum non solùm priuati, verumetiam medici parui pendunt. Cùm verò triplum ingerit, idoneis auxilijs liberari potest, prius quàm scilicet ad quadruplum aut quintuplum perueniat. Igitur rationi consentaneum est hunc affectum à celeri dissipatione incipere, omnibus partibus attractricem, atque ei cognatam facultatem, qua 6 propriè appetentia vocatur, seruantibus. At verò ingentis sitis, quæ citra diabetem accidit, causa est ventriculus aut calida, aut sicca, aut vtraque intemperie affectus, maxime verù us ipsius proximè ventriculo hepar, sed maxime pars eius sima: simul cum eis exæstuantibus, nimirum mesenterio, ieiuno, ipso vẽtre, stomacho, & pulmone. Atque huius accidentis radix inde plerunque proficiscitur, quòd à dispositione, erysipelatis naturam referente incenduntur, quæ magna ex parte marcor sequitur, alias alius velutі, cùm hanc tractaremus materiam, 7 declaratum est. Hæc itaque propter accidentium communicationem simul cum renum affectibus dicta sunt. Porrò diabetes proprius renum affectus est, qui caninæ in ore ventriculi cupiditati proportione respondet, accidente præterea retentricis facultatis imbecillitate. nam si citra vehementem cupiditatem, ipsum fieri diceremus, in primis nihil pene vrinæ, quod consideratione dignum esset, ad renes peruenire notaretur: si verò citra retentricis facultatis imbecillitatem, non tanta celeritate sequeretur vrinæ profluuium.

DE diabete inuestigat affectum locum, quem contra priscos ostendit non esse ventriculum. illi enim sicut immodicam famem ad ventriculum, ita validam sitim referebant.

1. *dypsacon*] diabetes à διαβαίνω transeo, quoniam in renibus non moratur. dipsacos à siti, vt & sui generis carduus. matellæ hydrops: quoniam aqua acetuatur non in ventrem, sed in matellam. Aretæus definit liquationem carnis in vrinam ab humida & frigida causa: & quidem omnis diuturnus fluxus etiã carnes exhaurit, quod paulo antè ostensum est, sed morbi essentia nõ est carnis liquatio. minus recipiẽdũ est quod de causa affert: nã immodicus calor sæpius occasionẽ mali præstat. referendum verò malum ad renes esse, inductione confirmat, non ad ventriculum, quoniam vbi in retinendo labitur, per sedem demittit, non ad meseraicarum vel iecoris infirmitatem: similiter enim cibum cum potu distribueret nec retineret. manaret item non ad solos renes, sed (quod solet) in totum corpus; nec tanta celeritate renes permearet, nisi renes ea imbecillitate retinendi laborant. Vesicam ideo eximit ab hoc morbo, quoniam visceri trahendi non pollet, sed recipiendi, vt nec intestina chyli; ita ex numerosis illis membris vrinationi præpositis, soli renes morbum hunc alunt. Quod verò hoc in loco neget vesicam è renibus trahere in hunc sensum accipiendum est, vt censeat vesicam per vreteras non pellicere serum: ingressui enim vrinæ in vesicam villi vesicæ recti (quod alibi Galenus scribit) faciunt. nam vbi materiæ commeatus aut difficilis est, vt in vrinaria vesica, aut longinquus, vt in vasis addit natura lõgos receptaculis villos promonẽdæ materiæ delationi: extra has verò necessitates vt in intestinis negat.

5. De vsu. 11. & 17.

2. *quam igitur ob rem*] non placuit hæc responsio Auicennæ, cùm sit dignissima quæ recipiatur; ideo enim diabetes multo est quàm canina & lyenteria deterior, quoniam tardius agnitus.

3. *prima deglutitionis*] dum Galenus deglutitionem similem facit renum ex caua attractioni, videtur significare deglutitionis munus ad naturã non ad animam pertinere. De quo placito ceu nostro æuo controuerso paucis agere operæpretium est; mox de naturali ipsa tractione, quonam motu peragatur. nam & id nõn satis nostris exploratũ esse videtur. Ergo Leonicenus hac ætate celebris medicus longo sermone cõtendit decipi cum multis Auicennam, opinãtem transglutitionem etiam musculorum & animali ope peragi; delusum scilicet operibus quæ deglutitioni ministrant, cibi sumptione, masticatione, & ad gulæ initiũ applicatione; quæ omnia musculorũ fiunt ministerio. deglutitioni verò cũ nullus præsit musculus, nec animalis facultas imperabit: hęc ab illo multi sumentes subscripserunt confirmaruntque. Sed ostendamus deglutitionem ex arbitrario etiam motu non solum naturali pendere. Primum vltra Auicennam Galenus non ita pridem inter anginæ species, retulit eam in qua inflammati musculi gulam circundantes vehementer deglutitionem impediunt. Et apertius libro De dissectione vocalium instrumentorum, eos apprime deglutitioni conducere docuit. Accedit quod tractrix naturalis ventricoli suo tempore operatur & cessat, nempe illius otium excipit retentrix concoctrixque facultas: atqui etiam in media coctione, imo & in ipso vomendi articulo, quo nihil minus quàm tractationem ventriculus exequitur, vbi volumus, deuoramus: quis igitur audeat auferre voluntati deglutitionem? & (quod maximum est) etiam nostro æuo repente quidam ob resolutionem eorum musculorum integris licet naturalibus facultatibus aliis ægrotarunt: nõnulli perierunt. Vidit ex iis nõnullos Zerbus. Est & de ea resolutione sermo apud Haly abbatẽ & Aetium medicos grauissimos. Postremo si conueniebat primũ cibi ingressum & postremum excrementi exitum nõ esse perpetuum, vt in plantis, sed intercalatum, & ex animalis arbitrio pendentem, siue causa sit, quod Galenus putat, ne vita hominis esset à musis & philosophia aliena, siue quod magis videtur; oportet enim vniuersalis animalium operis, communem præstari non homini propriam rationem, vt animalia inquirendo alimento superessent, non semper instar plantarum in sumendo, occuparentur, æquum esset; vt deuorationi non minus quàm excretioni vis præsideat animalis. Et sanè decebat duo illa inter omnia vitæ opera maximè necessaria alimenti ingressum, & excrementorum vsum, nec soli committi naturæ, ne importunè digniora opera interrumperet; nec soli volũtari, ne vel desidia, vel proteruia animal periclitari posset. Nec illi muneri decuit naturam peculia

Deglutitionũ animale munus.

3. De erra. medic. 28.

1. 2. vlt. 16. 3. tract. 3. 6.

Sup. lib. 4. 5.

Lib. dissect. voca. 7.

Cap. De anat. gula.

Haly 9. Ther. 24.

Aet. lib. 6. 33.

4. Vsu. 17.

Arist. 2. Poste. 26.

peculiares musculos formasse; assueuit enim abuti ad multa, eo quòd ad vsum aliquem semel formatū est. Cūq; inter laryngis numerosos musculos quidā gulā circundent & gutturi coniungant, eorum opere appositè detrudit, vbi placet, animal alimentum. quod enim gulæ inferius est, & detrusionis impetu, & grauitate propria, & naturali villi ope peragitur. Ea causa est cur motū per gulam alimenti hoc loco naturalem dixerit, quoniam plurima illa motio per gulam, quā exequitur eo loco post primam illam ad guttur deuorationem, naturæ est. Sed excutiamus motū villorum in attrahendo rectorum. Docent nostri rectū villū primum extendi ad trahendi cōtactum, tum colligi quo in se recipiat: ita peragi rem totā motibus duobus, quietibus autem tribus. Vna interponitur contrariis motibus: altera in parte est villi inferiore, dum superior paulatim se veluti serpendo colligit in tracto alimento: postrema in contactu, & adhæsione alimenti ad villum consideratur. confirmant motum illū extensionis in trahente gula, ex larynge inter deuorādum elata, putantes ob membranæ tegentis continuitatem cum extensa gula coextendi. hæc illi. quàm verò labantur & à verò excidant, certa argumēta sunt. Primum ipsum quod citant de eleuata larynge: nam ob membranę continuitatem laryngē simul cum gula operientis, fit, vt cōtracta gula, & subsidente, larynx sublime petat; non secus quàm in ferrea rota (cui ciconia nomē est) subsidente vno vase, vas alteri catenæ extremo alligatum suspenditur in sublime elatum; non modò apud Galenum, sed & apud Auicennam, id quod apertum testimonium est initio deglutitionis extendi gulam, sed colligi. Deinde si villus vnus sufficeret & naturali contractioni, & extensioni: quorsum ad oppositos arbitrarios motus quosuis, duos oppositos musculos natura parat? quid? vnus naturali attractioni & expulsioni villus inseruiet? est enim vna musculi functio, cōtractio. Deinde vna facultas cū vno instrumento quomodo opposita peraget, nunc contrahens, nunc verò distendens? Adde quod arbitrarius motus est operatio ad quam musculus natura fertur, sequens voluntatis imperium: musculus verò omnis, imò & villus naturæ suæ rectus nūquam extenderetur: perpetuò verò cōtrahitur: Non est igitur voluntaria actio, villi extēsio? Quomodo ergo (inquiunt) dilatatio & constrictio primi sunt animalium, natura constantes motus? Cur verò Galenus ventriculum ait per gulam cibos allicere nō secus quàm nos extenta manu eos ori admouemus. Aristoteles verò aliquid & ipse adiiciens inquit, nonnulla animalia præ fame non gulam tantum promere, sed & ventriculum ipsum in os mandare. Dilatatio (inquam) & constrictio primi motus sunt, & cōmunissimi animalium, non extenso villo dilatato animali, aut collecto in se constricto: sed vtraque res musculi contractionem sequitur, si internus est, constringit; si externus, extendit membrum. Galenus verò aduersus. Erasistratum vnum hoc obiicere contendit, rectos illos villos ceu manū pellicere: & sanè similitudo in eo respondet, non in extensione: nec enim quæcūque inter se aliqua similitudine conueniunt, ideò nulla parte dissideant necesse est. Iam vterum procidere in partu nonnunquam præ expulsionis conatu, & experientiæ ostendunt, & Galenus docuit: non secus quàm luctatur dum riualem prosternere contendit, simul ipse cōcidit. Sicut igitur & vterus illic, & athleta hic, quiescentes non extenti operantur, & tamen ingens ille conatus nonnunquam excutit, & à loco mouet ita: & ventriculus totus in sugendo positus extrà fertur.

Naturalis attractionib. ratio

7. Vsu. 7. De morb. caus. 3. Aui. 13. 3. 1.

1. Motu. musc.

3. Natur. 8. 8. Histo. 2.

3. Natur.

4. *quatuor*] potus immodici damni plura sunt hic explicatis; nec enim id modò agit Galenus, sed separat potum plurimum à ventriculi calore aut siccitate ortū à diabete. Separat autē ex aquæ sumptæ delatione, in ventriculi vitio vel euomitur, vel deiicitur, vel in ventriculo moratur, vel (quod etiam fieri potest) ad renes cōfestim commeat: at in diabete perpetuò multa celeritate ad renem festinat: non sunt itaque vna affectio; nec omnis immodica sitis protinus diabetes.

5. *diabeti*] caninam hanc secundam libro De caus. symptomatum retulit ad membrorum vel robustam tractricem, vel infirmam retentricem. ideo autem hæc canina similior est diabeti quàm prior; quoniā seruatur in ea non tantū valida alimēti attractio, sed etiam velocissima distributio; cùm in priore canina vacuētur citra distributionem aut sursum aut deorsum excrementa.

1. Caus. Symp. 7.

6. *quæ propriæ*] id est, seruata etiamnum moderata animali ventriculi, qua famescimus facultate: quæ coniungata & proportionalis est membrorum omnium tractrici.

7. *declaratum est*] libro de Marasmo.

SECTIO QVARTA.

VESICÆ superueniunt accidentia partim cæteris communia, veluti omnes ipsius præter naturam tumores, dolores, atque quæ hoc facere possunt 1 affectiones: partim ipsi soli propria, vt ischuria. (id est, vrinæ retentio) stranguria (id est, vrinæ stillicidium) ac alio quoque modo immoderata vrinæ excretio, verū huiusmodi vacuationes (vt de renibus supra dictum est) vesica tanquam meatu vtuntur, ipsa haudquaquam affecta. 2 At 2 verò stillicidium, si ob vrinæ acrimoniam fit, accidens vesicæ est, affectus verò minimè: si verò aut ab vlcere, aut imbecillitate procedit, à vesica affecta factum esse dicitur. quemadmodum, vbi acrimonia in causa est, aliquando ob renum vitium, aliquando ob alias partes quæ cum vrinis humorum fuerunt vitia, aut pus, vbi abscessus aliquem infestauerit, transmittere possunt. Euenit etiam interdum vrinæ stillicidium humoribus, qui in venis fiunt, & per renes, & per vesicam expurgatis. Cæterum, cùm ab intemperie vesica fit imbecillior, læditur propria ipsius actio, quæ est vrinæ excretio ad quam animal excitari solet, cùm vel à multitudine contenta in ipsa materia vesica grauatur, vel è morducitate conuellitur: sed ab horum vtrolibet magis imbecilli quàm robusti dolere consueuerunt. Quinetiam instrumentales affectus imbecillitatem interdum inducere possunt. Item intemperantiæ omnes cùm alia, tum maximè illa, quæ nonnullis sæpe eueniunt, cùm 3 frigore corripiuntur: tunc enim planè grauari videtur, vel pauco admodum contento in ipsa humore. Atque vesicæ etiam, veluti meiendi instrumento, ischuria accidens superuenire solet. Interdum quidem, (vt dictum est) cum id, quod in ipsa continetur, non ita comprehendere valet, vt ipsum exprimat: interdum etiā obstructo inferiori meatu, aut à crassis humoribus, aut impacto lapide: atque accidit nonnunquam, vel ab inflammatione vel alio huiusmodi tumore, vt angustior redda

Cap. IIII.

reddatur meatus, vel etiam omnino obstruatur. At verò neque neruorum à spinali medulla exortorũ, neque etiã spinalis medullæ ipsius 4 affectus. vesicæ aliquã imbecillitatem afferre possunt, vt vrina propterea supprimatur: quemadmodum nonnulli putauerunt, credentes vesicæ officium à consilio & electione procedere: quod scilicet, vrinam retinemus, quo ad voluerimus, atque eam pro volũtatis imperio excernimus. verùm satius fuisset nosse non 5 vesicæ, sed meiendi officium, veluti etiam deyciendi, non intestinorum munus ab electione consilioq; pendere. quippe vesicæ officium, vnicum est, contractio. At musculus, qui vrinæ meatum in circuitu ambit, in origine ceruicis vesicæ extensus, instrumentum est, cuius opus ab electione excitatur: vtpote qui ambiens vesicæ ceruicem, eam ita exactè stringit, vt nihil humoris ex vesica in meatum ingredi possit. Atque similem quoque & actionem & vtilitatem habet musculus, qui recti intestini partem extremam ambit. Proinde, ipsis resolutis, neque vrinam vesica, neque stercora aluus retinere potest, sed præter voluntatem paucis omnino interuallis vtraque effluunt. Itaque veluti in reliquis musculis, quod à resolutione fit nobis inuitis, id electio nostra haud inuita efficere solet: ita eadem ratione ab horum actione quiescimus, cùm vel sterem, vel vrinam excernere propositum est. Atque, vt nonnulli cùm vrinarum, tum cibi excrementorum deiectionem totam ab electione procedere existimantes errauerunt: ita rursus alij his è diuerso, totum hoc opus naturale putantes, à veritate deuiauerunt. Et enim cibi à ventriculo in ieiunum expressio, tota naturæ opus est. Rursus omnino ab electione pendet, & vtrorumque membrorum, & cuiuslibet digiti tum extensio, tum inflexio. Delatio enim quæ à ventriculo ad ieiunum fit, & quæ ab hoc in tenue intestinum, à sola naturali facultate procedit. At alui deiectio, & vrinæ redditio, vtroque instrumento proprijs suis facultatibus agente perficiuntur. Rectum intestinum, atque vesica naturali vtuntur facultate: musculi verò ea, quæ & animalis & volũtaria nominatur. Quippe musculi, qui fluores cohibere solent, tunc quiescunt ab opere, abdominis musculis munere suo fungentibus, maximè verò medijs. Sunt nonnulli, qui cùm non ita facile deycere possunt, manibus huiusmodi musculos cõprimunt: neque non vbi vrina ita suppressa est, vt omnino retineatur, idem facere consueuerunt. Cùm itaque nerui, per quos animalis facultas ad iã dictos musculos peruenit, afficiuntur, aut vbi dorsalis medulla ipsa læsa est, resoluitur musculorum actio: atque excernitur, & vrina, & stercus, vel laborante inuito. Cùm verò vesicæ corpus ita fuerit affectum, vt quod in ea continetur exprimere non possit, supprimitur vrina, nominaturq; hoc accidens ipsum, ischuria. Atque accidit interdum propter obtusum ipsius sensum, vt non reddatur vrina citra expultricis facultatis læsionem, si proprij vesicæ nerui afficiantur, neruis musculi, ceruicem eius stringentis, munere suo fungentibus: ipsorum scilicet, facultate seruata. Nam, si resoluantur, proprium indicium, quod musculus hic resolutus sit, est vrinæ præter voluntatem excretio. At 6. huiusmodi eueniente affectu, cùm meatus ipsius fuerit obstructus, vtraque dispositio cognitu difficilis erit. Proinde, vt exquisite dignoscantur, non solũ ij, sed reliqui quoque omnes vesicæ affectus, perquàm necessarium est præscire euidentes causas extrinsecus aduenientes, quas propriè procatarcticas (id est, initiatrices) medici vocant. Sed 7 multo etiam accuratiori inuestigatione eos, qui præcesserunt in animantis corpore affectus, inquirere oportet. 8 Igitur cuidam, cum cecidisset spina sinuata est, quapropter vrinam reddere non potuit. Nam & id aliquando fieri solet, quemadmodum ab 9 Hippocrate dictum est: verùm non illico suppressa fuit vrina sed perendie, ob afflictarum vertebrarum ad interna luxationem inflammata vesica. Itaque dolebat in ea parte vel nemine tangente, sed multò magis, si quis manu eum tangeret. Atque hunc curauimus inflammationis remedia adhibentes. 10 Rursus alter luxatis ad externas partes vertebris vrinam inuitus profundit, nullo infestante vesicam dolore: in hoc coniecimus eius musculi neruum, qui vesicam claudit, fuisse affectum, proinde spinalem medullam curare voluimus. 11 Atque in alio similiter affecto suppressa fuit vrina, torpente ob affectos neruos vesicæ sensu. Cùm itaque inter dormiendum non sentiret homo vesicam impleri, ipsa extensa nihil excernere potuit: Etenim accidit interdum, vt hoc modò vrina supprimatur. Quemadmodum etiam sanis quibusdam aut vrgentibus negocijs, vel in concionibus, vel senatu, vel foro, vel conuiuio: tum enim retenta longo tempore vrina extenditur vesica, atque vrina supprimitur contractrice facultate læsa propter immoderatam tensionem. 12 Quidam etiam, cùm cecidisset, manente spina illæsa, in primis quidem magnam sanguinis copiam cum vrina emisit, postea verò omnino suppressa est vrina. cuius rei causam esse coniecimus, quod concreti sanguinis grumus intus se opposuit: quocirca demissa per colem fistula paulum vrinæ reddidit, extracta deinde fistula apparuit in ipsius ore grumi indicium. 13 Præterea, cùm alios quosdam diuturni dolores vnà cum abscessuum notis infestassent, huius abscessibus tenue pus cum vrina profluere visum est: deinde subsequens vrinæ retentio. coniectura occasionem dedit, quod à crasso pure meatus obstrueretur. 14 Atque in pueris etiam, quos lapis in vesica cruciabat, vidimus sæpenumero vrinam retineri. Eos itaque resupino figurato corpore concussimus, vt ita à meatu lapis dimoueretur. Cùm verò id, quod tam iam dicam, sæpe videritis, oro, vt ipsum tenaci semper memoria seruetis: Quòd ad grumos vocatos non solum eos, qui in vesica sed multo magis illos quoque, qui in intestinis, ventriculo, atque thorace nonnunquam continentur animi defectio, & pallor sequi solet: pulsus verò paruus, obscurus, frequens apparet: & laborans ipse cum anxietate resoluitur, quemadmodum in magnis musculorum vulneribus sæpenumero accidit: vt mirari aliquis possit, quæ nam sit huius euentus causa: quippe, cùm omnium, quæ in corpore sunt, 15 sanguis maximè nobis sit familiaris: quomodo ex vasis suis effusus tanti mali authorem se præstet: vt & putredo partium, & 16 marcor ipsum sequi possit: etenim, vidimus, vbi vesicæ meatum grumus obstruxerat, eadem sequi accidentia: grumum verò adesse coniecimus hoc argumento, quod plurimum antea cruorem laborantes cum vrina reddidissent. 17 Itaque medicamentum, quod lapidem terere posset ex oxymelite, atque ipsum quoque oxymeli per se in potu dedimus. At nihilominus alij quidem perierunt, vno quodam seruato, solutis grumis, quos paulatim cum vrina excreuit.

PRIMVM tradit propria vesicæ mala, in quibus reliqua membra non communicãt, vrinæ retentionem, stillicidium, profluuiũ: inde §. quoniam verò) docet ex pure cum vrina excreto vlceris locum, vnde prodit agnoscere.

1. *affecta*] pressiùs hoc in loco nomine passionis vel affectus vtitur, quàm suprà libro primo. Illic omnis pars cuius actio lædebatur, patiebatur: hic in sola retẽtione agnoscit vesicæ affectum, nempe morbum vel intẽperamenti vel obstructionis

in stil

io ſtillicidio, quoniam io ſe nihil mali habet veſica,ſed ex vrinæ irritatur acrimonia, ſymptoma vocat veſicæ,ooo affectum: at verò in profluuio expurgato corpore iocolumi veſica nec affici cócedit veſicam, nec ſympromate moleſtari, ſed viam præbere humori purgando tantùm.

2. *at verò*] minutus eſt, quod non rarò facit, hic Galenus in diuidĕdo, ex tribus enim proprius vrinæ læſionibus,iſchuria:id eſt,retentio ſemper eſt veſicæ affectus, aut ſenſifici nerui, ſtranguria nonnunquam;profuſio nunquam;ſtráguriæ verò id eſt, ſtillicidij cauſa aut in veſica eſt, vlcus, vel debilitas:aut extra veſicam tenum acrimonia vel membri ſuperioris, vel vaſorum ſeſe expurgantium. iſchuria aut ab iotemperie, & hac quauis, frequeotiùs frigida: aut ab organico veſicæ affectu:& eo, vel diſtentione valida continentis mĕbranæ, qua veluti diuulſæ fibræ infirmantur: vel obſtructione,vel tumore:aut à torpore ſenſus vrinæ ooxam non percipiente, vrioa ipſa ad excernendum irritat,morſu, mole, pondere;eò magis, quò veſica ad continendum infirmior eſt.cooueli verò circundantem muſculum, & conuulſione ſua mictum prohibere veriſimile eſt: Sed quod noo occurrat ea conuulſio in veſica, aut quod defluentis excrementi humiditas contractionem muſculi prohibens occaſionem habere videtur.

3. frigore] quoniam proportiooales lapſus frequentiores ſuot.

4. *affectus*] vocat oetuotum affectum, vt ſæpè ſuprà, reſolutiooem motricis facultatis: nam de ſenſifica ſtatim ſubdit (atque accidit iorerdum propter obtuſum ipſius ſenſum vt noo reddatur vrina.).

5. *non veſicæ*] meritò reiicit eos qui veſicę opus vel ex parte voluntariū conſtituebant:cùm enim veſica muſculi omnis expers ſit ad motum faciĕtis, excretio illius ad ſolam referĕda eſt naturam; ſicut maouum motus ex toto animalis eſt. At verò vrinatio ipſa compoſita functio eſt, ex naturali veſicæ, animali muſculorum qui io abdomine ſunt,otio verò ſphyncteris.

6. *at huiuſmodi*] ſignificat,vbi ſimul reſoluitur ſphyncter,& obſtruitur meatus,difficillimam eſſe dignotionem:quoniam deeſt reſolutionis manifeſtum indicium,vrina inuoluntariè profluens.

7. *ſed multo*] ad difficilium cauſarum internotionem valdè commeodat exactam externarum cauſarum inquiſirionem,& adhuc magis aotecedentium in corpore affectuum, quanto vicinius præſens qui inquiritur affectus ſequitur ad eum qui io corpore præceſſit,quàm ad exteroam præcedentis affectionis cauſam.

8. *igitur*] Sex hiſtoriis oſtendit,affectus dignotionem ex prægreſſis petendam eſſe in prima à membris inrrotium luxatis compreſſa veſica, inflammata eſt.

9. *ab Hippocrate*] tum alibi,tum ſexto Aphoriſmorum,quadrageſimo quarto.

10. *rurſus*] ſecunda.

11. *atque in alio*] tertia in qua laborás in iſchuriam incidit, primum lentè propter ubruſum ex læſis veſicæ neruis ſenſùm, deinde in integram retentionem, ob immodicam ab vrinæ copia membranæ diſtentionem, quam ſecuta expultricis imbecillitas eſt.

12. *quidam*] quarta.

13. *præterea*] quinta: patiebaotur ij abſceſſus in quauis corporis parte, ſolent enim omnes per vrinam nonnunquam expurgari,ſed magis in naturalibus membris.

14. *atque in*] ſexta.

15. *ſanguis*] digna inueſtigatione quæſtio Galeni eſt,cur ſanguis humorum optimus, vbi à loco ſecedit naturali,confeſtim vitiatur: cùm bilis tanto deterior,longo tempore locorrupta duret, oon ſolùm in fellea veſica: ſed & iuxta cutem in arquatis; & pituita in arthriticorum iuncturis.& quò ſimplex quæſtio duplex euadat, ſucceedit cur io deterrimā vitiatur qualitatem grumum exitialem, & vitæ aduerſum. videtur autem prima explicari poſſe, ſi reducamus in memoriam quod Ariſtoteles in vniuerſum ſcribit, pura omoia & impermixta,vt quæ magis à contrarietate recedăt diuturniora eſſe, contrà citò vitiari abolerique; quorum eſſentia multa oppoſitione cooſtat, elemeota,lapides, metalla, propterea quòd vel ſimplicia ſuut, vel eò proximè accedūt, quodămodo immortalia creduntur.contrà lac manifeſta mixtione couſtans intra paucas horas aceſcit: cuius ſi partĕ quamuis ſeorſum ſerues, durabit incolumis. paluſtris locus inſalubris habetur propter aquam terræ mixtā;factis verò puteis;ſecedente in voum locum aqua emĕdatur.Homo inter animalia,quooiá eſt mixtorum vltimū,creberrimè ęgrotat.ita inter liquida, ſemen & lac poſtremam elaborationem aſſecuta vel aëris contactu vitiátur. inter humores verò ſanguis, vt qui ſit elaboratiſſima alimenti pars,& ſummopere ab elementorū ſimplicitate recedens,quam reliqui repręſentant humores. æquabilis (dicebat Galenus) quatuor elemeotorū tĕperatura exquiſitū ſanguinĕ creat; ita intelligitur, cur ſanguis citiùs reliquis humoribus corrumpatur:nam qui de vaſis exit in membrorum alimentum, ideò ooo vitiatur, quia ros eſt, cuius natiuus locus pori membrorum ſuot. Cur verò optima quæque in peſſima abeant, magna diſquiſitione egere putat Galenus. Nam lac concreſcens & grumi ſymptomata inferunt veneni, nec aliter vitiatum per moram in teſtibus ſemen;humanum cadauer omnium peſſimè olet, & oua putreſcentia, & odora poma? quidam ita reſpondent:mutatio omnis à contrario eſt in cŏtrarium:cŏtrarium eſt optimo peſſimum: quidni igitur optima quęque in peſſimam vitiata migrĕt qualitatem? quaſi non ea ratione conficiatur, ab albo magis tranſitum fieri ad nigrum,quàm à rubro,eſt enim magis contrariū albo nigrum,quàm rubrum: alij familiaritas (ioquiunt) quæ homini intercedit cum optimo quoque in cauſa eſt, vt propriùs ab ea corruptione patiantur,ſed cur optima illa in peſſimam migrant conditionem? Ne ergo fortè illud in cauſa ſit plurima & ex maximè contrariis mixtio, vt cū ab innato calore coërcetur,& in vnam formā redigitur, optima euadit& abſoluta:ita cum eo veluti vinculo ſoluitur,& faciſcit ille pugnatium concentus, diſſoluta rerum congeries extraneo calori patet; ab eo quod ad fœdam conſtitutionem perducitur propter aduerſantium permiſtionem ſapore,odore, coloreque horridis magnæ putredinis indiciis: Si enim ſimplicitas ne putreſcāt res cauſa eſt; multa mixtio iogentis erit putredinis occaſio. fortè etiam de eximiis illis & præſtantibus ſubſtantiis

Cur optima citò vitientur.

Lib. longit. breu. vit.

7. Collect. 1. 8. Plant. 7.

Lib. meth. 6.

Cur io peſſima.

sollicita natura, non aliter ab eorum prouidētia & cautione desistit, quàm à valida aliqua præter naturam occasione inuersæco fit, vt magna mali occasio insigniter lædat, non secus quàm morbi qui robustos aggrediuntur.

16. *Marcor*] lege, mortificatio.

17. *itaque medicamentum*] Addit Almansor, 31. Contin. oxymel validum sit recipiens aceti & mellis plurimum, iungit Paulus, si pharmacis non cedit vesica ad grumi extrahendum, incidenda est: sed & Auicenna vomitum commeodat si in ventriculo cootioetur, Rufius prohibet, timet enim ne inter vomendum suffocet. Ergo antequam dissoluatur & liquescat ne vomat, liquato verò confert.

QVOD verò non satis est ad affecta sedis inuentionem ea duntaxat accidentia, quæ in præsentia infestant, intueri: sed ex his quæ præcesserunt, subinde desinimus: facilè intelligetis, si eorum, quæ anteà vidistis, memineritis. Igitur, 1 cùm multi crebrò pus cum vrina emitterent, præteritorum accidentium memoria, & sedem affectam nobis ostendit, & dispositionem in ipso consistentem declarauit. Quidam enim, cùm prius in regione renum sæpenumerò doleret, accedente inordinato horrore, & exigua concußione, febre correptus est. Alius circa vesicæ positum simul cum horrere ac febre doleret præsensit: nonnulli circa septum transuersum & thoracem: atque alij in dextra præcordiorum parte. Coniecturam itaque fecimus: in ijs omnibus, quod pus per renes expurgaretur: vomica, scilicet, in loco dolente erupta. Cùm indicijs autem suprà propositis nonnihil confert puris quantitatem, & quomodo totum cum vrinis misceatur, vtrum confusum, an contra, considerare, veluti iam antea de intestinis dictum est. Nam, vt in his si à superioribus intestinis quippiam defertur, id ciborum excrementis perinde admixtum videtur, ac si cum ipsis subactum fuisset: si verò ab humilioribus cum vna ipsorum parte excernitur. Simili modò vrina, aut tota à pure, cum ipsa emisso conturbatur, aut per partes quasdam dispersum pus inæqualiter defertur. plerunque etiam solum pus sine vrina excernitur: idq; haud obscurè in vesica suppurationem consistere indicat. Quod verò exactè commixtum est, à superius alicunde partibus venit. sed, quod mediam inter hæc conditionem seruauerit, id à renibus descendisse certum est: Similiter si erupta vomica, cum affecti loci indicijs, vlceris quoque signum aliquod appareat. Nam & hoc aliquando quidem exactè commixtum videtur, aliquando verò mediocriter, interdum vel nullam habet mixtionem, vel quodammodo superfertur, vel solum excernitur. Atque vocatum quidem ramentum, vlceris: essentiæ verò proprietas, affectæ partis proprium indicium est: quippè partes à vesica auulsæ, laminis: à renibus verò, carunculis sunt similes. Ita etiam, vbi ex sublimioribus pars aliqua affecta est, excrementa cum vrinis electa intueri, & ea suspectarum partium essentiæ comparare oportet. Igitur cùm vrina expurgantur gibbæ hepatis partes, atque omnes, quotquot sunt his superiores: per aluum verò pars inferioris resima, intestina, ventriculus, lien. Præter has alia quædam fiunt purgationes, sed rarò, vt cùm thorax & pulmo per aluum purgantur: quæ infrà septum transuersum posita sunt partes, per vrinas: quorum causam cùm nonnulli ignorent, neque id vnquam accidisse viderint, quod à multis visum est, negant fieri posse: vt abscessu interim in pulmone orto pus expurgari per renes possit. Nos verò pulmonum vomicam, per vrinam, thoracis autem per intestina & aluum expurgari vidimus. Quanquam in primis ex pulmone per renes transitus, nullam re vera dubitationem excitare debet. Etenim vt à caua vena, ita ex magna quoque arteria rami descendunt ad renes. Hæc quæstio tamen Erasistrati sectatores non parum vrget, quippè qui putant solum spiritum in arterijs contineri. Nobis verò nihil difficultatis affert, vtpote intelligentibus, quod leuis arteria pulmonis, quantum puris ex erupta vomica suscipit, id in 2 sinistrum cordis sinum deferre potest, quod inde in magnam ipsius arteriam incidens, per renes transit in vesicā. Hoc tamen non ita crebrò euenire videtur, vtpote purè prius in asperas arterias magna ex parte transumpto. Itaque quam ob causam pus in pulmone genitum, cum vrinis (licet rarò) excernatur, iam dictum est. Id verò, quod per ventrem expellitur, aliam & quidem raram, (quæ in corporum dissectione apparet.) habet causam: quippè caua vena, mediante vase quodam stelechiea, 3 (id est, vena quæ arboris caudici proportione respondet) videtur interdum adaptari. Proinde, nihil mirum neque impoßibile est, & ex partibus septo transuerso superioribus pus in ventrem defluere. & ex his, quæ eidem supponuntur, ipsum per renes in vesicam peruenire. Nam corporum raras constitutiones par est, vt rara etiam accidentia sequantur.

DOCET quomodo per vrinæ vacuationem intelligatur affectus locus in pure excreto.

1. *igitur cùm*] ex tribus petit agnitionē: primò ex præcedentibus symptomatis ostendētibus locum ruptæ vomicæ: secundò ex mixtione puris cum vrina aut maiore aut minore: tertiò, ex eo quod cū pure excernit suæ substātiæ proprietate monstrante rupturæ locum: addi verò ex Auicenna potest coctionis indicium. plenam enim coctionem si vrina habet, ex vesica educitur, quia coctio ante renes est: si minor est ex renibus: si abest, supra renes & rupta inflāmatio. ita autem recipiendum est quod ait in vlcerata vesica præire pus vrinā, vt per vesicam, colis cū vesicę collo intelligatur, ne cū experimento pugnet & secū ipse. *Infrà cap. 6.*

2. *sinistrum*] fatetur etiam non letaliter pus ingredi in sinistrum cordis ventriculum: & tamen ex quauis oris ventriculi offensa, ex cordis consensu deliquium sequitur. causa videtur puris trāsumptio quæ paulatim fit: in bilem enim ventriculi repētina effusio fit: quod si fieret cōferta, aut in deliquium incideret is qui laborat, aut in mortem. Sed cur non recipit viam puris à pulmonis venis ad dexterum cordis vētriculum: quam Erasistratus obtrudere potest? quoniam per eam venam trahitur ad pulmonem sanguinis impetus, non pellitur à pulmone, quod læuis arteria facit.

3. *stelechiea*] raræ huius constitutionis corporum in opere de anatomicis aggreßionibus meminit, in qua caua venæ portæ, quàm vocant & caudicis venam, & stelechieam, per venam quandam mediam vtranq; vnientem committitur: In iis putat Galenus fieri, vt quandoque per sedem vacuetur corpus vniuersum, in cōmuni enim cōstitutione vasorum hepatis ob summam radicum tenuitatem, tam portæ, quàm cauę, & quia mutuo non coëunt, non posset pus crassum à pectore in ventrem transumi. Eadem illa rara conformatio facit, vt naturalia nonnullis per vrinam purgentur: qua ergo via, obiicies vniuersis hominibus purgatur per agaricum pectus? quidā ex hoc loco vsū cōdēnant, licet experimētis crebris probatū. *Lib. 4. 15.* Num corpus per intestina purgetur.

Sed

Sed aliud est (docet Galenus) pharmaco humorem trahi, quod etiam per poros fiet attenuato iam humore: aliud, naturam ipsam amplos meatus habentem illis omissis inuisibiles meatus quaerere. Sed quid facies diarrhoeis & cerebri defluxionibus, iam frequentibus visisque, in quibus à ramis cauae & à cerebro ipso humor ad cauã deducitur, vnde ad portam commigrat? & si (quod aliquando Galenus admirans fatetur) natura per media ossa pus crassum mandat, cur non tenuem sanguinem per breuissimum hepatis interuallum detrudet? aut cur non defluet coctus humor attenuatusque à caua ad portam, si crudior crassiorq́; paulò antè à porta ad cauam permeauit? cur verò non transumetur à caua ad portam pus, si perpetuò in grauidis menses ad vbera per medias carnes colantur.

SECTIO QVINTA.

ATQVE ne hoc quidem loco sollicitos esse oportet, vtrum vuluam, an vterum appellemus eam partem, quae mulieribus ad pariendum à natura data est. Neque rursus, vtrum numero plurali vuluas, aut vteros, an singulari vuluam, aut vterum quis nominauerit. Etenim satius fuerit in rebus vtilibus tempus collocare, ex quibus vel ad notitiam, vel praesagia, vel curationem, fructum aliquem decerpere possimus. veluti in eo affectu, quem nonnulli vteri suffocationem, alij spirationis ob vterum ablationem vocant, volentibus medicis vtraque appellatione vnum quendam affectum explicare: ego verò multas vidi mulieres hystericas, id est, ab vtero suffocatas: (nam priores foeminae artem medicam professae, à quibus nomen ipsum audiri potuit, ita seipsas nominare solebant) alias quidem sine sensu immobiles iacere, cum obscurissimo minimóque pulsu, vel omnino sine vllo pulsu apparente. alias sentientes quidem, & moueri potentes, atque integra ratione, sed tamen animi defectione, & difficili spiratione laborantes: alias etiam crura & brachia contrahentes. ex quibus coniecturam feci multas esse 1 vteri affectuum differentias vel pro causae efficientis magnitudine, vel pro specierum quarundam varietate inter se differentes. Igitur prima species, cuius Heraclides Ponticus in suo commentario mentionem fecit, multã exhibet de ortu suo ambiguitatem: ait enim sub hac specie neque pulsum, neque spirationem mulierũ deprehendi posse: atque ob id duntaxat non videri mortuam, quod exiguum in medijs corporis partibus calorem haberet. Est autem libri titulus Apnus (id est, perdita spiratio) Heraclidis, ac adstantes quoque medicos quaesiuisse ait, an nondum sit mortua. Rursus nonnulli Heraclida posteriores credentes seruari aliquid spirationis, quãuis ipsa non appareat, carptae 2 lanae floccules coram naribus suspendi iubent, vt exactè deprehendantur, num spiritus aliquis inter spirandum tum intro, tum foras rursum deferatur. Sunt, qui poculum aquae plenum ori ventriculi imponere praecipiunt, quippè immotum omnino seruari humorem aiunt, si tota perierit spiratio. Itaque si omnes ita affectae mulieres interijssent, 3 simplex esset quaestio: cùm verò nonnullae seruatae videantur, geminam oriri quaestionem necesse est, inuestigantibus nobis tum dispositionem, ob quam spirationis munus deperditur, tum vel magis quomodo viuere possint, quae nihil omnino spirant. 4 quippè in confesso est, & spirationem à vita, & vitam à spiratione separari non posse: adeo vt viuentem non spirare, & spirantem non viuere sit impossibile: atque haec quaestio, quanquam superiore difficilior videtur, non est tamen perinde difficilis. quippe 5 facile soluetur, si latebris inclusa animalia consideres, nulla apparente in ipsis spirationis nota. hoc enim cognito, perspectisq; animalibus, vt potè frigidis, atque eo demonstrato, quod maximus respirationis vsus est, vt intimus calor & refrigeratione & ventilatione seruetur, haud ita difficile fuerit perpendere, exiguum illum calorem in ipsis derelictum, arteriarum cordisque officio conseruari: quae actio à quibusdam medicis transpiratio, veluti ea, quae à thoracis pulmonisq; officio prodit, respiratio vocatur. Itaque perennie ob vteri affectum spiratione, quoniam vniuersum corpus refrigeratur, (id enim manifestè videtur) fieri potest, vt nulla prodeat ab ore spiratio, quamuis ea quae in arterijs fit, nequaquam intercipiatur. Potest 6 etiam adeo esse exigua, vt sensum omnino effugiat. Ergo, vt nihil ad hunc effectum pertinens maneat indiscussum, succedit iterum alia quaestio, quam ob causam corpus refrigeretur. Ea verò, haud difficulter dissolui poterit, si causas, quae praecesserunt, diligenter intueamur. Sunt autem huiusmodi: conuenit inter omnes medicos hunc affectum magna ex parte viduis euenire, ijsq; maximè, quae antea probè purgarentur, ac parerent, atque virorum concubitu gauderent. quibus rebus omnibus priuatae, quid probabilius excogitari non posset, quàm quod ob retenta menstrua vel semen cohibitum, huiusmodi mulieres vteri dispositionibus crucientur? siue eas apnoeas, (id est, non spirationes) siue suffocationes quis vocauerit: siue etiam contractiones quasdam contigerint. Idq; fortasse magis à semine retento accidere potest, vtpote magnam vim obtinente: vt est enim in 7 mulieribus humidius, ita etiam frigidius: proinde ipsum excerni oportet, praesertim si naturaliter multo semine exuberat mulier. Id verò viris quoque euenire solet: quippè non parua est horum differentia. Sunt enim nonnulli, quos protinus à iuuentute concubitus imbecilliores efficit: alij, nisi assiduè coëant, capitis grauitate molestantur, cibo fastidiunt, ac febribus obnoxij fiunt, atque, vt deterior est ipsis appetentia, ita & concoctio minor: hos Plato arboribus immodicè fructiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus huiusmodi erat natura, qui prae pudore à libidinis vsu abstinentes torpididi pigriq; facti sunt: nonnulli etiam, melancholicorum exemplo, praeter modum moesti ac timidi, cibi etiam tum cupiditate, tum concoctione vitiata. Quidam vxoris mortem lugens, & à concubitu, quo antea creberrimè fuerat vsus, abstinens, cibi cupiditatẽ amisit, atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: vbi verò seipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur: moestus etiam apparebat, non solùm has ob causas, sed etiam (vt melancholici solent) citra manifestam occasionem, verùm hic quàm celerrimè liberatus est, ad pristinam consuetudinem reuersus. Haec ergo consideranti mihi apud meipsum, visa est longè maior ex retento semine, quã menstruis corpori noxa euenire posse: praesertim in his, in quibus ipsum suapte natura prauioris succi est, ac copiosius, & qui in ocio sunt educati: quiq;, cùm anteà nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim continere coeperunt. Equidem perpendi in his naturalem excernendi ipsum cupiditatem huius rei causam esse: cùm enim & tale & tantum fuerit, neminem non ad sui excretionem vi quadam stimulat. Ita Diogenem Cynicum narrant, virum aliòqui omnium mortalium, quod ad continentiam pertinet, constantissimum, libidini tamen indulsisse: non à copulatae illi voluptate, veluti bono aliquo, illectum, sed vt noxam, quae à retento semine prouenire solet, euitaret.

taret. Eum meretrix adire pollicita, cùm diutiùs cessaret, ipse manu pudendis admota semen proijcit, ac venientem deinde mulierculam remisit, inquiens: Manus hymenaeum celebrando te praeuenit. At planè constat modestos viros non ob voluptatem, sed vt ab impedimento praeseruentur, libidini indulgere: perinde ac si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua 8 animalia ad coitum excitari arbitror, non quod existiment voluptatem boni cuispiam speciem praeseferre, sed vt semen, quod ob retentionem ipsa molestat, excernant: haud secus, quàm deijciendi stercoris, excernendaéq; vrinae desiderio suapte natura moueri consueuerunt. Cogitanti itaque mihi aliquando super hac re, tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam tempore vidua, quae praeter caetera mala, neruorum quoque distentione vexabatur: ac dicente obstetrice vterum esse retractum, remedijs ad huiusmodi affectus consuetis vti decreuit: quibus adhibitis partim ob ipsorum calorem, partim etiam, quòd inter curandum manibus tractarentur partes muliebres oborta titillatione, cum labore & voluptate, veluti per coitum vsu venire solet, excreuit crassum plurimúmque semen, atque ita à molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta coniectura assecuti sunt vitiato seminis maiorem, quàm menstruis, esse vim ad noxam vniuerso corpori inferendam. Itaque, licet haec quidem aliquando profluant è viduis, suppressum nihilominus semen molestiam noxámque ipsis inferre potest. 10 Quibus verò nequaquam persuaderi potest exiguum succum in vna parte contentum tantorum accidentium, quae vniuerso corpori eueniunt, esse causam, ij omnino immemores esse videntur eorum, quae quotidie contingunt. Etenim à phalangij ictu totum corpus afficitur, videtur, exiguo veneno per minimum foramen iniecto. Sed longè maiori admiratione dignus est scorpionis ictus, qui breui admodum tempore grauissima infert accidentia: quippè, cùm sese implicat, aut per quàm exiguum est id, quod inijcitur, aut nihil omnino, nullo apparente foramine in ipsius aculeo. Atque fieri non potest, 11 cùm primùm quis perinde, ab acu quasi punctus est, vt vniuersum corpus veluti grandine percuti videatur animi simul defectione accidente: nam rationi magis consentaneum est, vt vel à spiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, haec eueniant accidentia. Sunt, qui putant res quasdam solo tactu per qualitatis vim, ea quae eis vicina sunt, alterare posse, idque planè videri in marina torpedine, vtpote cui tam vehemens sit potentia, vt per piscatoris tridentem transmissa ad manum alteratione, derepente totam reddat torpidam. His coniecturis facilè deprehenditur parua molis res quasdam solo tactu maximas inducere alterationes. Id quod in heraclio quoque lapide, quem magnetem nominant, videre est: ferrum enim, quod tetigerit, ei adhaeret, vel nullo adhibito vinculo: deinde si aliud id, quod primò tactum fuerit, tetigerit, similiter, vt primum, illi inhaerebit: postea tertium secundo: ita 12 vt planè constet rebus quibusdam vehementissimas esse vires. Reliquum est, vt inuestigemus, an in animantibus corruptio aliqua 13 nasci possit adeo vehemens, vt veneni tum qualitatem, tum vires aequet: an id iam medicis enodatum discussúmque esse videatur, qui hanc solent proponere quaestionem: vtrum propria sint nota veneni, necne. Nam qui maximè videntur super hac ambiguitate disputasse, ij eosdem fieri affectus concedunt, & à lethalis veneni potione, & à corruptione, quae à corpore ortum habet: verùm facilè discerni posse eos, qui venenum sumpserunt, ab ijs, qui aliunde affecti sunt: cùm enim homo suapte natura prauis humoribus abundans, ac fanerum more educatus, derepente moritur, (vt lethali assumpto veneno fieri solet) deinde corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium est, aut diffluens: aut putredinem molestam olet: hunc venenum sumpsisse aiunt. Igitur si huiusmodi affectibus nos infestari fateamur, qui ex nobismet ipsis accepto suae originis impetu similes sint his, qui perniitioso epoto veneno eueniunt: nihil mirum si vitiatum semen aut menstruum huiusmodi, cùm retinetur, aut putrescit, corporibus, vt afficiantur, idoneis grauia inferat accidentia. Quippè facilè intelligitur à canibus quantam habeat vim afficiendae rei aptitudo. 15 cùm enim reliquorum animalium nullum rabie capiatur, solus canis eo affectu corripitur: atque tanta fit in ipso humorum corruptio, vt solùm eius sputum, si humanum corpus contigerit, rabiem excitare possit. Vt igitur ab exiguo initio sputi, videlicet qualitate, aucta quadam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem opiatu dignam peruenerit, discerni potest: idque post sex menses, cùm nonnunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodẽ modo vitioso humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principalium partium aliqua consentit, à qua deinde vniuersum corpus celeriter alteratur. Quòd 16 autem à priscis iam inde seculis optimo iure creditum fuerit hysterica dicta accidentia ad vterum, tanquam ad radicem, pertinere, vel maximo argumento esse potest, quod & solis viduis, & ijs, quibus menstrua supprimuntur, huiusmodi affectus euenire consueuerũt: quòd verò ad eos excitandos, retentum semen maiorem, menstruum verò minorem vim obtineat, facilè intelligitur ab his mulieribus, quibus, cùm non sint viduae, purgationes supprimuntur: quamuis enim pluribus infestẽtur, accidentibus, (quae posthac dicentur) spiratione tamen non priuantur, neque animi defectione vehementi, neque alijs quoquè accidentibus, quae paulò antea dicta sunt, laborare videntur. Praetereà ex eo, quòd sunt viduae quaedam quae, licet aequè, vt anteà, aut paulo minus purgentur, nihilominus similibus corripiuntur accidentibus. Quippè, Medica, quae eas exquisitè tetigerunt, fatentur circa vterum notas quasdam apparere: nam ceruix eius inclinata videtur: interdum quidem veluti sursum retractus sit totus vterus, interdum verò veluti ad latus trahatur. Proinde quidam, vterum veluti animal esse statuentes, quod creandae prolis gratia mouetur: si priuetur his, quae concupiscit, vniuerso corpori nocere dicunt. Qua de re Platonem, ita scripsisse comperimus: ea pars, quae in mulieribus & vterus & vulua nominatur, cùm sit animal, prolem generare cupiens, si intempestiuè diúque infructuosum fuerit, succẽsens agrè fert: erransque per totum corpus, & spiritus meatuum obstruens, respiraréque non sinens, in extremam anxietatem deijcit, atque multos alios morbos excitat. Haec dicente Platone quidem addiderunt, quòd posteà quàm ita per corpus vterus errauerit, ad septum transuersum preueniens, respirationem impedire solet. Alij errare ipsum, veluti animal, negantes, vbi suppressa sunt menstrua, exiccari aiunt: deinde humectari cupientem, ad viscera vsque ascendere, cùm verò ascendendo nonnunquam septum transuersum contingat, idcirco animal spiratione priuari. Etenim, qui ignorant ea, quae in dissectionibus apparent, quique neque naturales, neque à voluntate pendentes actiones vnquam considerauerunt, quamuis ea, quae iam diximus, nulla audiant demonstratione roborari: fierì tamen posse arbitrantur, vt aliquid ex ipsis à veritate nequaquam abhorreat. At verò, qui in verisque fuerint exercitati, hanc rationem, vtpote infirmam,

vel me

vel me tacente, despiciunt. Nam, si aliquid vteri ascendere videatur, id perexiguum est, neque sufficit ad hoc, vt totum ipsius spacium ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat: tantum abest, vt hunc praetereundo ad septum transuersum pertingere possit. Quod si detur etiam, vt attingat, quid momenti habebit id, vt spirationem tollere, aut animi defectionem, aut membrorum contractionem, aut integrum soporem inducere possit? Etenim, cùm aliquis se impleuerit, ventriculus intumescens plane videtur septum transuersum comprimere atque hanc ob rem spiratio redditur crebrior: sed nullo insuper alio accidente animal infestatur: atque praegnantibus quoque vterus adeò intenditur, vt crebrior fiat spiratio, sed ne has quidem aliunde laedi videmus. Id autem, quod dicunt, exiccatum vterum humoris desiderio ad viscera ascendere, nemini non absurdum videri potest. Si enim simpliciter aliquando vterum requirat humorem, vesicam atque crassi intestini partem inferiorem totam sibi proximam habet: si verò non simpliciter humorem, sed sanguineum humorem desiderat, ad hepar potius, quam ad septum transuersum, ipsum moueri oportebat. At verò quid opus est, vt aliis extrinsecus irruat partibus, cùm à spissa membrana ipsum ambiente contineatur? quippe omnia quae ad sese ab aliis humiditatem trahunt, per ora quamplurima id efficere solent. Atqui ad vterum multa admodum venarum ora perueniunt, per quas ex caua vena, vtpotè cui ex hepate sanguis influit, sanguinem attrahere potest. Etenim quam aliam fistulam hac insigniorem quis inuenerit, qua ex hepate in vterum sanguis deferatur: aut per quam aliam omnino vterus ex interiore quippiam attrahere possit? Quòd si hunc cauae venae riuum non maximum, saltem non alium esse fateamur, oportet. Quippe sola haec vena partibus sub transuerso septo constitutis, ex hepate defert sanguinem. Absurda igitur omnino est illorum ratio, cum hoc quod vterum esse animal, hac ratione astruere videntur. Sed, si hoc ipsis concedatur, ergo agrè feret vterus priuari se eo, quod concupiscit, ac fortasse à cibo quoque abstinebit, quemadmodum Phaenices amatores affici perhibentur: verùm ob hoc neque septum transuersum, neque ad alium quemuis locum perueniet. Nam, vt caetera omittamus, per quàm arida est septi transuersi temperies: atqui vterus iuxta illorum placita, qui ipsum exiccari dicunt, humidarum partium communicatione indiget. Sed 17 interrogauerit fortasse, quam ob causam modò sursum, modò in latus retrahi vterus videatur: id enim obstetrices aiunt. Aut cur ipso in sua sede saepenumero manente, nihilominus mulieres quaedam ab histericis accidentibus corripiantur. Equidem huius rei causam explicare tentabo, ea, quae ab Hippocrate dicta sunt, imitando. Igitur vteri tensiones in causa esse dixerim, cur tangentibus obstetricibus, modò sursum, modò in latus retrahi videatur. Nam simul cum vtero ceruicem quoque ipsius retrahi necesse est. Superest ergo, vt declaremus, quam ob causam vterus vel sursum, vel ad latus retrahatur: hoc enim huic sermoni deerat. Ea esse censetur vasorum ad ipsum peruenientium, & vinculorum plenitudo. Etenim ostendimus in enarratione eius Aphorismi, quo inquit (18 conuulsionem & à plenitudine fieri, & euacuatione) quod plenitudo repletorum corpora & in latum & profundum extendit: sed longitudinem abbreuiat. Ergo, quo efficiuntur breuiora, eo magis ad originem retrahuntur. Nã & rastitratum musculos quoque, si spiritu impleantur, in latitudine augeri, in longitudine verò minui, atque ob id etiam retrahi dicit. Vnde ergo oritur plenitudo tũ venarum, tum vinculorum? nempe ex menstruorum retentione. Nam peruenit quidem ad vterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi non potest, aut quia crassior est, quam vt per ora vasorum possit penetrare, aut quia clausa sunt ora. Itaque multiplicatus in venis eas extendit, atque vicina ipsis vincula madefacit: ad horum autem tensionem continuo vterum retrahi necesse est. Igitur, si aequaliter vndique trahatur vterus, recta erit, & sine inclinatione ipsius transmutatio: si verò inaequaliter, ad partem vehementius trahentem intendetur. Non ergo, veluti animal errabundum, aliàs ad alium locum discurrit in mulieribus vterus, sed ab extrusione retrahitur. Quòd si dixerit quispiam vteri corpus 19 tum non esse affectum, sed peruersione laborare, cùm aliàs aliorsum trahitur, hic haud absurda dicere videbitur. Nam circa reliquas quoque corporis partes accidit, vt huiusmodi appareant affectus, & vt saepenumerò decipiantur medici, qui peruersam partem, quia vel inuertnari, vel extendi non possit, arbitrantur esse affectam. Atque hoc docuit 20 Hippocrates in eo libro, quem De articulis scripsit, vbi etiam de vteri vocato errore mentionem fecit, ita scribens: si in posteriorem partem caput femoris exciderit, quanquam hoc rarò fit, extendi non potest crus, neque secundum luxatum articulum, neque adeo secundum poplitem quoque, atque id minus, quàm quibus ex vetusto idem contigit: hi enim magis & inguinis & poplitis articulum extendere possunt. Hoc sermone, quamuis poplitis articulum haudquaquam afficiatur, quia tamen cum inguine communicat, ipsum extendi non posse ait. Atque deinceps subiungens, inquit: Sanè animaduertere hoc oportet: vt enim vtile est, ita magna est ipsius habenda ratio: quamuis non paucos lateat, quod ne sani quidem extendere possunt poplitis articulum non extenso inguinis articulo, nisi sursum admodum leuato pede, ita enim possunt. Neque etiam similiter, sed longè maiori cum difficultate flectere possunt poplitis articulum, nisi simul flectant articulum inguinis. His dictis deinceps ait: Multa alia quoque iis haud dissimilia in corpore inueniuntur, & secundum neruorum distinctiones, & musculorum figuras, quin etiam plurima notatu fortasse digniora, quàm quis putauerit, contingere solent & secũdum intestinorum naturam, & vniuersum ventriculum, atque vteri tum errores, tum extẽsiones. His verbis Hippocrates de poplitis articulo dicere proposuerat, non potente secundum naturam moueri, idq; non ob proprium ipsius affectum, sed quia coxa consentit: quinetiam extensionum, quae vteris accidunt, mentionem fecit: cùm videlicet ipse non per se transmutatur, sed a quibusdam aliis trahitur. Igitur vteri peruersiones eo, quem diximus modo, ad suppressa sequuntur menstrua: eas tamen ob hoc accidentium, quae in animalis corpore apparent, causas esse nequaquam putandum est: quippe quae communem habent causam plenitudinem à suppressa menstruorum purgatione euenientem. Quae verò citra peruersionem aut mẽstruorum retentionem viduas molestant noxae: hae ob retentum semen euenire putantur. caeterũ, pro multitudinis qualitatisve ratione tum menstruorum, tum seminis aliàs alia accidentiũ species oriri solẽt. Etenim noxa causa vniuersum corpus refrigerare potente; adeo vehementer infrigidatur corpus, vt & spiratio, & arteriarũ pulsus sensu deprehendi nequeant. Quae si vel crassa fuerit, vel acris conuulsiones: si verò atrae bilis naturam habuerit, moestitiam inducet, quẽadmodum animi quoque defectiones, & ad fortes extensiones, & refrigerationes, & stomachi aestuationem sequi consueuerunt. Constat autem quod in huiusmodi

huiusmodi sermonibus os ventriculi stomachum solemus appellare : quippe omnium medicorum mos est in syncopa, qua ab ora ventriculi vitio dependet, huiusmodi vti appellatione.

DE VTERI affectibus agit. Ac primum in bona capitis parte disputat de vteri præfocatione. Inde.§.porrò accidentia (de retentis mensibus tertio §. cùm verò immodice) de profluuio eorum. hic inquirit affectionis causam reiecturus postmodum priscorum in ea inquisitione.

Aet.lib.16.1.

1. *vteri*] matrix dicitur, quia omnium mater ὑστέρα, id est, postrema: quia situ est viscerum vltima. affectus ipse vterinus à frequentia, & quoniam peculiaris est ea vtero affectio, non cum aliis membris communis, apnœa, & præfocatio, à prohibita spiratione.

2. *lana*] secernit mortuum ab apopletico & præfocata primum, lana aut gossipio naribus imposito. oportet autem fenestras clausas esse, & recedere respirantes, & naribus imponi, quoniam nisi res valdè vrgeat, solæ nares respiratorium instrumentum sunt. alterum ori ventriculi cyathus admoueatur aqua plenus : si enim ostensum est in respiratione naturali non pectus, sed septum moueri & septi consensu ventriculi os, manente respiratione non quiescere ventriculi os necesse est. vulgo etiam speculum ori apponitur nitidum, ex cuius infectione spirationem iudicant. & sunt hæc quidem respirationis aut præsentis aut nullius argumenta, sed si vitam sola

Viui indicia.

pulsatio (dicente Galeno) tueri potest, nulla sunt certa vitæ argumenta. quare prudenter tales aliquandiu seruantur, etiam nullo respirationis indicio. propter eos qui domum ex sepulchro relati sunt aut ex tumulo auditi, quorum sunt nō solùm apud Valerium Maximum & Plinium exempla, sed & nostros Gentilem & Nicolum. Cur verò Arabes triduum desinierunt, maxima causa videtur fœtor qui inter triduum ab obitu manifestus fiat necesse est. Addunt alij ex humorum motu causam. Cùm enim sanguis perpetuò, pituita quotidie, bilis tertio quoque, melancholia quarto die moueatur, ad vnum horum si superesset homo excitandus erat.

3. *simplex*] nempe de essentia affectus histerici.

4. *qupippe*] lege, (quippè persuasum est) id est, receptum communi hominum edito.

5. *facilè sustinebitur*] lege, facilè tolletur.

6. *verùm adeò potest*] lege (fieri item potest vt seruetur, sed adeò exigua scilicet respiratio. Num verò respiratio sit à vita inseparabilis, hic sub dubio relinquit. verùm libro de dyspnœa definit,

Cap. 7. lib. 1.
Sup. Lib. 4. 8.

neutrum ipsorum omnino durante vita perisse putandum, de quo antea actum est. quomodo verò latentia animalia hic frigida vocat, quorum calorem acerrimum sentimus? quoniam externa aëri potissimum renititur non vehemens, sed multus calor. Est autem homo animalium

3. Hist. 11.

calidissimus, si copiam natiui calidi spectes, non si acrimoniam. Cur ergo minus quàm iumenta & armenta aëris iniurias sustinemus? ob cutis tenuitatem.

7. *mulieribus*] eo tendit, vt doceat cur si symptomatum causa est seminis corruptio, non similiter infestat mares fœminis. oportebat enim acrius semen & magis ad accessum irritans per moram vitiari magis. Verùm quoniam id vitium versio est in substātiam frigidam vitæ aduersam, par est, id citiùs sentire noxam, quod suapte natura magis in frigidum inclinat. visitur itaque etiam in mare nonnihil histericis simile, sed nō fœminarum vehemētia & crebritate, propterea quod in proportionale vitium est calido virilique semini. Iungitur etiam in muliere cacochymia maior, minor verò ad obsistendum innati caloris copia, cur sola memorat semen & menses huiusce vitij materias, cùm apud Auicennam & Auerroam ex quouis humore frigida qualitate eaque deleteria, vitiato oriri dicta symptomata possint? quoniam sanguis menstruus quatuor humorum mixtione constat (ait Galenus) frequentiorem verò causam esse menstruum sanguinem & corruptum semen, illa ratio monstrat. quod paucissimæ eo malo laborant, si & integrè purgantur & viri commercio fruuntur. Cur deterior sit ex semine affectio, si intro sumpti menses exitiosiùs sumpto semine lædunt? quoniam semen vitiatum non offertur. Accedit quod ostensum est libro De temperament. tertio, non idem posse res intro sumptas & extra applicitas. Sed in medium afferendæ sunt de huius affectionis essentia sententiæ. veteres illi indagantes potiùs quàm inuenientes rerum naturas, vterum animal esse opinati, sunt argumento quòd tristibus mouetur, & lætis: quod subinde mulieres ex mœstitia in symptomata vterina incidant, quod bonis gaudeat odoribus, prauos auersetur & fugiat: inter quos etiam Plato & Aretæus numerantur, nec valdè repugnat Aphrodisæus, Sed indignum est opinari constare ex multis animalibus vnum. quod enim in magnis animi affectibus vterus agitetur & laboret, non magis admiratione dignum est, quàm quod vertiginosi & epilectici quauis animi ægritudine detenti confestim symptomate corripiantur. Validam enim spirituum & humorum agitationem ea corporis pars maxime sentit quæ omnium est natura imbecillima vel communi vel laborantis propria. Odoribus verò refici etiam ventriculus solet; nec idcirco quod animal sit, auctorem vllum hactenus commeruit. recreantur verò membra hæc odoribus, non quasi qualitas ipsa odoris quam solæ nares percipiunt iucunditatem afferat? sed quoniam vapor boni odoris materia accommodum est & familiare spirituum alimentum, quo partes illæ abundant. Ergo prisci illi talia de vtero persuasi, & in hæc de quibus agitur Symptomata cōuersi, fingunt vterum seminis masculi auidum, denegato eo, indignabundum vagari per corpus, conscendereque ad septum, quod vbi pressum est, tollitur efflatio, & sermo efflationis indigentis, simul & in multis respiratio ipsa; in totum cessante musculorum respiratorium opere, siue poenas de continente matre sumpturus, siue ex ventriculo irrigari quærens in subsidium ariditatis, quàm abstinentia contraxerat. Galenus verò licet multum Platoni huius sententiæ auctori tribuat, non stat iis inuentis: nam vterus ad vmbilicum accedit, vbi valdè extenditur, non autem in ventriculum conscendit, aut in septum, scilicet in hūc enim sensum audiēdus est (libro De vteri

Strangulatus cui non mari.
3. Collect. 39.
Lib. natur. hum. 28.
Cap. 6.
Vterus an animal.
Plato in Timæo. Aret de vteri strangulat.
Aphr. 2. Probl. 84.
Cap. 2.

disse

dissectione, dũ nullo fœtu turget; grauidas enim subinde reperias, quæ etiam sub ensiformi cartilagine embrij motum experiuntur. Igitur cum strangulatæ nec fœcundæ angustia & inopia respirationis premantur, nec in illis ad septum cõscendat vterus; non potest eo referri strangulatarum apnœa. Sed & si detur conscendere & septum premere, certè non magis premet quàm satietas, quàm grauidatio: quæ vt respirationem frequentem efficiunt, ita nullo pacto tollunt. Deinde si semen quærit virile, quorsum ex septo conuellit? Si alimenti in ventriculo humorem, quanto paratior est in incumbente vesica, aut vasis quæ vtero implantantur? Quid igitur Galenus de præfocatione? Sentit nomen esse non morbi vnius aut symptomatis, sed multorum ab vna communique origine ortorum, praua in vtero deleteriaque qualitate. Sunt enim in medicorum vsu nonnulla in hãc significationem recepta, vt pestis, venenum, gallicus morbus, casus: est enim pestis morbus omnis vlcus, cõpositio praua aut intemperatura siue totius, siue partis ex continentis deleteria affectione prodiens. venenum verò noxa quæuis corporis ab epoto aut sumpto veneno. gallicus morbus affectio omnis præter naturam à iecoris occulta & noxia infectione, casus, noxa quæuis à casu contracta. strangulatus, malorum congeries est, ex deleteria vteri proprietate nata. Ita aliqua strangulatio epilepsia est vteri consensu: dixit Auicenna; aliqua melancholia, aut syncopis habet autem huiusmodi quampiam occasioné. retentum vel semen, vel menstruus sanguis intra vteri vasa dum distẽdit, longitudinem contrahit, quare conuellit vterum. dum verò vaporem illum vitæ principiis aduersantem cordi cerebroque remittit, multorum est in corpore, & admirandorum malorum causa; postquam semel in sui consensum principia illa traxit. Quæres, Cur semini maximè, deinde mensibus Galenus ascribat? Maximè cum Auicenna & Auerrois ad reliquos etiam referãt humores; & oporteat, si semen in causa est, vt nõ minùs vterina symptomata continentes viri quã fœminæ patiantur? Galenus ideo ad semen refert & mẽses, quoniam virgines innuptæ viduæq; in hoc malum crebrò incidunt, aut saltem quibus menstrua restiterunt. semen verò mulierum propter frigidam temperaturam in frigidam corruptionem multò plus masculino incidit: vt in mare languor, in appetentia, & mœstitia sequantur, in fœmina etiam agnœa & silentium, sæpe etiam conuulsiones; alios verò humores etiam mensium appellatione intelligi, Galenus ipse author est. Sed accedunt illæ causæ fœminis, quod vterus sit corporis sentina, excrementorum putridorum conceptaculum, vt nihil mirum sit si sæpe deleteriam concipiunt in eo excrementa qualitatem, quam mare etiam vel digito, vel femore, vel vétriculo, nonnunquam acceptant, epilepticarum conuulsionum occasionem: adde innati caloris in eo sexu imbecillitatem putredinis causis non repugnantem: huic autem perpetuæ aptitudini magna quædam accessio fit, vbi vel semen, vel menses immodicè retinentur. quo fit vt plurimis vterinis mulieribus horũ alterũ cohibitũ sit; cur ergo totis nouẽ mensibus moratus sanguis ille nõ angit? quoniam à natura prohibetur, ne putrescat, neque enim illius dispensationẽ & cautionem negligit, quod facit vbi præter naturam & citra vsum detinetur: deinde pars illius abit in fœtus alimentũ, pars ad replenda vbera, absumitur etiam aliquid, coctione emendatur, vomitu minuitur, in chorio seorsum ceu in naturali loco seruatur, non minus quàm in sua vesica bilis. Cur frigidus ille corrupti seminis vapor fastidiũ inferat solitus alioqui appetentiã excitare, aduersa illius qualitas facit. nã & de melãcholia paulo antè dixit Galenus, licet vniuersim famem excitat, nonnunquam propter iunctã deleteriam qualitatem vires omnes deiicit, & cum illis appetentiam. Quod verò deterius putreat semen, probitas seminis facit, & maior quàm in sanguine coctio, & de morbi essentia ita statuendũ esse videtur. nam quod quidam ad sympathiam retulerũt omnium & musculorũ & capitis cum vtero, magis ingeniosum, quàm firmũ est. Si enim multa in corpore membra motu arbitrario agitata nec aliter quàm per neruos à cerebro deriuatos, non trahunt reliquas in hunc consensum partes, etiam conuulsa aut resoluta; qua verisimilitudine id de vtero quispiam affirmare audeat? membro per similitudinem tantum, non verè neruoso, nec musculis prædito.

Cap. 2. — *Strangulatus essentia.* — *2.3. De epilep.* — *2. natur. hum. 28.* — *Cap. 1. Supr.* — *Fracast. sym. 25.*

8. *animalia*] sicut ad cibum feruntur animalia natura docta eo se remedio à suctionis molestia liberari: verùm experta cibi suauitatem, postea non rarò memoria præteritæ voluptatis appetũt alimenta: ita in venerẽ ruunt & ex doctrina molestiam retenti seminis fugientia, & ex voluptatis recordatione; quoniam verò homines magis quàm bruta ea recordatione feruntur, Galenus ait, bruta venerem appetere excutiendæ molestiæ gratia, non in libidinis vsum.

6. Epid. 1.

9. *seminis*] commodè in hoc loco agitanda magna quæstio est de animalium generatione, Num duobus agentibus debeatur mari simul & fœminæ, quod Galenus putat, an mari soli, cui fœmina materiam suggerat, id quod cum Aristotele; & Auicenna & Auerrois putarunt. In qua non secus quàm in aliis quarum discussio ex accurata petitur dissectione, Galenum veriora statuisse iis qui probè sunt instituti compertum est; Ita primum hanc partem argumentis confirmabimus, deinde aduersæ rationes proponẽtur. fœminas omnes suo semine turgere intra testes, aut si testibus carent seminalibus vasis, ostẽdunt primum partes illæ semini deferendo ad testes, coquendo, & à testibus eiaculando formatæ. Cùm enim illæ omnes nullo numero deficientes in fœmina reperiantur, non dissimiliter maribus; nec in mare vsum habeant vllum præter seminis generationem & in cõgressu excretionem; apertum est fœminas suo etiam semine abundare: nã (vt refugientem Auerroen inter occludamus) naturã animalia fingentem, quoniam genere vna est, huic animalium differentiæ similitudinem quandam & notam citra vllum vsum imprimere eius membri quod alteri animantium speciei cum multo fructu inditum est, admodum consentaneum est. Sic homini coccygis os donat proportione imitationeque quadam iumentorum caudæ; sic mari exiguas papillas mammarum in mulieribus indices, at verò testes duos insigni magnitudine præditos, vasa multa & anfractuosa

Semen num ab vtroque parente. — *9. Gene. animal.* — *Auic. 21.3.8.* — *Auer. 2. Collect. 10.* — *Ratio. 1.*

multo spiritu & sanguine plena in illos descédé-
2. tia, meatus alios magni momenti ad contenti in testibus iaculationé, frustra fœminis donari quis ferat? Deinde album hoc crassum & multum in hysterica muliere obstetricis titillatione reiectum, quis credat esse vteri lachrymam, ab eo vi ti frictione non aliter excussam, quàm ab oculis lachryma emanat? nam vt mittamus quod eos liquores vt ab humidissimo oculo; imò ab oculi humoribus meritò facili occasione decidere verisimile est, ita ab vtero membrana arente, decidere credibile non est: sed demus & id aduersario. vnde crassum album, spumescens ex titillato vtero prodit, si ab oculo tanto humidiore tenuis tantum liquor emanat? aut cur cessarunt symptomata omnia vterina aut concubitu aut excretione illa, si non ad album antea ad cõgressum excitabat? Illud verò etiam cogitandum est.
3. Si sola oblectat mulierem (quod Aristoteles habet) frictioné vteri titillatio, nó secus quàm pueros & eunuchos: sequitur auté ex frictionis necessitate rarefacientis humiditatis in vtero contentæ citra oblectationem excretio, vt ex ridente oculo, & ideò rarefacto lachrymæ: Cur non cessat earum libido antequam & ipsæ excernant, vnde lasciuus poëta expetit à viro tarditatem: Crede mihi veneris non est operanda voluptas. & non dissimilis alter: Odi concubitus qui non vtrinque resoluunt? cur gonorrhœam similiter maribus patiuntur? priapismum, & inexplebilem libidinem, à qua multo accessu liberantur? Cur fœminina bruta stato tempore quasi furentia ad mares properant, & internam inflammationem quibus datum est notis produnt. Si enim à solo sanguine vteri illorum turgerent, non cessarent, & à feruore quiescerent marium accessu, in quo nihil excernitur sanguinis. Et quod ma-
4. ximum est, & rem ceu digito demonstrat: si gallinam, si porcá execes & testibus illis priues, quos ij notas quasdam sine vsu esse docent, protinus à maribus abstinét, & nullo illorú amplius amore ardent; nec congressus substinent, tácum in testibus semine turgentibus ad libidinem situm est.
5. Adde quod multæ mulierum nocturnis somniis polluuntur, & in accessu sternutant: quorú neutrum fieret, nisi testes semine replerentur. nam si non sequitur ea excretio imaginatiuonem, sed solam rarefacientis frictionis vim, quæ somniat se coire, cùm nulla rarefactione vteri tangatur, & sola ducatur dormiens imaginatione, cur semen excernit album crassumque: cur verò in accessu sternutat, si non à cerebro per ea tempora semen
6. delabitur? Sed aliò progrediamur. nisi in suo semine vim inderet informantem fœmina, nunquam matri similis fœtus prodiret: prodit autem etiam in minimis, vt verruca, cicatrice hac aut illa corporis parte; fert igitur & fœmina prolificum semen. tergiuersantur autem quidam, nec hac ratione vincuntur, quoniam terræ vitio linum in lolium, degenerare, triticú in typham auctor est Theophrastus: quidni igitur etiam menstrui vitio à patre degenerabit in matrem filius? nec tamen vim rationis effringunt aut imminút. Nam & apud nos brassica capitata degenerat in foliatam soli vitio. & sanè cum vis in semine formans materiæ ineptitudini succumbens, obtinere quod nititur non potest; à creatore edo-

a Hist. Plāt. 4

onatum

ćta in proximam formam fingendam labitur, & substituit simile, sed inferius frustrati primi scopi loco: ita virile semen cùm menstruum in patris similitudinem efformare nequit, in alterius hominis formam decidere fœtum oportet: at verò vt cicatricem dextri humeri qua sola mater insignita est, fœtus repræsentet, impossibile omnino est; si non mater ipsa in suo semine idolum compositionis suæ mandauerit. Obiicias nutricis mores in infantem transire, sola materiæ communione, igitur & matris. Sed aliud est transire mo- 7.
res qui temperiem sequuntur alimenti, aliud formationem compositionémque diuinioris facultatis munera. Quid quod nisi sic de animalium ortu statuatur, malè de animalibus, & quàm de stirpibus deterius meritam naturam accusabimus. plantarum enim semina, ipsa vim habent per totum semen informátem, ipsamque seminis molem fingendam, & in exorientis plantæ fibras & radicationem mutandam. Eò fit propter duorum agentis & passi commercium communicationémque mutuam, vt facilè vis ipsa fingat: materia verò obsequatur: orto verò iá animali resecta pars non regeneratur, quoniam vis membrorum formatrix accedentem ex alimento sanguinem non permeat, sed tangit: si ergo eo iure seruxit prima animalis exordia natura, vt mas vim solam funderet in fœminæ materiá non permeátem, sed imprimentem, & instar pictoris effingétem; deterius multò cum animalium quàm cum stirpium ortu actum est. Faciunt hæc vt cum Galeno credamus, ab vtroque sexu prodire semen, non à mare tantùm: eaque coëuntia simul cum vtero (cui est etiam sua vis informatrix) fœtum effingere. Nunc Aristotelis æstimandæ rationes sunt, quid ponderis habeant. Si præstat & inte- 1.
grè coctum est, sufficiénsque generationis muneri virile semen, quorsum adduciet natura muliebre? multis (inquá) de causis: primùm, quæ disponit omnia suauiter diuina sapientia, diuinum & summopere necessarium generationis opus non alteri sexuum commisit, sed vtrique; nec voluit inuitam fœminam cum mare congredi, intelligens nihil violentum perpetuum fore, sed sponte sua semine suo turgentem, ideo ad congressum inflammatam. Deinde, si est gignendi finis, indiuidui quoad fieri potest, substitutio & similitudo, quando idem ipsum propter materiæ fragilitatem durare non potest, meritò quo fœmina duret, & sua similitudine maneat, dotatam esse vi generante & suo semine oportuit: si enim etiam elementa per actiuas qualitates, dum suam similitudinem rebus omnibus induunt, gignunt, qua æquitate solas fœminas eo beneficio priuabit, quo nullum mortalium corporum à naturæ donatum non est? Accedit etiam & illa causa, vt prodeat auctius virile semen fœminini incremento, & sufficiat gignendis membranis intrà quas fœtum formari contegique oportebat. Nec defuerunt qui posteriorum hunc fœminini seminis vsum etiam irridere ausi sunt. Si enim (aiunt) dicente Galeno exiguum hoc semen fingendis solidis omnibus, fœtus membris satis est; quomodo vnius chorij generationi impar æstimabitur & suppetias à fœminino expectabit. addunt, si arboris proceræ erigendæ minimum semen citra fœminini accessum sufficit; cur non

g. r. 2. Li. quod am. mores.

Obiectorú solutio.

vni

vni chorio virile? Sed vt à posteriore ordiamur,
arboris semen intra corticem tectum & probè
vallatum est;potéstque intus manens vires suas
exercere, eque vicina terra alimoniam sugere
Initio in arborem erigendam: animalium semen(quod
libro De natura pueri Hippocrates docet) primū
oportet membranam intra spiritum & genita-
lem vim veluti crustam quandam formare, in-
tra quam purus spiritus permeat; & sanguinem
ex vteri venis allicit, ex quo partim adhuc san-
guine in carnem,partim in seminis naturam mu-
tato solida formantur. Cùm igitur crassæ huic
membranæ spiritum inclusuræ ante fœtus for-
mationem, ante etiam alimenti tractum viri se-
men non sufficiat,fœminino suppletur, & inte-
2. grum euadit. Altera Aristotelis ratio est. quo tem-
pore mas pubescit,& semen fundit, pubescit fœ-
mina & ei menstrua proueniunt: Respondent
igitur menses semini,non semen alterū.At opor-
tuit considerasse marem, & gignere cum mare,
& alere sine mare fœtum: nihil mirum igitur, si
cùm ad eam ætatem ventum est, mas solum se-
men prolificum gignit:fœmina & semen & mē-
ses. si vtrunque principium fœmina habet (ait
Aristoteles) sola conciperet. Sanè concipit, sed
steriles: aues subuentanea oua, terrestria verò
molas: destituitur enim fœmina integra illa fœ-
cundaque seminali vi, eamque à solo mare spe-
4. rat. Illud etiam Aristoteles in sententiæ corro-
1.Gen.18. borationem adducit. fœcunda fit quandoque
fœmina nulla humiditatis suæ excretione: nun-
quam citra fluentes menses: sunt igitur menses,
non fœminæ semen ad conceptum necessarij.
Cui Dynus ita repugnat, vt putet concipere fœ-
minam non posse,nisi & ipsa semen fundat, non
tamen eam excretionem semper cum voluptate
coniunctam esse,nempe vbi non accedit ad vte-
rios eiaculatio, sed ad cauitatem cuius est sen-
Citato. sus hebetior.sed si (quod Auerrois testatur)con-
cepit mulier in balneo recepto ab inscia semine
balneari; non est ad generationem necessarium
fœminæ semen. Cùm enim melioris vsus gratia
etiam illi præstitū sit, potest exquisitiori illa ma-
ris semina excusari nonnunquam fœmineum,
modò vsum mensium grauida habeat in fœtus
5. & materiam & alimentum. Puer (inquit) eunu-
2.Gen.4. chus & fœmina habitu similes sunt; ergo & in
seminis inopia. Sanè ij omnes non gignunt exa-
ctè coctum in quo virilis animis habitusque
consistit. Addit. fœminæ extrorsum mittit,non
ergo ad internum conceptum: mittit ad sinum,
vbi masculino occurrit, cui & permiscetur ad
6. embrij generationem. Iungit & hanc: men-
7. struum lac repræsentat, nam & lac cocti men-
ses sunt: semen masculinum vicem gerit in la-
cte coaguli. est igitur vt lac menstruum sola ma-
teria: sed similitudinem menstrui ad lac reci-
pimus; semini verò vtrique vim illam coaguli
8. tribuimus. Cùm verò in medium affert libidi-
1.H.A.1. nosas fœminas crebrò partu temperari & ad so-
brietatem redire: vnde apparet sanguinem qui
turget, procacitatis authorem esse, non semen;
& nonnellæ ex salaci conspectu ter etiam in-
tra mensem profluuium menstrui sanguinis pa-
tiuntur,quasi conante natura id pellere à quo ir-
ritatur. Causam reddimus, quoniam ex vacuatio-
ne quauis, maximè sanguinis, proxima seminis
materia, semen ideo libido minuitur:fluunt verò
menses,quoniam conata natura ex salaci imagi-
natione semen fundere, & propter vasorum se-
minalium anfractus impedita, id excernit quod
proximum est,& faciliùs descendit, in iunioribus
quidem frequentem vrinam, in puellis sangui-
nis per vterum fluorem. Adiicit Auerrois: vbi 9.
duo quædam ad actionem conueniunt, oportet
vnum esse vniens, cuius nomine sequitur affe-
ctum. Sed non est necessarium tertium vniens,
vbi vnius generis liquores intricam miscentur:
ipsa enim Galenus ait in medio misceri incola-
tione:nec tamen oportet vt misceantur,cùm so-
lum nonnunquam virile formationem operetur.
Sed fœmineo semine satis.

10. *quibus verò*] reprobat eos qui non credebāt
è tantilla materia tātos tamque repentinos cru-
ciatus excitari;quoque modo id fiat,edocet.

11. *cùm primum quis*] lege, quod simpliciter,
quia quippiam quasi.

12. *ita vt planè*]lege(cum igitur iam constet.

13. *nasci*]innasci posse venenū supra ostensum Sup.Lib. 3.7.
est.dignoscit verò Galenus, num repente moriēs
externo perierit an interno veneno, notis. Si be-
ne sanus probisque humoribus abundans quis,
repente perit, nec apoplecticus est, & corporis
color migrat confestim in liuidum aut nigrum,
nec continentis constitutio pestilens est; magna
est dati veneni coniectura;sin minus innati.

14. *canibus*] controuersus est Aristotelis locus 8.H.A.22.
de rabientibus. (rabiunt canes, & quæ momor- Lib.de dypsa-
derint omnia præter hominem) reiicitur enim de.
teste experimento à Leoniceno,quoniam emor-
si à rabidis homines rabiunt; & coniectat cor-
ruptum locum,legendúmque esse, pro, πλὴν πρὶν
(rabiūt canes,& quæ momorderint omnia, prius
homine) sed nec illi literæ astipulatur experimē-
tum.euenit enim vt bruta priùs,accidit & vt po-
steriùs inficiantur. Verùm si exactè expendatur
locus,vtraque lectio seruari potest.Constat enim
venenum hoc summam quandam esse cum ca-
lore ariditatem temperamenti, ex ardentibus
oculis,hiante ore, contracta cauda. eo fit (quod
Aphrodisæus ait & hoc in loco Galenus.) vt per 1.Probl.76.
æstatem soli canes rabie corripiantur, quorum
est natiua temperies aridissima;hoc est,nullo alio
rabiente animali,frequenter canes eo morbo tē-
tantur:ex reliquis verò, quo quodque humidius
est,eo serius succumbit. humidissimum autem
autem animalium quantitate scilicet & mole na-
tiuæ humiditatis, homo est; ideo animalium
minimè potat apud Aristotelem:minimè itaque 4.Probl.6.
omnium rabie corripitur homo in quem sensum
recipi potest, rebire morsa omnia à rabido cane
præter hominem; non quasi nunquam & homo
rabiat, sed quod sæpe rabiem vitet, vel humidi-
tatis ope innatæ, vel modicæ cautionis, qua
reliqua omnia vincit; seruati enim nonnullos
Dioscorides grauis author testis est. Si verò
placet legere (prius) eadem ipsa ratio suppetit;
quanto enim humidior aliis homo est,tanto tar-
diùs in rabiem vertatur oportet.

15. *cùm enim*]lego(nullo alio capto)solus signi- Lib.6.36.
ficat manentibus aliis multis signis eum corripi
ob promptitudinem temperamenti, non quasi
etiam alia non rabiant. Ne verò nos decipiat
(quod multis etiam doctis accidit) Galeni locus

 libro

libro De temperament. tertio, (spumam rabidi canis & similium non est putandum eandem vim habere intrò assumptam & extra impositã) quasi significet Galenus, si per os sumatur aut minus aut nihil lædere. legendum est enim, (introrsum deducta & extra cuti imposita) quibus verbis docet multo lætalius inficere, si vlceratæ cuti accedit, vel quomodocunque introrsum deducitur, quàm si sanæ cuti & illæsæ. vt enim vulgo de sagitta elleboro tincta persuasum est, insignẽ vim perimẽdi tunc exerere, cùm vel per os vel vlcus sanguinem attingit; ita Galenus de serpentium saliua pronunciat. Ingredientẽ enim per os venenum esse præsentaneũ. Cardanus testatur in Veneto patricio, qui ab exosculato catulo rabiente, antequam emitteret occidendum (amabat enim illum) rabidus factus est. Mathiolus verò duos vidit qui saliua vncti rabie correpti sunt. Sed dignissimum inquisitione est rarũ illud nec minus mirum symptoma, quo ab aqua terrẽtur: nã aquã & imbres & lachrymas ita timent, vt fugiant & exclament; tandem etiam aquæ sonitum auersantur, & nomen ipsum aquæ horrẽt, & ab ea liquore omni terrentur: nõ aliter (ait Aurelianus) quàm multi phreniticorum ærophobi sunt, alij pantaphobi. Idem memorat nonnunquam malum hoc sponte sua ortum, aliquando ex vnguium laceratione pugnantis galli non solum canis. memorat sarctricem intra triduum rabie correptam, quoniam momordit suendam vestis fimbriam à rabido cane laceratæ. Ergo tanti mali causam docti multi referente Auicenna ad hecticã mẽbrorum ariditatem reduxerunt; ea enim vt similibus gaudet, ita humidis contrariis offenditur: quocirca gaudent in terra volutari. Obiicit Rasius, oportere continuo eos vigilare. cur verò marasmo laborantes non similia patiuntur. Postremò factum intemperamentum contraria non appetit, non tamen contrario terretur & expauescit, & eo viso fugit, & exclamat. Illud est multo certius, apparere talibus in liquore, speculo & læui quouis canũ idola ex aque nã multi expetentes aquã oblatam fugiunt, quærentes, quod canum visceribus sit area; & altera oblata similia respondent. Philosophus verò imaginationi imperãs à morbo euasit, secum sæpe reputans, quid cani cum balneo. inspiciebat enim in balneo canes. cur verò spectra illa intueantur, peculiaris est illius maniæ proprietas, quam ratione vestigare non magis possumus, quàm cur alius cælum ruiturum opinetur, alius periisse se. hos verò canum phantasia perpetuò detineri, demũ spectare canes in terso omni, tandem etiam se canes esse opinari, aperto argumento est quod latrant, & humi instar canũ sternuntur, & obuios mordent; &, quod omnem fidem excedit, testes graues sunt, inter quos nõ ignobilis est Mathiolus vidisse se in vrinis eorum canum simulachra, & phalangiorum in demorsis à phalange.

Cap. 7.

3. Acut. 9.

4. Tra. 4. 7.

Rufus de melancholia.

16. *quod autem*] refellit prauas priscorum de præfocato vtero opiniones.

17. *sed interrogauerit*] si non est vterus animal, cur veluti indignabundus errat.

18 *conuulsionem*] vocari verò etiam extra neruos conuulsionem suprà libro tertio ostensum est; nimis enim durum est, quod quidam retracti vteri causam ad inflatum ex tentigine vterum referunt. nam præterquam quod vterus scroto, ceruix vteri coli respondet, vt non sit credibile ex libidine vterum ipsum tumare: oportebat inflatum vterum similiter coli porrigi, non retrahi.

19. *tum non esse affectum*] licet reprobata sit ea sententia suprà libro primo & tertio, non est tamen absurda, quod hic ait. Vterus enim incolumis est, sed ligamentis plenis peruertitur.

20. *Hippocrates*] libro tertio cap. 98.

PORRO accidentia, quæ ob adstricta menstrua infestare solent, (nam de iis quoque nonnihil me dicturum pollicitus sum) nunc enarrare aggredior, sumpto initio ab his: quæ ab 1 Hippocrate in Aphorismis scripta sunt: præcipuè verò, cum dicit: si mulier neque prægnans, neque puerpera 2 lac habet, menstrua eius defecerunt. At nullo in mammis apparente lacte menstrua suppressa hisce notis deprehenduntur. Grauitas totum corpus molestat, item fastidium quoque, & nulla cibi cupiditas, inæqualitas horrida, quod si citra horrorem inæqualitas aliqua fuerit, atque 3 fastidiũ; cupiatq́ mulier quædam aliena, iube, vt obstetrix vteri ceruicem tangat. nam si citra duritiem 4 clausa inueniatur, eam prægnantem esse coniicies. Ex his etiam nonnullæ cibum euomunt, ac terram, aut extinctos carbones, aut alia quædam huiusmodi edunt. Si verò clausum fuerit os ceruicis vteri, ac duritiem quoque habeat: affectum aliquem in vtero esse portendit: oportet itaque speculari obstetricẽ, ad quam partẽ vel declinet, vel retrahatur: nam in ea parte affectã vteri sedem esse coniiciendum est. Atque in quibusdam fœminis, eius partu dolor cum grauitate nõnihil significare potest: quinetiam in 5 coxam dolor transit, ac crus ipsum, quod è regione est, per incessum claudicat. Quod si longiori tempore supprimantur menstrua, nullamq́ medicus mulieri vacuationem offerat: tumor aliquis præter natura, in 6 ilibus, interdum exoritur, ostendens nimirum ex internis partibus quampiam esse inflammatam. Nonnullis 7 panus in extrema ilium parte excitatur: veluti viris quoque eodem in hoc loco nonnunquam oriri solet, qui, vbi suppuratus aliquando fuerit, secari debet. Vidimus itaque ipsum & in hac parte & in colo suppuratũ dissectumq́, interdum ignorãtibus medicis inexpertis quid inciderent, interdum verò intelligentibus quoque. Atque ab huiusmodi tumore suppurato in colo nemo non facile sanus euasit. Vteri verò sectiones maiori cum difficultate conglutinantur. Huiusmodi accidentia sequi suppressa menstrua consueuerunt, ac præterea lumborum, & coli, & 8 syncipitis dolor, qui etiam oculorum fundamẽta infestat: item febres ardentes, & vrinæ 9 nigrantes cum rubra quadam sanie perinde si aquæ, ex qua nuper mactata carnes absolutæ fuerunt, fuliginem quis miscuisset: quibusdam vrina haud difficulter redditur, aut omnino supprimitur. Cùm ergo horum aliquod in muliere conspexeris, vterum veluti radicem ipsorum nosse iicere oportet. Quod si per alium quempiam corporis locum sanguis effluxerit, aut inflammatio, aut erysipelas excitatur: an menstrua purgentur, interrogare debes: siquidem nihil horum accidere solet integrè purgatis. Igitur quibus menstruorum cohibetur purgatio, his huiusmodi plerunque eueniunt accidentia.

SYMPTOMA retentos præter naturã menses sequentia, exponit.

1. *Hippocrate*] quinto Aphorism. 39.

2. *lac*] cur grauidis ad postremos maximè mẽses, & adhuc magis fœtis mammæ lacte repleantur, prisci inquisiuerunt. Ac primus Hippocrates retentis per conceptum mensibus putat alimẽti abun

Lib. nat. puer. Lactis gignẽdi causa.

abundantia omentum pinguescere, & recenti adipe albo nec dum concreto abundare: is adeps omenti, ceu oleum corio illitus à turgido vtero compressus & sursum & deorsum delabitur. deorsum quidem in embrij alimentum, quandiu in vtero est (fruitur enim per id tẽpus albo pinguique in ventre lacte;) sursum verò in mammas recipitur, quod lac vocamus. *3. Aph. 37.* Ductus est autem in hanc Hippocrates coniecturam ex suauitate, albedine, pinguedineque lactis, quibus liquatum adipem planè repræsentat: & quoniam vniuersale est grauidis pinguescere, quod Aristoteles tradit, erant hæ secens natæ artis rudimenta. cur enim per hydropem turgente ventre & magis quàm per fœtum compressa in vbera lac non colligitur? Nec verò mulieres, nisi admodum paucæ grauidæ pinguescunt, plurimæ gracilescunt: bruta enim quibus per sanitatem sanguis in menses non purgatur, cùm concipiunt, absumptis in embrium excrementis lautius aluntur: mulieres ex retenta excrementorum copia quæ effœtis in menses exonerabatur, quandiu vterum *4. Gen. 3.* gerunt, deterius habent. Aristoteles verò de lactis prouentu ita statuit, cum grauidus sanguis ille cohibeatur fluere assuetus; superesse eum in corpore necesse est, & abundare non alibi, quàm in fonte, id est, corde; vnde & manat ex corde ad vbera meat? & propter loci vicinitatem, & propter inanem laxamque partis compositurãm: in vberibus verò coctione migrat in lac. magis torquetur in soluendo, cur si posttamis mensibus grandior fœtus inopia alimenti calcitrans exit *Lib. nat. puer.* (quod dixit Hippocrates) trahit autem ea omni parte, maximè ab vberibus: tamen vbera propè partum tumentiora sunt & lacte turgidiora. fortè aut fœtus pristina vi non trahit. Doctus enim à natura, vbi iustam mensuram accepit; aliò vertitur innatus calor externum alimẽtum tracturus. Nam & in plantis modò vergit ad folia, relictis marcescentibusque radicibus; modò transit ad flores, quibus absolutis commigrat ad fructus & flores foliaque alimenti inopia ad fructus migrãtis languent, marcescunt, deciduntque: forte etiã ait, quia minus modò in vbere relinquitur propter aucti fœtus validiorem suctum, coqui potest inutile lac, quod antè præ copia naturam opprimebat, magis quàm alebat. *14. Vsu. 8.* Artificiosus Galenus de vtroque proposito ita ratiocinatur. Ex vasis omnibus quæ in corpore habentur, nulla est superiorum ramorum ad inferiores communio, demptis iis, quæ ad vterum descendunt & vbera alunt. hæc enim voluit natura mutuò sibi materiã impartiri hac necessitate. Alendus fœtus vel intra vterum est, vel extra ex vberibus pendet: oportuit autem sufficí ex toto alimentum ad eam partem quæ fœtum continet, quandiu in vtero est, ad vterũ: posteaquam ex vtero exiit ad vbera: quemadmodum igitur grauidis ad vterum vniuersus sanguis colligitur; ita lactanti ad mãmas. Cur propè partum mammæ turgent? quoniam alimenti fœtus excrementum totis nouem mensibus, cùm extrorsum prodire non possit, redit ad mammas: in quibus tẽpore castigatum coquitur, vt tandem vbera repleat, deficiente licet, in vtero grandi fœtui alimento. Dum tamen Galenus commeatum hunc vasorum causam existimat vberum in grauidis turgentiũ, minus naturæ prudentiæ & innatæ doctrinæ tribuit, quàm res ipsa nos tribuere compellat; id quod non semel Galenum fecisse non ita multo post constabit. cùm enim sursum cõscendentes ab vtero ramuli exigui sint, nec cũ descendentibus à thorace coëant, pateantque grandia crurum vasa, in quæ exonerari natura sua grauis & crassus menstruus sanguis poterat, & fœtus ipse superiora ventris loca occupans deorsum trudat: non sursum sanguinẽ: nisi accederet formantis naturæ sapientiæ occasiones temporum variis humorum & sanguinis motibus prouidens, non colligeretur ad mãmas; decumberet verò in crura quicquid alimenti fœtui superesset. Si enim post partum mammæ replentur fluente ex vtero sanguine, cur non etiam ab eadem vi propè partum repleri incipient? etsi vis informans simul ad pubertatis initiũ propter necessarios vsus vterum cum mammis auget; senecte verò initio vtrũque deficiente vsu contrahit: si vis eadem in singulis plantis tẽpora certa obseruat producẽdis floribus, foliis, fructibus? si membra principalia cùm habeant prompta vasa multo maiora, in ea qua se emunctoria exonerant, vna hac agente facultate, cur nõ eidem dabimus, vt turgente vtero consensus quadam lege vbera repleat? cur verò ædito fœtu ab vtero ad vbera confluat, à quibus paulo antè in vtero fœtus sugebat? multa consuetudo naturam nouitate vincens: ita fit vt licet communi vasorum nomine etiam vberum venæ in vterum mandent, ea recentiore infantis suctione vsum permutent, & ab vtero proliciant; sic enim edacis ventriculus plus appetit quàm pro corporis indigentia, & satietis testes. Accedit quod ex exercitio partium facultas tractrix roboratur. Et quod inaniti vacuatione meatus vacui gratia vndecunque trahunt, potissimũ ab iis partibus quibuscum connectuntur. cur non omnibus animalibus lac gignitur? Galenus ait, ob naturæ siccitatem in auibus gigni non potuit. *14. Vsu. 4.* Nec verò etiam volarent tãti alimenti põdere graues; ideo enim etiam vasica destituuntur, & intestinorum magis cæcitate quàm numero donantur. iustissima autem natura altera inuento maioris in filios amoris compensat lactis penuriam. vt quod matres sine sumptu præstare filiis non possunt, amoris stimulis vndecunque parare laborent. cur viris omnibus parum quiddam, nonnullis etiam multum è mamillis lac effluit, Aristotele *3. Hist. 20.* teste? quoniam in partis alimẽtum lac datum est, multum verò etiam in fœtus gratiam; non secus quàm testibus semen.

3. *fastidium*] cur si ob alias causas menses cohibentur, non similiter fastidio reliquisque symptomatis mulieris infestantur, ea ratio facit: quòd vbi præter naturam retinentur, totus sanguis paulatim in vasis aceruatur: in grauidis repentè dulcissima optimàque portione in fœtum seposita, quicquid impurũ est feculentũmque in vbera, & ventriculum propter naturalem earum partium consensum reponitur: quibus in locis nec propter crassitiem putret ad febres inducendas, & propter impuritatem symptomatis offendit. Alexandrinus verò de grauidarum appetentia *6. Epi. sec. 7. 32.* ait; in primis mensibus damnari, commendari in postremis, quoniam ita exigit ratio aucti fœtus: item laudari modicam, validam damnari: bonam

esse quæ ad assueta feratur, prauam insuetorum: indicat enim magnum à natura in humoribus recessum.

4. *coxam*] sexto. Epid. comm. primo.

3 Aph. 51. 3 Natur. 3. Grauiditionis indiciū. 5. Apho. 54. Cap. 2.

5. *clausa*] magnam fidem præbet huic indicio Galenus, si citra duritiem clausum est vteri os, mulier grauida est. Constat enim vt vteri os inanis crassitie scriptorij calami hiat, grauidi ne acus quidem cuspidē admittit. Parientibus ad fœtus exitum aperitur. Si ergo tangenti obstetrici clausum occurrit, simul & durum, tumor est præter naturam (ait Hippocrates) si citra duritiem grauida est; sed occurres: si est ceruicis vteri modica longitudo digitorū vndecim libro De vteri dissectione, Auicenna ait, à sexto ad decimumquintum, quomodo obstetricis digito tangi potest? quoniam digito medio, vbi ab illecebroso contactu vterus descendit, tangi potest. Si non aperitur grauidis, non fiet superfætatio. quidam putant in accessu perpetuo adaperiri, solùm autem veteres docuisse sponte sua grauidarum vterum non hiare. Alij consultiùs opinantur tunc tantum aperiri cùm superfætat. superfætat autem rarissimè: rarissimè itaque grauidis aperitur, quod prisci docuerunt. Quærunt nonnulli cur inflammata vulua instar vteri pertusa, magis hiat inflāmatus victus cum duritie clauditur. Sed aperta ratio est. tensa vulua dum inflammatione contrahitur, & in rugas plicatur, foramina latescit: vterus laxus dum humorem suscipit; distenditur, & tumet, quare os claudit.

6. *ilibus*] in inani) in quo continentur mesenterium, id est, lactos, ieiunum, & gracile.

7. *parum*] supra libr. prim. primo.

8. *accidere solet*] id est rarissimè euenit bene purgatis: ideo enim subdit (interrogare oportet) aliàs quorsum interrogatio in re certa? conatur enim Galenus quod fieri potest respōdere antequàm ægrum audiat. Fieri enim potest vt retineantur non ex toto menses: fieri item potest vt ex conceptu.

a Epid. 1.

9. *syncipiti*] cur magis syncipiut & potissimum vertex doleat in plenitudine omni capis flatulēta, causæ tres Galeno probantur. Prima: Vasa cerebrum ingredientia iuxta peluim ad anteriores ventriculos cessant, flatus ex corpore deferentes. Altera: natura per sanitatem eò assueuit mandare, quare & in plenitudine quauis molesta: assuescit autem quoniam suturarum ferax is locus est, per quas commodè exhalatio fertur, & caluaria ea parte rarior, & vasa per suturas egredientia

Vtero cur syncipiut cō doleat.

partem, & ipsa deferunt vaporum. Tertia: dolendi causa in maiore sensu sita est; sensus enim vegetior est in parte membranis & vasis abundante, qualis propter suturarum necessitatem syncipitis constitutio est. hæc Galenus. Nec reiici ratio illa ex consuetudine potest, propterea quòd in suturis minus quàm alibi morati flatus, minorem ideo noxam inferre par erat: nam licet commoditas difflationis per eas partes exitum festinet, maiore ideò molestia partes afficiuntur, quoniam ad eas docta consuetudine natura, non ad reliquas: excremēta deriuat: quæ interea dum retinentur, dolorem mouent. potuit & duce cum Rasio experimento, dolentis in vterinis affectibus syncipitis causam ad rectitudinem referre, cùm enim in medio vesicæ & recti intestini

Li. dolor. iūcl. cap. sciatica.

locetur, recta ad syncipiut exhalet necesse est. quo nomine sciaticam dolente coxendi; saphenam vtero affecto secare præcipimus.

1. Cris. 12. Nigræ vrinæ gradus.

10. *nigricantes*] De nigra vrina, Galenus ita habet. Pessimus est niger ipse liquor. non vidi (ait Galenus) *ἐκ εἶδα*, seruatum quempiam ex ea. minus aliquanto mali est in nigro tantum sedimento, minus in sublimamento & nebula: quanto enim valentior causa præter naturam est, quæ totam vrinam in eum extremum colorem & à natura alienum commutat, quàm quæ sola contenta, tanto nigra omnino deterior est nigro sedimento. sedimentum verò si prauum est, magis quàm æqualis nebula cōdemnatur. statam enim & firmam magis maliciam arguit, nō aliter quàm in probo sedimentū nebulæ præfertur. Sic æqualitas in bono optima: in malo pessima habetur. nec tamen temerè recipienda est Galeni de vrinę nigro liquore condemnatio. Sed quasi ipse non viderit seruatum. viderunt posteriores & multi & celebres. quare in vniuersum tantopere damnanda non est, ne si in acutis morbis addas, ne si iungas etiam prauorum signorum societatem. Nā præter Rasium, Ruffum, Auicennam, Actuarium, etiā in Epidemiis vidit nonnullos seruatos Hippocrates. Potest ergo incolumis apparere: sumpto nigro edulio, aut potione diuretica nigrum humorem per vesicam expurgante, de quo est pulchra apud Actuarium historia. Itē cretica est expulsio in quartana, splene, retentis aut mensibus aut hæmorrhoidibus; quin & dicente Auicenna, sanat nonnunquam prolixas febres, quas vocant nocturnas aut diurnas. Præterea affectis vel renibus vel vesica lapidis concretione nigrescit vrina. demum præsagit nonnunquam febrem hemorrhagia narium aut sudore terminādam. cùm ergo sit nonnunquam planè exitialis vbi ab extremo nascitur, aut frigore, aut calore, nonnunquam innoxia: discriminant vtrunque indicium, Rasius, & Auicenna: si multa est, & tenuis, sequiturque ad aquosam, & antecedit leuitatem, bona: citra dicta occasione; valde mala est. nigra itaque in suppressione mensium familiare indicium est, non perpetuum.

2. 4. 85.

1. indi. vri. 7. 2. 12.

CVM verò immodicè vacuantur, sequitur color fœdus, pedes molli tumore attolluntur, & totum corpus subtumidum fit: vitiatur ciborum tum concoctio, tum cupiditas. Atque in totum omnia, quotquot immoderatam sanguinis vacuationem siue ex hæmorrhoide, siue alio quopiam sanguinis fluore euenientem sequi consueuerunt accidentia, huiusmodi fœminas infestant. Sed accidit interdum fœminis muliebre vocatum profluuiū, vel vtero nequaquam affecto, cum videlicet vniuersum corpus per ipsum expurgatur euacuaturq́; : quemadmodum interdum per renes quoque euacuatur. Id verò potissimum fit, si mulier laxis fit carnibus, & pituitosa: huiusmodi mulieres intacto quidem vtero, sed vniuerso corpori adhibitis remedijs sanamus. Atque id, quod excernitur, nonnunquam rubra sanies est, interdū aquosa, aut sub pallida: quòd si purus fuerit sanguis, qualis ex dissecta vena profluit, diligenter animaduertere oportet, num erosio fit in vtero: ea verò magna ex parte in ceruice potius, quàm alibi contingere solet; dignoscitur q́; per excretā saniem, si fuerit profunda: si verò circa os ceruicis constiterit, non solùm per hanc, sed per tactum quoque cognosci potest: Atque pragnantes quoque, cum ora venarum in ceruice aperiuntur,

sangui

sanguinem excernũt. Si verò mulieri vtero grani; mammæ subitò extenuantur, abortus expectandus est. atque geminos ferens, si altera mamma extenuatur, alterum amittit: & fere, si dextra mamma extenuata est, marem: si sinistra fœminam amittit. Quippe fœtus, qui mares sunt, parte vteri dextra continentur: qui fœmina, magis sinistra: atque rarò aliter euenire compertum est: adeò vt in animalibus quoque, quæ suapte natura geminos ferre solent, idem accidere videamus: vt in capris, ouibus, atque alijs quadrupedibus non paucis videre est. Si mulier promptè quidem conceperit, deinde secundo, aut tertio, aut quarto impragnationis menses fœtum eiecerit, circà vteri acetabula humorem pituitosum abundare, atque adeò venarum arteriarúmque in chorio tunica existentium, ad hora vasorum in vterum descendentium; nexum debiliorem reddi coniiciendum est, vt fœtum ob grauitatem ferre nequeat; sed facile abrumpatur.

DE contrario affectu profluuij mẽsalis agit, adiiciens nonnulla alia de vtero ex Hippocratis sententiis.

1. *calor*] mulíebres morbi plorimi vterini sunt; tum quoniam vterus est corporis sentina, vnde fit vt reliquis membris ferè plus viris valeant, vtero sæpe prauè; tum quoniam defluxus omnis à quauis parte assuetudine firmatus morbis obnoxius est, habet enim (inquit Galenus) periculosam vtranque immoderantiam, siue plurimum, siue nihil effundatur. Quapropter non est consilium, quempiam eum habitum recipere, nisi inuitet vel maioris mali fuga, vel grandis aliqua vtilitas consequenda. In melancholica valde excedenti natura, cautionis gratia hæmorrhoides admittit Galenus; in mulieribus prolis necessitate menses Aëtius; extra quas necessitates assuetudo fluxus facienda non est: si enim semel exire moratur, non quiuis morbi oriuntur, sed difficillimi periculosissimíque; quoniam oriuntur non ex confuso & permixto sanguine, sed ex separato excremento quod ad fluxus locum natura destinarat. Cæterum dissidet hoc duplex morborum vterinorum genus. ex vacuatione immodica, tẽperamenti sæpe frigidi sicci morbi prodeunt; ex retentione etiam compositionis, tumores, obstructiones, vlcera. Nam cũ sanguinis profluuio corpus necessario sanguine priuetur & spiritu, frigus & ariditas succrescant oportet: nisi si quando accidentario ob frustratam coctionem humiditas superest. Præterea ex vacuatione morbi ad corpus attinent, ex retentione vterum primario infestant: id quod significabat Hippocrates ex retentione (inquiens) ex vtero morbi contingunt. Si enim ibi morbus constituitur, vnde vel necessarium demitur, vel inutile adiicitur; in vacuatione sæpe corpus à quo sanguis aufertur, ægrotabit: in retentione cui non suum adiicitur, vterus.

4. Aph. 23.

Assuetudo fluxus cauenda.

Aet. li. 16. 54

5. Aph. 57.

2. *quòd si purus*] excrementum à toto ad vterũ aut vesicam delapsum, sanguis purus esse non solet. quoniam excrementum à toto prodiens eum colorem non habet, in quæ longo transitu vitiatur. Si ergo effluit merus sanguis, è proximo vtero aut eius ceruice exire cẽsendus est. idque vel aperto vel eroso vase aliquo. diiudicatur ex præsente aut absente pure. pus enim sanguini accidens erosionem ostendit.

3. *pragnantes*] disquirunt Galenus, Phylotheus, & Alexandrinus, qui fit vt grauidæ, quarum fœtus omnibus vteri vasis hæret, ex vteri vasis sanguinem fundant: putantque ea de causa, nõ ab vtero exire, sed à ceruicis vasis. Sed nulla est, quam mouent, dubitatio. quod enim diligentissimus aduertit Vesalius, nõ hæret chorion omnibus vteri vasis, sed lateribus tantum. Adde quod grauidis hoc profluuium, non nisi cum malè habent euenire solet: quo tempore hiare vterum par est ad profluuium, non occludi. quod tamen maius est, in omnibus fœminis ex vtero prodire sanguis, non ex vtero videri potest. Virgines enim periclitarentur ex concreto sanguine nec penetrante hymæneum membranam; Grauidæ propter vteri reclusionem. Nec verisimile est, virginibus ex alio loco quàm posteriùs prodire. quid quod periculũ verteretur si sanguis in vteri sinum deflueret, ne in grummum coiret, aut in flatũ verteretur: quorum vtroque vitam periclitari necesse foret. nec cum sanguis è naribus fluit in capite vena aperitur, sed extrema vasorum ad nares accedentia: quod si fœtus vteri vasis vnitur non ceruicis; vis informatrix in causa est, eligens locum sustinendo fœtui opportunissimum.

5. Aph. 60.

Alex. 6.

Epi. sec. 7. 32.

Menstruus sanguis vnde.

4. *ergo si*] alterum affectum vteri tradit, de aborturis ex Hippocrate præsagium: quo docemur, & abortum præsagire & abortiendi sexum. cùm enim ostensum sit fœtus mares in dextris; fœmininos in sinistris contineri magis: item mẽbra secundum rectum plus consentire mutuo in vacuando & reuellendo: fit vt si mamma dextra gracilescat repente, masculinus abortus expectandus sin sinistra, fœmininus. indicatur enim tractricè vteri extremo conatu vniuersum ex vberibus alimẽtum hausisse; post quem nihil superest, nisi vt penuria alimenti calcitrans exeat. Sed paulò latiùs de sexum causa & varietate agẽdum est, diuisa pronunciatis quibusdam tractatione. Primum, Mas ab ortu ipso calidior fœmina est apud probatos auctores. non solum (quod multi putant) genitalium membrorum calore, sed & totius temperamento ex partium omnium coalternatione collectio. id quod multa suadere possunt. mas citiùs intra vterum & dearticulatur & mouetur. Inanitates omnes ampliores habet fistulante calore etiam vasorum & thoracis. Ferè in dextro continetur perpetuò Galeni experimento, sed & Aristotelis; licet à seipso recesserit, libro De generatione animalium quarto. dextra verò omnia calidiora esse ex hepatis rectitudine, vterum verò dextrum multò sinistro calidiorem ex alentis sanguinis puritate, multis deduxit Galenus; Hippocrates habet, pubertatis initio ferè testis dexter, vt qui vniuersali ratione calidior est, magis tumet: si tamen particulari vitio priùs & magis tumeat sinister, certum est filiarũ fore genitorem: sinister autẽ vt vterus, ita & testis frigidiora sunt: fœmina igitur mare frigidior. Dices: inflatio illa prior sinistri indicio erit hominem esse testibus sinistrum, quare expectabuntur sicut in sinistris hominibus, in eo sinistra dextris calidiora. Solutio est: cum dexter testis sit multò sinistro calidior, sinistri tumor quo tempore primum semen in illis aceruatur, non calorem sinistri maiorem arguet, sed genitum esse multum in eo homine frigidum semen, cuius in sinistro copia tumefacit. Sed addamus pronunciato firmamenta: Summè facit experimento ad mares gignendos

5. Aph. 37.

53. 48.

De sexuum causa.

Propositio prima.

4 Gene. 1.

2 semi. 5.

14. Vsu.

14. Vsu. 4.

7. Hist 3.

4. Gene.

14 Vsu.

6. Epid.

Sect. 2. 26.

aleret, quam intra vterum gestaret. reliqui verò corporis babitus ex temperamenti varietate, quo & totum corpus & principalia membra dissidêt, ortum habet. bis acutè & eruditè (quod solet) ab Aristotele dictis, Galenus gloriatur addidisse se non pauca. putat vim in humano semine formantêm cùm vna sit, vnũ tãtum & intendere & posse, nempè marem: fœmina verò est prima maris imperfectio, in quam natura incidit, cùm materiã ad marem gignendum obtinere non potest. ita licet vniuersali superiorique naturæ tribuamus scopum variorum ob generationis vsum sexuum: particularis illa vis in semine sita, naturalis vnaque, varia conari & spectare non potest; sed vnum marem. huic cum muliere reliqua cõmunia sunt, nec genitalia nisi situ distant, mulierum vterus cum contẽtis testibus, maritum scrotum est, ceruix vteri, colis. manseruut verò in fœmina intus propter caloris ad extrudendum infirmitatem. quod enim partes hæ prius interformẽtur quàm extrudantur, argumento sunt dentes; canum & talparum oculi. quod hæ postremo conficiantur à natura, coniectura ex eo sumi potest: quod sunt maximè imbecilles, ad quas ex vniuerso corpore excrementa pelluntur. verùm, salua tanti viri pace, minus tribuit quàm mereatur naturæ. Et quẽadmodum antea ostensum est, eam in multis operari in aliorum non in sui gratiam, licet discursus & probitatis expertem, & suo tempore vbera vterumq; sanguine & lacte replere, ita hic eam modò marem, modò fœminam pro materiæ varietate, licet vna sit, fingere fatendum est. Nam vt non opponamus Galeno nec exprobremus figmenta illa intus creatorum genitalium; quandoquidem nullum aliorum quæ supereminent membrorum intus prius ad perfectionem & integritatem formatum est; non manus, non pedes, non nares, non aliquod aliud. reducamus illi ad memoriam quæ de vasis semen deferẽtibus ex dissectione docet, quomodo in fœmina ad sinum vteri cornua cessunt, & distantes hærentesque vtero testes, quàm non conueniunt cum masculinis, quoniam muliebre semen intus manere oportebat, in mare ad glandem ferri. Consideremus vteri ceruicẽ, cùm sit colis, sed præ frigore latẽs, quàm sit meatu colis amplior: distẽditur enim in incredibilem amplitudinem pro fœtus mole exituri. Ipsa præputij caro in femina multia nũmeria virile excedit. Ossa ilij in fœmina ampliora sunt crassioraque ad fœtus gestationem. os coccygis retrorsum inflexum ne exeuntem fœtum læderet, contra quàm in mare. peritoneũ parte inferna crassius ne fœtus põderi succumberet, pubis ossa multo minùs hærentia: & cùm reliqua superiora babeat multo minora, vberibus est lõgè amplioribus, quid quod ipse genitaliũ locus in humeris ad coëundi opportunitatem varius est: quia enim insilire oportebat marem fœminæ clunibus, fœminis pudendum retrorsum ad caudam est, maribus antrorsum tẽdit in ventrem. Quod si vna tritici vis vbi soli vitio formam suam imprimere non potest, non iniquâ via temere delabitur, sed auenam fingit aut lolium, præbẽs aptissimas alterius speciei partes; quomodo non magis humanum semen cùm marem assequi nequit, non det in aptissima gestando fœtui in fœmina organa? non secus quàm in genito animali materiam quamuis in membrum

17. Vsu 7. 54. Vsu 10. 11.

vertere conatur: id quod vbi conata non assequitur, exquirit accommodatissimos expulsioni meatus; non discurrens, sed innata vi doctrinaque in varios vsus, congeneres tamen, pro materiæ qualitate mutata. quod si doctrinam & internotionem hæc opera requirere opponat; meminisse oportet, ipsum etiam Platonem secutum, naturalibus plantarum facultatibus sensus aliquid & motus concessisse, vt quodammodo animalia censeri possint, vt mirari de ea informatricis sapientia desinat. quando ergo & quod discrimine mas fœminaque distabunt? nam & in eo etiam non conueniunt nostri. sanè vsus nominum vulgaris ita habet, vt mas intelligatur quod in alterum semen fundit siue fœcundum, siue sterile sit: fœmina, quod recipit; quo fit vt ante membrorum genitalium formationem neutrum statui possit, sicut nec de castrato: puer verò & sterilis vir mares appellẽtur. Propositio quarta. Cur fœmina in vtero tardiùs, extrà velociùs adolescat, explicant Hippocrates libro De pueri natura, Aristoteles de histor. septimo: Galenus verò de morb. vulgarib sexto. fœmina articulationem habet tardiorem. postquam semel formata est, & intra & extra vterum velociùs incrementum suscipit: ergo mas formatur breui, quoniam calor auctus, semen verò constans breui firmantur, & constãtitur formata fœmina citiùs adolescat, causa est & naturæ humiditas: quæ enim humidiora corpora sunt, promptè extenduntur & augentur: & adhuc magis vitę terminus breuior quam marı: reliquas enim ætates, quarum vna adolescentia est vitæ periodo respondere oportet. breuiori itaque fœminarum vitæ angustæ ætatum partes sunt. nã libro De septimestri partu rhetorica oratio magis quàm scientifica est: (Intra vterum tardiùs fœminas dearticulari maribus, quoniam intra matrem continẽtur, quibuscum maior intercedit quàm moribus similitudo: similia verò tardè discernuntur. Egressæ pubescunt, sapiũt, senescunt citiùs propter imbecillitatem, & victus rationem) Significans exercitiorũ inopiam. quantum autem sit vtriusq; dearticulationis tempus, definiuit Hippocrates in mare dies 30. in fœmina 42. Par est enim (ait) vt quia quo tempore formantur, parum menstrui sanguinis in alimentum absumunt, quicquid per id tempus ab alimento superetur, in purgationem pariẽtis seruetur: purgantur autem à mare ferè dies triginta: à fœmina quadraginta duos: totidem itaque par est opinari coaluisse & ad integritatem perductos esse. quæ ratio ceu verisimilis digna est quæ recipiatur, licet à multis reiecta. quoniam non oportet in excrementis aceruandis & expellendis parem moram obseruari: siquidem multis annis contracta, vna die crisi purgat natura. Addunt causam morosę à fœminæ partu purgationis expositam esse, promptamque, nempè frigiditatem humiditatemque fœtua menstrua excrementa magis conseruantem, quàm absumentem. Sed vt illa omnia certa sunt, ita non minima coniectura est, vtriusque articulationes illi purgationum numerô consentitu, attestarique. Sed de sexibus satis.

Lib. subst. fac. nat. 7. Hist. 3. 6. Epid. 2. Sect. 2. penul. Ad finem. Li. nat. pueri.

5. si mulier] Altera sententia de abortientibus, tertio aut quarto mense citra causam manifestam acetabula veteri plena muccore sunt (ait

Hippo

5. Aphor. 45. 2 Gene. 3. De dissectione vteri. 11.

Hippocrates) & quidem quod ad acetabula attinet, etiam Aristoteles in solis brutis, quibus vteri vasa in vnam vmbilicalē non coëunt reperiri docet, non in muliere aut iis quorum fœtus vna vena vmbilicali alitur occurrens itaque huic occupationi Galenus, respondens & Hippocratem excusans, triplex acetabuli significatum agnoscit. primum, quod ab acetabuli vasis figura nobis acetabulū, a figura vmbilici Veneris, Græcis cotiledon, sinus quidam intra brutorum vterum, in quos vteri vasa cessant, excipientia conseruantiaque fœtus alendo materiam; qui primis cōceptus mēsibus apparent. per abusum verò etiam ita appellentur in non grauidis ora illa vasorum instar papillarum tumentia, nec dum in sinus excauata: lōgiore verò metaphora etiam in mulieribus vasorum ora ad vterum terminata, quoniam (verisimile enim est) instar hemorrhoicarum venarū, & in mensali fluxu, & in grauidis primum turgere, deinde facto ad chorion coalitu inaniri consentaneum est. Quod verò ad Aphor. sententiam attinet, quæ in tertio aut quarto abortiunt, propter humiditates vasorum colligētium vtero fœtum abortiunt, pondere enim aucti fœtus languida vincula & muccosa rumpuntur. Doctè verò de abortionibus Serapio Arabs scribit. In postremis mensibus inopiam alimenti causam esse, in mediis vasorum quæ acetabula dicimus muccores; in primis verò si accidat, flatum aut vehementem quampiam motionem tenuissimas vasorum fibras abrumpentem.

Acetabuli æquiuocatio.

SECTIO SEXTA.

Cap. 6.

QVEMADMODVM ab excrementis, quæ per anum deijciuntur, pauca admodum super vicinarū partium affectibus indicia accipi possunt, vtpote quæ magna ex parte & intestinorum, & ventriculi, & splenis, & iecinoris, atque nonnunquam humorum in vniuerso corpore exuperantiū nota sunt: Sic eodem modo pauca per colem educta excrementa, proprium ipsius affectum portendunt. sed complura vesicæ, renum, hepatis, splenis, pulmonis, thoracis, atque humorum in vniuerso corpore dispositiones significant. Verùm huiusmodi signa per alia, quæ vnicuique parti affectæ subseruire diximus, indicia distinguuntur. Igitur affectis coli hæc erunt indicia: Nam vlcus manifeste deprehenditur à dolore ipsum infestante, atque si aliquid ex ijs per vrinas excernatur, quæ vlcera comitari solent. Id verò ab eo, quod ex vesica secernitur, ita discerni potest. Nam ipsum in primo protinus exitu apparens, vrinam præuenire consueuit, quod verò à vesica egreditur, vrinæ admixtum videtur. Quinetiam assiduè intermittendum mordicus dolens pudendorum vlcera, præcipuè cum vel crustula, vel sordibus soluta, pura fuerint. Sed longè euidentiùs ipsius inflammationes, ac reliquæ huiusmodi dispositiones, vel sine indicijs dignoscuntur. Verùm de gonorrhœa & priapismo diffusè aliquid percurrere forsan fuerit. Ergo gonorrhœa est seminis excretio inuita, quam inuoluntariam quoque nominare licet: sed significantiùs dixeris, seminis assiduam excretionem, cole haudquaquam extensio. Priapismus verò est, cùm colis & in longitudine & circulo totus augetur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisito calore, vt quibusdā accidere consueuit, qui supini decumbunt, sic enim quidam ipsum descripserunt. At breuiori quoque compendio dicere potes, permanentem colis aut auctionem, aut tumorem: deducta verò denominatio est, à Priapo scilicet. Nam hunc, vt cui suapte natura huiusmodi colis esset, ita finxerunt, atque pictura descripserunt homines. Gonorrhœa autem nomen planè compositum est, ex γονὴ quod semen genitale, & ῥεῖν, quod fluere significat. Etenim semen modò γονὴ modò γόνος nominari solet. 1. Porrò, quemadmodum omnia corporis nostri excrementa duobus modis vacuantur: interdum enim à continentibus ipsa corporis excernuntur, interdum spontè profluunt, eo quòd ob imbecillitatem ab ipsis corporibus contineri non possunt, ita de semine quoque dicendum est. Nam in omnibus huiusmodi, vt excernere tempestiuè, ita continere, 2. naturæ officium est. Verùm secretio quidem fit aperto fluxionis meatu, ac reliquo conceptaculi spatio, & contracto, & ad apertum iam meatum, quicquid in continente spatio continetur, impellente. Retentio verò fit, cùm clausus permanet meatus, & contentum à continente haudquaquam impellitur, sed contra per contractionem comprehenditur, & retinetur. Hoc modo contenti in vasis instrumentis humores, in his, qui integra valetudine degunt, naturaliter & excernuntur, & retinentur. In illis autem, qui præter naturam se habent, retentio quidem ob excretricis virtutis imbecillitatem: excretio verò ob retentricis facultatis infirmitatem euenit, vel ob dispositionem aliquam, quæ haud secus, quàm naturalis ipsa excretoria vis, partes mouere possit. Id quod in seminarijs vasis videre licet, vbi aliquis vel comitiali morbo, vel alia conuulsione violenter irruente fuerit correptus. Cæterùm videmus alias quoque partes, vt manus, aut pedes, aut digitos conuelli, modò simul cum vniuersi corporis conuulsione, modò ipsis solis affectis. Proinde haudquaquam absurdum fuerit in seminarijs vasis, & quidem solis, aliquando huiusmodi dispositionem excitari, quemadmodum & gonorrhœam, quæ vrinæ quam quis inuitus emittit proportione respondet, cùm contentricem videlicet facultatem resolui contigerit. Igitur 3. gonorrhœa instrumentorum seminis affectio est, non pudendorum quæ genitales seminis via sunt, quæ excernatur.

POSTREMO de colis affectibus, potissimum gonorrhœa & priapismo.

Vacuationis differentiæ.

1. *porrò*] vacuationis differentias refert Galenus duas: priorem naturalem, alteram symptomaticam: symptomaticæ rursum duæ sunt species: prior, vbi nihil agente natura, spōte sua contentū effluit, quia cōtineri à vi nō potest, vt in perituris sudor, & ventris fluxus. Altera hic relata, quando morbosus ipse affectus expellit, vt in epilepsia, semen. Adiicit nonnunquam symptomaticæ genus tertium, vbi vacuatur non deficiente retentrice, non pellēte morbo, sed natura irritata, ideo leges suas inuertente nec seruante. Præter quæ omnia naturalis est vacuatio, vbi constās natura suo munere fungitur noxia quæque opportunè pellendo.

3. Cris. 8. 4. Aphor. 21.

2. *natura*] seminis excretio apertè hic Galeno naturale munus est, nec repugnat fieri præeunte voluntatis arbitrio, non secus quàm fit vrinatio, quoniam in vrinatione voluntas locum habet ad musculi ocium, in semine excernendo, ad viarum amplificationem, seminisque tenuitatem stimulantis. Ingreditur verò etiam in semine excernendo musculi vasis seminariis hærentis contractio: huius enim ope expressio fit: cuius consensu in excernendo semine brachia contrahūtur & crura. Igitur inuoluntaria seminis, & vrinæ excretio, analogia sibi respondent; vel enim vtrobique

retentrix

retentrix laborat, vel in vesica musculus resolutus, in testibus conuulsus est: quoniam musculus vrinationem cohibet, excretionem seminis promouet. sed quæ in quæ vacuãdo voluntariè semẽ
Deliciæ venereæ causa. voluptatis causa est? Aristoteles cum Galeno referunt ad exitum valdè prurientis materiæ, quæ quo amplior est, & meatus angustiores, impetus festinus, partes acriùs sentientes, voluptas multo est abundantior. harum causarum quædã in scalpellatione apparent, aliæ in titillatione, omnes verò & vehementes in congressu acris humoris flatus cutis densitate præpeditus & frictione digestus suauitatem affert. Spiritus verò in cauis partibus, vbi & sudor coïre solet, congestus, & quo arteriæ multæ suis finibus hiant, sub mento, alis, inguinibus, plantis, (nã volæ ob tractationis consuetudinem tactæ non irritantur) leni frictione agitatus & irruens in angustos meatus suauis est, dum dissipatur: nonnunquam molestus cùm repente irruit, & in poris membrorum impingit. In vasis verò seminarii semen plurimo spiritu turgens, & vrinæ acrimonia pruriens, quæ in hunc vsum testibus data est, per angustissima vasa exitum quærens, eiaculatum, voluptatem efficit immensam, reductis quæ distendebantur vasis in naturalem situm, constitutionemq́;. neque hanc rationem vlla euertunt obiecta; quærunt enim si voluptas oritur ex reditu ad naturalem ex innaturali statu, sentiatur oportet dolor, & noxa remedium accessus antecedens. Præterea si vrina confertim per colem exiens eam voluptatem non efficit, cur efficiet paucissima semini permixta? Addunt, in salacibus nullam esse vasorũ ad testes turgentiam inanito iam vniuerso genitalium semine, nulla igitur expectanda oblectatio erat. postremò opponunt voluptatem ex venereo somnio, quam nullus tactus comitatur, quia nec sensus ligato primo communiq́; sensorio. Quapropter laudant multi Auicennæ sententiã, causam statuentis non in reditu ad naturam, sed in perceptione obiecti genitalibus suauissimi; non aliter quàm occulus spectaculis, auditus harmonia oblectatur. quod
1. Caus. sym. 6 etiam si concedi possit, non vrgent tamen eo obiecta. nam (quod Galenus aliquando scribit) latet nonnũquam innaturalis affectus ipsum etiam laborantem, nec dolorem inducit, vbi paulatim acceuatur: maximè cùm distentio illa vasorum à plurimo flatu pruriente orta non pridem aderat, sed ex frictione accedente spiritu non secus ad excretionem stimulat, quàm bellicum tormentũ imposito igne globum excutit, nec simile est de conferta vrinæ excretione, quæ per amplum meatum liberè means nec in vesica turget, nec inter exeundum cum suauitate titillat: Semen verò & sua natura & spirituum copia & admixtæ vrinæ acrimonia vehementer mouet, & dum per angustissimos & inuisibiles meatus conatur, nec potest tamen liberè exire, eo reddit suauiorem, quo tardiorem exitum: ideò ipsa etiam colis in accessu angustia voluptatem auget. Salaces verò viri minus ex venere voluptatis capiunt, aliquantam tamen, propterea quòd & ex consuetudine & ex contractione ipsa exhausto licet corpore genitalia turgent, & ex amplo loco ad angusta spacia
3. Artis parua Hip. lib. Gen. Isac. 6. the. 12. semen detruditur: Somnia verò voluptatem non exteriore sensu perceptam, sed ex concepta imaginatione imprimunt. Cur verò nonnunquã plus veris somnia vel oblectent vel contristent & terrefaciant, alibi ostensum est. Vter plus oblectetur, indagatio est non perinde necessaria. Hippocrates mari concedit, Itacius fœminæ. Cõstat verò fœminas lõgiùs & numerosiùs oblectari; nam & dum virile excipiunt semen, & dum vterus ad suctionem mouetur, & (quod maximum est) dum ipsæ etiam ex[...]nt vehementia tamen excedere marem, testimonia sunt: maxima virorum exolutio: exolutionem verò voluptas potissimum facit, si Galeno creditur; præterea eiaculatum à mare est amplius copia, crassiùs, calidiusque, per inuolutiones plures, & velociùs exiens quãto expultrix virorum, quàm fœminarum robustior est, quare in fœminis habetur libido criminosior & minus excusabilis. De gonorrhœa verò ait Ætius, ferè citra voluptatem effluere, nonnunquam cum voluptate, semper autem cum ingenti virium debilitate non ob fluẽtem copiam, sed ob locorum proprietatem, scilicet accedit voluptas, vbi gonorrhœæ occasio conuulsio est, qua festinè per nõ patentia loca effunditur: proprietas verò loci, excretio seminis est, cuius tanta est ad vires infirmandas potentia, vt plus debilitet, quàm si quadragies tantũ puri sanguinis exiret, ait Auicenna.

Vter plus oblectetur. 1. Sem. vlt. 1. Sem. 7.

Aet li. 11. 33.

3. Animal 3.

3. *gonorrhœa*] multis fuit (ait Aretæus) gonorrhœa ad paralysim via, resoluto scilicet refrigeratoq́; corporis habitu. nam qui viri in totũ à venere obstinent, quales athletæ, nec feras timent præ robore audaciaq́; & natiui caloris integritate. Aurelianus ait, non quamcunq́; seminis effusionem gonorrhœam esse, sed tunc tantùm cùm crebrò accidit, & cum corporis incõmodo: nec incubonẽ patitur qui semel, sed qui frequenter ea molestia & cũ corporis dãno infestatur. Idem de causa affectionis ait, nasci ex immodica venere, aut insolita multaque continentia. nonnunquam turbatio corporis est, nuncians imminere magnum aliquem capitis morbum, vnde plurimus est seminis effluxus.

Tard. lib. 1. 3.

PRIAPISMVS verò planè colis est accidens: At fieri potest, vt nullo præcipuo proprioque ipsum affectu infestante ad arterias referatur, vtpote quæ sola interdum huiusmodi habeant præter naturam dispositionem, quali videlicet affici consueuerunt, cùm naturaliter totus colis intenditur. Atqui à spiritu in tumorem ipsum attolli, manifeste patet iis, qui celeritatem eius, & cùm intumescit, & cùm iterum residet, perpendunt: quippe nullus humor tam subitam in alterutram partem mutationem efficere posset. His sic se habentibus, cùm in corporum dissectione magnæ videantur arteriæ in pudendum (exiguam scilicet particulam) irruere, sitque colis essentia talis, qualem in nulla alia parte videre est, vtpote cùm corpus neruosum est, atque vndecumque fistulosum, excepta ea parte, quam glandem vocant, quid aliud excogitauerit quis, quàm quod à vaporoso spiritu, ab arteriis affluente per extensiones in tumorem attollatur, ideoque glandem æqualem semper habere magnitudinem, quod fistulosus in ipsam neruus non ingreditur? Ergo quid causæ est, cùm libidinis impetu quis stimulatur, aut vbi ob supinum decubitum calfacti sunt lumbi, vt colis extendatur? Nempè hac inuenta, facilè, priapismi quoque dispositionem inuenire non posse speramus. Quod verò princeps causa sit plenitudo vel arteriarum, vel nerui fistulosi, aut etiam vtriusque, cùm

ex priore

ex priore conditione mutantur, palam constat. At verò, vtrum magis, aut si etiam amborum, deinceps considerem, hinc sermonis nostri sumpto exordio. 1 Natura corporis partes fingens, perficiensque, fecit vt ipsa citra doctrinam proprias actiones aggrederentur: cuius rei exactissimum aliquando fecimus periculum, hædum alendo, sed ita alendo, vt matrem, quæ ipsum in vtero gestauerat, nunquam vidisset. Cùm enim capras dissecarem, dissectorum quæstionibus, quibus fœtus in vtero formationem speculantur, promotus, inueni elegantem quendam hædum, quem à matre absolutum, ita pro meo more abstuli, vt ipsam haudquaquam videret. Atque in domum quandam, vbi multæ pelues erant, deposui: quarum alia vini, alia olei, alia mellis, alia lactis, aut alterius cuiuspiam humoris erant plena, aderántque fructus non pauci, tum Cereales, cum ab arboribus decerpti. Hunc itaque hædum conspeximus in primis quidem pedibus incedentem, perinde ac si audiuisset sibi incessus gratia crura fuisse concessa: deinde excussit, quam à matre contraxerat humiditatem: posteà pede latus scalpere, ac deinde singula vasa olfacere vidimus: percepto itaque singulorum odore, lac tandem absorbuit: quibus visis omnes exclamauimus Hippocratem verè dixisse, animalium naturas esse 2 indoctas. Sic ergo hædum hunc educando, non solùm lac, sed multa insuper alia, quæ fortè offerebantur, comesse vidimus. At quia non longè aberat vernale æquinoctiũ, cùm eriperetur hædus à matre, exactis duobus deinde mensibus tenellos ei tum fruticum, tum aliarum plantarum ramulos obtuli, quorum omnium cùm experiretur odorem, alios quidem contempsit, alios verò gustauit: atque sic ad adultarum caprarum cibos conuersus est. Sed hoc fortasse non adeo magnum videtur. At longè maiori admiratione dignum, est, quod posteaquam & folia, & teneros ramusculos deuorauerat, paulò post ruminare cœpit. Quod rursus omnes, quotquot aderant, videntes exclamauerunt cum magna facultatum admiratione quæ animalibus natura insunt. Quamuis enim magnum videbatur quod impellente fame, per os, atque dentes cibum assumeret: multò tamen vehementiùs admirati sumus, quòd cibum in ventriculo iam contentum, in primis quidem ad os sublenando reduceret, deinde multo tempore mandando tereret, postremò rursus ipsum deuoraret: idque non in eundem, sed in alium 3 ventriculum. Vulgares autem huiusmodi naturæ munera despiciunt, nihil, nisi peregrina spectacula, admirantes. Nam quis non miraretur, quod medici in secandis corporibus peritissimi quærere solent, à qua causa articulus hic extenditur, (subyciamus verò exempli gratia articulum coxæ) aut à qua causa incuruatur: aut quid est, quod ipsum in vtramque partem in transuersum abducit, aut quid ipsum vtroque circumuoluit, cùm interim hædus singulos articulos ad quamcumque motionem libitum fuerit, possit excitare quemadmodum homines ipsi, quamuis, à quo musculo motus efficiatur, non intelligant? Porrò de linguæ motione (nam hanc pro exemplo inducimus) quis non miratur, si dissectores inter se non solùm de musculorum numero, sed de ipsorum etiam actione pugnantes viderit, ac infantes quoque quomodo natura vocem, aut aliud huiusmodi munus imitari docuerit: quomodo etiã linguam moueant, aut quibus musculis vocem eandem efficiant? Similiter etiam de omni reliquorum animalium tum voce, tum respiratione. Atque (vt summatim dicamus) miraberis fortasse, quomodo nullo docente, omnibus, quæ à consilio & voluntate pendent actionibus, instructa fuerint instrumenta: de quibus quidem actionibus licet acris inter dissectores sit pugna, quomodo fiant, & quibus instrumentis nihilominus omnia animalia, simulátque genita sunt, & spirant, & vocem reddunt. Igitur non mirum esse debet genitales partes eas actiones, quarum gratia à natura instituta sunt protinus ab initio cognoscere. Etenim quamobrem vterus, cùm semen genitale conceperit, donec perfectus fuerit fœtus, exactè clausus permanet: perfecto verò fœtu plurimum aperitur, ac deinde sic apertus fœtum excludit? populares autem hæc propter crebrum euentum & contemnunt, & despiciunt: vtpote qui nihil, quod reuera sit admirabile, sed ea duntaxat, quæ rarò vident, admirari consueuerunt. Quid autem in rerum natura potest esse admirabiliùs, quàm quod nouem perpetuis mensibus clauditur os vteri adeò exactè, vt ne specilli quidem acumen admittat: perfecto autem fœtu, vsque adeò distenditur, vt totum animal per ipsum egredi possit? Non igitur dubites pudendorum facultatem per se doctam esse, vt fistulosum hoc neruosúmque corpus, vbi ad coitum insurgit animal, à naturali facultate, quæ ipsum attollere potest, protinus distendatur. cuius rei simile & in corde, & arteria, planè videre est, nisi quod horum motus perpetuus est, eo quòd sit necessaria nobis eorum actio: fistulosus verò neruus nõ semper, sed cùm vsus requirit. Cùm ergo sic fuerit extensus, sequitur ex arterijs spiritus, quemadmodum pulmo thoracem ob eam, quam habet ad motum ipsius sequelam. Verùm posses fortasse replentis fistulosum neruum spiritus vim, cùm ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoque referre: quanquã multo satiùs est, vt huiusmodi actionem ad neruum, non ad arterias referamus, cùm præsertim actiones ex propria partium essentia, non ex earum positu, prouenire rationi consonum est. Nam cor, si in alia quapiam parte poneretur, nihilominus actionem suam obtineret. Nec aliter de iecinore quoque, liene, ac reliquis omnibus sentiendum est. Etenim vniuersi corporis arterias eandem habere actionem probabile est: quippè eodem tempore omnes totius animalis arteriæ inter sese similiter dilatantur. Itaque haudquaquam par esse videtur, vt arteriæ pudendis innatæ aliam aliquam habeant facultatem præter eam, quam antea in toto corpore habebant, sed rationabile est, vt latiora, quàm reliquæ arteriæ, ora habeant, vt quæ ad celeritatem sequelæ ad id, quod euacuatur, sint præparata. Semper enim natura videtur vnicuique actioni, id quod vtile est, vndequaque expleuisse: cæterùm nullam aliam insuper præcipuam habent actionis facultatem, cùm ad pudendum peruenerint, licet calfactis lumbis par sit, vt & arteriæ calidiores reddantur, & magis etiam pateant ipsarum ora, quamobrem non exiguam tunc spiritus essentiam in fistulosum neruum effundant: qui paulatim impletus colem extendit, ita vt tota ipsius essentia in fistuloso neruo consistere videatur. 4 His itaque cognitis ad 5 priapismi dispositionem veniamus: quippè ex ijs, quæ suprà proposita sunt, constat vel ob arteriarum ora immodicè patentia, vel vaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum, hunc fieri affectum. Sed, vtrum potius pro causa sit habendum, inquirere oportet. Namque ab vtrisque ipsum fieri posse mihi videtur: crebriùs tamen arteriarum ora patentia sequi: quippè faciliùs est hæc dilatari, quàm flatuosum spiritum in neruo fistuloso generari. Ac memini me huiusmodi quidem nerui dispositione semel vidisse: arteriarum verò sæpenumerò. Cuius rei coniecturam feci tum ex ijs, quæ præcesserunt, accidentibus, tum ex modo curationis. In illo enim, cui assiduè colis 6 palpitatio præcesserat, causa erat spiritus flatuosus, ad quem cùm omnem curationem conuertissem, hominem sanaui: quibus verò suprà modum arteriarum ora patebant, in ijs

nullum

nullũ huiusmodi accidẽs precedere solebat. Porrò accidit eoidẽ, vt longo tẽpore præter consuetudinem à cõcubitu abstineret: alteri verò vt malè succi alimentis: acribusq; vteretur: alij etiam, vt duobus mensibus præcinctus peregre proficisceretur, cùm antea nunquam cingi consueuisset. Coniecimus itaque arteriarum ora nimiũ patefacta, illi quidem ob humorum vitia, & acrimoniam: his verò ob flatuosum spiritum & sine ordine & violenter commotum. Etenim medicamenta excitanda tentiginis vim obtinentia, tum epota, tum etiam perinæo, id est faminis, lumbisq; adhibita calida omnino atque flatuosa sunt: quemadmodum contraria omnia ventositatem non excitant, & infrigidant potius, quàm calfaciant. Sed aduerte, ne obiter hunc sermonem prætercurras: quippe de medicamentis, non de cibis locutus sum, quoniam sunt quædam alimenta, quæ ob id, quod plurimum seminis pariunt, impetum ad libidinem excitare possunt. Hæc ergo sermonem illum, quem nuper dicebamus, probabiliorem reddere possunt: quòd à concubitu abstinentes, interdum priapismo vexari solent: quidem accidit his, qui plurimo semine abundant, & præter consuetudinem à coitu abstinent, præsertim cùm non student, vt multa exercitatione sanguinis abundatia dissipetur: maximè verò ijs, qui à libidinis cogitatione nondum liberi euaserunt: veluti sunt quidam suapte natura casti, qui tùm longo iam tempore huiusmodi continentia sese exercuerunt, libidinis imagines concipiunt tum ob spectacula, quæ illas mouere possunt, tum ob illarum rememorationem. Nam longe diuersa est huiusmodi hominum dispositio, quæ in pudendis generetur, ab eorum dispositione, qui nullo pacto libidinis cogitationi sunt obnoxij. Atque fuit mihi amicus, quidam, cui præter eam, quam antea habuerat consuetudinem, omnino à concubitu abstinenti, adeò rigidus tumidusq; factus est penis, vt mihi accidens ipsum declarare cogeretur. Miror, inquit, quòd hunc (athletam indicans) ob continentiam rugosus, collapsusque penis euaserit: mihi verò, ex quo continentiam seruare studui, euenerit contrarium. Tum equidem illi cõsului, vt collectum iam genitale semen excerneret: postea verò & à narrationibus, & spectaculis & meditationibus libidinem suscitare potentibus, summopere caueret. At canoribus, & athletis, qui iam inde ab initio nullam vitæ partem venereis illecebris contaminauerunt, nullam admittentes huiusmodi vel cogitationem, vel imaginationem, ijs pudenda & exilia, & rugosa, veluti senibus, fieri consueuerunt. Nam præterea, quæ accidere solent ijs, qui protinus à prima iuuentute immodicæ libidini sese permiserunt, id etiam euenit, vt horum locorum vasa, amplius patentia, maiorem ad se sanguinis copiam alliciant: & coeundi cupiditas magis inuescat, ea videlicet ratione, quam in cæteris quoque facultatibus videre est: & quæ à 7 Platone etiam notata est, cum inquit, Ignauia quidem exoluit: proprij autem officij exercitatio robur augere solet. Sic mammæ quoque in ijs, quæ nondum impregnatæ fuerint, contractæ permanent: in alijs verò à partu infantulos lactantibus vastissimæ redduntur, atque ita magnæ permanent, lac emittentes, donec puer fuerit ablactatus: tunc enim haud ita multò post à lactis generatione 8 quiescunt. Igitur, omnia hæc si bene considerẽtur. ac præterea causa, ob quas in singulis affectis partibus, affectus ipse consistit, desiuantur: non inutilem ad curationis rationem ansam præbere poterunt. Atqui non est nunc tẽpus ea tractare. Quare adepto huius operis fine, orationi quoque nostræ hic finem imponimus.

RIMATVR priapismi causam sed prius naturalis erectionis: post morbosæ, quam vocat priapismum.

1. *natura*] considerandum hoc in loco de vi informatrice est, quid superiores tradiderint; deinde quid de ea verisimillimum sit. Galenus agnoscit eam esse vim sapientem; vbi tamen & qualis sit, definire non audet. nulla enim opinio illi carere contradictione videtur. nam fortuna mẽbra hominis & casu talia euasisse qui credas? CCC. ossa in quouis latere cum scopis decem magnitudinis, soliditatis, formationis, coloris & multorum aliorum insunt, paria omnino & nihilo distantia ab his quæ in altero latere visuntur: ita vt scoporum numerus à formante vi seruatus in solis ossibus multa milia excedat; longe verò parem industriam, memoriam, potentiam; in venis, arteriis, neruis, carne, membranis. Et cùm in nullo videas vel minimum erratum, audes ad authorem fortunam referre? vegetabilem animam si voces, irrationabilis est, nec potens ad tantarum rerũ numerũ & memoriã. Nec verò anima nostra rationis & memoriæ particeps formauit. quomodo enim formasset quod ignorat, aut quid ignorat, quod operata est, opificium? Deo ascribes authori? Sed indignũ Deo munus est, turpium verminm in vili sterquilinio formatio: præterquam quod oporteret filios parentes similitudine non referre, si nulla vis quæ formet à parentibus prodiit. Vim eã, qualis sit, supra elementa esse, apertũ est. Ignotã verò variis nominibus occultat. animã mundi vocat per orbẽ sparsam omnipotentem nihil non scientem. nonnunquam naturam cum Hippocrate appellat; vocat aliquando vegetabilem in semine animam libro De semine priore. sæpius calidum innatum nuncupat, quæ tamen sit eius essentia aut vnde, ipse cum Hippocrate definire non audet, & quo minus mireris non definiuisse, putat libro De vsu. xv. non esse homini tentandam eius cognitionem. quasi diceret, qui scrutatur maiestatem, opprimetur à gloria: tantum credit vim esse doctissimam, quæ vt formauit, & ingenitum à se semen traducit vim non dissimilem formandi, ita vsus callet singulorum membrorum; nec ignorat quo musculo inter tam innumeros vnaquæque vox proferẽda sit, & antequam partes edat, iam gnara opificij sui operari tentat; hinc vitulus cornu nondum edito petere aggreditur, aper nondum exerto dente mordere. cùm humana, hoc est nostra anima, nec numerum norit partium, nec vsum: vt negari non possit maiorem esse, & sapientiorem homine potentiam. Aristoteles verò contentus est asseuerare eam vim esse & facultatem animæ vegetantis, quæ in semine residet. Explicant autem peripatetici non tribuisse Aristotelem formationis opus soli vegetatiuæ animæ potentiæ, nisi cũ physicũ agit: in metaphysico verò negocio addidisse partem aliam nec minorem in eo opere intelligentiam, cuius ope facultas effingit. omnia enim (inquit Auerrous) operatur natura memorans ex superiore intelligentia: & nõ aliter quàm artificia ex igne & naturalibus machinarum motibus prodeunt, sed docente omnia & instruente arte: ita naturalia à naturæ potentia, sed ab intelligentia superiore directa: sed si respondet hæc formatio artificiis, & in illis ars ignem varians

Lib. for fœt. 10. 9. Plac. 15.

Vis informatrix quid.

Lib. form. fœt. 2. Temp. 24. 17. Vsu. 1. 1. sem. 7. 9. Plac. 15. 23. Vsu 1.

Simpl. 1 phys.

12. Metap. 18.

figurã imprimit, in formatione natiua intelligentia cuio elementorum qualitatibus fingeret, citta formatricis opem. Præterea si datur vt docta illa intelligentia animalia formet, vnde errores & monstra arguentia discursus inopiam & imprudentiam, in ea quæ nos format potentia? Addit Aristoteles vim hanc naturalem non in quouis corpore suscipi, sed in cælesti calore longè ab igneo calore distante: tum quoniam ab igne quomodocunque frigido temperato, nihil prodire formatum conspicitur: tum quoniam gignuntur & plantæ & animalia & in terra, & in aqua, & aëre, quocunque vis illa cælestis caloris pertingit, aut ex animali profecti siue in semine, siue in excremento. Est autem animalium calor cælesti similis. Sed non cogunt Aristotelis argumenta. Si enim defluit à cælo vel semine vis illa diuina sapiénsque, quorsum addemus qualitatem aliã in quam recipiatur ab ignis calore diuersam: an non satis aptam transmutationi materiam reddet calor quiduis alterans & humiditas obsequentem eam formanti reddens? Igitur ex quo agentiũ ordine vis illa informatrix sit, siue ea ab stirpe prodeat, siue ab animali, siue communis à cælo in aërem, terram aquam deriuata, ita venanda videtur. Maudantur à summo Creatore in inferiorem hunc mundum influxus plurimi (formas vocant vel actus, vel potentias) nobilitare & ignobilitate distantes sapientia maiore minoréve donati. Primum, ex ea doctrina, sed ignobiliore (vocant naturalẽ instinctum) inanimata quæuis contraria fugiunt, similia pelliciunt, vtrumque discernunt: grauia & leuia extrema sua norunt, & locos sibi accommodos. Si ab extremo quidpiam secedit confestim naturæ suæ oblita vacuum fugientia ex eadem sapiente vi, sed innata sequuntur recedentia. ex ea sapientia aqua in globum coit ne diffluens pereat, & à tegulis pendet vnitatis & continuitatis amans. Siccum aquã imbibit in mixti generationem, quam ceu perfectionem & finem quærit. multaque occurrent iis similia inanimis corporibus à sapiente illa vi profecta. Præstantior vis sapientiórque stirpibus data est, ex familiare alimentum agnoscentia trahunt, alienum percipientia reiiciunt: certos quosdam motus & deorsum, & sursum, & ad latera, habent plantæ singulæ, quas nisi meminissent, nõ obseruarent. Ita intelligitur formas omnes inferiores quemadmodum essentia quadam à summo ente profecta donantur, ita à summa sapientia potentiáque, nonnulla & doctrina & facultate, impari illa procreatorum diuersitate, sed tamen nullibi non conspicua. Animalium opera multo manifestiorem ductrinam ostendunt, siue facultates consideres naturales, siue vitales. Ex naturalibus facultatibus, agnoscunt suos pastus, hostes, morborum remedia, herbas etiam nobis ignotas; in animalis verò formatione tanta nouit, vt nec Galenus libri septemdecim ea potuerit explicare. quæ tamen omnia dum memoria seruat, opere exequitur. Eadem hæc in membris manens nouit singulorum vsum & functionem nobis ignota, illisque ad suos scopos vtitur etiam antequam manifesta sint, & in conspectum veniant. Eadem partes varias certis temporibus auget, ornat, minuit, dentes suo tempore profert, & quia ex materia nec dum satis firma prodiere, eos

Naturales rerum doctrinæ. (margin, beside "dum videtur. Maudantur…")

In stirpibus. (margin, beside "profecta. Præstantior…")

In animaliũ naturali facultate. (margin, beside "facultates consideres…")

facit prociduos substituens multo in totam vitã firmiores. ineunte pubertate genitalia specie & magnitudine proficiunt, particulatim per id tempus fœminis vbera ad lactandum, maribus ad onera ferenda humeri augentur. Pilos alibi ad multam, alibi ad breuem longitudinem perducit, dentes cum vnguibus perpetuò auget: abscissas partes regenerat, aut easdem, aut si id non potest, similes. norunt naturales facultates sua tempora in variis membris varia: nec agente attractrice retentrix, nec toto coctionis tempore aut attractrix agit, aut expultrix. Suas leges seruant, & cùm contraria operentur non pugnant. alia sunt & ea stata retinendi tempora in vétriculo, in hepate alia, in vtero longè alia eædem hæ vires maiores nobilibus membris donantur; ignobilibus & cutaneis infirmiores, omnibus pro totius incolumitate iustissimè prouidéte natura. attractrix nouit vsum suum & debilior licet in conualescente plus appetit, & initio morbi alimenti coctionem sæpe intermittit, occupata magis in necessaria putrentis humoris castigatione. nouit attractrix simile duplex in qualitate, & substãtia, & vtrumque trahit. expultrix vtrumque dissimile agnitum expellit, & vbi magis res vrget, validius operatur, vt proximè mortem quidam edant, surgant, & imminente periculo muti loquantur, claudi saliant. Illa verò naturalium facultatum ad superiores imaginationem & voluntatem obedientia, quantæ sapientiæ est? imaginato stupore stupent dentes: concepta venere coles distenditur, vterus verò descendit. Ventriculus ad sturpem conspectum nauseat, vna vis marem conatur, & perficit in apta materia, In frigidiore fœminea membra ad gestationem alitionémque opposité format; morbificum humorem si datur emendat: sin minus commodissimis meatibus excernit, demum omni artificio morbis medetur, vt veté naturas morborum medicatrices appellauerit Hippocrates à partu pubis ossa seiuncta coniungit, ait Auicenna, nihil nõ ad animalis salutem operata, quod si aliquando scribit Galenus attractricem ventriculi non discernere substantiam attractã potus, sed in obuiũ ferri instar puerorum, & iumentorum; confert eam ad rationem, quæ præstantius naturali vires diiudicat obiectorum, nõ reiicit ab illa sapientiam; feruntur enim appetitu quidam in vinum, alij in aquam, & hác variam. eiusdem sapientiæ est, quod vbi corpus secundum naturam constitutum est, similia appetimus; vbi contrà, aduersa. oblatis verò oppositis medicamentis mixtisque vtile allicit facultas naturalis reiecto inutili. natura inscij conniuemus in oculorum gratiam, & manus oculis obuersamus, & in discrimine oculis subuenimus: multaque huius generis alia insitæ sapientiæ soboles naturales facultates exercent. in vitalibus non minor doctrina est. hæc vel iniuriis nobis conspecto noxio spiritus retrahit, diffundit ad læta, trahit ad somnum, & rursum suo tempore emittit ad expergefactionem: agnoscens eadem pulsus vsum, differentias illius omnes pro occasione auget, minuit, intermittit, in medio subsistit, recurrit. iustissimè omnia prudentissiméque pro caloris copia naturalis, pro excrementi purgãdi mensura, pro temperamenti varietate. In animi affectibus variè spiritum commutat, in gaudio aliter

1. Nat. 6. 6. Sam. 2. (margin, beside "iores nobilibus membris…")

6. Epid. Sect. 5. 5. 9. Anim. 10. 4. Acut. 5. (margin, beside "Ventriculus…")

6. Epid. Sect. 5. 2. (margin, beside "corpus secundum naturam…")

In vitalibus. (margin, beside "in vitalibus non minor…")

aliter quàm in mœrore, & in verecundia multo
7. Probl. 108. aliter. spiritus verò motum, etiam humores, humores membra quædã sequuntur, ait Aphrodisæus, quæcunque facilè mobilia sunt, vt palpebræ, color: ex eã enim consecotione membrorũ ad spiritus fit, vt qui vel gaudio vel ira percitus est, se continere non possit: & qui diu deambulauit, diu sedere non possit, nec pueri ob validum alimenti motum, imo & hominem ipsum ideò
2. Part 9. rectũ cõsistere, ait Aristoteles, quia multus calor
2. Præf. 10. sursum natura sua fertur. Genitalia verò testes in magnis malis contrahuntur retractum spiritum sequentia. Eadem hæc vis calido innato imperat, ad locum mandat vbi alimentum nuper sumptum conficiendum est, ita vt algeant reliqua: aut ad locum vbi humor phlegmones suppurandus est, aut ad focum, vbi morbificus humor naturæ congressurus in accessionum initiis. Cum igitur elementa, mixta, plantæ, animalium facultates & naturales & vitales tanta sint doctrina insignita (de animalibus enim facultatibus nulla quæstio est) nulla illarum aut rationis particeps est, aut discursus, sed ab ortu ipso eam doctrinam quasi in mandatis habent, quam perpetuò exercent, ignara quorsum hoc tantum edocta obedire, & iussa creãtis citra iudicium & examẽ facere. Et quemadmodum horologia nihil temporum momenta ipsa intelligentia, nos humano artificio certas temporum mensuras edocent; ita naturæ hæ rerum facultatésque diuino artificio constantes præstantissima quædam & sapientissima exercent, ipsa sui operis inscia. Inter quas omnes (irrationales dico nec liberas facultates) supremum sapientiæ naturalis & innatæ memoriæ locum habet, ea quam quærimus, informatrix facultas. Vsque adeò vt in admirationem induxerit sapientes. & quia inter nos exempla desunt tam sapientis potentiæ, nihil discurrentis tamen, non crediderit Galenus eam vim intellectu vacare: ea est diuinus influxus, incorporeus, irrationalis quidem, quia nec colligit, nec liberè eligit: summam tamen & ferè infinitam sapientiam edoctus, retinénsque, & suo tempore exequens. qui ab alio diuino influxu (rationalem dico mentem nostram) partim superatur, partim superat, quod ad cognitionem attinet: quò fit vt ars mentis nostræ naturam imitetur ceu superiorem, & eandem ceu inferiorem non raro corrigat errantem. eo fit, vt quia facultas hæc à parentibus prodit, similitudinem sui fœtibus indicat: & quia ratione iudicióque caret, nõnunquam mõstrat & errata committat. Supra verò & informatricem vim naturalium sapientissimam, reliquásque omnes dictas sub orbe lunæ facultates innatásque doctrinas, influxus est alius diuinior, sempiternus, rationalis, discurrens, & liberè agens in angelis hominibúsque: in quibus & bonitas est & malicia, quoniã & electionis libertas, quare aut pœna aut præmium. Quid sit informatrix facultas, quoque modo suprema portio sit, dignissimaque inter vegetatiuæ animæ potentias; & ab intellectiua facultate superetur, dictũ est. Illa manet ex Galeno dubitatio, si pars est aut facultas animæ nostræ in membris post formationem residua facultas hæc sapientissima formatrix, eáque nouit partiũ singularũ vsus, & suis operibus accommodat singulis, cur latent nos partium nostrarũ cõpositiones & munera, imo & medici post tam longas disquisitiones decipimur? Sanè non est cur de ea ignorantia nostra magis miremur, quàm quod similiter fugit nos quid anima nostra in corde & arteriis modò operetur vel distẽdens vel cõtrahẽs, quid in singulis mẽbris nutritoria, vel vniẽs, vel assimilãs, vel apponens. Itaque quid anima nostra suis ipsa facultatibus doctrinísque natura insitis in membris nostris operetur, sciat, possit, non magis scimus quàm quid vicini nostri. Sic compositiones musculorum nostrorum ignoramus, & cui vsui præsit quiuis illorum; quæ omnia musculi ipsi norunt exactissimè. Videlicet id nos scimus, quod cogitatio nostra in cerebro sensus recipit, à quorum idolis imaginationes & memoriæ & discursus formantur. At verò quæ facultas, scientia, innata doctrina cuique parti nostræ insit, cogitatio nostra non apprehẽdit; nec minùs nos latet quàm quæ sub sensus nostros venere nunquam, si verũ est intellectui nostro nihil nisi ex præcedente sensu accedere, & in tã difficili tractatione hactenus tenuisse satis sit.

2. *indocta*] *ἀδίδακτας*, id est, sine externa alicuius disciplina, libro De alimento.

3. *alium ventriculum*] secũdo de hist. animal. 17.

4. *ys itaque*] explicata causã naturalis erectionis inuestigat morbosam: facit verò ceterius Galeni responsum, quod naturalis erectionis causa in fistuloso neruo magis sit, quàm in arteriis, quod arteriæ quamvis pressæ in fistulosum neruum exprimere flatum nequirent, nisi sponte sua neruus ipse distenderetur: repletur itaque quia distenditur non è conuerso.

5. *priapismus*] separat Aurelianus satyriasim à Lib. 3. 18.
priapismo, licet conueniant in rigida & inuoluntaria penis tensione, quoniam satyriasis acutũ malum est ex conuulsione ortum, breui hominem consumens, cum immensa Veneris libidine, consequente sæpe totius corporis conuulsione, quãdoque etiam morte. priapismus tarda passio ex plurimo flatu, nec facilè solubili intra fistulosum neruum contento.

6. *palpitatio*] est enim frigida affectio palpitatio, quare non arteriarum spiritu, sed à flatu in fistuloso neruo & genito & densato.

7. *Plato*] in Theæteto.

8. *quiescunt*] assuetudo rei venereæ reddit homines libidinosos ex memoria retroactæ voluptatis, & quia corpus lubricum fit, meatus verò latiores: maximè adolescentibus quorum membra necdum constiterunt. Quapropter per pu- 7. Hist. 1.
bertatem & mares & fœminas summopere seruandas esse monet Aristoteles, quo per totam vitam continentiores degant. nam & in ventriculo assuefactio multi alimenti hominem reddit edacem. Galenus verò harum ex Aristotele rationum conscius addit præter alia validissimam & roborata per exercitium tractrice. Et de agnoscendis quidem affectis locis à Galeno hoc opere actum est; in quo vt de nonnullis affectibus admodum artificiosè demonstratoriéque sedem rimatur; ita non paucos prætermittit intactos, præterquam quòd disquisitio difficilis est, dum aliunde sedis affectæ, aliunde affectionis ipsius cognitio, petenda est.

COMMENTARII IN CLAVDII GALENI LIBROS DVOS,

De differentijs Febrium.

PRÆFATIO AD BENIGNOS LECTORES.

ITA puto, benignissimi lectores (communicanda est enim vobis cum scriptorum meorum ratio) omnibus qui vel verbo vel scripto suscipiunt scientiarum difficultates veritatis lima expendere, & initiantibus indubitatas facere, summopere contendendum esse, & votis omnibus expetendum, à summo bonorum omnium largitore Deo, vt à mentibus nostris exterminet duos illos veritatis scopulos, & infensissimos hostes, aditum nobis certi firmique impediētes: ambitionem dico, & animi abiectionem pusillanimitatémque. Quorum primum, tantopere auersatus est Gal. noster, vt perpetuo circumferret sententiam illam cum primis amplectendam, non tantum philosophis aut artificibus, sed & hominib. omnibus: Ambitio perdidit artes: Et (quod magis dolendum est) etiam fidem & mores. Dum enim homines mundo affixi gloriam hominum aucupantur, quam nouis sectis & gloriosorum virorum calumnijs consequuturos se sperant, nec ferentes colla subdere sanctis maiorum institutis traditi sunt in reprobum sensum: excogitantes sectas, opinionésque reprobas, quarum se prodant authores ducentes post se plebem ignorantia obcæcatam, suam & illorum perditionem. Alterum illud vitium seruilis animi abiectique, visitur in his quæ nec à domino, nec à sanctis eius nobis tradita sunt, sed sola naturali solertia inuenta. Dum enim à maiorum placitis, ne transuersum quidem vnguem recedere audemus: sed misera captiuitate iurantes in verba magistrorum, veritati magis quam præiudicatæ illorum authoritati terga damus, mirum dictu est, quanti progressus scientiarum retardati sunt: quam fœdi lapsus in omnium scientiarum genere perennauerint, à magistris ad discipulos misera contagione corriuatu: nemine audente quod superior dixerit in rationis examen trahere: sed instar irrationalium, aut caprarum, aut formicarũ, qua primum data porta est, gregatim ruentes. Et cũ sint ex illis multi ingenio & diligentia superioribus aut æquales, aut etiam maiores, ita se constituerunt emptitios non solum priscorum, sed etiam corruptorũ librorum seruos, vt non dico sententiam vnam ex innumeris aut mutare, aut perficere, sed nec literam vnam librarij incuria vitiatam, nouare vspiam ausi sint. Cum tamen plurima nobis dies diei magistra detexerit: regiones nuper inuentæ priscis ignoratæ monstrauerint, medicamenta diuino munere proximè delata perfecerint, demum mens ipsa maiorum præceptis imbuta excogitauerit. Quæ dum breui multijugam illorum doctrinam ebiberit, & potest & debet, sine illorum incuria, & sine nostra iactantia, multa mutare, non pauca adijcere illorum monumentis. Quæ omnia ignauia hac & seruili timore pereunt. Expetamus igitur à domino feruentissimum solius veritatis amorem. Nec suspicientes in vniuersum hominem quempiam ab illo citra rationem pendeamus: nec vllum ita despicientes, vt non quandoque illius bene dicta humili animo suscipiamus: sed etiam in vilibus authoribus quasi margaritas in luto quærentes, vasa Ægyptiorum commutemus in templum Dei. Non diffidamus

L. b. Quod optimus medicus.

diffidamus largissimo datori, quasi effata iam sit natura, aut abbreuiata manus domini: cùm fons ille aquæ viuæ multo plura scientiarum flumina sibi recondita habeat, vbi libuerit in posteros effundenda, quam hactenus in illos effuderit. Nec imitemur eos, qui in disciplinis tradendis (quod quidam diuorum verissimè scribit) magis quis dicat, quam quid dicat attendunt: nec rationem dictorum, sed dignitatem dicentium praua examinatione discutiunt: paratiores aliquid doctrinæ, & quam scire cupiunt ignorare, quàm à persona inferiore cognoscere: cùm veritas, vndecumque claruerit, non sit ingenio humano deputanda, sed deo: nec aliquorum debeant credi, sed omniũ. Quæ per se tanta & talis est, vt non sit tunc magna si eam magni docuerint: sed potius ipsa magnos faciat eos, à quibus doceri vel disci potuerit. Ego quidem ita dicentibus credo. Scio quàm multi eruditissimi viri in docendo peccauerint & scribendo, licentia & pruritu veteres calumniandi, Arabes insectandi, Cal. mordendi, & ipsi mutuo se ipsos conficiendi: Rursum quàm multi propter inertiam, & animi ignauiam non promouerint, quǫ cum veritate, & multa laude promoueri potuissent. Perpetuò postulaui mediocritatem hanc, & à duobus illis veritatis inueniendæ obicibus purgationem: Quantum impetrauerim, nouit qui dedit: indicabitis & vos sed sine ambitione & abiectione: vt & vos veritatem assequamini. Accusabunt alij, quod licentiosius, quam decet, explanatorem euagatus sim in inquirenda eorum quæ ab authore scribuntur veritate, quandoque esset, aut mutanda, aut addenda. Sed (vt mittamus quid explanatoris dictio pollicetatur, quid Galen. in commentarijs suis egerit, quid in libr. de fracturis de explanatoris munere scripserit, quo grammatici in enarrandis scriptoribus aspirent) quicunque suscipiunt aliena opera interpretanda; ita potissimum vtiles legentibus fore arbitror: si vnam propositorum veritatem, ceu scopum sibi statuant inueniendam. Quemadmodum enim illustranda domo lux, oleum, & elychnium conueniant oportet: ita in excolenda anima dogmatibus quibúsque, veritas instar lucis supremum obtinet locum: rationum pondera olei exemplo subministrant indagandæ veritati materiam: liber, elychnij more coërcet nos, ne longius ab authoris instituto euagemur.

D. Prosper. 3. de vita cõtemplatiua. In præfati.

In præfatione.

Valete.

COMMENTARII IN LIBRVM CLAVDII GALENI PRIMVM,

De Febrium differentijs.

EXPLICANDA sunt scopus, locus in arte, vtilitas, diuisio.

De primo, licet titulus solas differentias polliceatur, tradit tamen differentias, causas, & signa febriũ: quod ante fecerat de omni morbo, in libris de morbo & symptomate. Separatim autem tradit Galenus theoricam febrium à methodo curatoria earum, & rursum separatim à methodo partem pharmacheuticam, separatim item dieteticam: eò quòd ita exactiùs, & sine repetitione, traditur doctrina de singulis partibus, prolixius licet. Nam vim alimentorum ad victum, multis docet voluminibus: multo pluribus vim medicamẽtorum, tum simplicium, tum compositorum: hîc agnoscit febres, methodum verò curatoriam, id est, applicationem vtriusque instrumenti ad febres, tenrsum lib. therapeuticæ pluribus. *in quibus ad intentiones tantum curatrices progreditur, omittens particulares remediorum, & alimentorum, materias, suu explicandas voluminibus.* Vulgares verò practicæ tradunt hæc omnia simul & breuius, sed minus exactè, & cũ repetitionibus. In ordine tamen scribẽdi, est quod in Galeno desideremus medici, quibus necesse est omnia artis præcepta breui inuenire: præstaret enim in vno opere instar libri Dioclis cui titulus est affectus, causa, curatio, ita Galenũ vno volumine omnia colligere quæ ad febres attinent. Alterum est, quod nec signa ipsa & causas, vno hoc opere omnes cõplectitur; sed ex ijs etiam in multis relegat lectorem, ad libros crisium, & de arte ad Glauconem, & de morbo & symptomate, & de typis. Sicut alimentorum naturá, vltra libros de alimẽtorum facultatibus, tradit libris de euchymia, & de attennãte victu, & de dissolutione continua, & de sanitate tuenda.

De secundo, succedit hic liber, sicut species ad genus ad libros de locis, & de morbo & symptomate, in quorum priore traditur cognitio affectuum per varias partes corporis, in posteriore per varias essentias morborum.

De tertio, vtilissima est tractatio. Est enim febris morbus & frequentissimus, & periculosissimus. Nã in proœmio acutorum, adde 9. (vbi nulla pestilens constitutio vagatur, qui pereunt, ferè ab acutis febribus pereunt.) & nõ solùm in se est magnus morbus, sed comitatur etiam alios morbos omnes, vbi ingrauescunt: ideo nõ tolerat medici ignorantiam, ait Isacius initio febrium.

De quarto, diuiditur in lib duos Prior agit de febribus simplicibus omnibus, posterior do putridis particulatim. Primus constat sectionibus quinque.

Prima docet omnium Febrium differẽtias.
Secunda, causas.
Tertia, signa diariæ.
Quarta, signa putridæ generalia.
Quinta, differit hecticis febribus.

SECTIO PRIMA.

PRÆSENTI sectione primò, refert errores priscorum in diuidenda febre. Secundò, ostẽdit Hipp. excelluisse reliquos medicos in diuidendo. §. (licet Hipp.) Tertiò, diuidit iuxta propriam sententiam. §. (caloris autem.) Quartò, soluit dubitationem, ortam ex dictis. §. (incipit igitur.) CAP. I.

Febrium differentiæ.

Refert errata priscorum in diuidenda Febre.

Aduerte primò, vtitur Galenus nomine substantiæ concedens aliquas febris differentias substantiales vocari, in communiori significato, pro essentia cuiusque rei, licet sit accidens vt febris. 7. de placitis. t.

Aduerte secundò: errabant diuidentes medici primo errore, quia licet recenserent essentiales febrium differentias, omittebant tamen aliquas ex illis. Secundi essentialibus addebant accidentalem aliquam, sumptam ex parte affecta, vel ex iuncto symptomate: cùm oporteat iuxta solennẽ veterum morem. 3. therapeutice. 4. de singulo affectu, symptomate, & membro, per se agere, non complicate varia. Tertij, omnium pessimi, omittẽtes essentiales omnes, solas accidẽtales memorabãt. Ita primi deficiebant in numero differentiarũ, secundi abundabãt, tertij errabant, sumẽtes alienas pro proprijs febrium. Hæc est Galeni sententia, licet multi secùs interpretentur. Quod autem attinet ad contextum, prius numerat errata duo, alterum maius prætermittentium vtiles differẽtias, vel essentiales: alterum minus, addentiũ inutiles, vel accidentarias: minus enim mali est in excessu inutilis, quàm in defectu vtilis. Post diuidit primum membrum: quidam omittebant omnes essentiales maximo errore, alij aliquas, minore: exemplum maximi errati, febrium aliæ diurnæ, aliæ nocturnæ. Exemplũ secũdi, febrium aliæ diariæ, aliæ hecticæ. Tertij, aliæ diariæ, aliæ putridæ, aliæ hecticæ, nonnullæ diurnæ, aliæ nocturnæ. *Gal. ait: priscos peccasse, & in genere diuidẽdo, quoniam omittentes materiam febris, quam vocat substantiam, diuidebant per aliquod febris accidens:*

verbi

verbi gratia: per tempus accessionis, aut per locum affectum: & prætereà, quia ipsa diuisio accidentis ipsius febris aut erat deficiens, aut abundans. Tantum autem putat Gale. situm esse, in bene diuidendo, vt scribat, in proœmio ad Glauconem, causam errandi in hac arte, esse malam diuisioné, & 1. acutorum. 53. eandem causam putat esse, cur medici inter se discrepent, dum malè diuidentes sumunt frequentia quasi sint perpetua.

Aduerte tertiò, quæri potest, cur non definierit Gale. febrem ante diuisionem, iuxta institutum Arist. Auic. & Ciceronis, initio officiorum. Dic. ex 4. de differentiis pulsuum. 2. non placet Gale. ea consuetudo, quando nominis finitio, vel nota est audientibus, vel explicatur citra difficultates definiendi, per aliquot circunscriptiones. Finitio auté essentialis, multò clariùs inquiritur processu operis, per demóstrationes, & certiùs: siquidem finitio essentialis demonstrari non potest. 2. post. 7. Cur ergo in lib. de morborum differentiis, prærinquirit morbi finitionem? dic. quia non constabat de notione morbi, num habeat pro genere, læsam actionem, an causam læsæ actionis: de notione autem febris, omnibus constat contineri sub calore.

(Licet Hippo.)

Ostenditur Hippo. excelluisse reliquos medicos in diuidenda febre.

ADVERTE primò. Interpretes conantur aptare diuisiones has Hippoc. diuisionibus Galeni à materia sumptis: cum tamen diuisiones Hipp. sint alię. Proponit Hipp. 6. epid. sect. prima. 29. quatuor diuisiones, essentiales calori, vt tactilis est. Prima diuisio sumitur ab intensione, penes quam quidam calor asseritur acer, id est, intensus, alius mixtis, id est minimum mordax. Nullius enim febrientis calor in totum mitis est, sed mitis appellatur, qui minimum mordet: *sicut syncerabilis dicitur, quæ minimam mixtionem habet*, secúdo, præsag. 38. Secunda diuisio, penes varietatem temporis in accedendo ad tactum. Quædam febris est post insurgens, id est in qua acrimonia tardè occurrit tactui: alia acuta, id est velociter infestans sua acrimonia, sed à manu victa, id est cuius tamen acrimonia cito cessat: quem locum multi interpretes non assequuntur. Tertia, penes quantitatem accedétis vaporis, vel enim vapor est multus, vel paucus vel nullus. Nam eandem intensionem caloris seruari nonnunquam, in pauco & multo vapore, statuit Galenus. 2. de temperamentis. 7. Quarta diuisio, iuxta qualitatem vaporis accedentis, quædam sunt falsæ, quarum vapor prurit tangentem: quædam flatuosæ, quæ mandant aëreum vaporem: quædam humectæ, ex quibus accedit vapor roridus. Hæ autem diuisiones sumuntur ex caloris essentia. addit Hippo. subdiuisiones febris humoralis sumptas ex calore, siquidem color indicat humorem in corpore abundantem. 1. Aphn. 2. & 4. de sanitate tuenda. Vtitur autem nominibus liuidi, albi, prærubri, & præpalidi, quoniam simpliciter rubrum, & pallidum, etiam per sanitatem apparent.

Aduerte secundò. quòd Gale. hic febrem locat sub genere caloris præter naturam, multis difficultatibus scatet. Prima, num omnis febris sit recessus à medio per calorem. Secunda, num febris ipsa sit temperies calida, an calor. Tertia, num calor febrilis distet specie à naturali. Quarta, num febris sit solus calor additus naturali, an conflatus ex vtroque. Quinta, num febris iungat necessariò recessum per siccitatem.

De primo, Gentilis & Vgo putát, dari febrem sine intensione caloris supra moderatum? sufficere autem aliquid adiunctum, per quod calor naturalis operetur magis vt igneus, vel elementalis, quàm vt naturalis: id adiunctum dicunt esse vt plurimum, maiorem intensionem caloris naturalis pristini. Potest etiam citra intensionem sola siccitas addita idé efficere, & ita febrem, vel vapor putridus, vel proprietas mala. Et hoc dicunt, significasse Galenum. 1. Apho. 17. dicentem, febré esse calorem innatum mutatum in igneum: cum potuisset dicere, calorem innatum intensum. Sed est opinio reiicienda, ex ratione; ex Galeno; & ethymologia ex ratione quidem, quia finitio nominis debet habere testimonium à vulgo. 4. de differentiis puls. 2. cómuni autem hominum consensu dixit. 6. epid. 24. febris appellatur calor immodicus aut totius, aut viscerum. addit. 1. prot. 7. magis febrire eos qui immodicè calent in solis visceribus, quoniam deterius febriunt, quam qui in toto: ex Gal. auté apparet. quoniam lib. de differentiis morborum. 5. febris definitur intemperies calida: calida verò intemperies definitur intensio caloris supra moderatum, & 8. therap. 1. cú febris sit immoderantia caloris, curatio est refrigeratio, & lib. de Marasmo. 5. si æger in respiratione, & pulsu, & tactu, non monstrat excessum caloris, non febrit, & 6. epid. 29. mititas, id est moderatus calor, nunquam adest febrienti, & 2. naturalium. 8. in febre necessario augetur calor. Ab ethymologia verò apparet, quia febris à feruore dicitur, sicut Græcè πυρετὸς ab igne. Prætereà sequeretur iuuenes omnes febrire, quia cú pari calore habent innctam siccitatem supra pueros. ité omnis sumens venenum calidum propter proprietatem adiunctam. Nunc ad rationes aduersariorum. Ad primam. 1. Aph. 17. definitur febris per conuersioné natiui caloris ad igneú, videlicet explicáte Galeno cit. & 1. acut. 18. febris nó est motus ille conuersionis, sed effectú motus, nec ideò sequitur quod dubitat Trusianus artis. 89. omné febrem esse hecticam, quoniam scribitur lib. de inæquali intemperie. 5. terminum huius conuersionis esse hecticam: quia aliud est mutatum hecticæ, quod est æquale intemperamentum, aliud mutatú in igneum quòd nó includit æqualitatem intemperamenti. per calorem autem naturalem intelligunt in concreto sanguinem & spiritum, quæ ibidem abundare in pueris, & reddi per febrem ignea ait, id est moderato calidiora. Ad secundam 3. de præsag. puls. 5. scribitur, si iungitur hectica cordis cum frigidis humoribus intra cor, non apparet in pulsu febris, & tamen est febrilis morbus sine excessu caloris. dic. ibi est intentio caloris supra moderatú, cognita per acrimoniam tactus, & per pulsum paulo calidioré moderato. Et similiter satisfaciendú est ad locum 12. therap. 3. de febre sincopali ex frigidis succis, maximè quia non asserimus omnem febrem necessariò sentiri in pulsu, sed in omni febre iungi calorem

ſupra moderatom. Ad tertiam, moriens ex febre cum reſpiratione frigida febrit. Dic. apertè ſcribitur de tali. 6. epid. ſectione. 4. penultimo, quod noo ſebrit eo tẽpore, imò perit ex frigiditate cordis. id ipſum colliges ex lib. de Marcore. 5. ſi æger non monitrat in pulſu, reſpiratione, aut tactu exceſſum caloris, quod amplius ſigoũ ſupereſt tum febre teneri? Ad quartam, in febre colliquante præſentibus ſignis febris io pulſu, exhibemus vinum & ona, ob defectum innati calidi: ergo datur febris cum defectu caloris. Dic. ſicut robur & ſanitas. 1 s. therap. 1. conſtant ex temperamento ſpirituum, carnis, & ſolidorum, & ex certa quantitate eorum: ita morbus poteſt euenire, ob intẽperiem intenſionis eorum, vel ob vitium quantitatis, vel ob vtrunq; Sicut in propoſito ęgro adeſt morbus compoſitus, ex defectu calidi innati in quantitate, & exceſſu eiuſdem per intenſionem: quia ſicut primo apho. 15. calidum dicitur de quãtitate & qualitate, ita & frigidum: quare talis ęger non habet complexionem tẽperatam cum Vgone, ſed babet duos morbos intemperamẽti, nempe frigidum in quãtitate, & calidum in qualitate. Qui autem rigent: in ſebre intermittente, Fernelius ait nõ febrite quo tempore rigent. Verum in bona parte frigoris exceſſus caloris in viſceribus apparet manifeſtè, ex intenſa ſiti, & ex celeritate contractionis pulſus; quod ſi magis febrit, qui io ſolis viſceribus excalfactus eſt quam in toto. 1. prorhet. 6. & 6. epid. citato, videtur talem febrire, ſimul & rigere: ita vt debeat dici intemperies compoſita ex calore ioterno, & frigore externo: ſicut præcedens affectus compoſitus erat ex augmento caloris intenſiui & diminutione quantitatiui. Confirmatur, quia febris dicit feruorem viſcerum, aptum extendi, licet noo extendatur, ideò agnoſcitur ſemper reſpiratione freqoenti, nõ perpetuo pulſu, quod in his reperitur. ſecundò, ex lipyriis febribus quas ſemper concedit Gale. eſſe febres, com ſimili affectiooe: oec diſtant, niſi quod illic inflammatio interna trahit intro calorem, hic à ſenſata acrimonia bilis, aut fuliginis iotrorſum fugit. Quandiu ergo rigentes non ſentiũt feruorem, & ſitim in viſceribus, non febriunt, ſicut & reliqui rigentes, aliàs oon daretur rigor ſine febre, qui tamen datur, infrà. Quàm primùm autem ſentiunt illa, licet adhuc rigeant, dicentur febrire ſimul & rigere, poſt febrire ſolùm: apertè enim lib. de inæquali intemperie penultimo in ipſa acceſſionis inuaſione aliqui febricitantiũ, tum rigẽt, tum febricitãt, tum ambo ſentiunt, frigus immodicum & immodicum calorem. Nam ſimiliter operatur copia humorum incidẽs io calorem putridum viſcerum hic, ſicut cibus irruens in calorem naturalem, & ſomnus aggrediens vigilantem: hæc enim initio ſuffocãt, & minuunt calorem & pulſum; paulò poſt autem etiam ſi duret coctio cibi, vel ſomnus, augetur calor innatus vtrobique; licet nõdum motus materiæ extrorſum vigeat: ſic in ſecunda parte rigoris iam calor extraneus auctus in viſceribus adeſt, & ideò febris, licet nondum exteriora caleant. *& de primo quæſito ſatis multa: quoniam magis eſt de intelligentia auctorum, & de vſu vulgari nominis: febris quam de re.*

De ſecundo, Fauentinus quæſtione de febre putat temperamentum eſſe qualitatem ſecũdam, productam de nouo extinctis quatuor primis qualitatibus, & hanc ſi occupat totum, & calida eſt, appellari febrem. In qua ſententia diſputandum eſt primo, de eſſentia temperamenti. Suot enim qui putant in actione mutua elementorum ad conſtitutionem mixti, qualitates primas non miſceri in eodem ſubiecto adæquatè, ſed vnamquãque corrumpere ſuam cõtrariam; & eam primam qualitatem quæ manet poſt mutuas actiones, vocari temperamentum: alij credunt miſceri qualitates illas contrarias in eodem adæquato ſubiecto, & eam mixtionem eſſe temperamentum: tertij opinantur temperamentum eſſe qualitatem diſtinctam à quatuor primis. Sed prima ſententia eſt improbabilis. Primò, quia io pluribus mixtis ſeparantur partes, non ſolùm elementales, ſed & mixtæ per artificium differentes in qualitatibus primis, vt in lacte, braſſica, lente, aloë. 3. ſimpl. 15. & omoia mixta terreis partibus non calefaciunt, quamuis tenuibus vrãt, vt piper, & Cinamomum. Secuodò, niſi maneret ea pugnantia, mixta ab interno oon ſeoeſcerent, ægrotarent & perireot. Tertiò, ſi in mixto omnes partes ſuot vnius qualitatis, quomodo in obitu redeũt ad ſua loca, apud Hippoc. lib. de natura humaoa. 15. Contra ſecundam ſententiam facit. Primò, quod pugnaotia calidi ad frigidum qua ſe expellunt à ſubiecto, eſt ſpecifica & ineſt illis merito eſſentialis oppoſitionis: ergo io quibuſuis gradibus pugnabuot. *nec valet ſolutio quorundam explicantium ſinitionem contrariorum, quod abyciant ſe mutuo à ſubiecto, quia nõ poſſunt ſimul denominare ſubiectum calidum & frigidum. Nam eſt admodum incorta locutio homini eloquenti, qualis in primis Ariſtoteles eſt. Præterea denominatio ſubiecti competit contrario ſecundum accidens quod eſt habere pluros gradus: ſinitiones autem non dantur per accidentataria, ſed per ea, quæ perpetuo inſunt definito. Sicut non procedit, quod alij reſpondent: contraria mutuo ſe à ſubiecto pellere, ſcilicet, ſecundum eſſe perfectum: nam communi nominum vſu frigidum vt vnum, & calidum vt vnum. ſunt contraria: ſinitio autem debet competere omnibus contentis ſub definito: ergo ſinitio contrariorum conueniet etiam illis: abycient igitur ſe à ſubiecto, licet non habeant eſſe perfectum.* Secundò, ſi miſcentur calidum in 4. & in frigidum in 4. repente euadit temperatum, ſicut cum miſcetur calidum io 2. & frigidũ in 2. ſed nõ poſſuot tã citò introduci quatuor gradus ſicut duo: ergo temperies naſcitur ex vicinitate contrariorum, non ex inductione qualitatis nouæ. Tertiò, in motu locali aëris vel aquæ apparet illa mixtio contrariorum motuum, vbi duo lapilli ſimul cadunt in puteum, & tamen non poteſt cogitari complicatio illa contrariorum motuum ſecundum eaſdem partes adæquatè: ergo nec in motu alterationis. Nulla enim ratio cogit ad hanc varietatem. Quartò, ſi ex 5. phy. contrarietas terminorum eſt cauſa cõtrarietatis motuum, maior ergo erit pugnantia extremorum quàm motuum: atqui duo motus contrarij ſuot incompatibiles: magis ergo erunt incompatibiles contrariæ qualitates. Quintò, nõ repugnat dari calorem intenſiorẽ calore ignis, cùm ergo ſolus calor ſummus nõ patiatur ſecum frigiditatem, & nullus ſit ſummus: ſequitur contra poſitionem omni calori eſſe permixtam frigiditatẽ etiam calori ignis. Sextò. ſi qualitates contrariæ eſſent in quouis mixto,

modo

modo quo affirmant, sequeretur similia in forma & gradu agere in se mutuo; quia frigus vnius aget in calorem alterius: quo tamen pugnat cum experientia. Nam licet in vno subiecto contraria illa ab vna forma exigente varietatem partium prohibentur mutuo in se agere, non possunt prohiberi agere in passum alienum: & ita homo calidus in secundo in aqua calida in secundo doleret, vtpote perpetuo alteratus à qualitatibus aquæ. Septimò: sicut ad dictiones formandas, quæ mixta quædam ex literis sunt, tam multarum linguarum, quæ in mundo sunt, sufficit coniunctio sonorum 24 quorum quiuis est impermixtus alteri: nam sonus A, varius est à sono, B. Sed constituuntur dictiones ex varia earum quantitate, vt te & terra, vel qualitate, vt te & me, vel ordine vt terra & rete: ita mixta elementalia euadunt non amissis virtutibus elementorum vel propriarum qualitatum per adæquatam commixtionem contrariarum qualitatum vel elemẽtorum, sed sibi inuicem iunctis varia quantitate, vel qualitate, vel ordine: Maximè quia literæ 24. inuariabiles sunt: Qualitates verò quatuor innumeris intensionum & remissionum gradibus dissident inuicem. Maximè quia voces linguarum omnium inuariabiles, sunt quinque tantum: reliquæ enim non sunt voces, sed vocum præparationes: quod alibi ostensum est. Nec oportet cum plurimis philosophorum opinari, ideò qualitates primas creatas esse actiuas: vt mutua illarum actione mixta euaderent varia: cùm voces illæ sine vlla mutua actione dictiones varias constituant: & toni vocum quatuor citra illam mutuam actionem vniuersas musicas armonias. Sed ideò collata est elementis vis illa actiua, quasi seminalis elementorum propagatio: vt perpetua substitutione in specie durarent, quæ indiuiduo corruptibilia creata sunt. Cur ergo non similiter qualitates secundæ & tertiæ actiuæ creatæ sunt? Quoniam natura, quæ in necessarijs non deficit, indens elementis vim informatricem qualitatum primarum, & metallis lapidibúsque informatricem complexionis propriæ, quæ per extrema crescunt, & quodam modo aluntur & plantis animalibúsque eandem vim informatricem in semine locauit perpetuo: ita vt etiam, quæ inter plantas solis folijs constant, qualia sunt scolopendrium, phyllitis & filix in folijs ipsis creatis admodum exiguis vasculis semine turgeant (quod ignorauit antiquitas:) ita nunquam abundans in superfluis, tertio de anima. 9. priuauit ea facultate actiua, vel seminalis partes reliquas, & plantarum & animalium: quoniam illa vna seminis facultas sufficiebat partibus omnibus in perpetuum substituendis. Sic nihil necesse fuit qualitates secundas, vt colores aut sonos, vi actiua pollere: vtpote quæ opificem aliũ habuissent quibus substituerentur, hoc est certa mixtorum temperamẽta, quæ illas vice informatricis perpetuò & efficiunt & conseruant. Octauo: si esset necessaria ea permixtio adæquata contrariorum, fieret ad remissionem qualitatis pristinæ propter varietatem operum in corpore vniformi per omnes suas partes, quales sunt elementorum partes. Nam in mixtis ad varietatem operum sufficit coniunctio partium elementalium contrarijs qualitatibus pollentium: sed in aëre non datur ea mixtio frigoris cum calore suo remisso, nec in aqua siccitatis cum sua remissa humiditate: ergo multo minus natura fecit in mixtis adæquatam illam vnionem non egentibus ea. Nonò: repugnat intentioni naturæ in gignendis omnibus rebus sublunaris orbis vnio illa. Nam si ob varias species mixtorum gignendas voluit perpetua esse elementa quatuor quibus circundatur, non aliter distincta, nisi quia perpetuo obseruant qualitates illas contrarias: quo modo contra hanc intentionem adæquatè iunget illas, ita vt amittant vires suas, & pene extinguantur? Tantundem enim est ac si deleret elementa, & faceret ex omnibus vnum: intendens tamen ex illis gignere mixta diuersissimarum functionum affectiua. Decimò: si calido in quarto iungitur frigidum in quarto, agentia in se mutuo contraria, verbi gratia, aqua feruens & frigidissima corrumpunt se, ita vt maneat intemperata aqua vnus gradus frigiditatis, & alter caloris apud illos: si ergo contrarietas qualitatum fuit causa non solum productionis sibi similis qualitatis, sed etiam corruptionis contrariæ, cùm adhuc duret eadem contrarietas, cur non aget ille vnus gradus caloris in vnum frigoris: vt per corruptionem maneat passum sine vllo gradu caloris & frigoris? Vndecimò: Galen. 3 simpl. 17 ait: non referre medico censere de proposita difficultate: satis enim est illi sumere contrariorum mixtionem contraria operari simul in corpus: siue operetur illa in varias partes corporis insensibiliter iunctas, siue in eundem adæquate: addens, quod si rationes philosophicas expendamus, recipiemus sententiam de incompatibilitate contrariorum adæquatè: Quam perpetuò sequitur nunquam numerãs inter species temperamentorum compositionem ex calido & frigido, vel humido, & sicco, in qualitate: Nam compositio ex frigore quantitatiuo & calido qualitatiuo cum non sint contraria, nuper ostensa est. Nunc ad opposita: quorum difficultate moti plures recentiorum oppositam sententiam amplexati sunt, solutio tentanda est. Ad rationem autem, quæ videtur mouisse plurimos, afferentes semper mixtionem qualitatum contrariarum infra summum, videlicet quod si non esset mixta frigiditas calido vt vnum quãdo applicaretur calido vt duo non remitteret illud, quia calor non potest inducere frigiditatem: dic. 1. in orbe inferiore non datur puritas illa elementalis; præsente autem mixtione quauis qualitatum siue perfecta, siue imperfecta, semper adest frigiditas mixta, quæ remittat calidum in secũdo. Sed præstantiùs est dicere, quod qualitas quæ vis non habens cõtrarium actiuum, semper producit sibi simile, vt grauitas vt vnum addita ponderi vt decem, auget grauitatem, non remittit: quia nec grauitas, nec leuitas actiua. Sicut si vna contrariarum est actiua, & altera non agat, sed sit priuatio, vt lux & tenebræ: etiam talis remissa non remittit intensam, sed intendit: vt lucerna addita faci. Vbi autem ambæ contrariæ sunt actiuæ, remissa remittit intensam; non quia calor producit frigiditatem, remissus enim calor in calido in 1. nec est frigiditas, nec habet mixtam frigiditatem: sed quia vnaquæque qualitas, intendit assimilare sibi passum, si est actiua. Quare calor vt vnum remittit calorem vt duo, non quia producit frigiditatem, sed quia assimilat sibi: & cum tam diuersum à calore vt vnum, sit calor vt duo, quam temperies, vtrumque sibi assimilat, reddens vtraque calida in 1. in altero minuens calorẽ, in altero verò augens. & ad manifestiorem solutionem. Dic primò: mixtio illa qualitatum non tollit hanc difficultatem: quia difficiliùs est credere quod calidum infrigidet, vel id in quo excedit calor frigiditatem (ita enim interpretantur nomen calidum & frigidum) cum actio omnis naturalis fiat à dominante qualitate in mixtione: & quòd potentior qualitas non operetur, sed iuncta: quam credere calorem remissum infrigidare: non frigus gignendo (id enim constanter negamus) sed nonnunquam immodicum calorem sibi alienum corrumpendo

rumpendo: sepius enim remissum intendit, sæpe conseruat intensum. Dic secundò: omnis qualitas actiua in orbe inferiore habet appetitum producendi qualitatem specie sibi similem, nempe calor calorem, frigus frigiditatem: sed simul habet appetitum vniuersaliorem & potentiorem assimilandi sibi passa omnia, sicut corrumpendi omnia sibi dissimilia: siue contraria sint, siue similia, sed intensiora: & hic appetitus cùm sit generalissimus omni agenti assimilandi sibi, gignendo alterum quale ipsum (non solu viuentibus, quod dixit Aristoteles 2. De anima 4.) vincit illum priorem. Sicut ergo aqua appetitu naturali descendit per aërem quærens locum proprium: sed alio vniuersaliore ascendit sursum ne detur vacuum, quærens cœli conseruationem: & quando adest necessitas vniuersalis illius, efficit motum contrarium particulari licet naturali: Ita calor vt vnum natura appetit inducere in omne passum calorem: sed cùm habeat vniuersaliorem appetitum conuertendi omnia in sui similitudinem, præsente illa necessitato in calido vt duo, omittit primum appetitum producendi calorem: maximè vbi est ociosa productio, cùm iam sit præsens in passo: & conuertitur ad aliam assimilandi sibi per corruptionem vnius gradus caloris, sibi innaturalis & immodici. Dic tertio satius: etiamsi asseratur in omni agente naturali vnus tantum appetitus, quadrant valde affectus omnes siue ea mixtione qualitatum. Nam certum est in vrina humana calidum superare frigidum, quoad æqualitatem ponderis: quia aspersa cuti humana æquali ad pondus calfacit eam: & tamen in balneato, tertio simplicium 8. producit frigiditatem, quia sentitur frigida: & non adest illa sensatio, nisi tempore alterationis ad frigidum, simplic. 17. Nec adest alteratio illa, nisi corrumpatur aliqua portio caloris in balneato, & inducatur aliqua frigiditas iuxta positionem illorum: ergo à frigiditate subdominante in complexione vrina fit actio: aut calor auctus suprà frigus infrigidat. Fatendum ergo est, omne principium actiuum in orbe inferiore non intendere producere hanc vel illam qualitatem: sed hoc tantum, reddere omnia sibi similia: siue illud fiat corrumpendo, siue inducendo hoc vel illud, semper enim hoc vnum intendit, inducere totam suam similitudinem in passum quoduis: & quia ex passis quædam hac parte, quædam illa similia sunt, vel dissimilia, fit vt pro varietate passorum varia vel inducant, vel corrumpant. Ita vrina cutem humanam extra balneum calfacit, in balneo frigefacit: sic calor noster natiuus lib. De tremore 6. calorem febrilem corrumpit infrigidando, & frigus hydropici calfaciendo: sic virtus informatrix in formando homine quandam materiã minuit, quandam auget: alias partes vnit, alias soluit: tantum intendens inducere humanam similitudinem: sic artifex iussus ex quadrata massa cerea formare globum similem dato, alibi addit ceram, alibi minuit: tantum considerãs reddere simile dato, non simpliciter, aut addere, aut minuere. Ad alteram aduersatiorum rationem. sicut auctor naturæ nunquam in actione sua intendit corruptionem vel malum, ita neque natura: calor ergo agens in frigus, non corrumpet frigus sine productione alicuius caloris, ita vt intendat productionem boni: per accidens autem ob naturarum incompatibilitatem, sequatur corruptio frigoris. Dic: sicut ars, ita & natura prior arte, semper intendit bonum, & alicuius productionem, ceu scopum: sed sępè ad illum finem, ceu necessarium medium, corrũmpit impedientia productionem. Sic quando faber intendit in quadrato inducere figuram rotundam, prius corrumpit angulos, non inducens figuram rotundam, quæ in instanti sicut forma substantialis in fine actionis inducitur: sed parans inductionem, per eam corruptionem. Sic quò sartor vniat pãnum accommodatè ad vestem, prius secat in partes, corrumpens pristinam vnitatem; sic quò lapides vtiliter ędificio vniãtur, prius comminuuntur in calcem; & sufficit bonitas illa vltimi finis ad probitatem operis: nã & dominus pœnas infligit hominib. vt ducat ad gloriã. Ad tertiam: illa corruptio frigoris cùm sit alteratio, nulla specie alterationis clauditur, & ita insufficiẽs esset numerus alterationum, quia terminus illius motus est, nec calor nec frigus, qui terminus est priuatio, & ita non ens neq; terminus. Dic: appellatio inditur motibus à termino intento ab agente, licet agens non semper assequatur illum: vt quando ex albo fit rubrum, in toto tẽpore motus dicetur rubefactio, licet nullus rubor adsit: sic in proposito, motus ille dicetur calefactio, à fine postremo intento. Potest etiam dici, quod actio qualitatum habentium contrarium, quandoque est productio, quando passum est temperatum; quandoque corruptio, quando passum est contrarium. In casu ergo argumẽti dicetur motus corruptiuus temperatio, sicut quãdo fit actio calidi in temperatum dicitur calfactio, vtrobique sumpta appellatione à fine: quo modo etiam vulgus solet illa ambo appellare, modò dicens, calefieri quod erat temperatum, modò temperari quod algebat: & illud est perfectius, sicut aqua & aër temperantur in vere per corruptionem excessuum citra inductionem caloris. Tertiò solue: quod terminus ille temperata complexionis, quam medici cum latitudine considerant, est optima omnium complexionum, tantum abest, vt sit non ens. Quartò solue: ablatio mali est bonum sæpe intentum à natura, & ab arte citra considerationem aliam: Nam in putrente carne, aut humore, ventilatio, & exsiccatio tantum tollunt fœtorem, non inducunt bonum odorem: & pœnitentia peccata: & corruptio qualitatis deleteriæ est intentum sæpe artis & naturæ: sicut occisio alieni corporis adorientis nos. Vnde intelligitur multas actiones corruptiuas esse bonum simpliciter, & finem. Ad quartam: nisi inesset frigiditas in temperato corpore, repente calesceret à calefaciente, & ad eum gradum ascederet aër caloris, qui sibi natura conuenit: quia omnis actio quæ fit in passum non resistens fit subito: vt lux in aëre. Dic: scientia non acquiritur subito à puero, siue linguarum, siue artiũ vbi ignorantia, cùm sit priuatio non est contrarium resistens: sic calor in aquam, & odor in rem inodoram & infœtẽtem: ergo in qualitatibus primis idem fiet. Quia non sunt successiua vt repente inducantur, sed permanentia: Permanentium autem natura est, vt fingantur paulatim in passum: alias absente agente confestim perirent. Sed siue sit causa resistens natura permanentium, siue quoduis aliud, in quod in alijs actionibus relata est causa tarditatis in opere, erit etiam in aqua vel aëre temperatis, ne repente gradu aliquo calescant, vel refrigerentur. Et similiter ad aliam: Nisi esset mixta frigiditas in calidis infra summum applicito summè calido repente euaderent summè calida propter defectum frigoris resistentis. Non enim requiritur præsentia frigoris ad paulatinam productionem qualitatum primarum. Maximè: quia ne aër repente inflammaretur, non est causa frigiditas mixta aëri, cùm elementa non constent compositione qualitatum: sicut nec alementorum, sed satis est forma sua requirens ad

conser

Contraria adæquatè incompatibilia.

Temperies non qualitas quinta.

conseruationem moderatum calorem: qua resistit per æstatem luci solari inflammati, & serò corrumpit ascititium solis calorem, vt maneat natiuum aeris. Ad sextam: ex tertio topic. vltimo, quæ contrariis impermixtiora sunt, magis talia sunt: vt albius, quod est nigro impermixtius, nihil probat: solum enim ostendit Aristoteles posse quandoque probari aliquid per locum à diminutione contrarij, nemo autem negat misceri contraria sæpe, non tamen adæquatè. Ad septimam: ex quinto physicorum. 2. est aliquid magis minusve tale quoniam plus, aut minus inest contrarij: id est essentiæ & finitionis contrarij: ita enim seipsum interpretatur tertio topic. citato: vt, si finitio albi est disgregare visum, nigri verò congregare, quò quius color magis disgregat visum, eò est albior: quò magis disgregat, nigrior & cultellus quò magis recedit ab acuto, eo est obtusior: non tamen significat, quod simul cultellus est acutus & obtusus. Ad octauam de reactione. satis est vicinitas partium medij recipientium contrarias qualitates: & in passo fit primum corruptio contrarij, deinde inductio similis qualitatis: alias quando acutus cultellus patitur ab incissa carne, essent in acie cultelli simul figuræ duæ acuta & obtusa, vel anguli duo, quod non est imaginabile. Ad nonam, ex sexto physicor. mobile quandiu mouetur partim est in termino à quo, partim in termino ad quem, magis infert oppositum. Sicut enim qui mouetur ab Olysipona Conimbricam, eo tempore motus non est simul Olysipona & Conimbrica, imò in neutro: sic qui à calore vt vnum, mouetur a frigore vt vnum, in via media, nec frigiditatem habet, nec calorem: saltem nunquam habet frigiditatem vt vnum, nec calorem vt vnum: dicitur tamen partim esse hic partim illic, quia habet essentiam participantem rationes vtriusque extremi. Ad decimam, qualibet pars mixti est mixta. Dic, qualibet formalis, & illa mixta est per contiguitatem, non per vnitatem componentium. Est autem magnum argumentum ita sensisse veteres de coïtu contrariorum in vno subiecto, quod tangant se per minima non simul adæquatè misceantur, quod Gal. lib. de inæquali intemperie penult. vbi valdè conatur inuenire modos huius complicationis, solum numerat frigus pituitæ iunctum calori bilis per minimas partes se tangentia, aut partes pituitę nō putrentis cū putrētibus: in eodem verò subiecto adæquatè, ne imaginatus quidem est; item reliquarū qualitatū oppositiones sola applicatione extremorum iunguntur, vt albū quando mistione nigri remittitur in albedine, vt dulce permisto amaro, vt fragrans permistum fœtido. *Et cum ex qualitatibus quædam habeāt oppositum positiuum, quadam minime. si in neutro genere fit remissa qualitas mixtione illa adæquata contrarij, cur sine causa tribuetur solis primis qualitatibus, quas oportet omnium maximè esse synceras, & ab oppositis alienas? Assumptum ostenditur, in his quæ vacant contrariis: luce, actionibus sensus, visione, auditione & reliquis: actionibus intellectus, scientia, prudentia, arte: Quæ omnes remissa sunt, non propter cōtrarij mixtionem, nulla est enim sed vel gradus solius diminutione vel fixionis. In habentibus verò positiuum oppositum, vt in sensibilibus omnibus, coloribus, sonis, odoribus. & in voluntatis actibus, amore, & voluntate: in quibus remissio non comparatur ex mixtione oppositi: nec enim qui parum amat Deum, aliquid habet mixtum odij, nec qui aliquid modicè vult, simul etiam non vult. Et hæc aduersus eos qui admittunt contrariorum mixtionem ea proportione, vt ab vtraque qualitate simul impleatur tota graduum latitudo. Nam aduersus eos, qui concedunt eam mixtionem in quibusuis gradibus remissis: aut etiam intensis, nam & id quidam asseuerant) 3 simpl 17. à .pugnatum est. Multo autem intellectu facilior est præsens sententia maxime cum effugiat rerū sine causa multiplicitatem.* Tertia sentētia affirmat cūplexionem esse quintam qualitatem simplicem, distinctā a quatuor primis. habet autem rationes aduersantes. prima: quinto apho. 62. explicat Gal. verbū Hipp. (quæcunq; ex vtrisq; modicè temperata sunt) scilicet oppositionibus: cùm sit multò facilior interpretatio (ex vtrisque) cōplexionibus, vna media actiuatum, altera media passiuatum, si admitteret illas qualitates quintas quas vocant complexiones. *apparet autem manifestissime Gal. non admisisse quintam illam qualitatem, quoniam si admisisset, nihil opus erat laborare toto opere de inæquali intemperie, in ostendenda distinctione facti temperamenti a fiente siquidem factum dicitur, quam primùm ex præcedente actione agentis in corpus, est inducta temperies noua corrupta priore.* Secunda: calor excedēs frigiditatem, per duos gradus producit complexionem calidam, & excedens frigiditatem per vnum tantum, producit complexionem temperatam, supposito quod cōplexio temperata, quæ apud medicos habet latitudinem, extendatur a calido vt vnum vsque ad frigidum vt vnum: hoc autem non videtur dicendum, quia calor vt duo & vt vnum cum non distent specie non possunt producere qualitates specificè distantes. Tertia: complexiones ætatiuæ sunt variæ specie, & tamen producuntur ab vno & eodem agente, nempe à calido & humido innatis. Quarta: complexio media actiuatum non producitur à passiuis: ergo vbi solaris calor agit in aquam producetur malua: cùm fiat transitus per omnia media vtriusque actiuatum, & non possit dari maior mixtio, quàm radiorum solarium penetrantium totam aquam. Item: postquam calor solaris temperauit certo concentu qualitates primas ad formam maluæ, cur non inducet formam agentem cum illo, cum illo enim solo inducitur & agit forma. Quinta: *calor magis conuenit cum frigore, quam cum temperamento quocunque. si temperamentum est qualitas quinta: quia conueniunt in genere qualitatum primarum: & tamen calor nunquam producit per se frigus: ergo minus producet eam quintam qualitatem. Et eodem modo ostendetur, quod neque à frigore producitur.* Sexta: quia sine ea imaginatione soluuntur rationes per quas astruitur talis qualitas. sunt autem rationes hæ: nisi daretur qualitas, quinta, sequeretur in quouis mixto, posse repente induci formam cuiusuis alterius mixti: quia repente potest induci vna qualitas actiua, & altera passiua, præparantes ad talem formam. Item: pituitosus ad solem excalfactus & exsiccatus, efficeret opera temperati. Item: quodcunque membrum haberet in corpore frigiditatem & siccitatem ventriculi, chylificaret. Item: ligato neruo cessat sensus in manu, ligata arteria cessat pulsus: non propter aliud, nisi propter defectum mandatæ complexionis. Hæ enim rationes soluuntur: asserendo complexionem à qua apud Galenum mixta omnia sunt id quod sunt, & per quam tanquam per instrumentum formæ agunt, non esse simplicem vnam qualitatem actiuam vincentem, cum altera passiua vincente:

vincente: sed esse omnia quatuor elementa, vel omnes quatuor qualitates in elementis, constituentia mixtum certo quodam ordine, quantitate & qualitate. Ille enim concentus elementorum, vel qualitatum facit vnumquodque mixtum, esse diuersum specificè ab alio, & habere opera sibi propria, primo de vsu.9. libro quod animi mores. 3.& 1.elementorum tertio. in quibus locis Galenus ait, (quod quidam inficiantur) tantumdem esse dicere, quatuor elemẽta, vel quatuor qualitates, in sensu exposito. mandata verò vis à cerebro & corde non est complexio quæ paulatim mandatur, sed qualitas diuinior, instar lucis repente diffusa. 3. de locis. 4. Cùm ergo tanquam probabilius ostensum sit in generatione mixti manere contrarias qualitates elemẽtorum refractas, non tamen in eadem parte adæquatè: nec necessariam esse generationem quinte qualitatis: concluditur complexionem præparantem ad formam mixti, esse concentum illũ in concreto quatuor qualitatum vel elementorum, certa quãtitate, qualitate, & situ coëuntium. Et est admodum verò simile, quod sicut ad formam elementi simplicis & imperfecti, præparat vna qualitas simplex vniformis in omnibus partibus actiua & altera passiua: ita ad formam mixti entis compositi, & perfectioris præparent duæ actiuæ in variis partibus similaribus mixti, & eodem passiuę: sicut ad formam animati multo perfectioris & magis compositi, præparant qualitates contrariæ actiuæ & passiuę, nõ solũ in partibus similaribus, sed & in organicis: vnde definitur anima actus corporis organici. Eò fit vt mixtum non possit fieri ex vno elemẽto. Quæ sententia videtur probabilissima de essentia temperamenti: nec oppositum concludit finitio Auic. 1 primi, referens ex actione mutua minimorum elemẽtorum, resultare vnam complexionem in toto minimo mixti. Potest enim dici vna per aggregationem quatuor illorum certa proportione coëuntium: quæ est vna, quia quoduis membrum similare vnam complexionem habet ad huoc finem: quæ non est aliqua primatum, sed aggregatum ex illis omnibus: *Sicut organum quoduis & totum corpus habet vnam temperiem, quæ non est aliqua primarũ, neque quinta qualitas diuersa a primis. Sicut & dictiones omnes euadunt id, quod sunt, non per nouam aliquam formam vel vocem: sed sunt aggregatum quarundam vocum: similiter & armonia omnes nihil sunt, præter aggregatum tonorum in certa proportione.* vel dicemus sequutum esse Auicenam magis eam sententiam. Si ergo complexio non est qualitas quinta, sequitur refellendam esse opinionem Fauentini putantis febrem nõ esse calorem, sed esse complexionem calidam præter naturam. refellenda est item illa sententia, eo quod alterum fundamentum suæ opinionis similiter est vanum. Credit enim post generationem complexionis in mixto non manere aliquam qualitatum primarum, nec posse induci in mixtum: ea ratione quod magis pugnant, temperamentum & qualitas prima sicut medium cum extremo, quam vnũ temperamentum cum alio, tanquam medium cum medio, sed duo temperamenta non possunt coire in vno mixto: ergò nec complexio cum qualitate prima: sed ostenditur posse coire. Quando applicatur ignis mixto, mixtũ redditur calidius ad tactum: non propter generationem complexionis calidæ, calor enim ignis non habet vim producendi complexionem: ergo propter generationem caloris. Item quando ex ligno calefacto fit ignis, vel inducitur in lignũ calor actione ignis, & habetur intentum, vel non inducitur, & sequitur formam ignis induci, non præcedente sua præuia dispositione, quę est calor: quod summum est inconueniens. Quare de secundo proposito concludẽdum est, febrem esse calorem excedentem.

De tertio: multi opinantur calorem elementalem, vel igneum vel extraneum vel putrefacientem distare specie à cœlesti productiuo mixtorum omnium: (in qua sententia videtur Aristoteles secundo de generatione animalium, tertio) calorem autem naturalem animalium, compositorum esse ex cœlesti & elementali: multæ tamen rationes ostendunt calorem omnem quatenus calor est, esse vnius speciei. Prima: calor noster innatus putrefacit stercus in ventre, & vrinam in vesica, & humores in vasis: calor tritici naturalis in aceruo putrefacit triticum: calor fermenti ex putredine acidus coquit massam: calor stercoris putridus naturalis est lumbrico, vel scarabeo genitis ex stercore; imò reperitur in plantis omnibus calor ille putridus ex stercorata terra, iam naturalis plantis: calor aceti alit, elixatio & assatio. 4. metheororũ. 4. fiunt à calore ignis: qui tamẽ ignis est naturalis elixis & assis, aliàs elixatio & assatio non essent species coctionis: & calor maslicis impositi ventriculo, cùm sit extraneus, coquit in ratione naturalis: & si omnis calor extraneus distaret specie à naturali cuiusuis mixti, essent innumeri calores specie distantes: quia omnis alterius mixti calor est extraneus alteri speciei, & Gal. ipse paulò infra inquit: solaris calor in corpore insolato præter naturam est, non tamen febris est antequam cor caleat. Item: infrà cap. 3. ira & tristitia faciunt febrem, per motum spiritus, & primo cris. 17. & 2. aphor. 48. calor innatus agitatus est febris: & ex prohibita transpiratione multiplicatus innatus calor, febris est: & de differentiis morborum, quioto, calor cturum ex ambulando si communicetur toti febri est. Quare naturale & innaturale addita calori, non dicunt entia realia varia, sed solas relationes vel intensionem gradualem caloris. *Cùm ergo ex dictis rationibus conficiatur, vnum numero calorem esse in genito qui fuit in corrupto, conficitur quod vnum erit specie: fatuus enim est dicere, quod non fit resolutio in corruptione mixti vsque ad materiam primam: sed vsque ad mixtionem, cui inest qualitas deleteria in vipera, & bezoartica in vnicorni, tam viuẽtibus quam mortuo. Si verò magis placet, quod ad corruptionem formæ corrumpantur accidentia substitutis alys eiusdem speciei: vt in cicatrice viuentis & mortui, tantundem conficient rationes. Galenus autem dum separat innatum calorem ab extraneo per solam moderantiam gradus, & subiecti, apertè testatur eos esse vnius speciei: aliàs non oporteret separare eos, nisi per varias naturas.* Addamus aurem dictis rationes alias. Prima: frigus opponitur omni calori, cùm corrumpat omnem: & tantum vni vnum est contrarium. Item tactu non iudicatur hæc varietas, nec etiam intellectu, quoniam varietatem effectuum in his caloribus sufficit diuersitas subiecti, & gradus. Præterea: effectus omnium apparent in corpore nempè resolutio & nutritio: ergo sunt vnus: si enim essent plures specie

Calores non specie distant.

ſpecie, impedirent ſe in opere, ita vt vnus tantum operaretur. Poſtremò: faciunt vnũ intenſius: ergo ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Probatio aſſumpti, quia lapis calfactus à ſole vel igne, miſſus in ſinum hominis, citius intenditur in calore quàm lapis temperatus. Sed ſatisfaciendum eſt locis multis in quibus Galenus appellat calorem naturalem & extraneum contrarios, & mutuo pugnantes, quorum alter ſemper coquit, alter putrefacit: & in ſanis ait iuuenes ſuperare calore aſcititio, pueros naturali: & omnem ætatem per æſtatem excedere aſcititio, per hyemem naturali: & Indos aſcititio, germanos naturali: vt de temperamentis. 2. & 3. cauſ. pulſ. 4. libro autem de Maraſ. 2. negat illam ſententiam: calor qui nos genuit perimit. dic: licet ſint calores omnes vnius ſpeciei in abſtracto, & in eodem ſubiecto faciant vnum intenſum: verùm calor innatus in concreto determinat calorem ad temperiem inter frigus & calorem, & ad certum ſubiectum, nempe ſpiritum & ſanguinem: ita enim emendandus eſt locus. 8. de placitis. 13. definitur ſubiecto & qualitate innatum calidum, ſubiecto quidem ſpiritu & ſanguine: facili lapſu pro ἐν πνεύματι, πνεύματι: qualitate verò, temperie inter calorem & frigus: quod ſi calor in ſanguine & ſpiritu temperatus dicitur calidum innatum, multo magis dicetur calidum innatum ipſa eadem temperies caloris in ſemine, in carne, in ſolidis: ſiquidem illa per maiorem coctionem fiunt ex ſanguine & ſpiritu lib. aduerſus lycum. 9. & 1. & 11. therapeut. 1. & 3. Ergo calor temperatus opponitur & pugnat, cum calore excedente in partibus membrorum nondum calfactis, ſed quæ adhuc calefiunt, & hoc in febre diaria & putrida: cùm enim non ſint in eodem ſubiecto, non faciunt vnum. In febre verò hectica cum ambo calores naturalis. ſ. priſtinus, & accedens febrilis, ſint in omnibus membris faciũt vnum: & non pugnant nec agunt inter ſe: vnde hectici non dolent, nec ſentiunt ſe febrire, & ab intrinſeco ſunt inſanabiles, quia non habent calorem naturalem diſtinctum à febrili, qui poſſit expellere febrem. Illi autem quos Galenus dicit abundare calore naturali, abundant ſanguine & ſpiritu bene temperatis: quos verò dicit eſſe calidiores aſcititio calore, habent intenſum calorem in quouis ſubiecto. Et videntur quidem dicta oſtendere vnitatem naturæ in calore innato, & putrefaciente. De cæleſti aliquantò difficilius eſt. Nam qui tuentur varietatem ſpecificam caloris prædicti in luce ſolari, à calore elementali ignis & aëris, addentes tertium compoſitum ex vtroque, tam innatum membris ſingulis, quàm influentem à corde, tuentur ſe his rationibus. Prima: Ariſtoteles. 2. de generatione animalium, tertio. apertè aſſerit, illam naturam quæ eſt in ſemine animalium, & plantarum quæ facit ſemina eſſe fœcunda, nec eſſe ignem, nec ab igne originem ducere: ſed eſſe ex natura caloris cæleſtis: eò quod ignis nil generat, ſed calor ille cæleſtis, vel animalis etiam in excrementis ſuis conſiſtẽs. Accedunt rationes Mirandolæ lib. 3. cõtra aſtrologos quarto. & Fernelij lib. de calido innato primo, ex quibus, ſecunda ordine eſt: in decrepito viget frigus ſupra calorem elemẽtalem, & tamen decrepitus viuit quandiu durat calor ille viuificus, licet exiguus & minor frigiditate ſecũ iuncta: ergo non eſt calor ille elemẽtalis, oppoſitus frigori. Tertia: papauer, mandragora, muſcæ, & multa alia, collatione æqualitatis ponderis frigida, tamen viuunt & aluntur beneficio caloris: ergo eſt alius ab elementali. Quarta: quæuis qualitas habens contrarium, in præſentia contrarij aucti operari non poteſt: quia actio fit à dominante: ſed in multis plantis frigiditas ſuperat cũ actione caloris, à quo nutritio & auctio proficiſcuntur: ergo alius eſt calor ille non elementalis. Quinta: Ariſt. definit mortem per extinctionem innati caloris in humido: cùm potuiſſet dicere exceſſu frigiditatis in mixtione: ergo ſignificauit calori vitali frigus non eſſe contrarium, ſed priuationẽ caloris illius, quam vocat extinctionem, ſicut luci tenebras. Sexta: arſenicum & ſulphur tanto calore elementali pollent, vt non vrant: & tamen tantoperè deſtituuntur viuifico calore, vt non modò non ſentiant, & moueantur, inſtar animalium, ſed nec alantur, aut augeantur, inſtar ſtirpium: quia deſtituuntur illo alio calore. ſeptima: cadauer habet calorem elemẽtalẽ etiam validum vt vipera; habet compoſitionem partium omnium ſimilem viuenti: & tamen non viuit ob inopiã ſolius huius caloris: ergo alius eſt. Octauâ cæleſtis illa qualitas tanquam vniuerſalis cauſa concurrit ad effectus inferiorum qualitatum elementalium, cum frigiditate enim aquæ producit aquam, cum calore ignis ignem: non eſt igitur vna ex quatuor, ſed vniuerſa ab omnibus: ita vt calor de illo & de elementali dicatur æquiuocè. Patiuntur tamẽ illæ ſolutiones, & aduerſas rationes, quarum. Prima eſt lux ignea producit calorem ſimiliter luci ſolari: non videtur itaque cur aſſerantur ſpecificè varij calores, producti ab eodem agente, id eſt luce. *apertiſſimum experimentum eſt in ſpeculo cauo: Nam oppoſitũ ſoli ex vnita luce ſolari in centro comburit ſtupas: ſi ergo gignitur ignis à luce ſolari, quis dubitet prius produci calorẽ igneũ præparantem ad formam ignis? Item terra, & paludes gignunt frumentum & calidiſſimas plantas in quibus eſt plurimum ignis: non à terra frigida non ab aqua: ergo à ſolari luce inflammante pinguem glebam.* Secunda: quia in tractibus frigidis etiam oua appoſita igni fœcundantur, & vermes ſerici in ſinibus fœminarum. cur autem rarò ignis fœcundet, cauſa eſt innata ſiccitas impediẽs formationem & nutritionem. Nec quod addit vrget, ineſt in ſemine omnium quod facit vt fœcunda ſint ſemina, quod calor vocatur: non enim facit calor, vt fœcũdum ſit ſemen, ſed vis in ſemine ſapiens & potens formare: ea virtus temperamento elementali, ſicut & compoſitione membrorum ad opera ſua vtitur. Tertia: quia eædẽ ſunt operationes vtriuſque caloris, liquare, frigus corrumpere, attenuare, reſoluere, cõburere. *ſapientiſſimè enim prouiſum à natura eſt. vt quia igneũ elementũ nullo ingenio poterat in orbe inferiore retineri, propter ſummam leuitatem, & tenuitatem peruadentem omnia, ſurſum formaretur ſol, author lucis calorificæ, non ſolum totũ orbẽ inferiorem calefacientis, ſed interceſſu caloris cõponentis mixta omnia in terra, infra terram & in mari: In quem vſum augendi ignis elementalis, terra ipſa non perpetuis annis colitur, ſed intercalatis. Quis ergo dubitet calorem ſolarem eundem eſſe cum igneo, videns ab eo ignem ipſum produci, qui in mixtis apparet?* Quarta quod tactus certus iudex ſenſilium, nil iudicat

discriminis & æquè voluptuatur in calore temperati balnei, & solaris lucis. Quinta: quod varietas aliorum concurrentium in actionibus cæli & animaliũ, sine distinctione specifica caloris, sufficit ad omnium operationum varietatem. *alias oporteret asserere frigus aquæ pluuiæ differre specie à frigore aquæ marinæ: quoniam pisces multo magis ea gaudent, & aluntur: Cùm id videatur habere pro causa non specificam varietatem frigoris, sed mixtionem calestis caloris attemperãtis aquæ frigiditatem, vel quia destillata est. non putrens, qualis quæ diu stagnant: nam & hominibus sanior est pluuia reliquis aquis.* Sexta: vna qualitas ceu instrumentum diuersorum agentiũ, inducit varias admodũ actiones: cùm ergo è cœlo communicentur inferioribus animæ facultatibus doctrinæ innatæ, quę omnes cũ instrumento caloris operantur, cur non producẽt actiones perfectiores actione caloris tanquam instrumenti solius ignis, vel solius formæ mixti? Septima: calor elementalis quarto metheororum est agens generationis mixtorum, & perfectionis eorum, & instrumentum facultatum naturalium, determinatus à frigore: cur ergo non idem calor, specie determinatus per certam moram solis producet eosdem effectus & maiores propter facultates diuinas à quibus dirigitur. Octaua: lux non producit illum calorem in corpore cœlesti, sed in elementalibus capacibus qualitatum primarum: cur ergo non producet calorem similẽ formanti, coquenti, & augẽti illa. Nona: calor solaris in terra paludosa producit animalia & plantas etiam valde calidas: cùm ergo illa cõstent quatuor qualitatibus elementalibus, fatendum est calorem solarem esse eundem cum elementali. Ad rationes oppositas, ad primam: ita Arist. sensit consentiens Platoni qui spiritum asserit esse medium quiddam & vinculum corporis cum anima: sed ratio illius nõ probat, quod ostẽsum est. Ad secũdam: decrepitus viuit, id est seruat animam, quãdiu habet calorem innatum, id est spiritum cum sanguine sufficientem ad vitam: licet forte frigus excedat calorem: quod tamen calidum innatum non habet calorem distinctũ specie ab elementali. Ad tertiam & quartam: non conceditur calorẽ superatem frigiditati nõ operari in opere mixtorum: cùm enim ille solus agat, requirens determinationem à frigore, quandoque requirit eã mixtionem maiorem, quandoque minorem: quo modo in muscæ generatione, & in lactis coctione, suppar calor operatur. 2. de temp. primo. in elementali verò actione mutua, in qua non minus agit frigus quàm calor, conceditur à dominante fieri semper actionem, non in mixtis: in quibus cum solus calor agat nõ frigus 4. metheororum, 1. quãuis dominetur frigus, fiet à calore operatio. Ad quintam: satius definitur mors per extinctionem innati caloris, sicut vita per mansionem innati caloris: non enim cõsistit vita & operari solo calore, sed innato calore, definito certo subiecto, & certo temperamento. 8. de placitis. 7. Ad sextã: vita consistit in actuali calore actu operante qui in potentia calidis non adest. 7. compositio sola, citra præsentiam natiui calidi non sufficit ad vitam. Ad. 8. ad mutuam elementorum generationem qualitates elementales cum sua forma sufficiunt: quanquam etiam ad illas simplices & refrigerationes & calefactiones non parum iuuat cælestis calor, dum auget attenuationem, & penetrationem partium agentium, & raritatem patientis corporis: sicut calor noster actualis tam in calidis quam in frigidis medicamentis, dum ea ex potẽtia talibus, facit actu talia. Ad opera verò mixtorum perfecta, & admodum varia, eximiè iuuat naturalẽ agẽtis calorem particularẽmque determinatum sua mora cælestis ille tãquam vniuersalis ad omnia corporis opera. Sicut enim influens à corde calor non minus iuuat altionem ossis ex frigido osse profectam, quam carnis ex calida carne, quia ceu calor vniuersalis prodest omni coctioni & operationi animæ: sic cælestis ille calor ceu vniuersalis, promouet actiones innati caloris, tam in vnoquoque indiuiduo, quàm in quouis membro. Determinatur autem à calore cerasi ad maturanda cerasa, & à calore vuæ ad vuas: & à calore cordis in nobis iuncto calori ossis exiguo ad nutritionem & augmentum ossis. *indidit enim natura mixtis omnibus: & plantis & animalibus, minorem quam egerent calorem, sciens promouendum esse vniuersim quidem à sole: in animalibus autem etiam à corde.* Ex quibus duabus sententiis, illa prior magis consonat Aristoteli, hæc rationabiliter fugit qualitatum multiplicitatem.

De quarto: Dic: siue intensio caloris in febriente fiat per intensionem alterius caloris, quod vocant gradum, siue fiat cum beato Thoma per maiorem fixionẽ in subiecto illius indiuisibilis qualitatis quam vocamus calorem, sicut sigilli vel figuræ, certum est febrem non esse totum aggregatum. Nam morbus ad curationẽ requirit extirpationem totius morbi tertio, simplicium. 12. si autẽ auferatur totum aggregatum caloris, simul auferetur vita. Est ergo febris non solus ille gradus, vel fixio addita priori gradui vel fixioni: sed quiuis gradus caloris in febriente consideratus, vt additus præexistenti: siquidem ostensum est, ex vtroque fieri vnum calorem intensum: & ad hũc sensum potest recipi, quod Auerrois definit febrẽ per calorẽ compositum: vt intelligatur quiuis gradus caloris vt additus priori, & si obiicias ergo idem gradus est sanitas & morbus, quę sunt contraria? dic: proprie quiuis est, causa morbi non morbus: sicut in habente duos pollices, quiuis est causa morbi in numero, & hoc est febris pro materiali, quod solũ considerat medicus tanquam causam læsionis, & tanquam id quod remouibile est à medico: nõ dispositionem corporis consequentem ad illum calorem, quam cõsiderat dialecticus obseruans proprietatem verbi: *quia sanitas, & morbus formaliter tantum distinguũtur à partibus componentibus, sicut totum à partibus simul iunctis, & modius à granis tritici. Ad obiectum ergo: sicut granum quoduis vt iunctum reliquis facit modium, non per se: sic quiuis gradus caloris in febriente: & sicut libra vna quæuis addita alteri facit pondus bilibre: non simpliciter. Nec obstat: quod idem numero dicatur modo sanitas, modo morbus, secundum varios respectus: quia sanitas & morbus illos respectus ad opus important.*

Febris non aggregatũ ex duobus caloribus.

De quinto: *si quæratur de re: num detur intemperatura simplex morbosa, aut calida aut sicca, certum est dari. Si quæritur num calida tantum appelletur febris, de nomine est: & tales monenda sunt, vt intelligantur authores scribentes, non contendenda tamen.* De quo certum est calorem omnem: non solum calefacere sed & siccare, non tamen ideo, febris est

Febris non sit composita intemperies.

intempe

intemperies composita ex calore & siccitate. Primò; quia potest calor pêr accideos humectare, liquefacieodo pituitam, sicut calor pomeridianus per æstatem inducit somnum. Secundò: quia potest corpus incipiẽtis febrire esse lapsum per humiditatem, & febris reducet illud, ad temperiem passiuatum. Tertiò: quia licet calor corporis lædat functiones propter sui vehementiam, non tamen ideo siccitas sequens ad colorem lædet functiones momentaneè, quod requiritur ad morbum. Indicium autem non semper iungi siccitaté morbosam febri est, quia non semper iungitur pulsus durus, infra secundo, imo nec in ipsa hecticá semper iungitur siccitas, infra de hectica. Nunc ad opposita: scribitur. 1. problematum. 23. febrem oriri semper excessu humiditatis & caloris. Dic: agit de causa febris putridæ. Ad alterum: vocat sæpe Galenus febrem affectũ calidum siccum. 1. accut. 18. & 43. & lib. 4. com. 39. & 1. aphor. 16. Dic: significat febrem esse calorem siccantem. Ad alterum: primo, apho. 16. subenit febri per victum humidũ. Dic: succurrit qualitati magis periculosę, quę est siccitas, & cui securius subuenitur, 10. meth. 7. nam in exhibeodis frigidis, est periculum obstructionis canalium, cruditatis humorum, & diminutionis innati caloris: siccitas verò ob exiguitatem actiuitatis, commodè tolerat statim humida. Et si obiicias: saltem in febre sine siccitate, non conuenient. Dic: in ratione præseruandi ab exsiccando conferunt.

(Caloris autem.)

Tradit propriam sententiam de diuisione Febrium.

ADVARTE primò: cùm essentia febris sit calor, & calor sit species specialissima, non potest recipere diuisionem verè specificam: verum inter diuisiones accidentales quædam magis, accedunt ad essentiam febris, quædam minus; & cùm sumantur quædam ex varietate caloris sensati, quædam aliunde, magis propriæ sunt ait Galenus, quæ sumuntur à varietate caloris ipsius. Et licet Hippocr. superiore contextu varietates aliquod caloris febrilis recenseuerit, etiles illas, verum Galenus valde rationabiliter praelegit tres has caloris differentias: quoniam & maximè notæ sunt sensui, & compendio quodam genus omne febrium complectũtur: & dignotioni apprimè conducunt: nempe suauitas diaria, morsus festinus in putrida, tardus in hecticá: sicut & paulò post totam putridarum latitudinem ad tres classes tactuum caloris conatur redigere. Nititur enim complecti varietates sensiles quàm parcissimis potest differẽtiis: ita enim facilior erit per tactum agnitio. Hanc varietatem calorum per tria calefacta proponit nobis, quæ ab illis pendet spiritu, humore, membro. & hæc videtur Galeni mens, certior quam quod quidam scribunt, idcirco Galenum appellasse proprijssimam diuisionẽm febrium eam quæ sumitur à varietate subiecti excalfacti, quoniam, sicut accidentis esse est inesse, ita essentia accidentis est proprium subiectum: non videtur, inquam, procedere ratio: quoniam eadẽ specie albedo, nil à se specificè mutata, potest inesse variis subiectis. *Num verò præstet addere his febrium differentijs, alias, infra disputabitur.* Octau. autẽ therap.

Diuisiones febrium magis propriæ.

addit duas alias diuisiones febrium in genere valde viiles, nõ iam dignoscendis per sensum febribus, quod hic intendit, sed curandis quod illic. Quarum prima est capite 10. quoniam morbus omnis si habet causam, non tollitur nisi ablatione causæ, vel causa iã nulla est, & sanatur morbus solo contrario intemperamento: vel causa adest, non produxit tamen adhuc aliquid requirẽs particularem curationem, vt calefit à sole nondũ tamen ylla ex parte est calefactus, & sanatur sola causę ablatione. Nã licet similaria dum fiunt sint primo de locis primo, hic per non esse intelligit non requirere particularem prouidentiam: vel causa partim fecit partim facit, & curatur vtroq; remedio, vacuante & alterante. Altera diuisio est cap. vlt. vel febris est habitus, quod est proprium hecticæ, vel est dispositio quod est diariæ, vel media habitus & dispositionis, quod est putridæ. Docet enim etiam hæc diuisio varietatem periculi & curationis: nec obstat quod non videtur subiectum febris spiritus, humores, & membra, semper enim subiectum febris est membrum viuens, non spiritus, aut humores vitæ expertia: nõ obstat inquam, quia Gal. hic diuidit febrem pro calore, imo potius calorem ipsum in calefactum spiritus, humoris, aut mẽbri. Ideo ait: incipit hic calor præter naturam, quem febrem vocamus.

Aduerte secundò, de differẽtia calefacti & calefientis, vltra dicta artis. 88. calefactum non significat calorem independentem à causa: omnis enim calor cùm sit res permanens, est independens in conseruari ab agente: nec calor febrilis, est res permanens, propterea quod in omni febre aliquid corporis est calefactum: nam humores & spiritus non sunt subiectum febris, quæ sola sunt calefacta in putrida & diaria. Sed ideo est res permanens, quia calor ex se res permanẽs est, nõ successiua velux. Calefactum autem distinguitur à calefiente, eo quod in calefiente, partes aliquæ minimæ adhuc seruant frigiditatem tantum, vt beneficio illatum possit forma ipsius expellere caloré extraneum à reliquis partibus: vbi verò in nulla parte relinquitur tanta frigiditas, appellatur calefactum, quia forma nõ habet partes frigidas quarum opere totum reducatur ad temperiem. Sed si ex Galeno hic, citius inflammatur spiritus cordis, tardius humor tardissimè membrũ oportebat hoc ordine semper inuadere febrem? Dic: ex parte passi oportebat, sed agẽtis varietas facit, vt si calefaciẽs est putredinosum, citius corripiatur putrida, si validissimum citius hectica, ob mẽbrorũ renisum: accedit, quod licet spiritus prius calescat, potest tamen prius poni in calefacto membrum, vel humor. Illud quæri potest, cur frequenter accidat calefactum in toto, frigidum verò non nisi in parte, vt quidam obnoxij sunt colicæ, alij dolori ventriculi, causa sita videtur in vehementia caloris in imprimendo. *Accedit causa alia quia calor, vtpote instrumentum actionum natura habet fontem in corpore, vnde communicetur: frigiditas verò minimè.* Quomodo, si calor est æqualis in hectico, minuitur tamen post mortem & augetur post cibum? Dic: cùm constet ex quinto de locis. 1. omnem mortem sequi ad immodicam cordis frigiditatem, oportere hecticũ post morté naturali calore frigere, potẽtiali verò qualitate quæ in subiecto illo sicco sepulta manet,

Calfacti & calefientis discrimen.

calere. Ad alteram: calor ille membrorũ æqualis & ficcus accedente sanguine post cibum fit humidus, ebulliẽs, ideo maior. Quo modo Gale. hic habet in hectica mẽbra ignita calefacere sanguinem, cùm in definitione febris asseratur calorem igniti cordis mãdari ad membra per sanguinem, Dic: sæpe est hectica in membris, & mẽbra igniũt sanguinem: sæpe in corde, & sanguis ignitus procedens à corde reddit membra calefacta: sæpius in hectica calefactũ est in corde & in mẽbris omnibus simul. Postremo: quo modo supponimus in intẽperie æquali partes omnes etiam minimas membri habere idem temperamentum, cũ constet non solùm organum constitui similaribus variè temperatis, sed etiam partem similarem sanam, quæ habet temperamentum factum, habere varietatem temperamenti in partibus componẽtibus, quod supra ostẽsam est de brassica & aloe. Dic: quia vbi est temperamentum sanum, forma mixti conatur conseruare varietatem illam temperamenti, in partibus componentibus: vbi verò membrum habet hecticam intemperiem, nõ adest iam pugna partium mutua, ideo ab intrinseco talis intẽperies insanabilis est. *Præterea per (æquale) solum significatur, nullam partem etiam minimam mixti manere expertem caloris illius ascititij: non quod omnes ad eundem perueniant gradum. Probabile est enim ab vno agente passa variè disposita non perduci ad vnam caloris metam: de quo infra.*

Nũ humoralis & putrida conuertantur.

Aduerte tertio, de diuisione Galeni: cùm sæpe Galenus statuat mẽbra huius diuisionis diariam, putridam, hecticam nõnunquam diariam, humoralem, hecticam significare videtur dici ad conuertentiam humorale & putridum contra euidẽtiam rei. Quod enim putrida sit nonnunquã hectica, apparet de pestilenti. 3. præsagitionis puls. 3. quod putrida sit aliquando diaria, ostendit sudor britanicus pestilens. Quod autem aliqua humoralis non sit putrida, testimonio est Galenus ipse, affirmans febrem sanguineam non putrentem. Biliosam autem nõ putrentem, tã tertianam quàm causum aliquando dari, testes sunt Trallianus lib. 12. & Auerr. lib. 7. cap. 4. Galenus 10. methodi. 5. narrans tertianam ex inflammata nõ putrente bile, in qua cibauit initio accessionis. Si autem: ait Galenus: febris orta fuisset ex obstructione, vel putredine summopere læsissem. & primo epidem. sect. 2. secundo, tertiana fit ex bile multa magis quàm inflammata, causus ex inflãmata non multa: inflammatio autem non est putredo. Ratione autem ostenditur: quia potest à multo calore extraneo cum siccitate inflammari bilis, ita vt magis sit cõbustio quàm putrefactio: vt si oriatur ex labore, insolatione, vigiliis, mœrore, inedia, in natura biliosa. Dic: videtur ob dictas rationes concedendam esse febrem humoralem, aliquãdo sine putredine humoris, nõ in solo sanguine, sed aliquoties etiam in bile: & tales vocandas etiam humorales non putridas. Cur ergo Galenus sæpe diuidit in diarias, putridas, hecticas. Quidam aiunt per putredinem intelligi etiã inflammationem. Sed non quadrat cum Galeno qui febrem ex inflammato sanguine non admittit vocari putridam, sed diariam. Est ergo intentio Galeni hic, & secundo crisium, diuidere febres in membra paucissima, quæ tactu possint à medico gloriosè dignosci: talia membra sunt tria tantùm: & rursum genus putridarum secat in alia tria, biliosam, pituitosam, melancholicam. Habent enim hæc quinque membra tactus varios sensiles, quod Galenus maximè in medico expetit. Ob hanc causam inflammationem sanguinis comprehendit sub diaria, quia tactus est similis diariæ. Nam in aliis non conuenit; quia nec est spirituum, nec intra diẽ cessat, nec sanatur refrigeratione, sed vacuatione: ad scopum tamen Galeni vocatur diaria. Inflammatam verò bilem cum biliosa putrẽte numerat, quia tactus bilis siue inflammatæ, siue putrentis, similiter mordet. Quod autem Galenus in vtraque synocho, vocet vstionem vel inflammationem sanguinis, apparet. 9. therapeut. 2. in fine: num verò omnis putrida sit humoralis, Dic: Galenus non secat febres per membrum humorale, quia non facit illa distinctio ad agnitionem per tactum, quam hic intendimus. Cùm ergo cor putret cum hectica febre, aut spiritus cum diaria, notæ apparebunt compositæ putredinis cum notis hecticæ vel diariæ.

Cur febris affectio cordis.

Aduerte quartò: cur febris asseritur affectus cordis, Dic: affectus particularis partis in rebus inanimatis arguit noxam partis affectæ tantum: quando verò læditur operatio aliqua in omnibus partibus manãs ab vno principio, intelligitur affectum esse in principio: vt si læditur sensus aut motus totius, in cerebro: si temperies totius in corde. Cùm enim calor membrorũ influens pẽdeat à corde in fieri, & innatus in conseruari per pulsum: colligitur ex intemperamento totius, intemperamentum cordis. Et hoc dicebat Galenus lib. de Maras. primo. non posse accidere intemperiem vniuersalem toti corpori, quin prius cor occupet: multò ergo magis asserendum est de febre, non posse dari ab hepate, nec aliunde, nisi præoccupet cor. Quia in aliis intemperiebus possumus imaginari causam intemperantem omnes partes, ante cor, non autem in calida: nam cor propter aptitudinem ad inflammationem prius inflammabitur, & confestim inflãmabit corpus. Adde: quod licet maneret cor expers caloris, suo tẽperamento cito reduceret corpus ad temperiẽ: & ita non esset febris. Nam primo de crisibus, vltimo, non considerat medicus febrem vnius horæ. & hoc significat Galen. lib. de phlebotomia. 5. Videtur etiam accedere, tertia ratio: si verè ostẽdetur infra, in omni febre coire seu causam connatum cordis ad pugnam cum causa morbifica: quod ideo cordis passio est, quia cõcurrit dilatatio cordis seu agens: sicut in crisi per pulsum altum, & sicut in lautè cœnatis pulsus & respiratio crebrescunt. Apparet enim in febrientibus pulsus & vehementior & crebrior calore sensato.

Num febris requirat calfactum cõtẽti in corde.

Aduerte quinto, num in omni febre oporteat aliquid cõtentum in corde esse calefactum. Dic: apertè docet Galenus hic & infra c. 3. & 7. Causa est quia nisi ex toto sit aliquod illorum trium calefactum, non sequitur in toto calor durans: sed qui intra aliquod horas cessat. Talem autem calorem non vocamus febrem. *alia verò sententia forte exactior infra, constituit essentiam febris non in calefacto, sed in vnione calidi in corde.* Et si obiicias spiritus quando inflammatur & mandatur toti lædit functiones: ergo est morbus: & non videtur alius quàm febris. Item 11. therapeut. 3. affectio lædens functiones etiã si momẽto duret morbus est. Dic:

est. Dic: vel caliditas illa pendet à calefaciente externo, & ita non est morbus, licet lædantur functiones. Est namque morbus causa interna immediatè lædens functiones nō externa: hæc enim cùm sit ad libitum remouibilis non habetur pro morbo. Si autem est causa interna calefaciens, ostensum est, ad febrem prius ponendum esse aliquid cordis in calefacto esse. Ad alterum: in re erit morbus, sicut incipiente dysenteria est vlceratio intestini: sed neutrum horum medicis est morbus, si non durant. 1. de locis. 1. Num lædatur omnes functiones in febre: Auerroes putat 3. collectorij. 31. sed Galenus 3. therap. vltimo tantum habet multas, quia in hectico sensus sunt exactiores propter cerebri siccitatem: iuxta illud Heracliti lib. quod animi mores. 5. lux sicca mens prudentissima: & in phrenitico motus arbitrarij valentiores sunt. Obiicies secundò: si in omni putrida humores cordis sunt calefacti, quo modo materia intermittentium est extra vasa, & in tertiana continua in vasis remotis à corde? *& in causo ipso continetur in ventriculo vel pulmone.* dic focus est in illis partibus, sed antequam cōmunicetur febris putrida toti, humor cordis est calefactus.

Febris num lædat functiones omnes.

Aduerte sextò: nū spiritus & humores possint dici subiectum inhæsionis febris, licet subiectum denominationis non possit dici, nisi corpus viuēs. Dic: Vgo putat, quia plethora lapis in vesica, humor obstruens, dantur morbi, licet nō sint viuentia: ergo calor extraneus in spiritu vel humore, morbus est. Verum assumptum & consequutio videntur peccare. Assumptum, quia de formali: in quo sensu illæ propositiones vulgo sumuntur, lapis vel humor obstruens non est morbus. Quia licet morbus in illis non sit res diuersa, morbus tamē importat dispositionem corporis, ineptam operi propter lapidem vel plethoram, non ipsum lapidem vel plethoram. Consequutio etiam non valet: quia in præsenti, datur aliquid reale lædens functiones distinctum spiritu & humore, nempe calor immodicus membrorum, cui cōuenit nomen morbi: quod in exemplis allatis non datur. Trusianus autem artis. 80. recipi potest, quod spiritus innatus membris quia est subiectum sanitatis. 1. can. 1. potest dici subiectum febris.

Aduerte septimò: num sint plura tribus genera febrium. Dic: materiæ proximæ in corde nō sunt plures: remotæ materiæ dantur aliæ, vt vermes, pus, stercus, membrum, vel chylus putrentia: nam & 3. therap. 15. excrementa duo tertiæ coctionis quandoque putrent, & febrem inducunt. Et si obiicias. saltem subdiuisio putridarum trimembris diminuta est, dic: non meminerunt de illis allatis propter infrequentiam, & quia reducuntur ad illa tria membra: cum necessario habeant vnum ex illis intemperamentis. Si obiicis de rore cordis calefacti: videtur medicis reputari pro parte cordis: maximè quia non potest poni in calefacto, qui etiam partes aliæ cordis habeant aliquid facti. Si obiicis de synocho & causo non putrentibus: supra præcessit solutio.

(*Incipit autem.*)

Soluit dubitationem ortam ex dictis.

ADVERTE de sparsione caloris à corde in totū, sunt dubitationes vniuersales, & particulares de hectica. Inter vniuersales, prima est: si propter calorem alicuius membri cor febrit, non videtur quo modo membrum illud primariò affectum, possit recipere calorem à corde, cui mādauit. Secunda: in multis febribus calor non expanditur ad exteriora. Tertia: si sanguis & spiritus prodeuntes à corde sunt calefacti, omnis febris est humoralis: si calefiunt tantum, nulla est humoralis. Dic ad primū: intelligitur propositio, modò non sit ante productus calor in membro. Tale autem membrum quantumuis caleat, non dicetur febrire, antequam cor caleat: quia febris est passio cordis & totius. Ad alteram: ex Anicena do lypiria, verba in definitionibus ducunt aptitudinem, non actum. Videlicet modo non adsit impedimentū quale hic adest: nam in primo argumento erat productus iam calor in membro, in secundo autem multa frigiditas extremorum repugnat calori. At tertium: sanguis & spiritus prodeuntes à corde, ferè calefiunt tantum: nec ex eo sequitur, febrem illam non esse humoralem: sufficit enim ad esse humoralis, quod sanguis contentus in corde sit calefactus. Et si obiicias: calefieri contenti in corde, non sufficit inducere febrem in cor: ergo calefieri sanguinis mandati à corde, nō sufficiet inducere febrem in membra: quia cor est aptius inflammari, quàm membra. Dic: febris requirit durationem, quæ pendet ex calefacto contenti in corde: vbi verò infertur ad est id calefactum, sufficit communicari toti per calefieri tum. Num autē oporteat calefactum in corde esse eiusdem speciei, cum eo quod calefit in corpore? Dic: non videtur: quia calefactum spiritus vitalis in corde sufficit calefacere omnes spiritus corporis etiā animales: & calefactū contentorum humorū in corde totam massam sanguinariā, & calefactum cordis omnia mēbra corporis, tam calida, quàm frigida. Imo calefactum solius spiritus cordis calfacit totius corporis spiritus, humores, mēbra: verum calfactum ipsum magis communicatur in calefacto esse simili speciei, quàm dissimili sæpe in diaria spiritui, in hectica membris de sparsione verò hecticæ, sunt dubitationes. Cùm similiter spargatur calor in membra in hectica, & in aliis febribus, cur in hectica inducitur à mandato sanguine calor fixus mēbris, in aliis verò febribus solū fiens? Secunda: cū fieri possit vt cor ponatur in calefacto nō membra, & è conuerso, membra non cor, qualis erit huiusmodi febris? Tertia calor hecticus membrorū quomodo potest pendere à sanguine & spiritu iuxta finitionem febris vniuersalem. Dic ad primum: Cor cum intemperato facto non potest sufficienter refrigerari ipsum, neque refrigerare membra per pulsationem: ideo redduntur calefacta, & sanguis adustus: talis autem sanguis accedens ad membra, ponit ea in calefacto esse. Forte etiam factum omne intemperamentum serpit, quare cito communicatur à corde arteriis, & per arterias membris. *ad quod euidēter apparet in membris, quorum pars corripitur gangrena, & in virgultis arescentibus: ambo enim citissimè serpunt.* Ad secundum dic. propter rationes allatas in primo argumento, cor calefactum cito imprimit calefactum membris: quandiu autem non imprimit, sentitur inæqualitas in membris & expetunt balnea à quibus iuuātur. 3. de præs. 3. & in eo casu raro

concedendum est, in aliqua febre hectica esse calorem fientem in membris, cum inæqualitate, de qua febris differentia infra. Alter autem casus, quod membra sint calefacta, cor minimè, est adhuc rarior: propter causam explicatam. §. suponenti. In quo videtur dicendum, quod si nullum contentorum in corde est calefactum, non habet febrem, sed morbum calidum totius: si verò aliquod contentorum cordis est calefactum, secundum varietatem illius variabit species febris. Ad tertium: calor membrorum innatus in hectico est æqualis, & independens: sicut temperamentum sanorum æquale: calor verò influens variatur ex victu, somno, & aliis, quare dependens est.

SECTIO SECVNDA.

IN inuestigandis causis febrium primùm præsenti. §. inquirit exteriores manifestas. Secūdò: ex quinque causis internis explicat primam, nēpe applicationem rei calefacientis in §. (quoniam nonnulli.) Tertio: declarat causam ex motu. §. (ita autem.) Quartò: causam ex densitate in natura salubris. §. (quæ autem ex densitate.) Quintò: explicat quid operetur eadem densitas in natura cacochymica. §. (cum igitur.) Sextò: tractat causam aliam prohibiti effluuij non ex densitate ortam, sed ex obstructione. §. (cæterum foraminum.) Septimò: prosequitur causam ex aëre mixtam nonnunquam enim per viciniam calefaciendo inducit diariam, quandoque per putredinem in pestilenti constitutione putridam. §. (calidiores autem.) Octauò: ostendit vltra causas dictas, aptitudinem passi magnam vim habere ad febris inductionem. §. (sed vt diximus.) Nonò: ostendit diarias non oriri ex putredine. §. (sed quoniam.) Decimò, & vltimò: ostendit diarium putridarum à diariis. §. (humorum autem putrido.)

(Et oportet.)

Inquirit exteriores causas.

Cap. 2. ADVERTE primo de ordine: anteponit tractationem causarum tractationi signorum: non solum quia ordine naturæ antecedunt causæ: sed etiam quia ordine doctrinæ. Nam demonstratio diuisionis trimembris febrium, supra posita pendet ex cognitis causis febrium, similiter & demōstratio signorum, quæ paulò post traduntur. De duplici autem secta addiscendi medicinam, empirica & dogmatica, dictum est in lib. 3. simpl. Verum autem præstet sequi; sententia Gal. habent hic & lib. de libris propriis, præstare dogmaticam, in iis qui valent iudicio, & primis disciplinis: in reliquis autem præstare sequi empiricam. Quæ censura suo tempore magis erat recipienda, quàm nostro. Nam illo æuo multi libri, & doctissimi circumferebantur ab empiricis per syndromes: dogmatica vero diuidebatur in diuersissimas factiones: quod colligi potest ex Aurelia referente singulorum sententias: quorum alij nemini mittebant sanguinem, alij nemini concedebant purgantia. Nostro vero æuo & empirica vilis est, propter librorum inopiam: & dogmatica magis concors, propter opinionū vnanimitatem.

Aduerte secundò: quidam opinantur hic tradi causas solum diariarū, sed non rectè: tradit enim causas externas omnium febrium, deinde internas: docens (quod semper facit) ei qui non satis valet iudicio satius esse solam sequi experiētiam, monstrantem de externis, quàm decipi cum methodicis parum doctis in tradenda ratione cur illæ manifestæ inducant febrem: videlicet num externa occasio inducat febrem propter motum spirituum, aut propter putredinem, aut propter aliquid aliud: semper enim mediat aliquid inter causam externam, & calefactum cordis. Causam autem cur non desciscant homines à sectis suis licet falsis, rectè refert hic ad ignorantiam maximè iunctam arrogantiæ: nam. 13. therap. 14. indelebile vitium est ignorantia superbiæ coniuncta: *sicut è cōtrario à prauis opinionibus facillimè resipiscūt prudentes homines: maximè si humiles sunt, veritatis auidi.* Et quia hic sicut in methodo conatur vitare dispendia contentionem, supponit alibi demonstrata ceu hypotheses: nam quod alij legunt (subiiciunt) non quadrat. De sectis medicorũ.

Aduerte tertiò: quòd Gal. taxat eos qui negabant excessus externos esse causas febrium, significat erasystratios: qui cùm opinarentur causam febrium & inflammationum esse defluxum sanguinis à venis ad arterias per poros medios: nec possent assignare causam, ob quam frigus externum, vel tristitia faciant eum casum, negabant illo esse causas febris, contra vsum loquendi vulgarem. Confirmabant autem hāc sententiam, rationibus tribus. Prima: si causa febris esset insolatio, vel aër pestilens, quotquot insolati essent, vel conuersati in aëre pestilenti, febritent: consequens est contra experientiam. Secunda: si frigus externum esset causa febris, qui magis frigeret, magis febriret: consequens sæpe pugnat cum euentis. Tertia: si satietas esset causa phlegmonis semper sequeretur phlegmone satietatē. Quibus tribus vna solutione satisfaciendum est, ex lib. de causis procatar. Omnis causa præstat aliquid sui genito: non tamen dicitur ad conuertentiam cum affectu: nisi sit causa continens: ideo non sequitur A, est causa B, ergo posito A, sequetur B. Cap. 3.

Aduerte quartò: ex hoc loco simul, & ex. 2. therap. 7. discrimen inter dogmaticos & empiricos, quia empirici inquirunt morbi curationem per symptomata, dogmatici verò per indicationes. Est enim indicatio citato loco demonstratio eius quod agendum est, petita ex cognita natura affectionum Sed quomodo hîc fatetur, dogmaticum sumere indicationem à causa externa, non modò ad cognitionem, sed & ad curationem affectus, cum. 4. therap 4. neget ad curationem sumi? Dic: ibi intelligit immediatè & per se: hic mediatè & per accidens. Videtur satius quàm quod quidam scribunt Gal. sumere indicationem ad curationem à causa externa manente, non à transeunte. Gal. enim vniuersaliter loquitur. Argenterius, verò prauè taxat Galen. eò quod contra sententiam. 4. therap. 4. docuerit 8. therap. vlt. sumere indicationes à consuetudine, natura, & ætate, quæ non manent eadem quæ ante febrem. non rectè inquam, non considerantur ibi, non præterita, sed præsentes habitus, ex illis externis transactis in corpore manentes.

(Quoniam

(Quoniam nonnulli)

Explicat ex quinque causis primam, applicationem rei calefacientis.

Sufficientia causarem calfacientium.

ADVERTE primò: de sufficientia numeri quinarij in causis calefacientibus, ex lib. de causis morb. 2. vel enim quod calefit intenditur ex accessu alieni, & applicatio rei calefacientis: vel sponte sua quia partes suę calidę agunt in frigidas, & est probibitus effluxus: vel quia calor continentis propter infirmitatem innati in contento, occupat contentum, & est putredo: vel quia præparatur res ad calorem per validam attenuationem, & est motus: vel quia augetur substantia calidi innati, & est alimentum: quare euadunt quinque causæ calefacientes. Quod autem Galenus addit alimenta calida, permiscet duas causas (quod semper meritò vetat in doctrinis) nam quatenus alimentum semper calfacit quantitate: quatenus calidum calefacit per vicinitatem in primo modo calefaciendi; *potest tamen excusari Galen. quoniam tradidit causas febrium, quæ requirunt non quoduis alimentum ad sui generationem, sed calidum.* Ad opposita: vigilia, & inedia calefaciunt. 2. Aphor. 17. Dic: propter mixtionem bilis cum sanguine: vigilia enim & fames augēt bilem: & quia inedia calfacit propter actionem ignis interni in membra, cuius operatio cibo, & potu retardatur: sicut aqua affusa saccaro ad ignem. Vigilia verò etiam propter motum spiritum. Secundo: purgantia pituitam calefaciunt. Dic: subintelligitur in mixtione rei calidæ: nam calefacit aliquid, vel quia permiscetur illi plus substanoæ calidæ, vel quia detrahitur aliquid frigidę. Ad tertium: in putredine concurrunt cum putredine calor extraneus: & probibita difflatio, ergo tres causæ reducuntur ad vnam. Dic: illæ tres habent essentias varias, & possunt inuicem separari: ideò numerātur pro tribus. Quartò: addit Argent. hæc quinq; non vocat hic causas febrium, sed modos: causas verò vocat illa externa, mœrorem, insolationem, &c. Dic: est friuola: causas immediatas, quas soli methodici considerant, vocat hîc modos causarum externarum: illic vocat etiam verè causas. Quintò: oportuit reducere causas has ad quatuor materias salubres necessarias lib. ad Trasyb. 27. nempè assumpta: occurrentia, quæ fiunt à nobis, quæ excernuntur. Dic: non inquiruntur hîc materiæ necessariæ, sed causæ agentes, siue necessariò occurrant, siue non necessariò. Gale. ergo sola inductione colligit numerum; ideò ceu medicus non inquirit cur motus calefaciat, neque cur intemperies inducat dolorem, immediatè ne, an mediante solutione. 12. Therap. vlt. A priore verò etiam ita sumi potest sufficientia. Vel aliunde accedit calor, & id tanquam ab agente, vel tāquam à materia, & sunt duo modi. Vel sponte sua: & id quia recipit dispositionem ad calorem per attenuationem ex motu, vel quia partes calidæ suæ agunt in frigidas. Et id rursum dupliciter: vel quia retinentur in prohibito effluuio, vel quia euolant in putredine.

Aduerte secundò: explicat causam primam calefacientem per omnes modos. Quādoque enim calefaciens est virtuale vt sol, quandoquę potentiale vt piper, quandoque actuale vt ignis. Et rursus vnumquodque illorum, vel est vicinium, id est per aliquod interuallum distans: vel tangens, id est contiguum; vel conuertans, id est penetrans corpus nostrum sua substantia. Ita enim legēdum est, & non adhærens. Nec ideo hic modus calefaciendi coincidit cum quinto: quia hîc substantia calida penetrat ad alterandum solùm, in quinto autē modo fit vera mixtio ex alimento cum mēbro præexistenti. Cur inter quinque causas calefacientes, incepit à calefaciente per vicinitatem? ratio est, quia est facillima. supra autem non seruauit ordinem in numerando.

(Ira autem.)

Declarat causam ex motu.

ADVERTE primò: cùm scribatur quarto de causis pulsuum, tristitiam efficere pulsum tardum quia frigefacit nos, intelligitur per se non inducere febrem: per se enim tristitia, timor, & verecundia magis frigefaciunt. Quod ergo scribitur. 1. de sanitate 8. & 10. affectus omnes animi, si modum non seruant reddere corpus biliosum, intelligendū est, de omni immodica actione cuiusuis partis animæ; in omni enim tali iungitur multus motus spirituum. Quod tamen attinet ad facultatem cordis, timor, & tristitia, magis sunt quietes spiritus vitalis: ideò frigefactūt cor. Quandoque autem sequitur ad tristitiam febris per accidens, ob conculcationem spirituum vitalium, & ob motum animalium, propter immodicam cogitationem. Gaudium autem quia paulatim mouet extrorsum, & verecundia propter annexum timorem, rarissimè inducunt febrem. Sed si in timore adest motus introrsum velocior, quā in tristitia, cur non magis sequitur febris? Dic: deest timentibus contentio animi vniēs spiritus, ideò dissipātur, & frigent. 2. de causis symptomatum. 5. ira ergo producit febrem, quia iungit motum spirituum in corde cum feruore. Definitur enim ira. 1. de anima. 1. & 1. probl. 22. ebullitio sanguinis circa cor, lib autem de causis morborum secundo: feruor caloris circa cor: hic exactius sanguinis & spiritus: vtrumque enim ebullit.

Aduerte secūdò: cur motus calfaciat, inter philosophos sunt pugnantissimę sententię, vulgatior est ex collisione violenta duorum durorum corporum, medium aërem summè & tenuari & rarescere, ideò calefieri: testante cùm Aristotele. 1. metheo. & de cœlo, tum experimētis, de plumbo in sagitta liquefacto, de serra inter findendum lignum inflammata, de igne excusso ferro & silice: cur verò ad raritatem sequatur calor: plures aiūt, quia calor potentialis vel virtualis, in re collisa exit in actum per collisionem: nō aliter quàm calor piperis delitescēs, applicatione interna ad corpus humanum, actu apparet. Sed varia admodum ratio est: nam ex iis quæ apud nos potentia calfaciunt nullū est, in quo non manifestis argumētis appareat copia ignei elemēti, intus latēs: quæ nec in lapide, nec in ferro inest. Prætereà: cur inditus ille à natura ignis applicatione ad nos manifestetur, aperta ratio est: quoniam intro ab homine sumptum & comminuitur, & arteriarum tractu membris accedit: in duris verò illis & frigidis, ne cōiectari quidem datur. Videtur asserēdum à cœlo mandari calorē, corpori omni valde rarefacto.

Nam ſi omnibus mixtis tam ſupra terram, quàm intra, præparatis temperamento & cõpoſitione, mandatur à cœlo vis ſemioalis producẽs formas omoes ſubſtantiales, & animatas & inanimes: vt nuuquam ceſſet mixtorum productio: ſi calor omnis actualis in ligno vel papyro, deficiente in totum humido, corrumpitur: non aliunde, quàm à cœlo, ne ſit ocioſus calor: citra humidum enim: nil gigni poteſt. Si vbicunque detinetur humiditas, ſiue io aqua paluſtri, ſiue in domo clauſa, confeſtim à cœlo producitur ibi calor: vt iuncta illa actiuum & paſſiuum gignant & plantas & animalia quæ per putredinem oriuntur: ſi imprimit natura vim calori ioſiliendi in humidum, vbicunq; ſit: & ſicco trabeodi humidum iam calore præditum, vt coctio admixta perpetua ſit: cur non eadem vis cœleſtis, vbicuoque adeſt raritas ſumma quæ cum ſummo calore conſtituit ignem, producet cõfeſtim calorem, lib. de cau. morb. 3. & poſt. calorem, ignis formam? vt ſit etiam ignis in inferioribus perpetua geoeratio? *maximè quia cœlum non ſolùm mandat formam ſubſtantialem vbi reperit ſubiectum diſpoſitum, ſed etiam vbi reperit diſpoſitionem aliquam adycit alias, & tandem formam. Nam in palude, reperta mixtione elementorum apta ranæ addit temperamenta, & compoſitionem ſingularum partium, & tandem formam ranæ: ſi verò mixtio aptior eſt anguillæ, inducit diſpoſitiones anguillæ, & tandem formam eius: ſic in aere tenuiſſimo adycit calorem, & tandem formam ignis. Nam & in aqua ebulliente cùm primum tenuata aqua vertitur in flatum, inducitur alia ad ignem diſpoſitio, nempe leuitas, ad quam ſequitur aquæ ebullitio. Cùm ergo elementi eſſentia ſit qualitates duæ cum certo modo ſubſtantiæ, in tenuiſſimo aëre reperiens modum ſubſtantiæ ignis, addit qualitatem eius: ſummum calorem: Sicut in aqua ebulliente reperiens eximium calorem, addit tenuitatem, qua ſurſum fertur. Sicut in mixta cuius eſſentia eſt complexio & compoſitio, reperta complexione, addit compoſitionem aptam complexioni: Compoſitio non ſequitur temperamentum lib. quod animi mores. 4. & ſequent. in vtriſque autem, & mixtis & elementis, poſt prauias diſpoſitiones adycit formam ſubſtantialem, cum innatis doctrinis & proprietatibus. Debilis enim intellectus eſt mirari productionem caloris citra inferiorũ præſentiam calefacientis: cum creatorum omnium perpetua productio de ſurſum ſit à patre luminum. In aëre quidem non ſolum imperfectè mixtorum, ſed & ranarum cum pluuia deſcendentium. In terra innumerarum & plantarum & animalium veluti turgente orbe inferiore præ copia fluentis perpetuò multimoda facultatis ſeminaria, non minus intra terræ viſcera, quam in mari: quæ ſine inferne efficiente producunt iuxta ſubiecti varietatem, & qualitates ſingulis ſubiectis accõmodatas compoſitiones, & ſubſtãtiales formas cum innatis & doctrinis, & proprietatibus. Voluit enim dominus etiam creata ipſa caduca omnia pollere vi affectiua ſimilium. non quaſi neceſſarium id eſſet ad rerum permanentiam, ſed ex abundanti animi benignitate. vt & ipſa ad quandam creantis ſimilitudinem vi ſeminali pollerent. Ita ſæpè ad rerum creationem particulari illa vi vtitur, ſæpiſſimè citra illius incrementum. vniuerſali ſola.* In aoimalium verò motu & illa dicta cauſa adeſt, licet minor propter mẽbrorum mollitiem: & maior alia, à mandato ad motum articulum perpetuo ſpiritu: & tertia ex defluente ad partem motam ideò calidam, calida eliquatione totius. Cur liquida mota ex eo motu non modo non caleſiunt, ſed refrigerãtur etiam? quoniam eo motu emphyteuma & vrens flatus ſi aderat expirat: & quoniam aër frigidus ventilat motum, magis quàm quieſcens: colliſio verò durorum corporum, & attenuatio medij aëris ibi locum non habent.

(Quæ autem ex denſitate.)

Proſequitur tertium genus cauſarum prohibitum. ſ. efflatuum propter denſitatem cutis in natura ſalubri.

ADVERTE primò: licet vſu reſpiratioois ſcribantur tres, lib. de vſu reſpirationis, & de vſu pulſuum: expurgatio fuliginis, refrigeratio, & nutritio animalis ſpiritus: hic non meminit tertij. quia ad febrem inducendam ſola duo priora faciunt.

Aduerte ſecundò: in naturis ſalubribus prohibitus effluxus, auget tantum plæthoram: ideò tales vocari dẽſi lib. de victu priuatorum. 26. & lib. de affectionibus ad finem, præcipiuntur cauere à carne & vino, & ſumere alimentum paucum, humidum, & tenue: vt effugiant tres cauſas obſtructionis quibus ſunt obooxij. Raris verò præcipiunt multum, ſiccum, craſſum. ſin contra regũtur primi obſtruuntur, & euadunt plethorici: ſecundi verò non aluntur. At illud verò quod ſcribitur tertia. t. doct. 2. cap. 7. vbi raris facilè reſolubilibus, exhibet alimentum humidum, facilis coctionis. Dic: vniuerſaliter raris exhibendus eſt victus ante dictus: ſed quando reſoluuntur, conuenit ſubuenire victu humido, iuxta Apho. 11. lib. 2. Sed quomodo ſupra ſcripſit, in omni prohibito effluuio, aceruari io corpore mordacem fluctionem, & ſequi febrem: hîc autem in euchymis vtrunque negat. Secundò: ſupra ad prohibitã tranſpirationem ſemper ſequebatur iotenſio caloris, vt in peroitionibus puerorum quorũ naturæ ſunt euchymæ, & in plantis ex grandine: hic ait ſæpe ſolam quaotitatem calidi augeri. Tertiò: quomodo vocat plethoram augmentum vaporum, cum ſemper definiatur augmentum omnium humorum, libro de plenitudine in fine, & 13. Therap. 6. Quartò: quomodo hic prohibita tranſpiratio calefacit, cum 1. Apho. 2. interceptiones vaſorum extingant innatum calorem. Quintò: pueri denſi ſunt quod ex glabricie eorum apparet, & tamen exhibetur illis plurimum alimentum. Dic ad primum: effluens collatum ad remanens, ſemper eſt acre, propter vlteriorem calefactionem, ex qua acrimoniam ſuſcepit: ſi verò conferantur inter ſe effluentia, quædam ſunt temperata, alia acria. Ad ſecundum: ſi id quod denſat valde refrigerat, ſequitur refrigeratio, vt ex lotione frigida per hyemen: ſi verò ſine refrigeratione iosigni, & vapores prohibiti non ſunt mites, ſequitur intenſio caloris, ſæpe ſufficiens ad febrem: vbi verò vapores ſunt mites, augetur quantitas calidi citra taotam caliditatem, quæ ſufficiat ad febrem. Ad tertium: repletio humorum omnium ſequitur per accidens ad retentos vapores: ſicut ad aërem pluuium. 1 Epid. ſect. 2. 7. & 3. Aphoriſ. 15. maximè, quia vapores humorum non diſtantes ſpecie ab humoribus, per moram redeunt ad priſtinam naturam. Ad quartum: calor non difflatus, ſed

sed vnitus, primo augetur vt in cucurbita & clibano occluso: paulò post verò deficit, quia flamma absumit alimentum sicut in clibano non perforato. Causæ verò densantes. 8. Therap. 2. sunt: refrigerantia. astringentia, addit siccantia, vt frictio dura, & insolatio. Quod videtur durum: siccitas enim resolutione contentæ humidi, rarefacit, ideò iuuenes sunt rariores & hirsutiores pueris. Dic: 8. Therap. asserit pro causa densante immodicam siccitatem tantum. Sed non videtur etiam immodica siccitas densare; quia siccitas senilis, cùm sit immodica, rarefacit tamen habitum corporis. 6. epid. sect. 5. com. 6. Dic: siccitas magna & repentina qualis ex lotione in aqua aluminosa, vel ex insolatione densat: quia cùm omne humidum membrale dissoluat, contrahit & conuellit: similis autem siccitas si paulatim accedit, resoluit humidum mẽbrale facilius resolubile: ideò nec densat cutem, nec inducit conuulsionem: *similiter enim conuulsio sicca, requirit ad generationem siccitatem non quamuis, sed multam & violentam.* Ad quintum: in pueris plus indicat habitus substantię mollis ad cibi exhibitionem, quam prohibeat aliquanta densitas membrorum: coeunt enim in illis duo illa mollities carnis, cum densitate, sicut in pinguedine.

Densitas quid operetur.

Aduerte tertiò: Triplices homines ait abondare acribus excrementis, videlicet eos qui à natura sunt cacochymici, & qui prauis vtũtur edulijs, & qui crebras cruditates patiuntur. Sed non videntur hæ causæ facere magis ad acrimoniam, quàm ad segnitiem humorum. Dic: nõ significat has causas in vniuersum gignere acres humores, sed aliquas species ex iis: videlicet qui sunt natura biliosa, qui vtuntur calidis edulijs, qui cruditates nidorosas patiuntur. Adde: quod vniuersaliter hæ causæ faciunt ad acrimoniam, quia corripiuntur alimenta calore extraneo, ob defectum naturalis.

Aduerte quartò: vitia alimentorum, quædam ait esse innata. Distribuuntur enim cibaria in semina, fructus, olera, radices, quadrupedes, pisces, aues, inter quę, semina abundant melancholia ob copiam terræ: & ferè etiam flatu ob paucam coctionem, quia ex alimentis immediatè prodierũt, debilis autem coctio flatos multiplicat, sicut plena dissipat. Sola frumentacea inter ea, ob multam moram sub terra, reposita vt temporẽ amittant flatulentiam, ferè incolumia sunt. Fructus vltra paucam coctionem, abundant aqueo: quare ferè praui succi sunt, & magis pręcoces, ob paucã moram sub sole: incolumiores sunt autumnales: ob contrariam causam ficus, & vuæ: olera in summa videntur tantò fructibus deteriora, quantò natura minorem prouidẽtiam habet foliorum, quam fructuum. Radices quia non perflatæ, nec exiccatæ, humore multo pollent. Quadrupes ob exercitij paucitatem, crassi succi: pisces & aues omnium maximè cocta sunt, & boni succi eò quòd per multas inter medias coctiones, ex elementis euaserint aptum alimentum homini, mixtorum vltimò: 6. Collect. 1. videlicet carnes animi omnibus hominibus, pisces iis tãtum qui mundo sunt corpore: sola enim facilitate coctionis vincunt aues, in reliquis vincuntur. *Argumentum est parca coctionis in prioribus illis, quod pressa diffluunt aqueo succo non pingui fructus & olera: quoniam nondum passima in illis assequuta sunt plenam inter se mixtionem: cùm carnes & pisces vsu destillatis, aut cocta sint, in succum non soluãtur, sed admodum exiguum & eum pinguem, & crassescentem pro mixtionis probitate, ideò inter ea assa potentius alant, & melius si in corpore coquuntur, quoniã nihil remiserunt per coctionem alentis succi, & impensius permixta assatione sunt passiua in illis elemẽta.*

Alimentorum classes.

Oportet autẽ in re cibaria ad cõciliandas multorũ auctorũ sententias & Galeni ipsius secum, intelligere mentem Gal summopere laudãtis quædam alimenta, quæ experientia monstrat periculosè, sæpe etiam noxiè sumi. Nam inquirit naturam alimenti in se, non quid operetur iuxta sumentis varietatem, ita enim euadit doctrinam & simplicior & perfectior: quem scribendi modum semper sequitur. *Galen. enim perpetuo tradit more Hipp. 1. Aph. 16. doctrã in de quouis simplici, citra considerationem aliorum, aut indicãtiam, aut contra indicantiam.* Ergo præfert alimentis omnib. in succi probitate etiam carnibus pedestrium, & ante volatilia lac, oua sorbilia, pisces saxatiles, & inter fructus horarios, mora: quæ tamen corpus replẽt sæpissimè scabie, & cacochymia, & in ventriculo corrumpuntur: videlicet quia in natura sua considerata, & secundùm familiaritatẽ quam habent cum humano corpore talia pronuncianda sunt: sicut, quod ait curationem perficiendã esse æquato cõtrario, & remissam qualitatem remittere intensam, æqualem verò conseruare: illæ enim propositiones in opere læderent, nisi adiungantur determinationes aliæ. Ergo laudes dictorum alimentorum ne in opere officiant, duæ cõditiones requiruntur, propter facillitatẽ suę corruptiõnis: prima quod corpus sumens non sit immundum secundum vasa, & multò magis secundum ventriculum, sicut enim in corpore mundo superata ab innato calore in substantiam nostram transeunt, ita à cacochymia obtenta in vitiosum succũ migrant. Altera conditio: ne misceantur alimentis tarde coctilibus: propter moram in locis coctionis simul cum illis vitiantur. Quo fit, vt monachi solis piscibus perpetuò vescẽtes rarius morbis infestentur, quàm sæculares qui carnes interponũt: & infantes solo lacte ali iubentur à medicis, quo tempore lactantur: euadunt enim ita florẽtissimi: & hedi. & vituli lactãtes, quamdiu domi vinculis continẽtur à pastu suauissima sũt & saluberrima: Martialis: lacte mero pastam, &c. Ideò noxia est mixtio carnium cum piscibus, & magis duorũ facilè corruptilium, vt piscium cum lacte, vel ouis mollibus. ad vtilitatem ergo operis oportet in talibus semper meminisse, quod vbi altera harum cõditionem deest: deest autem ferè semper: (*quibus tertia addẽda est: quod recentissima sumãtur, & nihil à cõtinente passa: ab illis enim tribus vitiãtur: ab aëre, ab immundo corpore, à mixto alimento.*) insalubria sunt talia omnia: securissimæ verò carnes, pręsertim alitum. Memorandum autem est, vt inter cacochyma numeret brassicam, & olera, potissimũ syluestria: & lampsanam dictam à lambendo terram χαρὰν ἄγω, quare chycoriũ, & lupus salictarius, in ratione alimenti incommodant. Scribitur enim chyboriũ pessimi succi lib. de euchymia. 14. licet repastinatione antiquis ignota reddatur multò incolumior vulgaris scariola. Quare vsus olerũ in febrientibus in totum cõmendandus non est. Sed oportet habere rationẽ naturæ ægrotorũ quotundam

tundam, qui audito nomine ptisanæ confestim nauseant: in quibus, etiam si laborent exquisita tertiana, concedit Gal. ad Glau. cap. proprio oua, & cerebrum suillum, & in laborantibus pleuritide asellos. 1. acut. 27. Quare gratificandum est aliquid appetitoi ægrorum: tum quia non tolerant meliora, tum quia ferè veoter appetit alimēta aduersantia humori in vasis abundanti. 3. de causis symptomarum. 7. Quare optimus quidem victus acutorum est cremor ptisanæ, medula aurantij, panis lotus, ius lētium, lactuca, panata cum lacte seminum frigidorum: raro olera aliquot, & assa poma: minus amygdalatum, maximè in acutis, aut vbi affectus repit ad caput. Nam & in sanis per æstatem æstuantibus, Gal. si cōtinentes sunt prohibet in totum fructus horarios, si incontinentes parce concedit. Memorandum item est, quod refert nonnulla alimēta vitiari in ipso ortu, vt frumentum ex robigine vulgo ferrugem, sicut alia in interitu, si fuerint intetempta veneno, vel morbo: sicut nonnulla per moram vitiātur. Mollities enim quæ comparatur alimentis diu seruatis; initium putredinis est: quare optima sunt recentissima, non modò lac, oua, pisces, sed & farina lib. de affectionibus, & panis vnius tantùm diei, apud Zoar in procemio, & carnes omnes statim post earum mactationem. Nisi quod in solis carnibus propter difficultatem coctionis earum, si sunt natura sua duræ, præstat vt seruentur per hyemem horis. 12. per æstatē septem. Apud Zoar in proœ. & 7. Therap. 6. vaccinæ verò diutius seruentur, quod vocat Hippoc. 4. acutorū. 99. vetustissimas. Nam licet calor ille sit putridus qui reddit illas teneriores, verum maior est vtilitas ex cōparata mollitię: sicut in pane ex admixto fermento: sed variaodum est tempus asseuerandi pro varietate duritiei earum & veotriculi coquentis, & tēporis anni. *Nam sicut olera & fructus, quia non obtinent integram pessinarum mixtionem, in cibo reprobantur: ita tenerescēti alimenta pra antiquitate: tantundem enim est, nō obtinuisse, & obtentam amisisse.* Aquam autem prauam inducere cacochymiam apparet, quia qui vtūtur tali aqua, sunt gutturosi, viscerosi, decolores, steriles. Nam licet aqua non nutriat, inficiens tameo humores vitiosa qualitate, causa est cacochymiæ. *maximè, quia connutrit, & ita euadit partio carnis.* Contrà verò vbi aquæ sunt probæ, vt apud nos entre douro & minho. Memorandum est, ex aqua io paratis, aceruari bilē, sunt autē parati natura biliosi, & acutè febrientes. quare Hipp. rarò eam admittit in acutis. 3. acutorum. 40. & comment. 42. discipuli Hipp. exhibebāt suis febrientibus vnum vasculum vel duo tantum, quorum quodque capiebat vnciam vnam & semis. Et tertio de fracturis. 39. in biliosis naturis prohibet aquam, loco eius concedens mellam. Et Trall. lib. 6. 2. ex Hippocrate non cōcedit aquam in acutis, nisi gratia delationis in medio alimentorum, vel medicameotorum. Propter puritatem enim substantiæ suæ, & moram in visceribus, vtitur in bilem, vbi viscera bile abundant: non (quod quidā aiunt) quia per anteristasim auget internum calorem: neque (quod quidam alij scribunt) quia attenuat, & fundit bilem, & ita ad sensum videtur augere eam: sed quia, verè ex Hippocrate, & Gale. vertitur in bilem: *nam à validissimo agente aqua mixta exigua bilis tota abit in bilem tenuem: non secus quàm à calore solis aqua paludosa, cum exigua terra abit in anguillam.* Videlicet quando sola sumitur, vt in acutissimis in quibus seruabat Hippocrates ægros sine cibo vsque ad statum: ita enim se explicat. 3. acutorum: nam in aliis: in calida natura, aquæ potio. 6. epid. sect. 4. 14. Addit Galenus inter causas acrium excrementorum, meditationes & curas. Vnde intelligitur, cur rarò literarij, & religiosi visantur bene colorati: augent enim bilem & melancholiam, ex assiduitate meditandi. Addit etiam pro causa crebrā somptionem acrium medicamentorum, qualia solebant sumere ij qui timebant sibi ab obstructione viscerum, lib. de Euchymia. 3.

Victus ægrorum.

Aduerte quintò: numerat infectiones cutis psoram, lepram, exanthemata. ex quibus psoram & lepram interpretantur Cels. lib. 5. 28. & Plin. li. 20. cap. 1. scabiem. Sunt autem ad similes affectiones, ambæ melancholicæ apud Paul. lib. 4. 2. & 7. Aphoris. 40. quare malè numerantur inter hyemales. 3. Apho. 20. Definiuntur autem cutis dura, & rubens, cum multo prutitu, & furfureis resolutionibus, permixtis pustulis quibusdam, aliis siccis, aliis humidis: quæ omnia leuiora sunt in psora: ideò psora vbi malignatur, transit in lepram, sicut lepra in elephantiasim exanthemata autem comprehendunt nostras variolas, & morbillos: nam (dicente Celso) oriuntur sæpe in pueris, & in partibus mediis corporis magis quàm in extremis: & agnoscūt ea duplicia Paul. lib. 4. 8. & Hippocrat. 6. epidemiæ. sect. 2. 29. Quædam minuta quæ ab exiguitate vocantur morbilli, & à serpendo sarampam: quædam verò lata, quæ comparant varis vulgo spinhas carnaes, vnde dicuntur variolæ vulgo bexigas. Vtrumque autem genus latinis dicitur pustula, vnde bustellas. Aliquando autem nomen exanthematis sumitur latius: vt hic, & lib. de atra bile, comprehendens elephantem?

(Cùm igitur.)

Explicat quomodo & quando, febris sequatur ad densitatem in natura cacochymica?

ADVERTE primo nomen: στέγνωσις, interpretātur stipationē, vel cūstipationem, vel angustiā meatuū, vbi. spori redduntur angustiores. nomen autem ἔμφραξις, interpretātur obstructionem vel infarctum, significat plenitudinem pori ab aliquo infarciēte. Et hoc modo distinguit Galen. hic sumens ea in propriis significatis: latius enim obstructio dicitur vulgo, de vtraq; affectione, quando diuiditur in coarctatoriam, & attenuatoriam: similiter & stipatio de vtraque affectiono dicitur. 3. de sanitate. 15. Sed de causa harum affectionum videtur controuersia: quia. 3. de sanitate duæ tantum causæ traduntur, conniuentia vel densatio meatuum, & repletio eorum: verum. 9. Ther. 1. additur tertia causa, astrictio carnium inter medios poros: primo autem de locis primo, stipationis in retenta vrina afferuntur causæ tres, obstructio ab impacto, tumor præter naturam colli vesicæ, & aliquid ortum intra collum. Dic: lib 3. de sanitate inquirit solas causas angustię pororum, lib. autem. 9. Therap. inquirit causas prohibētes transpirationum, verùm. 1. de locis docet

causas

causas stipationis in meatu amplo, quale est collum vesicæ.

Aduerte secundò: Cruditas importat actionē læsam cōcoctricis. 7. de causis symptomatū. 5. & de differentiis symptomatum 4. Quod autem sequatur febris ad corruptam coctionem de qua hic agitur, facit primo natura cacochymica: videlicet si corruptio est nidorosa, vel fumosa: talis enim natura solet incurrere diariam: si autem corruptio est acida, rarius sequitur febris, & ea putrida: quoniam relictum à regimine naturæ propter corruptionem, facile putret. Secunda causa est, quia committunt sepost cruditatem iis, quæ rapiunt corruptum ad membra, qualia sunt. 4. de san. 9. & 3. Therap 5. exercitium, insolatio, balneum, frictio, ira, & verecundia. Est enim conuenientissimum eo tempore, in lecto se continere, etiam si non dormiatur, apud Celsum lib. 1. 2. quies enim & somnus matutinus & calor lecti, perficiunt cōcoctionē: vnde commendantur talia senibus, qui non planè per noctem concoxerunt. Et in febribus implacidis. 4. acutorum. 48. Ideò. 8. Therap. citato; in reliquarum diariarum declinatione laudat balneum: in ea verò quæ proficitur à cruditate negat ante integram febris solutionem. Videtur tamen immodicū quod 9. Therap. 4. & 5. præsente synocho, differt phlebotomiam per biduū, propter cruditatem primæ coctionis; & clysterem non concedit, nisi mollem, id est sine sale, postquam alimentum concoctum est in ventriculo, & descēdit. Fortè propter Erasistratios, qui fugiebant phlebotomias. Sed si in cruditate quiescendum est, quomodo. 2. acutorum. 22. præcipitur, iis qui supra consuetudinem cibati sunt, non quiescere. Dic: hic curamus factam iā cruditatē; illic præcauetur futura, lenta deambulatione, vt descendat alimētum, ad loca coctionis: sicut peracta in integrum coctione, exercitium: & potus amplior. 7. Ther. 6. Licet enim li. de phlebotomia. 9. quæ curant factum præcaueant etiam futurum, non sequitur è cōuersō quia leuiora sufficiunt ad præcautionem, quam ad curationem. Quid ergo agendum in cruditate, si neque ad molem corporis, nec ad intestina, trahendum est alimentum? Dic: fouendæ sunt partes ventris ad perficiendā coctionē, Absiothino, & Nardino ex Gal. citatis. Quod consilium turpiter interpretatur, ideò reprobat Auer. 5. collect. 7. quasi Galenus præcipiat fouere ventrem aqua calida. Fucsius item non rectè, pro fotu vertit robur, vt si sensus, minus febricitare ex cruditate, eos qui robustum habent ventriculum & hepar: cum magis monstret ratio cruditatem in illis membris robustis, tanquam pendentem à maiori causa deteriorem esse. Tertia causa febricitandi, est retentio alui: nam fluxus succedens tam in alimento prauo, quàm in corrupto prohibet febrem secundo alimentorum de vuis. Nisi fortè sequatur febris propter frequentiam surgendi: ea enim frequentia sufficit inducere febrem hic, & vigiliæ. 2. Aphor. 14. ita vt ob eam causam timeat Auerrous purgare tertianarius cap. proprio, & in valde debili sufficit ad mortem. 3. Cris. 9. Alterum symptoma, vocat hic Galen. inflammationem ventris, quam apertius explicans. 8. Ther. citato vocat ardorem, vel morsum, vera enim inflammatio ventris, ferè non visitur in cruditate.

Coctionem promouentia.

(Cæterùm foraminum.)

Tractat alteram speciem prohibitæ transpirationis, non ex pororum densitate, sed ex obstructione.

ADVERTE primò: cùm hic legatur vniuersaliter, causam putredinis esse prohibitam transpirationem, & 11. Therap. 4. illa tantum putrere; quæ calida humida sunt, in calido loco non probè difflata, plurimi interpretum putant, causam perpetuam putredinis esse prohibitā transpirationem: quorum quidam putant nunquam succedere putredinem, nisi illa præcedat: alij verò dicunt iungi necessario saltem tanquam consequens, quia accedēte calore putrido, pristina difflatio non satisfacit. Alij verò inquiunt, imò est causa concomitans: quia vbi putredo ibi debilitas innati caloris, vbi debilis innatus calor, nō fit sufficiens pulsatio, quare iam iungitur prohibita difflatio. Dic: constat non esse perpetuam causam antecedentem putredinis, prohibitam difflationem. Si enim naturalis corruptio mixti est putrefactiu. 4. meth. 2. possunt aut mixta prohiberi à mala difflatione: possent igitur non corrumpi. Secundò: multa externa etiam solida putrent sine mala difflatione: ergo magis interni succi. Et aperte in aëre vel cibo pestilēti, cum pori latiores sunt magis sequitur putredo. Tertiò: causa est prior effectu saltem natura: sed prohibita difflatio explicata ab illis est posterior saltē natura putredine: ergo non potest asseri pro causa putredinis. Quartò: lib. de inæquali intemperie. 6. scribit multa putrere, propter alias causas, sine prohibita transpiratione: & hic causas putredinis in febribus duas explicat: malam difflationem in plenitudine vasorum, & defectum innati caloris in plenitudine quoad vires. Quin & Gal. ipse, tam infra, quàm de inæquali temperie. 7. ait calida humida, in calido humido loco citissimè putrere: alia verò etiam, sed tardius & est familiare Galen. sola frequentia tradere. Item: ad putredinem sufficit corruptio innati caloris ab extraneo. 4. metheororū: sed ea potest accidere multis aliis de causis, nā vua contacta liuorem ducit ab vua & aëre pestilente humor corrumpitur, & si innascitur sponte venenū in corpore, cur non innascetur etiam pestilēs putredo in humore? Quod autem locus. 11. Therap. intelligēdus sit de frequenti causa, declarat quod inquit: illa tantū putrere quæ calida humida sunt & in calido humido loco continentur: Cæterùm est enim aliqua frigida & in hyeme putrere. Quod autē hic addit (multa) videtur aduersari, 4. methe. 1. asserenti, magis repugnare putredini magna paruis. Dic: simpliciter magis durant magna, quia plus obtinēt de calido innato: vbi verò putredo oritur ex prohibito effluuio, copia; quia auget obstructionem, magis præparat putredini.

Putredo non semper à retenta difflatione.

Aduerte secundò: de duplici plenitudine sententias aliquot ex libro de plen. & de ratione curandi per sanguinis missionem. Prima: Nomen generis est excessus vel abūdantia: & dicitur de quauis re aucta, ita vt etiam de qualitate. 8. Thera. 1. frequentius autem medicis dicitur de excessu humorū. Is excessus triplex est: cacochymia, plenitudo quoad vires, plenitudo quoad vasa. Cacochymia dicit excessum cuiusuis humoris præter sanguiné in quantitate. nō enim (quod multi putant) cacochy-

Plenitudinis differentiæ.

cacochymia dicit intemperantiam humoris, sed excessum quātitatiuum humoris non sanguinei: qui ideò dicitur peccatum qualitatiuum humoris, quia in eo statu abundat humor prauus facta ad sanguinem collatione. Ostenditur: quia nec cognitio cacochymiæ; nec curatio conuenit peccanti humori per intemperiem, sed per quantitatem: quia nec nota ex colore, nec purgatio appositissimum remedium cacochymiæ. Et quod maius est lib. plen. 11. si sanguis vasorum vel quod idem est, omnes simul humores redduntur ex quouis victu intemperati, non est cacochymia, sed intemperantia sanguinis: sicut si vnus reliquorum humorum similiter intemperatur, dicetur intemperies illius, non cacochymia: & horum vitiorum vtrunque alterante contrario sanabitur, non purgatione: nisi fortè cum noxium inemendabile præster educere ex corpore, licet non superfluat quantitate. Secunda: plenitudo quoad vires significat copiam humorum grauantium vires, siue excedat, siue non, quantitatem naturalem pristinam: appellatur πλῆθος plenitudo vel multitudo: licet latius plenitudo sicut Græcis πλῆθος dicatur etiam de ventriculi repletione, & de cacochymia. 3. Epid. sect. 474. Huius plenitudinis perpetua nota est, grauitas in parte, vel in toto vbicunque adest plenitudo illa: significatq; auctum sæpe solum sanguinem in vasis, vel totius vel partis, sæpe etiam sanguinem cum humore aliquo ex reliquis. Omnis enim humoris excessus si simul augetur sanguis affert notam grauitatis indicantis inesse plenitudinem quoad vires. In iis autem speciebus duabus plenitudinis quoad vires conuenit phlebotomia maximè: siue insit toti, siue parti, siue inflammet, siue solum grauet. Tota difficultas est; nam alij humores aucti citra sanguinis augmentum possint inducere grauitatem, & ita plenitudinem quoad vires: de quo Galen. de plen. 10. respondet solam bilem auctā non posse aliquam ex plenitudinibus duabus inducere, quia prius inducet alium morbum, quam per sui augmentum grauitatem membris, & multo minus tēsionem vasis inferat: pituitam verò posse, vt in hyposarca: atram bilem minus, quia alia signa affert euidentiora, tetricum aspectum, irrationalem molestiam. Vnde intelligitur, finitiones has, & totam doctrinam antiquorum de plenitudine, eò tantùm tendere vt agnoscat medicus qui homines nondum certo morbo decūbentes egēt sanguinis missione, Nam qui iam certa specie morbi detinentur; indicationem præstant exercendi remedij à morbi specie, & notis aliis: quare non licet (quod multi faciunt scribentium) appellare plenitudinem, cacochymiam in præsentia copiosi sanguinis: quia in illa non semper cōuenit sanguinis missio, sed proprius purgatio. Quando ergo grauitas est aucta atra bile in vasis, ex qua redditur sanguis & crassus & ater, licet non simul increscente sanguine etiam commendat Galen. phlebotomiam. lib. de phlebot. 6. quia non deiicit valde vires melancholia, & sanguini permista est, tanquam illius fæx: Et condemnat non phlebotomantes in ea abundantia. Si verò grauitas nascitur à copia crudorum humorum, timet phlebotomiam propter sequentem debilitatem ad copiam crudorū cum frigiditate, & in nutritione: quare ante febrem cautè phlebotomat, præsente ea, si vis debilis est nullo pacto, citato de phlebotomia, & 12. Therap. cap. 5. Sed quomodò in eo cap. ait plenitudinem, quoad vires fieri ex aucto sanguine, vel copia crudorum, non memorans melancholiam: capite autem 10. ait crassi sanguinis abundantiam, vt plurimum esse melancholicam, rarò crudorum succorum? Dic: grauitas cùm sit debilitatio virium nascitur, vel à multo sanguine grauantium humorum, vel à copia crudorum non efficiu m vltra grauitatem, crassus autem sanguis redditur sæpius ex mixta atra, rarius ex mixta pituita. Tertia sententia: plenitudo quoad vasa appellatur plethora: malè enim confundunt multi plithos & plethoram. Est enim plithos genus, ad vtranque plenitudinem. plethora sola quoad vasa de plen. 6. importat plethora excessum humorum tantum, vt vasa periclitentur rumpi: quod fieri non potest, nisi excedēte solo sanguine, vel omnibus simul humoribus, ita vt seruetur antiqua proportio, aut vnus inter eos parum excedat de plen. 7. Iudicauit enim verè antiquitas non posse cum vita fieri vt vnus humor citra sanguinis augmentum tantopere intra vasa abundet, vt periculosè vasa distēdantur, quam affectionem vocarunt plethoram: quare distinctio hæc cacochymiæ, & vtriusque plenitudinis non est de nomine, nec ad libitum variabilis, sed de exequēdo remedio. Huius perpetua nota est tensio maximè iuncto rubore, vel calore, vel tumore vasorum. Cuius perpetua sanatio est sanguinis missio, & adhuc magis si iūgitur lassitudo phlegmonosa: quæ vltra tensionem addit calorem & pulsum, tensio enim ait lib. ple. 7. non præcedente fatigatione sufficienter indicat sanguinis copiam, & magis iunctu aliquo ex signis abundantis sanguinis. Licet autem Galenus magis recipiat ad agnitionem plethoræ nomen tēsionis, vulgus magis cum Erasistrato vtitur nomine tumoris vel turgentiæ, quam tensionis ex Galeno. Quidā verò tensionis sensum his verbis indicant: tumeo, & parum abest quin disrūpar præ plenitudine. Præter auditū autem visu ipso agnoscere potest medicus tensionem, ea nitida & bene curata cute, cum faciei, & corporis tumore sicut phlegmonosa lassitudo his indicatur: conquassatum me sentio, ita vt etiam ossa doleam: sicut in vlcerosa lassitudine toti spinis se pungi arbitrantur, & aperiri sibi foramina: ita enim vocant vlceris sensum.

Quarta sententia: non videtur inutilis doctrina Erasist. licet reiecta de plenitudine. 6. quod nota incipientis plethoræ fere sit anctum virium roburi perfectæ autem, tumor & plenitudo vasorum, & totius. Ferè enim ita appaiet experimento, & ita pronunciant homines. Gal. autem reiicit primam notam: eo quod, robur virium pendet ex temperamento, & bona nutritione solidorum, non ex copia sanguinis: cum ea magis granet. Sed ipse vndecimo Therap. 1. & 3. ex quantitate & qualitate spirituum, carnis, & solidorum constituit robur virium. Antequam ergo sanguis propter copiam conculcetur, & putreat, ferè vires augentur. Sed quo modo hic sequitur ex aucto sanguine robur, si paulò ante sequebatur grauitas & segnicies ad motus? dic: aucto sanguine sequitur augmentum animalis spiritus, & proinde facultatis deferentis: sed simul augetur pondus feren-

ferendum ex graui humore: si ergo modicè augetur cum temperamento, sequitur robur: si immodicè, vel cum corruptione grauitas sequitur. Num autem sit recipienda Galen. doctrina de plenitudine decimo, quod robur solum consistit in bona nutritione solidorum: caro verò, adeps, & humores aucti augent pondus, non facultatem deferẽtem, meritò vertitur in dubium. Variè enim docet Galen. quo consistat robur cuiusque facultatis; nam. 4. Therap. 4. imbecillitatem omnem ait esse validum intemperamentum, robur autem temperamentum: verum. 3. simplicium. 26. & 5. de locis vltimo, addit vtrique affectui vnitatem & compositionem, alibi bonas, alibi malas: nam debilitatem ait quandoque esse solutionem vel diuulsionem vasorum, vt in superpurgatione, vel satietatem ventriculi in chylificatione. 11. autem Thera. 1. & 3. facultatem locat in temperamento & quantitate spirituum, carnis, & solidorum: hîc verò ait, eam esse temperiem tantum solidorum cum quantitate bonæ nutritionis: & in illis per tota manere facultates, non mandari ad illa per neruos, vel arterias. In quibus vltra varietatem, non explicantur potissima principia operãtis in animali facultatis: Primum enim agens est animi vis, quam vocant facultatem in cerebro residens: proximũ qualitas quędã alia à qualitatibus quatuor instar lucis repente mẽbris cõmunicata, à principio per neruos aut arterias: tertium est, sanguis & spiritus quæ vocant calidum innatum qualitate temperata, quantitate modicè aucta: quæ in senibus deficientia reddunt omnes functiones imbecillas. Reliqua omnia videntur magis delata quàm deferentia, ossa, carnes, adeps, humores.

Quinta sententia abundantiæ humorum aliæ referuntur notæ de plenitudine vltimo: quædam magis, quædam minus scientificę. Tensio, sanguineæ copiæ, vlcerosus sensus, mordacium humorum, grauitas, crassorum. Proprius item cuique humori color, si æqualiter sparsus est per corpus humor. Reliquæ notæ minus scientificæ ferè petuntur à ventriculo & capite: nempe, fastidiũ, appetẽtia, sitis, somnus, vigilia; affectio animi variæ accedunt item indicia ex anteacto victu, & ex sex vocatis naturalibus. Nec oportet eũ quibusdam excogitare, cuique humori suam lassitudinis speciem: satis est explicasse notas: quarum quæuis efficit coniecturam, plures scientiam, citato.

Aduerte tertiò: inter hæc tria subsimilia, cacochymia semper distat à plenitudine quoad vasa, sed potest coire plethora & cacochymia: vt quãdo solus sanguis, vel omnes humores abundant iuxta antiquam proportionem; & cum hoc aliquis humor præter sanguinem momentaneè auctus est: in quo casu simul cõferuntur missio sanguinis & purgatio: quam dispositionem quidam appellant cacochymiam in præsentia multi sanguinis. Cacochymia verò & plenitudo quoad vires possunt coire: sicut plethora & plenitudo quoad vires, licet ratione semper distent. Memorandum est autem ex 11. Therapeut. 4. copiam, crassitiem, & lentorem esse causas obstruentes: quia idem potest crassities, vel lentor in pauco, quod copia in humore, nec crasso, nec lento. Ideo crassa alimenta vel glutinosa morbosa sunt, licet sint boni succi, quia obstruunt. Sicut attenuantia morbosa, quia mali succi, & minimũ alentis. Ideo ambo alia genera edulíorum, reprobantur lib. de euchymia. 5. De putredine autem contentis in parte, proponit exemplum frequentissimum phlegmonis: quo nomine hîc latè sumpto complectitur etiam erysipelas, & carbunculos.

(Calidiores autem.)

TRADIT causam mixtam, nẽpe aërem æstiuum, qui calore inducit febrem per vicinitatem diariam: putredine autem in constitutione pestilenti, putridam. Explicandæ sunt in hoc loco difficultates. Prima: qualis sit diuisio morborum, de qua hic fit mentio, in commune & dispersos. Secunda: quomodo distant, morbus epidemicus, pestilens, contagiosus, hæreditarius, venenatus. Tertia: in quo consistat contagio. Quarta: cur ex morbis quidam sint contagiosi, quidam secus. Quinta: num cõtagiosi morbi inducant morbos sibi dissimiles. Sexta: nũ per oculos fiat talis contagio, quam vocant fascinationem. Septima: pestilens febris quomodo distet à morbo pestilẽti. Cap. 4.

De primo: secantur morbi in proœm. epidem. & lib. de aëre & aqua, in communes vel vniuersales, & particulares vel dispersos: vniuersalis est qui multos vno tempore infestat, particularis qui diuersis. Rursum vniuersales diuidunt in endymios, vel publicos, id est loco alicui familiares, & epidemicos vel populares, quos vagari accidit, inuadentes vno tempore multo è populo. Inter populares vocatur pestis vel pestilens morbus, epidemicus plurimos perimens. Vnde colligitur distare febrem pestilentem à peste. Nam iuxta finitionem dictam multa possunt esse genera pestis, quod notauit Galen. 3. epidem. sect. 3. 2. & 35. & 1. acutorum. 5. etiam citra febrem. Febris autẽ pestilens, est certa febris species, quæ mortales quandoque citra pestem corripit: cuius peculiare symptoma est colliquatio: 3. epidemiæ sect. 3. 57. & hic aliquam febrem pestilentem ait oriri, ex prauo humorum putredine, citra contagium in aëre vagans. De causis autem, vtriusque generis morborum, scribitur lib. de natura humana sect. secunda. 8. Communes ab aëre ortum habent, dispersi à victu qui vnius cuiusque est. Sed contra: in lib. de flatibus post diuisionem morborum dictam, sequitur (vtrorumque causa aër est.) Secundò: membra diuisionis non opponuntur sed subalternantur: nam victus continet in se aërem. Tertiò: quia aqua vitiosa, & alimẽtum, citra aëris vitium sunt causa morborum communium; lib. de natura humana citato, & apud Paul. lib. 1. & Orib. lib. 5. in fine. Quartò: non videtur epidemicus omni morbus qui multos è populo corripit vno tempore: alias, morbi familiares temporibus, aut ætatibus, aut naturis essent epidemici, contra Gal. 3. Aphoris. Quintò: supponit aërem putrescere contra Arist. 25. problematum. 19. asserentem aërem & ignem non putrere. Dic ad primum: (licet liber de flatibus non recipiatur pro hypocratico.) vtriusque generis morborũ causa est aër: scilicet communium solus, dispersorum autẽ tanquã concausa: determinatur enim certa morbi species, ex aëre cum prauo victu. Ad secũdum: membra diuisionis sunt aër inconstans, & victus complectens etiam aërem, sed cõstantem: & ita opponuntur. Ad tertiũ: aqua & alimentum

vitiosa, reducũtur ad malitiam humorum aptam pessimæ putredinis:talis autem malitia simul cum aëris calore, est vna causa pestis, ex Galeno hic. Alia verò causa & frequens, putridus aër: & ita verè potuit dici morborum communium causam esse aërem. Ad quartum: in anno constanti nõ corripit multos aliquis morbus; pauci autem dispersi, vltra causam ex prauitate victus, determinantur ad certam speciem, ex tempore anni natiuo temperamento,& ætate:vnde fiunt morbi vernales,vel autumnales,iuueniles,vel seniles,licet sint dispersi:de quibus egit Hipoc.3.Apho.sicut de endimis lib.de aëre & aqua,de epidemicis autem in epidemiis.Ad quintum.4.meth. t. scribitur omnia putrere præter ignem: cùm ergo in problematis asserit aërem non putrere,de suprema regione agit,quæ igne referta est.Non putret autem ignis,tum quia non patitur mixtionem,nã propter vehementiam agendi, omnia conuertit in sui naturam:occasio autem putrescendi mixtio est:tum quia quod putret, necesse est superari à calore externo: nullus autem calor maior est igneo. Si verò aliqua alia conceduntur non putrere: intelligenda sunt difficillimè putrere, vt aurum, & oleum, sicut Gal. t. de Antido: dicit omnia senescere, præter vinum; videlicet quia tardissimè senescit.

De secundo proposito:epidemia importat cõmunem vagationem morbi tantum:contagio remissionem fomitis ad vicinum aërem: hæreditarius communicat fomitem semini:& ita tria hæc genera morborum, simplicem significationem habent.Deleterius autem morbus importat qualitatem vitæ aduersam,quam ferè sequitur perditio.Pestis verò significatio magis composita est: importat enim vagationem epidemiæ, contaminationem contagiosi, & qualitatem venenosam deleterij,simul iuncta.

De tertio proposito:contagionis causæ videntur esse quatuor,quas ferè memorat Arist. 7. problem.7.Prima:putredo aliqua humore, quod cõtendit Fracast. lib. de contagione. Fumus enim non exurgit momẽtaneus,sufficiens inducere affectum,ab humore quieto,sed à motu:non potest moueri ad contagium à calore innato, quia ille emendat malitiam fomitis; non ab extraneo cõborente,quia talis dissipat fomitem: ergo ab extraneo putrefaciente.Neque obstat:quod catharrus,morbus gallicus,& rabies,sunt contagiosi sine febre: quia in illis est aliqua putredo,nõ sufficiens ad febrem. num autem è conuerso, omnis putredo sit contagiosa, videtur:argumento, quod cùm primùm corripit febris putrida, aliquem è domo,consequenter alij in eadem domo,inficiũtur:verùm magis,& minus,iuxta varietatem reliquarum quatuor causarum. Nam tertiana cùm habeat calorem multò acriorem, propter defectum tamen lentoris minus contagiosa est,quam strumæ,& asthmata. Altera causa:lentor fomitis, lẽta enim omnia hærent,nec integrè dissoluuntur: vnde per moram imprimunt. Tertia causa: locus cutaneus vt scabies:& magis, si mẽbrum est cute nudatum,vt ophtalmia.Quarta causa:locus expirationis, vt catharrus propter expirationem cerebri,& phtysis propter expirationem pectoris.

De quarto: colligitur multos morbos esse cõtagiosos, licet vario gradu contagij. Quomodo ergo.t.problemat 7.solam pestilentem vocat cõtagiosam? Dic:non pugnat tecum, qui.7.problemat. 7. numerat multos alios: sed videtur more vulgi, vocare contagiosum eum morbum,qui & vagatur & cum periculo vicinos afficit, quod sola pestis habet.

De quinto:difficile est afferre causam: cur ad fomitem morbilli, nõ sequatur aliud quàm morbillus, & ad fomitem catharri nihil aliud quàm catharrus. Occurrunt illi fomites omnes prius cuti,quàm reliquis membris: & tamen fere non imprimunt,nisi in certum membrum, & certum morbum. Fracastorius & Fernel. 2.de abditis referunt hæc ad naturalem analogiam vel (quod idem est)ad proprietatem occultam,vel vim cælestem impressam fomiti. Ex quo influxu putant fieri, vt nonnunquam in anno salubri vagetur certus morbus epidemicus,& in anno inconstãti quandoque non vagetur: Inde putant fieri, vt modò vagentur pleuritides, non aliud: modò inflammationes hepatis, non aliud: quod in certo tempore crises eueniant per sudorem plurimis, in alio per fluxum ventris: quod modò pereant plurimi tales, modo soluentur omnes: quod in Petro humor crudus occupet omnes glandulas corporis, nullum autem articulum: in Paulo verò,omnes articulos, nullam glandulam: quod aër pestilens etiam citra quod putrescat perimat plurimos: quod fomes strumosi induat strumas non aliud,ophtalmici verò ophtalmias, nõ aliud: & putant hanc proprietatem esse illud diuinum, quod Hippocrates in procemio præsagiorum commendauit summopere considerandum in morbis.Galen. verò conatur hæc omnia reducere ad elementales mixtiones, per quas vnus fomes communicat cum vno membro,vel affectu, non cum alio, licet illud sit difficillimum tueri. Num verò producant contagiosæ affectiones alias sibi dissimiles.Dic:possunt producere imbecilliores affectiones, quando exiguo tempore operantur, vel mora temporis amittunt vires, apud Diosco.procemio lib.6.

De sexto:ostenditur possibilitas fascinationis, experimentis multorum, qui nostro æuo coacti sunt secedere ab humana cõuersatione, ne fascinarent proprios libros, vltra sententiam Plinij lib.7.2.& Solini de familia apud Lybiam.Nã dictum beati Pauli ad Galat. 3. quis vos fascinauit Galatæ:& Vergilij in bucolicis:nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos:per metaphoram dicta sunt:primus modus fascinationis ostẽditur supposito ex lib.3.de locis 7.& lib.6.c.5.intra nos posse nasci venenum: & quod magna ex parte mandatur ad extrema,tãquam ad ignobilia: nam in animalibus salubribus multis, caput, cauda, dentes,& spinæ detectæ quiddam deleterium habent:ideo quadrupedũ caudę reprobantur à Rasi. 5.Aphor. 4.& glans supra posita ano gallinarũ. Et lib.de Tyrea.ad Pisonem extremas vtrinque partes viperarũ,ceu multo veneno abundãtes abijci præcipit.Scorpius(alacram)in cauda habet venenũ. Pastinaca marina (via) in radio. Corous marinus(peixe aranha)in ceruice.Murena(morea)in dente:& Myrus(miram.)Imo & morsus hominis lethalis trahitur aliis hominibus, apud Rasim, Dioscori. Auicenã. Vnde masticati cibi interdicuntur infantibus, maximè à ieiunis nutricibus, quandiu

quandiu alimenti permixtione nō est obtusa, vis illa dentium deleteria. Et panis demorsus à muribus reprobatur; insātium vterina infectio ad cutem per exanthemata mandatur, Venenati cutis maculosa redditur: Capita columbarum reprobantur à Zoar in procemio. Et capita piscium à Tralliano cap. de epilepsia. Et corruptum semen, menses aut humores ad caput mādant deleterias auras, vnde frequens est epilepsiarum occasio: & alimentum cutis vniuersaliter reprobatur, Gal. 4. acutorum in fine, cutis ipsa suscipit excrementa corporis in scabiosis, elephantiasis, strumosis, inflammatis, prurientibus, cancerosis, & quouis modo tumentibus. In febribus autem putridis quia putredo ad cutē mandatur, primus qui secta vena extrahitur sanguis potridior est. In inflammatione pars purulenta extrorsum tollitur, imò & in fructibus summus apex, & imus pediculus, & extima membrana auferūtur, ceu viliora; & folia olerum externa. Ergo in plurium capitibus contineri potest deleterius humor, cuius vapor si fuerit lētus insigniter lædit. Altera sumptio est, fixionem oculi vehementer imprimere vaporem capitis rei visæ. nam in fixione oculi multus spiritus mandatur ad oculū: ideo ex intēta visione fatigātur oculi. Simul autem cū multo spiritu accedit ad visū vapor noxius: eò quod oculi cute nudati sunt. quemadmodum ergo ab oculo ophtalmico trālit vapor manifestè noxius, in oculum conspectum, & inducit ophtalmiam: ita ab oculo fascinantis exit vapor occultè noxius, lædens conspectum: maximè si conspectum est valetudinariū, vt infantes & fœminæ. Sed cur plures fascinātes fœminæ sunt? quia retenti menses facilè transeunt in deleteriam qualitatem, quod monstrant symptomata præfocatarum & ferè feruntur ad caput; quod dolor capitis in retentis mensibus indicat. Cur inter fœminas maximè vetulæ fascinant? quia menses in illis iam retenti per ætatem promptius vertūtur in venenum. Nā licet sit illis naturale retineri, retentum tamen prauum excrementum, prauè vitiatur. Vnde per eam ætatem magis tentantur libidine: maximè quibus non ita pridem restiterunt. Nam assuetudo separandi noxium, vt ad fontem mandetur inducit perpetuò insignia damna, quia retenta purgatio titillat: ideo masticati cibi tempore mensiū prohibentur lactantibus, tanquā noxij propter vaporum corruptorum contagium, ex humore moto. Cur fascinator ieiunus & in æstate & vbi præcessit affectio animi valida, vel motus humorum impetuosus, magis fascinat, in contrariis statibus minus? quia praui humores agitati plus vaporis deleterij communicant oculis. Cur ergo cadauera, & qui venenum sumpserūt, & febrientes putridè, non fascinant? quoniam in talibus humor ferè non est venenosus: & quiescit, & cutis cū oculis densatur: nec adest intentus aspectus: neque calor cum lentore requisito ad contagium. Cur maximè creduntur fascinari quæ opima sunt & sepulchra? quia talia corpora alterutra plenitudine laborantia, dixit paulo ante Galen. promptissima esse ad febres, ideo iubentur statim vacuari. 1. Aphoris. 3. & apud Cels. lib. 2. cap. 2. Cū plenior quis & rubicundior seipso factus est, suspecta habere bona sua debet. Cur oculi fascinātis non lædontur ab innato veneno, ostensum est.

3. de locis. 7. Alia possibilitas fascinationis creditur ex vi indiuiduali cælesti noxia: sicut quorumdam oculi contra creduntur, habere vim veneficam ad res inspectas, vulgo (*benzedeiros*.) Tertius modus ex commercio cum dæmone lædente: quod cōfessi sunt, quidam ex fascinatoribus beato Thomæ ad Galat. 3.

De septimo: cùm febris pestilens distet à cæteris, in eo quod plures perimat, & promptissimè inficiat, referunt causam nonnulli, ad mineram putredinis: quæ in pestilēte est cor. Alij ad prauitatem putredinis. Alij ad putredinē cordis ipsius. Gal. hîc frequētem occasionem putat esse putredinem cōtinentis, vel calorem eius multum cum praua qualitate humorum. Sed videtur certius, cū Arab. & Fern. admittere pro causa, qualitatem deleteriam communicatam aëri à cælo. Prima ratio: multæ pestes sunt sine febri, aliæ cum febre intermittēte. 3. epidemiæ 3. Rursus quādā pestis, febris est diaria vt sudor britannicus, alia hectica in qua cor ipsum putret. 3. de præsagat. pulsuum. 3. causa igitur interitus communis inuenienda est non in minera cordis, nō in putredine praua; nō in putrido corde: Alia igitur causa esse nō potest, quàm deleteria qualitas, modò in spiritu, modò in humore, modò in membro. Item, si subesset putredo, putridū cōmunicatum vrinæ necessario turbaret vrinam, & sedimentum, & colorē; quod non apparet. Item calor omnibus putridus valdè mutaret pulsum: cùm tamen multi remississimè febriant. 3. de præsagat. pulsuum citato, & decimo simplicium. 5. Item: non sequeretur ad illam putredinem, tam citus interitus (multi enim ferè repente occumbunt,) nisi ad qualitatem deleteriam, vt in fossis nuper apertis, apparet item occulta qualitas, quia modò corripit pestis hoc genus animalium, modò illud: & modò hos homines modò illos. Nec sanarentur per exiccātia cordialia, nisi hac natura pollerent, humiditas enim exiccanda (quod Galen. ait) quandoque in aliis febribus præpollet. Quoniam autem venenum est, idcirco etiam in corde residet: siue quia sponte sua venena inter membra cor petunt, sicut quædam alia externa, certa membra in corpore petunt: siue (quod Fracastorius ait,) quia fugientes spiritus venenum externum, ad cor refugiunt, deferentes iam secum veneni seminarium: nec reiicienda videtur in pluribus pestilentibus febribus causa, quod putredo sit in corde ipso, quod in aliis febribus non euenit.

(*Oportet enim.*)

Docet aptitudinem pasi plurimum posse ad pestem inducendam.

ADVERTE primò: dispositiones corporis aptas pesti. Prima est: excrementa multa in corpore quando pestis oritur ab aëris putredine: vel humiditas multa interna, quādo occasio eius est externus calor. Secunda dispositio: obstructio plurium meatuum, omnes enim cum vita obstrui nō possunt. Nō obstat quod prima quarti doctrina. 4. cap. 1. corpora dilatatorum pororum scribūtur aptissima: quia videtur lectio corrupta, cùm ibi Auicena transcribat sententiā huius loci, neque refellat eam, Non obstat. 2. quod per poros

latos trahitur putridus aër amplior:quia læsio in pestilenti aëre,non nascitur ea amplis poris, sed ea multo calore interno trahente ad se copiosum aërem:Nam si is intro non adest, latitudo pororum non est causa, cur plus aëris trahatur: vnde magis offendūtur iuuenes quàm senes,& sanguinei quàm melancholici,& viri quàm mulieres:& ideo li.de natura humana sect. 2. to. reducit præcautionem pestis ad duo capita:nempe loci mutationem,& pauci aëris sufficiētiam. Non obstat tertiò:quòd senes & debiles minus corripiuntur, qui tamen videntur cōstare densis poris: quia senes sunt rariores iuuenibus.6.epidemiæ sect. 5.6. Tertia aptitudo est plethora: ea enim si simplex fuerit, auget obstructionem: si verò iungitur cacochymia,præparat putredini. Quarta est:otium & crapula, quia licet sint causæ cacochymiæ & plethoræ.& ita videātur iam numerata: accidentia tamen de nouo constituunt quartam causam. Neque obstat: quod tertia primi doctrina quinta in fine docetur præcautio pestis cum otio & flabellatione: quia per otium intelligit modicum exercitium: & flabellatione parat sufficientiam exigui aëris. Quinta:libido cū cruditatibus: quia prior minuit innatum calorem repugnantem, cruda autem facilè corripiūtur ab extraneo, quia non obtinentur ab innato.

Aduerte secundò:quæ corpora febribus opportuniora sint, ferè Galenici ex. 8. Therap. 7. &.8. constituunt ordinem contra Auicen. 1 quarti. 2. sequentem.

Cal siccum.	Calid.humid.
Cal.tantum.	Siccum tantum.
Temperatum.	Frigid.siccum.
Frigid.tantum.	Humidum tantum.

Frigid.humid. Qui tamen ordo licet proterniendo possit sustineri, pugnat cum experientia plurium doctissimorum medicorum, & ratione. Nam qui crebro in vita vel sponte sua,vel ex leui occasione febricitant, ferè sanguinei sunt, experimento Arabum, Nicoli,& meo, Ratione item: nam licet siccitas valde disponat corpus ad inflammationem, & humiditas repugnet, & ita ad febrē:simpliciter,vt febris est, magis proni sunt biliosi, sicut ad putridas sanguinei, quod ex ipso constat Gal. Verum illi frequentius febricitabūt, qui aptiores sunt ad febres quæ frequenter inuadunt: inuadunt autem frequentissimo experimēto febres ex obstructione densata cute: diariæ, & ex cruditate.& putridæ omnes: sed putridis magis patent sanguinei,sicut etiam obstructioni cutis propter annexam plethoram. In cruditatibus autem dicente Gal.citato,æquè biliosis corripiūtur:ergo ad frequētes febres paratior est sanguineus.Si autem Gal.numerat in primo ordine biliosos,apertè explicat, non agere se de temperatura magis obnoxia febri simpliciter, nec febribus frequentibus, sed quoad hæc duo: nempe quoad casum in diarias,& quoad casum in putridas post diarias, si in diaria non cibantur: quod vitium erat commune suo tempore. Imo in ordine frigidi tantum, & humidi tantum solam considerat læsionem ex fame tolerata. Nam, quod attinet ad casum in diariam remotior est frigidus tantum, quàm humidus tantum; quoniam frigiditas magis repugnat essentiæ febrili,sed in læsione contracta ab inedia:, magis læditur frigidus tantum,quàm humidus tantum:nā 7. Aphor.60. carnes humidas habentibus famem adhibere cōuenit. Fames enim corpora sicca:ergo sæpius febricitabunt in vita sua.

Calid.humid.	Calid.sicci.
Calid. tantum.	Sicci tantum.
Temperati.	Humid.tantum.
Frigidi sicci.	Frigid. tantum.

Frigidi humidi. Nam plus repugnat inflammationi febris frigiditas quàm humiditas; & plus parat febri calor quàm siccitas. Non obstat:quod robur temperati habet suam repugnātiam ad morbum, vltra contrarietatem temperamenti:quia repugnare morbis in vniuersum,opus est naturæ magis,quàm temperamenti:repugnare verò huic morbo magis quàm illi, temperamenti & non naturæ:quia omnis morbi,vt morbus est ad sanitatem, par est contrarietas. Non obstat secundo: quod sicut sanguinei synochis magis obnoxij sunt,ita pituitosi quotidianis, biliosi tertianis, quarè non oportuit vniuersaliter pronunciare, sanguineos omnibus putridis esse paratiores: quia reliqui solum incidunt in putridam quādo vnus humor ita augetur, vt nō regulетur à natura: sanguineus autem quando quiuis humor, propter generalem aptitudinem ad concipiendam putredinem. Per sanitatem enim malè olet,dicebat Galen. citato:quare frequentius incidet in aliquam putridarum,quàm reliquæ temperaturæ. Non obstat tertiò:quod apud Auicēnā citato quanto humiditas magis superat calorem, tanto est putridinosior natura: maior est autem proportio humidi ad calidum in humido tātum, quàm in calido humido:quare humidum tantum oportuit locari in 1. ordine. Quia maximè parans febri est excessus caloris, qui deest in humido tātum:supposito autem pari calore,quò plus humiditas excesserit, eò redderetur natura putredinosior. Nō obstat quartò:quod 1.4.tertij. 6:in homine hepatis frigidi multiplicantur febres: corpus aut ferè sequitur temperaturā hepatis, quia corpus magis sequitur propriā temperaturā vel cordis: frigiditas enim hepatis in imprimendo in corpus, facilè vincitur à corde. 2. artis aptitudo autem illa per accidens sequitur ad serosum sanguinem talis hepatis, ebullientem ea facili occasione: quod pari causa accidit ijs qui se ingurgitant per æstatem fructibus horariis. Videtur tamē durum cū Auic. asserere homines hepatis frigidi frequentius febricitare, vel sanguinis serosi, licet iūgatur sanguis serosus,debilitas hepatis,obstructiones. Primo:quia syllogismus videtur concludere:plures calidi incidunt in febres quàm frigidi:ex calidis hominibus plures habent hepar calidum,quàm frigidum:ergo plures incidūt in febres habentes hepar calidum, quàm habentes illud frigidum:siue illa aptitudo sit per se, siue per accidens. Nec minus illa:fœminæ abundant sanguine seroso supra mares:oporterebat ergo contra experientiam sæpius infestari febribus.

Aduerte tertiò: quod tempus anni sit morbo aptius:& quod particulatim pesti. De primo. 3. aphorism.9. scribitur, vèr saluberrimum; autumnus morbosissimus, & magna ex parte exitialis. Sed contra est: quod tertio aphorism. 20. numerantur multi morbi vernales,& 1.problematum. 27. asseruntur ver & autumnus inter tempora

maxi

maximè morbosa. Contra secundú verò est: quod autumnus. vtraque sua qualitate repugnat putredini, quæ est origo eainalium morború, & quod scribitur. 3. aphoris. 8. in anno constanti morbos euenire boni iudicij, &c. 2. aphor. 13. nisi constitutio sit pestilens, plures ex ægris sanantur. Dic ad primú: cũ corpora quædam sint bene sana, quædá verò vel plethorica, vel cacochymica, in bene sanis ver raro excitat morbos, & eos salubres: sanguinei enim morbi sunt omniú mitissimi. 2. præsagiorum. 46. In corpore verò insalubri excitat morbos, sed sæpius ad bonum: quia mouet ad exteriora & ignobilia: sicut crisis permutationis ad exteriora in omni morbo laudatur: licet quandoque sequatur læsio, & mors, quia humor mouetur qui ante quiescebat. Ver enim inter anni tempora, somnus inter affectus corporis, dies critices inter dies morbi, non sunt in se mala: sed ostendunt malum in corpore latés, & hac ratione, ver inter anni tempora scribitur saluberrimú: qui verò decumbunt ex longis morbis magna ex parte pereunt in hyeme vel æstate: quod Arist. scribit. 1. problema. 26. centú ab vtroque solstitio diebus, eo quod vis labefactata ex longo morbo insignem calorem æstatis præcedétis tolerare nó potest. & minus multo auctú hiemis frigus. Ideo. 8. probl. 17. ait qui chronicis morbis laborát, maximè si senes sunt hyeme perire. Cur ergo tabidos ait Hippocrates. 6. epid. sect. 7. 24. ferè in autumno perire aut vere? Dic: tabidi nó tam pereút ex frigore, cùm febriant: quàm ex mutato in actionis aëre percutiente vlceratum pulmoné. Ad obiecta verò de autumno. Dic ad primú: autumnus scribitur exitialis collatione ad alia tempora: non collatione ad eos qui saluantur: plures enim etiá in autumno ægrotantium in communi statu temporum, saluantur quàm pereant. Ad alterum, ex. 3. Aphor. 9. autumni maliciam non facit propria temperies, sed concurrentia. Primú: quia est mutatio, & ad qualitatem actiuam. & ad deteriorem. Secundum: aër valde attenuatus ex æstate proxima, interdiu à calore solari inflammatur, noctu à frigore tenebrarum gelatur. Tertium: recurrunt praui humores ad viscera. Quartum: excipit corpus plenú adustis humoribus ab æstate. Quintú: copia fructuum auget cacochymiam. Æstas, & hyems minus morbosa sunt: quia solas passiuas qualitates mutant, nó actiuas. 1. problem. 25. & 28. Cæterùm ægrotát frequétius in æstate homines, propter imbecillitatem virium: & minus pereút: in hyeme verò è contrario. vis enim robusta per hyemem, nó succumbit nisi validæ causæ: sed esset difficultas de morbo frigido, num sit deterior in hyeme, quia improportionalis est robur virtutis, an leuior, quia proportionalis frigori hyemali. Et videtur, quod si causa infrigidás est exigua, magis resistit robur virtutis: si verò magna magis resistit intemperies contraria, iuxta tradita secundo artis de repugnantia ad morbos, in homine temperato. De aptitudine autem ad pestem, autumnus est aptissimus, propter innatam maliciam: ex reliquis autem temporibus iudicatur hyemalis deterior, quia creditur origo eius ex radice superiori.

Aduerte quartò: de aptitudine passi. Credit meritò Gal. aptitudines & repugnantias morbum non esse simpliciter numerandas, sed & ponderandas nó secus quàm indicationes curatrices. 8. Ther. vltimo. quo autem ostendat partem artis conseruantem appellatam, & curanté, ambas esse correctiuas, vel sanátes, relegat lectoré ad cap. 13. lib. num ars tuendæ: quo loco demonstrat propositum. Addit Gal. ad actioné simpliciter vnius in alterum, requiri similitudinem inter vtrunque in genere. 1. de generatione. 7. Ad breuitatem autem, & facilitatem actionis, requiri similitudiné etiam in specie: Vg. vt corpus corripiatur febri pestilenti in putredine aëris, sufficit quod sit putrefactibile: vt autem cito corripiatur, quod habeat etiam similitudinem ad putredinem, in humoribus. De modo autem præcautionis. videtur discordia inter húc locum, & primum epidemiæ, sect. 2. 7. illic enim totam rationem præcautionis ad morbos epidemicos situm esse ait, in constituendo temperamento corporis contrario, intéperamento morboso imminenti: Hic autém éam præcautionem minoris facit, fugitque ad corporis vacuationem. Dic: illic totus timor erat ex aëris intemperaméto: quare intemperies corporis cótraria, sicut sanat præsentem intemperaturam, ita tuetur à futura, iuxta doctrinam Hippocrat. li. de sanguinis missione. 9. In peste autem cum timor pendeat ex putredine, summa præcautionis est prohibere putredinem. Ad cautionem verò laudat Galen. vacuationem. s. per phlebotomiam vbi sanguis abundat vel detentum est assuetum profluuium: apparet enim experimento iuuenes & sanguineos maximè corripi peste: præterea in cacochymia purgationem per benedicta: nam licet plures ex peste fluxu alui pereant. 3. epidem. sect. 3. 56. plures etiam ex peste cum fluxu euaserunt. 4. aphor. 21. Commandantur maximè vlcus apertú: fontes: quare oportet, vt aperti abscessus non claudantur. Commodissima est migratio ad locum salubrem dummodo ij qui migrant non ferant praua secum mali semina: alias roborata natura ex probo aëre conata expellere noxium sæpe mortis occasio est: sicut qui ex salubri loco accedunt ad pestilentem, magis quàm incolæ ob dissuetudinem corripiuntur.

Hactenus explicauit Gal. causas quinq; febriú: nam de quinta minatione scilicet calidæ substantiæ quæ alimento paratur ideo non meminit particulatim, quia apertior est, quàm vt disquisitione egeat. Sed respondendum est quorundam obiectis aduersus dicta: deinde inquirendum si quid prætermissum est à Gal. de causis febris. Cótra causas diariarú opponunt: si oritur diaria núnunquá ex calefaciente externo, oportebat ablato externo calefaciente cófestim minui febrem: atqui apparet sæpe cessante causa febrem aut incipere aut augeri: non igitur ab eo pendet. Dic: causa externa imprimit in corpus, corpus ipsum in spiritú cordis, is spiritus quam primum calefactus est, licet cesset externa causa, pergit calefacere corpus, quare febris augetur: nó aliter quàm lignum ab externa face inflammatum, quàm primùm aliqua parte versum est in prunam, extincta licet face, combusit vniuersum lignum. Secúdò: calor inductus à calefaciéte externo remissior est calore cordis: ergo magis remittet quàm intédat, spiritus caloré & cordis. Dic: res natura sua calidissimę, ab exiguo calefaciéte inflámátur, sulphur à scintilla, vapor lucernæ à flatu, spiritus à corde,

cor ab externo calefaciẽte. Adde: quod ab externo calefaciente ſanguis inflammatur, quare aër permeans vaſa non ſufficit infrigidare cor: quo fit vt excãdeſcat. Tertiò: niſi intercederet in corpore alia cauſa vltra externũ calefaciens, ſemper ſequeretur febris ad illius præſentiam, contra rei euidentiã. Dic: liquatio à ſolo calore prodit, nulla intercedente cauſa: & tamen lutum non liquatur à calore ſolari propter ineptitudinẽ paſſi. Quartò: in initio inflammationis viſitur diaria antecedente rigore: & tamen rigor eſt propriũ ſymptoma humoris: ergo diaria non fit à ſolo ſpiritu calefacto. Dic: humor acris ſuo motu inducit horrorem: ſi autem ſolus ſpiritus cordis reddatur calefactus, diaria conſtituitur.

Contra cauſas verò putridarum obiiciunt primò: cur brutis quorũ vaſa ſunt anguſtiora, alimẽta verò craſſiora, nõ eueniunt ſimiliter febres ex obſtructione? Dic: homo multo pluribus morbis quàm bruta obnoxius eſt, propter cauſas explicatas: 3. ſimpliciũ: peculiarius autem febribus quia quantitate ſanguinis, illa omnia excedit. 10. problemat. 5. ſicut inter homines ſanguinei, ſupra. Secũdò: vulnerato cerebro cõfeſtim ſuccedit febris, & ad confertã vacuationẽ puris, vel aquæ in aqua intercutẽ. 6. Aphor. 56. & 27. quæ nõ poteſt pendere ex putredine humoris. Dic: in primo caſu ſequitur febris nomine inflãmationis ſequentis ad vulnus membri principalis. In ſecundo autem caſu, deſtituti humores calore innato facilè putrent: vtrobique autem adeſt vehemens motus ſpirituum conantium expellere noxam ſenſatam. Tertiò: putredo externa in defunctis, vel in mixtis inanimatis cùm ſit maior propter defectũ caloris innati, nõ inducit calorem eximium, neque colores illos qui apparent in ſanguine putrido: ergo aliunde pendet illa febris. Dic: niſi cum vapore putrido iungatur calor actualis viuentis hominis, non ſequentur effectus illi: ſed ſolum aderit calor velut potentialis, putridus: cùm humores & membra defunctorum rigeant. Quod enim putrida fuligo communicata cordi ſufficiat ad inducendam febrem, apparet: quia ſi mora in aqua calida balnei inducit deliquium, & mortẽ, cur nõ magis calida fuligo cordi communicata? Quartò: oſtenſum eſt. 2. artis, nõ trahi ab arteriis ad cor aërem: ergo nec fuligo trahetur ad cor à crure inflammato. Item in ſcabie, elephantiaſi, & cancro, multa putredo adeſt, cum malo odore: & tamẽ nõ ſequitur febris. Dic: in primo caſu fuligo per multas pulſationes putrida accedit ad cor, cũ corpus ſit extra & intro tranſpirabile: in ſecundo autem caſu, non communicatur putredo cordi; quia eſt in loco remoto à corde, vel non agitatur à calore innato, vel conſiſtit in humore craſſo quieſcente.

Sequitur: vt inquirantur cauſæ febrium ſi quid Gal. addendum eſt. Nam vt morbi calidi cauſæ quinque lib. de cauſis morborum ſufficienter traditæ ſint, quoniam febris eſt vtilis intemperatura, & à corde orta, fortè peculiarem originem vltra illa quinque obtinebit. Et videtur origo febris referenda ad cauſas in genere tres: in quibus complectimur, & illas Gal. quinque, & aliam non minus, imò magis momentaneam, quæ propria eſt animatis, cùm illæ quinque in omni genito locum habeant.

Prima cauſa: putredo humoris vel vermiũ vel puris, vel membri. Apparet enim non eſſe negandam hanc cauſam quarundam febrium: nam cùm in frigidis affectibus prope mortem, retentis excrementis: & ideo vt videtur putrefactis, ſequitur febris, quæ antea non aderat. Acrimonia item caloris ad tactum, cum putredine extracti ſanguinis atteſtantur putredini. Cur autem putredo addat rei putrenti calorem, vulgo referunt ad calorem continentis, qui obtinens, id quod putreſcit calefacit. Sed cùm calor continentis ſæpe non ſit æqualis calori ebullienti in putreſcente, videtur verius, opinari non aliud calefacere, id quod putret, quàm innatum calore ipſius: qui iam non coërcitus, ſed cum humido ſuo ſubſtantifico expanſus, ebullit, & ardet: ſimul enim cũ humido in pomo putrente diffluit, qui ante ſicco coërcitus, nec ebulliebat, nec calefaciebat: ſicut enim innatus calor in pipere & calce, quandiu in ſubiecto conſtante & ſicco conſiſtit, non exerit operationem ſuam: vbi autem piperi accedit humiditas caloris noſtri, calci verò affuſa aqua, ambo ebulliunt, & comburunt: non aliter calor innatus rei putrentis in humido vnito & diffluente calfacit: conſtat enim. 4. Metheor. putreſcentia primum, reddi humida, deinde ſicca de quo infra de putrefactione.

Secunda cauſa: acceſſu cauſæ externæ, conſtituensis in calefacto eſſe aliquid contentorum cordis: vt alimenta aut medicamenta calida: & inſolatio, ira, laſſitudo, feruor ſanguinis, qui naſcitur ex ebullientibus intra vaſa vel fructibus, vel oleribus, aut in exitu exanthematũ, aut bilis, aut ſanguis aucta, aut in toto, aut in parte aliqua: ita vt ſpiritus aut humores cordis ponantur in calefacto eſſe. Itẽ denſitas, aut obſtructio, tũ propter prohibitũ ingreſſum aëris refrigerantis, tum propter fuligines acres acceruatas calefacientes. Hæc enim omnia poſſunt inducere calorem in triplici cordis ſubſtantia, citra concurſum putredinis: cuius certum argumentum eſt, quod in quibuſdam febribus: per multos dies durantibus, apparet ab initio coctio: quæ non appareret ſi ſubeſſet putredo aliqua.

Tertia cauſa: motus validus & vnio innati caloris in corde & foco, ab impetu naturæ conantis humorem noxiam vel coquere, vel pellere: vniri enim & moueri innatũ calidum, ab indita cordis doctrina ad varias partes, pro varia rerum neceſſitate, conſtat. Nam in plantis per hyemem redit calor naturalis ad radices, per æſtatẽ verò ad ramos: in animalibus per hyemem & ſomnum ad viſcera: in vigilia & æſtate ad cutem. In cogitatione ad caput: vnde calefit caput, refrigeratur ventriculus: in triſtitia ad cor, in verecundia ad faciem, in gaudio ad cutem: in patientibus inflammationem ad partem ſuppurandam: vnde ſuccedit rigor, ſicut & in initiis acceſſionum, propter motum calidi ad focum: ſic ad locum dolentem mandatur, vnde tumet pars dolorem paſſa in morbo ad humorem morbi coquendum, vnde vrina priuatur ſedimẽto: ad ſenſoria autem mandatur in ſentiendo: ad muſculos in motu arbitrario: ad ventriculum poſt cibum, vnde refrigerantur à cibo homines exangues: licet quidam aliam cauſam comminiſcantur. Sicut ergo in dictis occaſionibus ob leuem motum calidi ad

certum

certum locum, certus locus calefit, cætera membra refrigerantur: sic in motu valido totius calidi: ferè rigor antecedit, sequitur febris: maximè vbi motum ipsum calidum fuerit calidiùs moderato, propter aliquam duarum causarum ante dictarum. Nam, solus concursus calidi innati, non sufficit ad febrem inducendam: id quod apparet in coctione alimenti, & meditatione. Calor autem humoris alteruter dictus solus, potest causare febrem, sicut aroma quiescens olere: sed multò magis, cùm agitatur à calore innato coquẽte: si modò humor est copiosus: nam in furunculo suppurato, non succedit febris. Ostenditur frequentia huius causæ tertiæ. Primò: quando tumor suppuratur fit febris, quæ non præterat. 2. Aphor. 47. & quandoque coquitur humor vasorum in pleuretico. 1. Crisium. 18. & quandiu non coquitur à natura non febrit æger sicut non calet pars quæ moritur. 3. Epidem. 8. Secundo: magnitudo febris sequitur multitudinem calidi innati, non putredinis: ramificatur enim ad ramificationem innati, ex Auerroo: ideò febres iuuenum maiores sunt, cùm oporteret calorem extraneum magis obtundi à calore natiuo. primo Aphor. 15. Tertiò: aperta est sententia Gal. & Hippoc. 3. Epid. commento. 8. & 1. Crisium. 18. & 6. Epid. sect. 3. textu. 10. Catharus febre succedente non recidiuat, ipsa enim febris coctio est. Quartò: in statu febrium etiam saluandorum febris est multò maior, & tamen humor qui est causa morbi, tunc melius dispositus est 2. Aphoris. 29. ergo non pendet ea magnitudo febris ab aucta putredine, sed ab aucto innato calore. Quintò: anticipatio Accessionum in augmento morbi fit ob naturam accelerantem ad pugnam: ergo non est causa accessionis simpliciter, humoris putredo.

Sed restãt quàm plurimæ dubitationes de hoc genere. Videtur enim plurimas febres pendere ab hac causa si enim cessatio febris est reproba, quia ostendit calorem propter imbecillitatẽ non coquere: præsentia ergo illius arguet coctionem: & ita plurimæ febres ex hac causa oriẽtur. Secunda: febris in morbis esset bonum, & illius absentia malum. Tertia: non perirent homines febre: si enim oritur à naturali calore coquente, semper esset bona causa, nunquam mala. Quarta: si febris oritur ex conatu naturæ vnito calido innato, oporteret etiam in frigidis morbis magnis accidere, quod non apparet. Dic ad primum: in pluribus febribus concurrit causa innati caloris agitantis. Si enim quæuis accessio oritur à conatu naturæ aggredientis humorem in foco, semper concurrit ea causa: citra quam calor humoris non efficit febrem. Præterea: si hi qui lethaliter habẽt, vbi humor prauissimus est, cessante cõatu naturę, febre liberi sunt: ergo vbi calor humoris minor est, non sufficiet ad febrem citra aggressum naturæ commouentis. Ad secũdum: febris indicat magnum conatum naturæ cogentem ad confertum aggressum, & simul calorem aliquẽ humoris agitati: quare est signum mali in corpore non leuis. Præsente autem causa magni mali melius est febrire, quàm non febrire: sicut tussire in intẽperie materiali pulmonis, licet ad tussim sequatur quãdoque hemoptoisis, & mors: sicut melius est ad locum dolentem mandari sanguinem, licet ad eũ fluxum quãdoque sequatur inflammatio, & gangrena. Ad tertium: febris sicut ver inter anni tempora, & somnus inter corporis affectiones, & dies critica inter dies morbi, committunt pugnam inter naturam & morbum: quare licet in se non sint mala, sunt tamen occasio quandoque mortis: quare dicuntur homines perire febre: sicut pueri ex variolis, licet variolæ habeant pro causa natura expurgantem. Ad quartum: causa plurima febris est calor humoris, non simplex sed agitatus ab innato calore: & hoc vocat Galenus prudire ab innato: quia non fieret ab extraneo, nisi accederet pro causa naturalis. Cur ergo non meminit Gale. inter causas huius tertiæ frequentissimæ. Dic: recenset causas quæ sunt per se causæ: innatus enim calor magis est occasio vel causa sine qua non. Maxime quia frequens est Galeno, omissio determinationum alibi traditarum: Nec omnia potuit vnus & incipere, & cõsummare. Et de causis quidem febrium ita sentiendum videtur: à quibus sumitur magna ad curationem indicatio: nam in secundo genere curatio est refrigeratio, & ablatio si forte manet causa calefaciens, in primo autem genere intentio est euacuatio putridi, & concoctio semiputridi, in tertio sola roboratio naturæ coquentis: & quoniam liberum est vnicuiq; contentum esse determinatione Gal. de causis, finitione, & differentiis febrium: relinquentes lectori electionem, pręstat opinari, non solùm natos nos esse interpretandis auctorum placitis, sed etiam discutiendis: & æstimantes maioris momenta rationum quàm hominum, vbi cogimur etiam illos deserere: ne veritatem turpiter, & inhonestè deseramus. Vt ergo à primo auspicemur, id est à causis: Multis inducimur, vt opinemur causam hanc obscurè veteribus traditam, de conatu naturæ vnientis in corde vniuersum corporis calorem, non solùm frequentẽ esse in febribus (quod paulò ante rationibus quinque ostensum est) sed etiã perpetuã vulgarium febrium: ita vt, quamuis adsint duę alię causæ dictæ, calor in corpore ex putredine, aut ex aliquo calido, siue naturali calore, siue ascitiuo, nunquam credatur inuadere hominem calorem totius durantem (quem febrem appellant) nisi adsit in corde vnio calidi cũ feruore. Nam semel consistens necessario duratura est: quod Prisci referebant ad calefactũ alicuius contenti in corde: In magnis itaque malis insurgit tota natura cum vniuerso innato calido ex innata doctrina ad mali propulsationẽ. Iuuatur autem à calefaciente vtroq; dicto: sicut impeditur à frigore faciente ne natura excat in opus febrile. Iuuatur quidem, vt quando iungitur multa bilis, vel sanguis natura sua calefacientes per vasa cor, & ita augentes ipsius motum: & adhuc magis si illi humores sunt, vel inflammati, vel putrentes. Impeditur à vapore refrigerante cor, minuẽte respirationem & pulsum: quod apparet manifestũ in apnæa, & apoplexia: Immanifestiùs autem in epilepsia, in gallico morbo, & in elephãtiasi, in cancro, in strumis. Quibus omnibus rarissimè, & solũ cũ prauissimè habent, accidit febris ex putredine, aut cùm incipiunt melius habere propter subuenientẽ naturam. Prohibẽt autem febrem eò quod vapor ab illis humoribus cordi communicatus propter insignem refrigerationẽ, prohibet naturalem pulsum: multò ergo magis prohibebit hũc adiectiuũ ex innata doctrina prodeuntem (quem

febrem vocant.) Quare ab Hipp. in his malis frigidis lethalibus optimum pronunciatur succedẽs febris: non solum in ratione causę, sed & in ratione signi: quia indicium est causam frigefaciẽtem cor, non iam integrè obtinere supra naturã: quandoquidem deuicta est ab illa inducente febrem. In ebrietate, in mutitate, in apoplexia, in conuulsione, & paralysi: nisi succedat febris, (quod etiã accidit) gratia putrentis iam humoris cuiuspiam sicut in cadauere, non ab agente natura. Suadetur sententia hæc: conuenit primò: quod sicut in dolore vel vulnere partia, vis naturalis partis læsæ subuenit, suo innatõ calore. Vnde inflãmatur pars & calet & rubet: aut vbi quis lautè cænatus tradidit se somno: per noctem enim ante iustum tempus expergiscitur, crebrò respirans, iliis & dorso calefactis, fatigatus ex respirandi crebritate, propter concursum innati calidi ad assumpti alimẽti cõfectionem: quæ affectiones meritò febres partium appellari possunt: nec distãt, nisi quod vnio in illis non est in corde, vnde communicetur toti calor: dicunturque à quibusdam hectica ventriculi, aut renum, aut hepatis: ita vbi res magis vrget, cor ipsum, id est corporis princeps ipsum cũ vniuerso exercitu innati caloris mouetur ad partẽ: quare vniuersum corpus, & calet & rubet: quod febrem appellant. Nam licet in defluxu partiali reliquæ partes præter læsam non caleãt, ideò sentitur inflammatio in sola parte læsa: Hic communicato toti corpori feruente sanguine non discernitur ab aliis pars affecta: quam focum vocant. Item conuenit: quod in magnis malis ferè accidit febris, quoniam sensato periculo vniuersus calor vnitur in fonte, vt iunctus corpori subueniat. Sic cerebrum valde læsum, vel propria affectione vel per consensum neruos corporis omnes cõuellit, in epilepsia: citra febrem tamen, propter causam dictam: Sic in vulnere quouis ingente, vel animi affectione non infrigidãte principium, aut vacuatione maxima quauis, febris succedentes diu etiã durantes citra virium humorale, sicut impugnant veterem causam febrium, ita suadent præsentem. Nam in apoplexia repentina calidi totius suffocatio sæpe febrem prohibet: quæ si aliquãdo minor est, etiam febris iungitur. Secundò cõuenit: quod quæuis accessio iam in intermittentibus, quàm in continuis referatur ad hanc causam: quoniam ostendetur infra, non mandari in quauis accessione nouum humorem ad focum, sed tantùm præexistentem in foco agitari per quamuis accessionem à calido innato aggrediente coctionẽ illius. Tertiò conuenit: quod sæpe in prauis febribus. & phrenitide & tabe apparet æger sine febre, vel cũ admodum exigua: quia fatigata natura cessat à pugna: sicut pulsus per interualla intermittit, aut vermicularis redditur in debili facultate: quę nullo modo pendent ex humoris putredine diminuta. Conuenit: quod sæpe aliqui toto corpore immodicè calentes differentias pulsus auctas nõ habent, alij etiam tepidi habent: quorum primi non febriũt apud omnes, aliis febriẽtibus. Videlicet; quia febris est operatio aucta cordis & arteriarum, magis quàm corporis vniuersi calida intemperies. Conuenit: quod homines crebetrimè febriunt, reliqua animalia rarissimè: videlicet quia maxima, & fortè sola fabricæ humanæ à reliquis differentia est in cerebri magnitudine: cùm enim equus vel bos sit ad hominem triplus; homo habet cerebrum triplo maius equino vel taurino, quare nonies excedit illorum cerebrum: eò quod creatus est internis cerebri cogitationibus, sapientiæ & intellectui, sicut lepus ad fugam creatus cruribus valet. Ad copiam autem animalium spirituum, requiritur multis numeris maior sanguinis copia, quàm in brutis; & vasorum amplitudo, & potus & cibi abundantia: vbi autem hæc coëunt frequentes sunt repletiones, obstructiones, & putredines, & ad hæc febres: tum quia illa calefaciunt cor, tum quia cor excitatur ad ea mala depellenda propter magnitudinem noxæ, & locum intra viscera: in brutis autẽ cùm vasa sint exigua; deferentia solum membrorum alimẽtum confestim in illa vertendum, non sequuntur dicta damna. Quartò, putrentes humores reddi cõfestim calidiores; quàm ante putredinem erant, fortè habet verisimilitudinem: quod verò semper ita calefaciant corpus, vt deducant illud ad calorem tertianæ, vel causi, improbabilissimum est. Nam putrentia sæpe redduntur frigidiora vt acetum ex vino, pisces; & carnes putrentes: exhalat enim ab illis innatus calor, & extraneus post actionem cessat. Si ergo ab esu multi piperis totũ corpus vehementer inflammatur cum ingenti siti, sicut à copia bilis in hepate icterici, & tamen neuter febrit, nec habet pulsum febrientis: quo modo credetur portiunculam pituitæ, vel bilis manentem in foco diu, tantopere per certa interualla calefacere totum corpus, vt ardeat, & protinus sæpè sine vlla vacuatione in totum cessare: & si à foco communicatur cordi putridus calor, quo modo non sentitur initio accessionis ascensus fuliginis calidæ, & putrentis: sicut in epilepsia per consensum sentitur ascensus vaporis, nec calidi, neque putrẽtis? & si tempore accessionis pellitur humor morbificus extra vasa, quo modo tũc & in interuallo succedit febris putrida? nam intra vasa humor inclusus, & in loco calido magis & putrebit, & communicabitur cordi, quàm iuxta cutem in frigido loco, neque cordi peruio: & si defuncti corpus causonizantis totum præ putredine fætens, non ardet instar febrientis, sed frigidum sentitur, quo modo putredo viuentis in exigua bilis portiuncula credetur inducere toti ardentem febrem? nam si deest innatus calor extremè increuit extraneus, quem oportet esse maiorem siquidem inducit febrem sano. Præterea: cur laborantes gallico morbo, vel elephantiasi, & multi scabiosorum quorum sanguis multo putridior est, quàm quartanarij non febriunt? ipse enim Galen. infra lib. 2. 4. impossibile esse ait multo tempore manere in corpore humorẽ quin vel putreat, vel conuertatur in membrum: bilis autem in arquatis, & melancholia in elephantiasi per annos triginta sine febre durant. Aut cur mota bile ad erysipelas curis, vel sanguine ad phlegmonem succedit febris quę non præerat? putrida enim fuligo multo magis communicatur cordi à biliosis humoribus intra vasa manentibus, quàm in cute cõtentis. Quinta ratio: locus vlceratus aut tumefactus, vbi continetur putridus humor, non tantùm calet quantum cor & arteriæ: ergo non est productus calor ille cordis à putrido humore valde distante, maximè quia ostensum est artis 34. cõstrictas arterias pellere fuligines ad cutem.

non

non ad cor: pellunt enim in corpore semper nobilia ad ignobilia excreméta sua, non è côuerso. Sexta: validissima: Omnis humor noxius latens in corpore: imò etiam omne vulnus, aut tumor inducit in nutris hominibus febres, quæ non præerant, in statu morborum, in diebus criticis, & in vere: oportet ergo inuenire causam febrium côuenientem dictis euentibus: illa non est putredo, quia in statu morborum salubrium (quales sunt morbi neutrorum (magis coctus humor est, non putridior: neque in criticis, quo têpore plus operatur natura: nec in vere, cùm sit saluberrimum: & tamen in his tribus temporibus omnibus natura aggreditur humorem noxium nô alibi: est igitur apertum causam febrium esse aggressum naturæ ad vincendum noxiû humorem. Septima: prope mortem non solùm homines, sed & bruta; siue laborent morbo solutionis, siue compositionis, siue humorali frigido, aut calido intuentibus nobis, creberrimè & velocissimè respirant: non propter putredinem, vel causam intro calefaciêtem, quæ non adest: ergo propter conatû vnitiì caloris. De secundo: vt ex dicta causa colligatur febris essentialis notio, ea videtur vnio innati calidi in corde ab innata doctrina ad subueniendû magnis corporis damnis. Quæ côueniet vel omnibus febribus, vel his saltem quæ magnæ sunt & frequêtes: quod paulò post disputabitur. Neque mirum est sapientibus huius seculi non fuisse manifestè perspectam causam hanc, sicut multas alias innatas doctrinas informatricis facultatis, criticorum dierum, periodorum, qui in morbis obseruantur: siquidem de mira Dei Opt. Max. in creata prouidêtia Psalmographus canebat. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & nô potero ad illam: Nec oportet cum quibusdâ opinari, non vti naturam cordis hoc inuêto, nisi vbi agitur res sua, cui prouidet emendandæ vel cauendæ: ostensum est enim 5 de locis 7. facultatibus naturalibus creatorû; licet irrationalibus inditas esse has innatas doctrinas, non in sui gratiam tantum, sed crebriùs in vsus, aut totius corporis, aut aliorum mêbrorum. De tertio: stantibus superioribus placitis, videntur secandæ febres omnes in differentias sex variantes & prædictiones, & curationes medicas, tales enim solùm medici muneris sunt. Prima species: vnicus côgressus naturæ cum causa noxia ferè intra diem cessâns. cùm enim non aliter oppugnet natura quicquid noxij momentaneę sentit in corpore, quâ natura crisim in morbo intentans: siue noxium sit materiale vaporosum, aut humorale, siue immateriale, vt animi affectio, vel quiddam aliud incorporeum (non enim discernit irrationalis natura) ferè vna die peragit conflictum: diutiùs enim non sustinet citra fatigationem pugnæ continuitatem. Nam & crises ferè intra diem & noctem peragûtur. Hæc febris species accedit, vbi causa sensata non est ita multa, & calor cordis febrilis spiritus cordis magis quàm sanguinem ipsius inflammat: vocant diariam. Secunda species ferè duras dies 4. aliquando 5. aut 6. videlicet vbi noxia causa amplior est, & febrilis calor non solùm spiritui communicatur, sed omnes simul humores inflâmat, quos sanguinem appellant: ob quas duas causas extenditur ad dictum terminum, sine vlla tamen remissionis vicissitudinaria intercapedine: quoniam mirè docta natura vitium illud totius sanguinis & vasorum non patitur impugnatum manere cum vitæ discrimine, sed sine quiete toto conatu laborat, vel emendare vel expellere à viscerib. lædens: siue extrorsum, siue ad viles corporis partes: hanc vocât continentê, vel nouo nomine synochum: idq; aut sine putredinis indicio, aut etiam incipiente iam putrere sanguine. Tertia est: vbi non iam spiritus aut sanguis, sed excrementum aliquod in corpore contentum præstat febri occasionem, sua noxia qualitate, aut quantitate: & magis si vel natura sua calet, vel accidentario ex putredine calore: bilis, scilicet, vtraque, & pituita: aqua enim rarò putrens in ascite potest etiam febrem inducere. Hæc tria excrementa frequentissimè. Quoduis autem illorum, aut continetur intra vasa exigua, aut intra poros carneos, aut iunctum inducit tumorem præter naturam: & hunc aut externum, aut internum: nam intra vasa grandia copiosum quoduis ex his humoribus docta natura non retinet, cum maximo corporis damno, sed detrudit ad vnum ex numeratis locum? In quocunque ergo loco contineatur separatum à magnis vasis excrementum, docta natura non semel aggreditur (hoc enim separat sine sanguinis multo adiutorio separatum iam noxium humorem vno conflictu separare) continuatò verò succumbere timet præ fatigatione: quare eligit ad pugnam dies quosdam in quibus reparata ex antecacto labore victoriam speret. Sunt autem interualla illa varia, pro varietate anteacti in die accessionis, laboris: ita enim & ars militaris facit naturam imitata: Et quoniam (quod infra latiùs ostendendû est) ex conflictu cum pituita minimû fatigatur, cum bile magis, cû melancholia multò magis, obseruat in pugna pituitæ quotidianas accessiones, cum bile tertianas, cum melancholia quartanas. Hanc febris speciem vocant periodicam vel proportionalem: & sæpe iungitur illi putredo sæpe aucta quantitas acrium humorum, vel inflammatorum. Quarta species est indicta veteribus: vbi febris oritur ex insigni solutione in qualis corporis parte, & maximè nobili etiâ citra vitium spirituû, sanguinis vel aliorû humorû: Nam in subueniendo illi, vtpote afferenti vitæ discrimen, concurrente etiâ spirituû ex dolore inflammatione, obseruat dies quosdam ad febrem concitandam: non iam illos humorales periodicos variatos pro laboris præteriti varietate, sed vniuersales præfixos naturæ, curanti (quos vocant criticos.) Cuius est maximum argumentum, quod in nullo morbo tam præcisè obseruantur critici dies, tam in repetitione febrium, quàm symptomatum, quàm in vulneribus: In quibus curatoriæ indicationes magis sumuntur à vulnere ipso, quàm ab humoribus. Quinta differentia est: in qua sicut in sexta non adsunt ex natura febris accessiones, sed febris est vniformis: propterea quòd non pêdet ea inuadente natura certis periodis, sed ex calore ipso cordis & membrorum: qui vel iam combussit mêbra in quinta, vel comburit in sexta specie. Ambæ enim fixionê febris habent: nisi quod hæc quinta, quo tempore cibantur, repræsentat exacerbationem quandam, & statû cùm non sit accessio, nec periodus, sed feruor accedentis alimenti: hanc vocât hecticam. Sexta postrema etiâ vniformis est: propterea

quud

quod vtuntur mēbra ſua natura ſicca ex alimenti defectu: tantum autem videntur habere declinationem, aut fortè liberantur à febre, quo tempore cibantur, tunc enim accedente humido alimento, ſicut ad id quod vritur, prohibetur combuſtio febrilis, & vel ceſſat, vel valdè minuitur febris. Et quoniam videbitur multis durum oriri febrem ex negato cibo, ſanari autem oblato: confirmabitur vulgari & recepta opinione: quod quidam febricitantes propter tenuem victum conſeruant febrem, in quibus cibatio ſanat: vocat vulgus febrem ex debilitate: quæ opinio quia plurimorum eſt, contemnenda non eſt. Maior eſt Gal. auctoritas aſſerentis. 10. Ther. 4. & 5. in naturis ſiccis non ceſſare febrem etiam periodicam ante cibationem, & vnicum eſſe in talibus remedium ad febris ceſſationem, cibare inclinante acceſſione: & vbi morſus maior eſt etiam incipiēte acceſſione. Maxima eſt auctoritas experimenti crebro apparentis veritatis exploratoribus, & mihi ſæpe obſeruata. Nec diſſuadet ratio, quæcunque enim comburi periclitantur corpora, ſicut & vaſa ad ignem, nullo citius remedio ſanantur, quàm cibo, balneo, & aquæ copioſo potu. Videturque hæc ſpecies etiam ad hecticam referenda: ita vt hæc ſit incipiens, illa conſummata æqualitas febrilis: & habetur ſolutio ad propoſitam ſupra obiectionem de hectica quandiu ſit, quo nomine ſit appellanda. Num autem etiam in his poſtremis differentiis febrium quæ inter ſe valdè conueniunt, iungatur etiam pro cauſa conatus ille naturæ, in corde regentis, fortè demonſtrari non poteſt: quia non apparent mutationes illæ in pulſu pugnantis naturæ, & à pugna ceſſantis: & quoniam ex neceſſitate materiæ citra naturæ operationem ſartago ad ignem liquore deficiente vritur: & vbi vſta eſt liquore affuſo ebullit, non ſecus quàm cor; & membra in his duabus differentiis febrium. In quibus videtur oſtenſa febrium cauſa, finitio, & differentiæ facientes ad prædictionem & curationem. Nam in primo genere ferè refrigeratio ſatisfacit in ſecundo ſanguinis miſſio: in tertio purgatio: in quarto vulnerum & dolorum, & ſeruoris ſanatio: in quinto refrigeratio alimentoſa membrorum: in ſexto cibatio & humectatio non dilata. Videtur autem iuxta tradita de eſſentia febris, naturam in omni periodica febre intendere intermittentiam: cùm oporteat eam quieſcere à priore pugna ante ſequentem conflictum, continuitas igitur ex malitia vel copia vaporis agitati pendet vbicunque contineatur: ideò continuitas febris ſemper praua eſt, indicans plus poſſe vaporem morboſum ad febris continuitatem, quàm naturę operationem intendentis intermittentiam. Ex his ſex febrium differentiis de tribus tantum apertè meminerunt veteres, nempe de ſpirituoſa, vel vaporoſa, vel diaria: de putrida: de hectica. De humorali autem inflammatoria obſcurè tantùm, cæterùm de hectica fiente cuius factum eſt fixum, licet nondum poſſideat partes omnes corporis, & de altera ſpecie ortum habente à magno corporis incommodo non intemperamenti nomine, nuſquam meminerunt: cùm tamen omnium earum rationem & cognitionem haberi oporteat, ad certam earum curationem.

(Sed quoniam.)

Probat diarias non oriri ex putredine.

ADVERTE primò: Eraſiſtratus opinatus ſecundum naturam in arteriis cōtineri ſolum aërem, credidit febres oriri ex ſanguine defluente ad arterias: impedita enim delatione aëris refrigerantis, feruet ſanguis, & ſequitur febris, nō ad putredinem. Hoc conſtanter negat Gal. magis aſſentitur Athenæo, putanti febres oriri ex putredine. Excipit tantum diarias, quia de hecticis nōdum meminerat. Quod autem addit peſtilentes omnes febres putridas eſſe, verè dictum eſt quoniam, ſicut in quibuſdam peſtilentibus febris ſit hectica, tertiò præſagationis pulſuum, iūgitur tamen putredo cordis ipſius: & licet in ſudore britannico peſtilens ſit diaria (quam Gal. nō nouit) iungitur tamen putredo ſpiritus: quare vera eſt ſententia, omnem peſtilentem eſſe putridam non in anguſto ſignificato, in quo contra diſtinguitur diariæ & hecticæ: ſed in amplo, quo cōtinetur putredo alicuius ex tribus contentis in corde. Cap. 5.

Aduerte ſecundò: de indicio excretorū in morbis, citat Galen. Hippocratem. 4. Aphoriſ. 55. vbi condemnat in inflammationibus adenum omnes febres præter diarias: quia videlicet ſi plus vno die durant, ſignificatur eueniſſe inflammationem adenis, communicatione tumoris præter naturam in viſcere, cuius glandula eſt emunctorium. Quæcunque enim mala ſuccedunt laborantibus membris externis, habent iudicia valde oppoſita inter ſe: ſi ſuccedūt per permutationem, ſalubria ſunt: ſi propter communicationem, lethalia. Diſcernūtur autem mutuò. Primò: ex tempore, nam ante coctionē omnis excretio ſiue ad cutem, ſiue extra corpus, mala eſt. 4. Aphor. 21 ſicut icteritia ante ſeptimum. Secundò: ex quantitate excreti: nam minuti tumores, vel puncta in graui morbo, lethalia ſunt: ſiquidem intentatio criſis citra momentaneam excretionem peior eſt, quàm non intentati, decretoria enim nō decernentis aut mortem afferūt, aut difficile iudicium. Tertiò: ex qualitate morbi: nam ſi talia ſuccedūt cùm peſſimè habent ęgrotantes, cauſa eſt communicatio, non autem permutatio, vt ſurditas vel rubor oculorū in acutis turbulentis, flexus in habito à pleuritide, faſtidium in antiquo fluxu, tuſſis in hydrope. Diaria ergo in bubone, indicat permutationem humoris defluentis ad adenes, diuturnior morbus communicationem: in quo vno diſcernendo plurimum momentum vertitur ad verè prædicendum. Cur autem in bubone & vniuerſaliter in externa inflammatione modò ſuccedat diaria, modò putrida, poſt explicatam prædictionem, docet ſitum eſſe, in communicatione caloris ſimplicis, à parte inflammata ad cor, vel fuliginis putrentis in parte inflammata: ſi enim ſolus calor accedit diaria conſtituitur, ſi fuligo, putrida febris: inficit enim cordis humores ſua putredine. Obiiciunt quidam: non ſufficere ad putridam acceſſum putridæ fuliginis: quandiu enim humores non ſunt infecti durabit diaria non putrida, iuxta ſupra explicata. Dic 1. cùm agens validum ſit putrens fuligo in corde, & humor cordis paratiſſimus infici, non videtur ea mora, niſi breuiſſima: quam medicus non curat. Sed

diſtin

differriunt interpretes, nem etiam in sola inflammatione adeoum citra internum visceris affectũ, succedat qeádoq; febris putrida: & videtur licet carò posse succedere. Quoniam Gal.4.Aphor.citato inquit, verò simile esse putridam febrem in buboone nasci ab inflãmatione interna: quę verba non indicant perpetuitatem. Preterea: inflammationes & vlcera externa quando suppurantur, inducũt febres diuturnas, sicut è contrario inflammationes renum & vlcera licet sint interna, sæpe nullam febrem inducunt, sæpè diariam. Præterea: in ophtalmia apparet (vt docet Auicẽna) euenire febres multorum dierum. Item: nihil repugnat, in parte externa inflammata contineri vas amplum per quod communicetur cordi putrida fuligo: sicut ob contrariam causam inflammatio interna, quandoque non inducit putridam. Colligitur autem ex hoc loco, quod sicut datur febris humoralis sine putredine, vt synochus non putrens, ita datur diaria cum putredine, qualis præsens ex buboone: eo quod ratio speciei febris non pendet ex putrefacto in corpore, sed calefacto corporis.

(*Humorum autem.*)

Explicat de putridis febribus species putredinis tres.

Cap. 6. ADVARTA primò de numero: Prima dubitatio est: quod 5.simplicium.6. tribũtur tres variæ à præsentibus. Secunda: quod illic docet suppurationem à solo innato calore prodire, hic verò vtrique calori tribuit. Tertia: quod illic sicut, & t.prẹsag.vltimo, duas tantùm differentias suppurationis agnoscit: hic verò adiicit tertiam. Dic ad primam: diuisum illic, est alteratio in humano corpore, quæ vel nascitur à calore innato in materiam benignam, vt chylificatio alimenti, vel à calore extraneo in malignã, vt putrefactio cadaueris, vel à mixto calore in semimalam materiam vt suppuratio inflammationis: Hic verò diuisum est, suppuratio. Ad secundam: cùm in pure adsit fætor & similitudo ad membra radicalia, ageos necessariò est calor vterque, sed quia illic agit de pure nomine suppurationis, quod nomen importat actionem caloris innati, soli natiuo calori tribuit. Ad tertium solę sunt duę species suppurationis iuxta duo agentia vincentia: hic verò ad faciliorem doctrinam prædictionis febrium, addit tertium membrum mixtum: quod tamen continetur in illis duobus.

Aduerte secundò de coctione: Proprię sumitur à Gal.2.acut.44. sicut definitur Arist.4.metheo.2. pro victoria naturæ supra humorem, qui secundũ plurimum sui alit. Maturatio autem pro victoria supra humorem, qui secũdum minimum sui alat. 1.epidem.44. in quo significato opponuntur. Aliquando verò coctio latius sumitur ab eodem Gal. pro qualicunque victoria naturæ supra humorem, quo modo refrigerata bilis coctã dicatur, & morbi calidi in senecta coctione sanaorur: coctio ne.f. omnem ad mediocre temperamentum adductionem significante, vt in maturescentibus fructibus. verba sunt Gal.6.Epid.sect.5.6. Definitur autem Aristot. vtilis coctio, perfectio ab innato calore, ex oppositis passiuis. Perfectio autem, non importat terminum (quod quidam putant: opinantes aliter sumi coctionem ab Aristo. quàm à Medicis.) Sed apud vtrosque significat alterationem ducentem ad esse perfectum. Primò: quia ita explicatur à Peripateticis, Alexandro, & beato Thoma. Secundò: quia nomina in 10. significant motum, vt elixatio, assatio, coctio. Tertiò: quia illud adiectũm (ex oppositis) indicat definitum importare mutationem, quæ ab vno termino in alterum fit. Quartò: quia primo de naturalibus facultatibus secundo ex Aristot. ita explicatur. Aristot. verò ipse loco citato, generationem & coctionem eandem esse operationem: nisi quod generatio fit in substantia nondum cõstante, coctio autem in iam constante. Per perfectionem autem non intelligit formam perfectiorem: quia lac sumptum à grauida vertitur in lac in vberibus: quod non est specificè perfectiùs assumpto. Nec perfectio, significat maiorem mixtionem, quia caro sumpta vertitur in chylum minus mixtum quam carne. Sed asseritur perfectio, quia est via ab elementis ad mixtum: mixtum autem perfectius est elementis: quoniam dotatur facultatibus cœlestibus occultis, & sensu, & motu, & ratione: cum elementis sola insint temperamẽtum, & vnicus motus. Item: est perfectio, quia termina tur vel ad formam substantialem, vel ad artificialem accommodatam vsui, quem antea non præstabat, ex Aristot. citato. Ab innato autem calore ideò prodit coctio, quia elemẽtorum mixtio non potest fieri sine beneficio caloris mouentis. Sed quomodo calor iungit heterogenea, cuius est illa separare. Dic: non in ratione caloris, sed in ratione naturalis: quia quando coquit iam est naturalis, velut directus à forma requirente eam mixtionem. Ea autem forma consistit vel in re coquente, vel in aëre propter vim seminariam à cœlo communicatam. Sed quomodo coctio fit ab innato calore, si species coctionis elixatio, & assatio, definiuntur per calorem extraneum. Dic: species illæ locatæ sub coctione, ab innato calore fiunt: vtpote coctio in pueris quæ elixatio est, & in iuuenibus quæ assatio est: propter inopiam enim nominum, illæ naturales subeunt appellationes artificialium. Elixatio autem, & assatio, propriè dicta vtpotè artificialia, definiuntur per calorem extraneum, quia reuera prodeunt à calore igneo: & ideò propriè non sunt coctiones, sed per similitudinem quandam: quia omnis calor ignis, ab elixante vel assante determinatur ad perfectionem alendi, non aliter quàm calor solaris à vi naturali plantæ, ideò annumerantur speciebus coctionis. Sed adhuc potest dubitari. Cur generationem mixti tribuerit Aristoteles citato vtrique actiuæ, definiens: permutatio facta ab actiuis, cùm obtinent rationem supra passiuas, coctionem verò soli calido. Dic: coctionem perfici motu attractionis, retentionis, ebulitionis, & expulsionis: ideò soli calido referri ad generationem autem mixti, etiam conducere frigiditatem congregando, & vniendo. Vel per calorem in definitione coctionis, intelligit calidum complexionale: quod includit etiam frigiditatem. Sed quomodo in generatione mixti vincunt actiuæ passiuas, si generatio vnius est corruptio alterius, & in corruptione actiuæ non obtinent passiuas? Dic: (licet secus respondeat B. Thom. 4. Meth.) possunt actiuę non obtinere passiuas, iuxta mixtionem pristinam, pars tamen actiuarum obtiner

obtinet passiuas remaneotes iuxta exigentiam eius, quod de nouo gignitur: vt in generatione vermis ex carne putrefacta. Siquitur (ex oppositis passiuis) explicante Aphrodi. id est in passiuis vel passiuatum: oempe passiua sunt, quæ præstant in concretn certam mixto substãtiam. Vocat autem (passiua oposita) quia opponitur siccum humido, vel quia opponuntur ambo calido tanquam passum & agens: vel ex Aphrodis. passiua opposita sunt alimeota, initio quidem dissimilia & opposita, in fine nutem coctionis similia. Sequitur (quæ sunt propria cuiusque materia) id est aliud alimeotuo est aliæ speciei animatorum proprium. In defioitinne autem, subaudiendum est (in subiecto iam constante) vt separetur coctio à generatione. Ex qua definitione colligitur differentia coctionis à nutritione, & generatione mixti: oam nutritio.3. de causis symptomatum.1. & 8. localiũ. 6. est mutatlo alimenti cocti io membrum: Coctio verò mutatio alimẽti in similem qualitatem membri, non io substantiam: quare nutritionem vocat Galeous speciem alterationis, noo tameo coctionis: sunt enim tres coctiones, post quas sequitur nutritio. A generatione autẽ mixti distat, quia generatio est perfectio in substantia nondum coustaote, nutritio autem in materiam coostantem: ideò definitur aliquando à Gal. outritio, absumptæ partis non generatio, sed regeneratio. Ex quo colligitur secundò calorem coqueotem non necessario esse dominantem, supra frigus secum mixtum: nec supra calorem materiæ coquendæ: sed tantum dominari in actiooe coctionis, quia actio per mixtionem illi tribuitur: ad quam non requiritur victoria calidi supra contrariam qualitatem, à mammis enim, à cerebro, ab ossibus, a glandulis, coquitur sanguis cum calore subdominante frigori secum mixto, & sanguini coquendo. Colligitur tertiò: imaginationem Auicen. 1. primi doct. 6. cap. 3. & prima quarti de curatione putridarum, quod coctio in humore non reducibili, est operatio innati caloris inducentis qualitates præparãtes expulsioni, postquam non potuit assequi intentum primum de inducenda forma membri: noo esse recipiendam. Primò: quia licèt aliquando natura quando non assequitur finem intentum, conuertitur ad aliud. Vg. quando oon potest excremeotum deorsum pellere, sursum pellit magno conatu: eò quod est naturalius illi, quauis via pellere, quàm intus continere: non potest tamen, cùm non discurrat præparare materiam, ad secundum vsum, postquam non est assequuta primum. Aliàs oporteret, quod sentiẽs irritum esse conatum tussiendi in calore pulmonis immateriali, conuerteretur ad infrigidãdum: & sentiens læsionem ex defluente saoguine ad locum dolentem, retineret; nec amplius mandaret: Secuodò: videtur reiicieoda, quia pus maturum difficiliùs pellitur, quàm sanguis, quanto est crassiùs sanguine: & tamen natura postquam ex sanguine non potuit alere corpus, murat in pus. Tertiò: quia in humore etiam expellendo, videmus dominante oatura quanto magis procedit coctio, eo magis intendi præparationes ad formam membri, albedinis & æqualitatis. quapropter etiam Aristoteles. 4. Methor. 4. per supputationem, inquit reddi humorem habilem expulsioni non propter teouitatem acquisitam (fit enim crassior) sed propter victoriam naturæ supra humorem: quia euictum facilè gubernatur: nec rationes doctorum oppositum probaot. Prima: bilis per coctionem redditur crassior: ergo natura debuit pellere in initio, & non expectate statum, nisi per coctionem pararet expulsioni: similiter & sanguinem in synocho. Secundo: sicut in sano coctrix præparat nutritoriæ bonum humorem, ita in ægro debuit præparare ooxium expultrici. Dic: ad primum: vis oaturalis ex vniuersali præscripto seruat institutum ordinem, vt nunquam operetur expultrix, nisi cessante coctrice. Dic secundò: ex eo ordine operãdi io facultatibus naturalibus sequuntur commoda multa: quia natura humorem iam euictum facilè pellit, vtpote obsequentem: & in tempore coctionis separatur vtile à noxio, vt non expellatur simul cum noxio: & permiscetur crassum tenui, sine qua mixtione solùm tenue pelleretur: & applicatur materia meatui expurgatorio, quę ante membro permiscebatur. Hęc omnia commoda apparent in pure ioflammationis collato ad sanguinem, si ante maturationẽ rumperetur. Dic tertiò: expellit natura in statu non ante, quia humor noxius impermixtus bono, magis irritat expultricem. Ad secundum: cùm sit vna virtus oaturalis coctrix, semper vnum operatur. Colligitur quartò: quo modo coctum possit incrudari. De quo dic primò: specie variata nulla est dubitatio: nã ex carne fit chylus, post sanguis, post caro: similiter ex lacte potato, chylus, sãguis, lac; cùm enim in quauis mutatione specifica, à coctione expellaotur portiones aliquę antiquę mixtionis: nihil Inconuenit nouũ mixtũ habere mixtionem inferiorem pristina: quæ dicetur incrudatio. Dic secundò manente specie, id quod coquitur potest substantificè humectari: nam quædam plantæ natura sua prius trahunt terram, vnde euadunt fructus acerbi, vel acidi: procedente autem maturatione, tractò humido aëreo & aqueo, euadunt humidiores substantificè: vt castaneæ & vueæ. Nec tamen illa humectatio licet interna & substãtifica, potest dici incrudatio, sed maturatio: quia incrudatio requirit humectationem substantificam vltra constantiam debitam mixto. De tertiò: coctum esse siccius & constantius crudo propter resolutionẽ humidi à calido. 4. Metheorotum. 2. Ad incrudationem autem necessaria est humectatio interna, quæ repooat humidum substãtificum amplius & velocius, quàm exsiccetur ab igoe præexistentis terræ, id quod rarò est possibile, quando videlicet concurrit valida vis tractrix alimenti, & alimentum est valde humidũ, & viæ delationis alimẽti non cõniuent: quod accidit in secũda specie Hecticę bene curatæ. Verùm spermaticum membrũ exsiccatum nõ rehumescit, quia viæ delationis conniuent, oec sos abundat, quia deest vis nutritoria reparãs humidum. Quia ergo raro est possibilis rehumectatio illa substantifica, in qua consistit incrudatio, dixit Auerro. 4. Collect. 3. coctum incrudari non posse, & assumentũ reuerti ad elixum: potest tamen coctum reddi liquidius, quod est aliquo modo incrudatio. Quaodo scilicet permiscetur aqua saccaro, vel melli, vel vino, quo modo bilis dicitur desciscere in pituitam. 3. acutorum 38. Dic quarto: licet ex causa dicta bilis vtraque non possit redire ad cruditatem sanguinis, & ita per se propria coctione

Coctum non incrudetur.

coctione sint incoctiles. Verū permixto sanguine ambæ coquuntur, ita vt alant: nā ex illo mixto sanguinis, & bilis fit noua species toris & carnis. Mutata autem specie certum est coctum posse incrudari. nam ex tribus significatis coctionis traditis Hippo. & Galeno, 1. significato solum sanguis pro quarto humore coquitur, quia plurima sui parte alit: reliqui tres humores in secundo significato, quia minore sui parte: pituita verò etiam mediatè coquitur in primo significato, quia transit in sanguinem pro quarto humore: humores enim omnes aliqua ex parte nutrire est antiqua Hippocrat. sententia. 2. elemēt. sicut mera excrementa nempe vrina, pus, & portiones vtriusque bilis quæ in hepate secedunt ad conceptacula sua, aut nihil alunt, aut pessime. Demum: sicut venenum natura sua non alit, medicamentosa verò alimenta aliqua ex parte: alimēta verò plurima sui parte alunt: ita ex alimento sanguis maiore parte: reliqui humores minore: putridi verò, pus, & vrina nulla. In tertio autem significato, pro reductione ad temperamentum, omnia in corpore coquūtur: quia qualitates mēbri induci possunt plurimis, dissimilitudo verò substantiæ non admittit coctiones illas priores, quarum finis est forma membri. Gal. ergo nomine coctionis variè vtitur, prout sumit in amplo, vel angusto significato. Nam, dum primo naturalium & Aphor. ostendit coctionem à solo naturali calore prodire, sumit in primo significato: dum verò 5. simplicium, & 2. præsagiorum, & hic, coquentia ait esse calida, & humida moderatè, augentia quantitatem non qualitatem innati caloris, cui iungitur etiam actio caloris extranei; sumit in secundo significato: sicut artis. 89. & de constitutione artis 19. curans bilem vacuatione, pituitam autem coctione. In tertio autem significato sumit dum ait, morbos calidos coctione sanari, frigidos febre, & bilem coctam pallescere: quartam verò significationem, præparationis ad expulsionem Gal. non recipit: quia vulgaris vsus nominis, coctionis, est præparatio ad alendum: Aristoteles verò cum coctionis nomine intelligat acquisitionē cuiusuis perfectionis vtilis ad opus quoduis, etiam si nō sit alitio: eam perfectionem, per quam natura vincit humorem, aut humor redditur obsequentior naturæ vocat coctionem: etiam in pure & vrina, & latere cocto quia redditur vtilis ædificio: imò & perfectionem aptā connubio, vocauit Poëta maturitatem, dicens: Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Ait enim Arist. agens de maturatione: & hæc quidem ad naturam ducit, hæc verò eiicit. Non obstat dictis: quod 5. de vsu 4. & 5. vocat excrementa, vtrāque bilem separatam ad conceptacula: sunt enim verè excrementitiæ partes; non solùm sanguinis collatione, sed etiam bilium, quæ cum sanguine per corpus deferuntur: non tamen appellabuntur excrementa vrinæ collatione: à qua in totū corpus purum esse postulat. Nō obstat etiam: quod libro. Quos & quando. c. 5. ait tenues humores initio esse purgandos, non expectata coctione: quia ibi, sicut 7. Ther. 11. non solum aquosos humores, sed & biliosos monet purgare ante coctionem: non negat illos posse coqui. Colligitur quintò: mixtū posse gigni citra coctionem à calore prodeuntē, vt ferunt de cristallo vi frigoris concrescente. Imò propriè sumpta coctione nullum mixtum gignitur per coctionem sed per generationem: quia coctio est perfectio mixti iā constantis, sicut generatio est mutatio à non esse mixti. Colligitur sexto: coctionem apud Medicos & Philosophos sicut, & cruditatem non sumi æquiuocè: nam coctio apud vtrosque nō significat præparationem ad expulsionem, licet Manardus cum aliis concedat: sed solam operationem caloris innati in humorem, per quam natura superat humorem. Apud Auicenam autē opinantē vim coctricē in humore noxio parare expulsioni, merito asseretur coctio, quia coctio dicitur omnis operatio virtutis coctricis: sed illa imaginatio supra explosa est. Ad rationes autem Hugonis prima quarti, quibus ostēdit æquiuocare Medicos, & Philosophos in nomine coctionis. Ad primam: coctio in bile iuxta Auicenam est infrigidatio & humectatio. Dic: illa significatio est abusiua: nam apud Arist. & Gal. coquentia sunt modicè calida, augentia: quantitatē calidi innati, non qualitatem. Aliquando autem accipitur à Medicis latius coctio pro reductione ad mediocritatē: in quo sensu distabūt coquētia medica à physicis: sed est acceptio rara & amplissima. Coctio verò propriè sumpta pro actione caloris innati in humorem, ita vt aliqua ex parte alat, alio nomine vocata maturatio, & coctio adhuc proprius sumpta pro actione caloris innati in humorē, ita vt plurima sui parte alat: ambæ hæ significationes sunt vniuocæ apud Philosophos, & Medicos. Ad alterā Hugonis, id coctionis, vel cruditatis apud Aristotelem vnica causa est, defectus caloris in ordine ad humidum coquendum: apud nos verò caro vaccina non coquitur ob abundantiam terræ: & febriens nō coquit propter excessum caloris, fructus aliqui non maturantur propter vehementem æstum. Dic: cùm cruditas opponatur coctioni, quę proficiscitur à calido permiscente humidum, semper orietur à defectu caloris in ordine ad humidum permiscendum: caro verò vaccina tardat in coctione, quia difficile est separare multum terreum ab humido ad nouam permixtionem. Febriens malè coquit, ob defectum quantitatiuum calidi innati, sicut fructus in magno æstu nō maturantur, quia comburuntur: non autem incrudantur. Colligitur septimò: cur quarto Metheororum, tertiò: cocta redduntur calidiora, & crassiora, & lentiora: si apparet lac frigidius sanguine, & spiritus animalis vitali, & bilis cocta pallidior est. 2. acutorū. 44. pallidum autem minus flauo calet, adde quod crassiores sunt multi fructus immaturi maturis, & pituita cruda quam cocta, & minus lentum sputum visitur in pleuritide cocta. 1. acutor. 33. Nō enim videtur sufficere ad hæc obiecta, quod humidum per coctionem admixto terreo redditur crassius: humido autem tribuitur coctio inter passiuas, eo quod per coctionem humidum terminatur alieno termino, terreum enim proprio termino terminatum est: Non sufficit (inquam) hæc interpretatio: quoniam Arist. & Gal asserens cocta esse crudis crassiora, pronūciant illud de toto cocto mixto ex humido & sicco, collato ad totum crudum sicut quod adduat cocta esse calidiora & lentiora. Quare videtur asserendum coctum, ferè calidius esse, crassius & lentius: videlicet quia coctio proficiscitur à calido, ideò

calidus euadit coctum: crassius autem quia per actionem caloris dissipatur tenue. Lentius, quia permixtione multa passiuarum cōparatur rebus omnibus lentor. Aliquando tamen licet raro, coctum euadit frigidus, quando agens est frigidius re coquēda: tenuius quando prius trahitur terreū quàm aqueum vt in quibusdam fructibus, & morbis in quibus ab initio apparet sedimentum, & vrina pauca & grumosa. 4. Aphot. 69. aliquando euadit coctum minus lentū, quando mixtio crudi erat glutinosior. 1. acut. 33. illi autē rari affectus per accidens aliquando sequentes ad coctionem non tollunt pronunciatum per se perpetuo verū: considerato scilicet effectu coquentis caloris in re cocta simpliciter, citra vllam aliam quæ interuenire possit actionem impedientem vniuersalem, & per se caloris in mixto effectum. Est autem illa loquendi phrasis etiam Hippocrat. & Gal. familiaris. 1. aphor. 16. scribentibus, Victum humidum omni febri conuenire, cum tamen eximiè lædat febrientes hydropicos. Respōdet enim Gal. satis esse ad veritatem sententiæ Hippocr. quod febris ipsa per se sola considerata iuuetur humidis: sic Aristoteles, & Gal. docēt, calorē, si expendatur per se sola illius operatio, reddere cocta omnia necessariò calidiora, crassiora, & sicciora; si verò etiam considerentur, quæ aliquando inter coquendum intercedunt, respondendum est, aliquando per accidens coctum euadere frigidius; quando inter coquēdum separatur pars calidior eius quod coquitur, vel quando calor in coquēte remissior est quàm in re quæ coquitur: ita enim cocta bilis euadit frigidior seipsa cruda: & spiritus animalis vitali: sicut verè diceret qui assereret calidum in primo necessariò calefacere, scilicet ex innata vi, licet accedens calido in quarto non calfaciat, sed refrigeret: sic crassissimus aut lentissimus humor dum à naturali calore modicè crassescit, & lentescit redditur per accidens minus crassus & minus lentus: aut quia inter coquendū secessit portio crassissima, aut lentissima. Mustum enim coctum tenuius est, quia subsident actione caloris separatis heterogenea fæces incrassantes ad imum. Nec obstat etiam sententiæ dictæ: quod calor non semper incrassat, imò magis tenuat: nā aër & aqua calore tenuantur, frigore gelantur, & crassescunt, quia in simplicibus corporibus calor sua natura rarefacit non incrassat, quia non dissipat humorē, qui in illis non continetur: In mixtis verò per accidens siccat & densat, dū ad resolutionem humidi aërei & aquei, residuæ partes terræ densitatem, & crassitiem maiorem in mixto repræsentant Si verò exactius cōferantur mutuo Arist. sententiæ de coctione, & maturatione cum Galeno, discrimina inter vtrunque inuenientur: cum sit Galenus in nominum significatis liberior, Aristoteles exactior. Dic ergo primò: Aristoteles numerat potissima opera actiuarum qualitatum (quemadmodum reuera sunt) generationem simplicem vel simpliciter dictam, cùm oritur in orbe aliquid quod non præerat, & secundum quid cum mutatur à natura, id quod præerat in melius vel deterius. Sicut enim simplici generationi opponit interitum, ita coctioni cruditatem vel defectum perfectionis mixti, quo fit vt mutatio etiam dicatur coctio Aristoteli, Galenus verò separat alterationem inductam in alimentū à posterioribus operibus appositionis, vnionis & assimilationis: vltra quas sequitur apud vtrunque authorem forma, quæ hic non inquiritur, sed tantum opera actiuarum qualitatum, & passiuarum in mixto, vel toto vel parte eius. Secūdò differunt: quia Aristoteles maturationem vocat speciem coctionis, Gal. oppositam facit propriæ coctioni. Tertiò: Arist. quamuis perfectionem in mixtū qua reddatur cuiuis operi vtile, vocat coctionem, vt si redditur aptior humor expulsioni: Gal. coctionē soli alitioni addicit. Quartò: Arist. agens coctionis facit semper calidum innatum, vel simile innato, moderatum. 5. Galenus autem extendit ad quiduis reddens rem aptiorē alitioni siue infrigidet siue calefaciat, siue attenuet, siue incrasset. Dic secundò: cum vulgus ob imperitiā multis rebus nomina non imposuerit, quando vtimur nomine in significato vulgi, proprio significato vtimur: vbi verò ob proprij nominis penuriam vtimur vulgari ad significandam similem aliquam rem, dicimur loqui per metaphoram vel similitudinem: v.g pulchum propriè est quod visum oblectat, virtus verò quia similiter animam oblectat, pulchra dicitur: & crudum est vulgò & propriè quod nō est euictum à calore, metaphoricè autem homo crudus, qui misericordia non flectitur: & his cruda quæ nondum cōponi cæpta est. 3. de præs. puls. 6. Arist. ergo videns elixationē, & assationem proprias & vulgares oriri ab externo calore, cùm coctionis agens perpetuum statuisset internum calorem, conciliat hanc oppositionem, cōcedens proprias illas operationes elixationis, & assationis non esse coctionis differētias, sed coctionis differentias esse quando prodeunt ab interno calore vel humido, vel sicco; quæ quia nominibus carent, possunt per metaphoram cōpellari similari similiter artificialibus, elixatio & assatio. Hæc cap. 3. fortè verò facilior solutio foret, si affirmaremus coctionis opificem esse perpetuò calorem moderatū pro formæ exigentia producendæ: & innatum quidem temperari ab admixto ex indita doctrina certo frigore; externum verò sæpius & ipsum coquentem, temperari reddique interno similem, dum certa mora retinetur in actione, doctrina, vel diuina eius qui solarem calorem metitur, vel artificis moderantis elixantem, aut assantem calorē. Ex actionē quidem interni caloris perficientis, vel coquētis, solo coctionis nomine generico indigitari, reliquas tres, maturationis, elixationis, assaturæ cuius vna species frictura est. Si enim cōferantur generationes rerum prodeuntes à solari calore iis quæ prodeunt ab innato seminali, millies excedit solaris calor generatorum numero innatum calorem mixti generantis: cur ergo, nō similiter solaris calor, & igneus moderati coquent validior eius operatio est generatio quā coctio. Aut cur non moderabitur calidum externum ad generationis & coctionis opera mora cōparata à creatore, vel ab artifice coquente, si moderatur adiunctū ab eadē doctrina innata frigus certū: & ita erunt propriè coctionis etiam maturatio, assatio, elixatio. Colligitur octauò: cur Galenus aliquando omnes tres species suppurationis, tribuat tanquā agēti vtrique calori. 1. præsag. vlt. & 2. Aphor. 47. nonnunquam optimum pus soli innato, prauum soli extraneo. 5. simp. 6. & 1. epid. sect. 2. 44. quoniā

vbi

vbi confiderat in pute sola [illegible], tribuir innato: vbi sola mala, extraneo. Cũ tamẽ in omni triplici suppurationis specie, appareat affectus ambotũ: nẽpe fætor & albedo, asserendus est vterque celor agens in omoi pure. Si autem quæratur, de produecente formam substantialẽ puris. Dic: non producirut à calore cũ sit agens inferius ad substantiam: sed vtroqua fit præparatio ad formã, si necesse est concedere formã nouã substaotialem.

Aduerte tertiò: de putrefactione: cum cotrũpantut mixta ab eacessu euiusuis ioremperamẽti, non dicuotut puttere, nisi fætore eortumpantur. 5. simplicium. 15. esseoria autem putrefactionis explicatur. 11. Therap. 8. corruptio totius putrescentis substantiæ ab extraneo calore. Potast autem accusari, quia in eu, definitum ingreditur finitionem, quate datur per occulta: sed Gal. putat, Medicos non debere esse valde sollicitos de eaactis definitionibus. 4. de differentiia pulsuum. 2. Arist. autem. 4. Metheo. 2. definit. Cotruptio proprij calidi in humido, ab eattaneo calore. Quæ definitio sicut reliquæ physicæ. 1. de anima. 1. datur per materiam huius transmutationis. Et per eorruptionem quidem intelligitur defectus innati caloris, siue in quantitate propter resolutiooem eius quod sæpius accidir: siue in qualitate, quod accidit membro valde refrigerato, eùm putret: sicut enim innatum calidum permiscet passiua pro indigentia formæ mixti, ita conseruat ea permixta vsquè quò reddatur imporens ad cõseruationem: qao tempore dissoluitur mixtũ per putrefactiooem. Sed: si ealor operatur in vtroque passiuo, cur habet definitio calur in humido? Dic: prudentissima natura ad commodam permixtionem passiuarum indidit vim ealido cuius est permiscere, vt Insileat in humidum, & fugiat à metè sieeo: eo quod humidum materia est apta ebullitioni, per quam fit commoda permiatio: nõ secus quàm in animalibus indidit vim mari ad fœminam. Iodidit etiam vim siceo vt ad se trahetet humidum in quo existens calidum, & intro penetrans eommodissimè permiscet ambo passiua: quod ats noo potest. Ideo secundo natural. t. vera mixtio, opus est solius Dei & naturæ. Quod verò Arist. addit cum Gal. hunc defectum innati ealidi nasci perpetuò ab excessu caloris extranei videtur diffieile. Primò: quia eùm putrefactio sit oaturalis dissolutio mixti, quæ in plantis vocatut marcot, io animalibus senium, & naturalis mors: multæ aliæ erunt eausæ putrefactioois, fieut & naturalis mortis, præter eacessum caloris extranei: nempe resolutio ealidi ab interno igne, & aucta exerementa, & impoteoria outritionis perpetuæ. Secundò: quia prius putret mixtum, & effunditut ealiditas cum suo humido, quàm appareat eàlor extraneus additus: ergo ealor ille extraneus apparens, non fuie causa putredinis. Tertiò: quia calor innatus mẽbrorum minoor putrefacit bilem ealidiorem, & per hyemem putrent earnes calidiores contineote. Quod verò calot extraoeus apparens sit naturalis, qui effunditut per putrefactionem, apparet: quia, in coctione ebullit ignis in humido, ante permixtionem eius eum sicco: ideo vinum nouum ebullit, non autem eoctum: & rursum eùm putret mixtum, post separationem humidi à sicco ebullit: quod vocant teferuere. Alterum indicium quod excessus ille caloris extimus non est calor eatraoeus, sed qui vel fututus est innatus, vel fuit innatus, est: quin quò aliquod mixtum est natura calidius, eo magis calet & ebullit, & dum eoquitur, & dum putret: vt stetcus, caro, frumentum. Videtur ergo putrefactionis causa, debilitas innati calotis propter quam seiungitur humidum à sicco: humidum autem seiunctum ohtentum à suo calido iuncto fætet: in quo eonsummatur putrefactio, à quacunque causa prouenit ea debilitas. Sæpe enim prouenit à prohibita difflatione, quia omnis calor prohibita difflatione mateeseit: sæpè etiam à vehementi calore eatraneo quia lib. de respirat. minor flamma fit alimentum maiori: aliquando à valida refrigaratione, quomodo putret digitus ea vehementissimo frigore: sæpissimè defectu propriæ materiæ, humidi pinguis alentis: quomodo in senibus putrans pituita fit salsa, & pili cani. Colligit primò Aristot. omnia putrentia primum reddi humida, deinde sicca: & iotelligitur in pluribus putrentibus: nam in mineralibus ob magnam siceitatam & eximiam passiuarum mixtionem, sieut trahitur paulatim ad superficiem humiditas, ita paulatim dissipatur: quare nuoquam redduot humecta, sicut nec ferrum, nee lapis, sed cariosa & rubiginosa. Et propter paulatinam resolutionem humidi, faeile friabrilia: nuoquam autem fætẽt, quia nunquam acetescit superfieiei iuncta humiditas, quæ obtineatut à ealido. Colligitut secundò: contrarium maxime commune geoerationi mixti, esse putrefactiooem: sunt enim motus à eontrariis terminis in contrarios, generatio quidem, à seiuoctis passiuis ad coniuncta: putrefactio verò à coniunctis ad diuisa. Addit Aristot. citato: putrefactionem esse naturalem finem omnium natura eonstantium: quia nisi aliquid violentum intercidat, mixta omnia putrefactione pereunt. Si autem animata dicuntur perire morte naturali, quæ tamen noo est putrefactio. Die: eam mortem esse eorruptiooem animati; quatenus animatum, non quatenus mixtum. appellatur antem mors ea naturalis, non in eo significato (naturalis) quo naturale dicitur, id quod intenditur à natura, sed quo dieitur, id quod sequitur ad operationes naturæ lib. de Maras. 2.000 tamen sentie Aristot. (quod quidam interpretantur) putrefactionem esse mortem naturalem: quia ooc fit à principio intrinseeo, nec passum confert vim morti. Colligitur tertiò: quod licet generatio miati definiatur per ambas actiuas, in putrefactione, solius calidi fit mentio: quia eorrumpens ealorem similiter eorrumpit determinationem frigoris, oeeessariam actioni caloris: & quia separatio passiuarum, in qua consistit essentia putrefactionis, à solo defectu caloris innati cooseruantis pendet. Colligitut quartò: infinitione dicta sufficienter excludi combustionem: quia in eombustione non corrumpitur calor io humido, sed inteoditur ealor innatus, & absumitur humidum. Quate non oportet addere eum quibusdam (à calore humido) neque eum aliis, (cum debilitate innati calotis,) neque eum aliis (facto calote exttaneo intrinseco rei putrenti:) quoniam etiam in eombustione iotro operatur calor eatraneus. Colligitur quintò: eur putreotia ferè fæteant: quia fætoris origo

est, humidum non regulatum à calido: tale autem est humidum rei putrentis: sicut è conuerso flores bene olent, quia humidum integrè possessum est à calido. Cum primùm autem humidum putrens obtinetur à calido: ad nouam formam mixti, cessat fœtor. Videturque natura indidisse fœtoris sensum, vt ab animali vitentur incocta, ceu praua alimenta: Additione autem terræ ad nouam generationem, non sequitur odor, sicut in floribus: quia deest tenuis halitus, materia odorum. Nec secus, fœtoris abominationem in hunc vsum animalibus indidit, quàm sensum fragoris, ad vitanda, quæ longinqua sunt: Deformitatis autem horrorem ad longinquiora: sicut amaroris ad proxima. Ideò dicebat Arist. citato, duo illa perficere putredinem, defectum calidi innati, & abundantiam extranei: ad quam sequitur fœtor. Nam in congelatis deficit calor innatus, & in ambustis auctus est extraneus, & tamen neutrum illo tum putret. Colligitur sextò: cur in putrefactione gignuntur nonnulla, non in combustione: quia in combustione deest humidum permiscendum, ad nouam mixtionem: in putrefactis autē licet calor innatus non obtineat humidum iuxta pristiuam mixtionem, potest obtinere partem illius, iuxta nouam: & ita succedit generatio putrefactioni. De putrefactione autem, & illi contrariageneratione adiiciendæ sunt propositiones quatuor. 1. dubitat Galenus 1. natur. 4. cur Aristotel in lib. de generatione omnes quatuor qualitates actiuas appellarit 4. metheor. 1. duas vocat agentes, reliquas patientes. Respondet: Aristotelem ita posse excusari si intelligatur, quòd licet in elemētis pariter sint omnes actiuæ, in mixtis tamen de quibus in 4. metheor. agebat, magis agunt priores, minus alteræ. De quo dic primò, non est mens Aristotelis in mixtis solas duas agere, in elementis verò omnes quatuor: tum, quia 2. gener. 2. asserit, agens de actione illarum in elementis, duas agere, reliquas pati: tum quia 4. meth. 1. habet: humida autem & sicca tum ipsa per se (i. in elementis) tum quæ communiter ex vtrisque concreta sunt corpora terminari, & aliis qualitatibus affici. Nec item sentit magis agere duas quàm pati, reliquas è conuerso simpliciter, sed quod duæ agunt, non patiuntur, duæ verò patiuntur nil agentes: Ostendit, quia finitiones essentiales vtrarumque explicantes totam vtrarumque naturam, nil continent passionis in actiuarum explicatione, sicut nil actionis in passiuis. Dic secundò: duplex actio & passio consideratur in elementis: vna per se & propria, qua cōtraria agunt in se mutuò, calor in frigus, humidas in siccitatem, & è conuerso, & hæc tam in elemētis, quàm in mixtis durant perpetuò: siquidem quatuor illæ qualitates omnes agunt in contraria sua, inducendo suas similitudines & patiuntur à contrariis, non modò quandiu mouent separata elementa, sed etiam post mixtionē: nam piperis calor adhuc calfacit nos, opij frigus infrigidat: & licet non sit omnium quatuor æqua in agendo efficacia, nec intensio æqua: verum operatio earum omnium in sua cōtrario omnibus ex æquo inest, & constitutio mixti in omnibus quatuor æqua: non minus enim desinet esse mixtū absentia vnius ex quatuor, quàm cuiusuis alterius: vltra hanc autem actionem caloris inducendi vel frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis, reperiuntur in elementis ipsis; & apertius in mixtis affectiones multæ pendētes à duabus harum tanquam ab inducentibus eas, à reliquis duabus, tanquàm à recipientibus, & ab apta materia suscipiendis affectionibus; verbi gratia inest illis generatio & interitus, coctio & cruditas, durities & mollities: in his affectionibus omnibus producendis calor & frigus efficiunt, humidum autem & siccū ex natura sua habilia sunt suscipere affectionea illas ab actiuis qualitatibus inductas: quæ varietas binarum qualitatum, harum quidem efficientium, illarum autem patientium, non solum in mixtis locum habet, quod toto lib. 4. met. Aristoteles ostendit: sed & in elementis ipsis. Affectio enim qua vapor modò gelatur in grandinē, modò cōctescit in niuē, modò soluitur in pluuiam, modò disgregatur in flatum, vel fulgur, prodeunt quidem à calore, aut frigore agentibus: ab humiditate autem, & siccitate eius tanquam à patibili, & apta materia dictarum impressionum, aut affectionum. Dic tertiò, cùm duæ facultates efficiāt affectiones omnes, quibus substant mixta præstantissimæ tamen mixti affectiones authorem habent calorem, non frigiditatem: calorem tamen non absolutum, sed certo frigore determinatum, mensurante docta de sursum natura pro formæ inducendæ indigentia. Probatio: nā cū essentia ipsa speciei mixti consistāt in certa mixtione passiuarū, dum elementa in minima diuidūtur, & diuisa certa quātitate, qualitate & ordine miscentur: superest, id quod efficit duas has operationes diuidēdi, & aggregandi, esse propriū opificem mixtionis: sicut sartor dum datū pannū modò diuidit, modò iungit: & quoniam diuisio, & vnio non fiunt citra motū, nec motus citra calorē: efficitur vt opifex immediatus mixtionis sit, non frigus, sed calor frigore determinatus. Aristoteles autē considerans in generatione mixti vltra præcipuam operationem dictam quæ soli calido tanquam agenti tribuenda est, intercedere etiam concretiones partium quarundam, vt adipis in animalibus, & duritiē in testis fructuū, & ouorū, in lapidibus, & metallis, quæ omnia frigori agēti tribuenda sunt: meritò in definitionibus generationis & coctionis iungit pro causa agente frigiditatē calori. Et tamen idem ipse definiens opposita, nempe putrefactionem & cruditatem, solum recipit pro causa caloris defectū, vel (quod idem est) frigiditatem: quoniam sicut virtutis informatrix in animalibus formans singula membra eadē manens alit, auget, & morbida sanat: ita calor ille innatus frigore suo determinatus (quod vocant complexionale calidum) sicut ipsum solum mixtionē peregit sua præsentia, ita diminutione, vel absentia conseruare nō potest (quod cruditas, vel putrefactio dicitur) ideo definit vtrumque interitum, & simpliciter dictum, & secundum quid per corruptionem calidi. Propositio secunda: Aristoteles in definienda generatione mixti sumit pro genere mutatione: in definienda autē coctione, perfectionem: nullibi addens mixti ad separationē generationis & corruptionis elementorū: videlicet quia generatio & corruptio mixti sunt mutationes à nō ente simpliciter ad ens simpliciter, vel è conuerso, verbi gratia à non malua ad maluam: coctio autē non est mutatio simplex, sed

secundum

secũdum quid ab esse imperfecto ad perfectum, vel è conuerso, verbi gratia à malua non nutrita ad nutritam, vel ab exigua ad adultam. Ideo autẽ non necesse habuit addere verbum (mixti) quia elementa licet gignantur per partes, semper tamẽ præerant: quare generatio mixtorum nõ præexistentium sufficienter explicatur per simplicem mutationem, id est rei non præexistentis: & per (naturale) sufficienter excluditur artificialis mutatio qua lignum transit in lectu. In definiẽda autem putredine addit: esse corruptionem calidi in humido, quo faciat probabiliorẽ causam putrefactionis, quod sit attractio interni calidi simulcũ humido insidẽte calori. Cur igitur, si solis mixtis conuenit putrefactio, omnia elementa ait putrere præter ignẽ? Dic: quia cùm verò non sint simpliciã elementa, sed admixtionẽ habeant multam alienorum, meritò intereũt similiter his quæ mixta sunt: cuius indicium fætor est: simul & vt confirmet vniuersalẽ causam putredinis esse victoriam interni calidi ab excedente externo: quia cum ea causa in igne solo locũ non habeat, meritò solus ille imputrefactibilis est. Nec arguẽdus Arist. est concedens putredinẽ elementis tribus, eò quòd illa in se nõ putreãt, sed putreant portiones aliquot mixtorũ illis immersæ: quia licet illud cõcedatur, Arist. obseruat perpetuò vsum vulgarem verborum, & iuxta illum inquirit essentias rerũ. Vulgus autẽ concedit in tribus illis putrescentis nomen, non in igne: eo quod ignis (ait Arist.) nil in se continet alienũ. Propositio tertia: quo sententia Arist. de putrefactione vera sit: nẽpe communissimũ esse interitum omnium natura constantiũ, oportet non recipere finitionem Gal. de putredine quinto simpliciũ vniuersaliter: nẽpe quod ea sola dicũtur putrere quæ cum fætore corrumpuntur. Plurima enim mixta naturaliter pereũt citra fætorẽ, qualia sunt sicca omnia corpora, non tamẽ citra separationẽ illam passiuarũ, qua putrescentia redduntur primũ humida, deinde sicca. Seniũ verò & mors, nõ sunt putrefactio, sed via ad putrefactionẽ, dicẽte Aristotele citato c. 2. nam senium, & mors nõ sunt separatio passiuarum, quod est essentia putredinis, sed sunt minutio calidi innati conseruantis mixtionẽ: diminuto autẽ innato cõseruante, sequitur dissolutio, id est putrefactio. Calor enim innatus cõseruatur nutritione: tandiu enim sunt animalia, quandiu nutriuntur, secundo de anima. Cùm ergo cessat nutritio, vocatur mors animaliũ, & insignis diminutio innati caloris, ad quam paulo post sequitur putredo: quare meritò senectus, & mors dicũtur via ad putredinẽ. Propositio quarta: quod addũt Aristoteles, & Gal. ad putredinem requiri tãquam necessariam concausam excessum externi caloris ascititij, multas habet aduersantes rationes: quæ partim allatæ sunt, partim adiicientur. Prima: per hyemem continentis calor minor est: quàm in animalibus & plãtis, cùm torpeant plurima, vel pereant præ frigore ambientis aëris: In æstate multus est continentis calor, sed idẽ valde siccat & comburit, ita vt neuter putrefaciat: cùm tamen mixta omnia, & in omni tẽpore putreant. Secunda: si est putredo naturalis interitus mixtorum, non requirit causam externã violentam, sed sponte sua succedet: sicut non est naturalis mors quæ oritur ex immodico continentis frigore, humiditate, aut siccitate. Tertia: naturalis interitus plurimus mixtorum citra præsentiam caloris externi efficit illa primum humida, deinde sicca: ergo erit putrefactio ex definitione: & tamen non à calore continentis. Quarta: cadauera sepulta sub terra multo frigidiore quàm illa sunt, primũ diffluunt tabo, post in terram abeunt cum fætore eximio: ergo putrent, & tamen citra calorem cõtinentis. Quinta: reposita omnia & inclusa, vt clausa domus, vestes, liquores in lagenis, vel tribus semiplenis, frumẽtum in horreo, & aqua stagnans facilè putrent: quia calor innatus euaporans, & extra vnitus, nec dissolutus euocat quod residuum intro est: vbi verò ventilantur dicta, vel ad aërem exponuntur, quia exhalat is calor innatus circundans, vel vbi implentur vtres non putrent: cùm tamen in illis inclusis & plenis minus ingrediatur aër ambientis, qui apud Aristotelẽ est putredinis author, ideo in lagena non plena si quotidie extrahitur vinum minus acessit, quia aër inclusus calefactus ex innato vini calore euaporante respirat ingressu frigidi aëris: quare minus putret. Aristotelis enim respõsa de propositis problematis nõ videntur satisfacere; tũ, quia 22. problematum. 4. ait mota magis putrere 4. autem metheororum. t. mota minus putrere; tum, quia ratio allata 4. metheor. non consentit experimento: mota (ait) nõ recipiunt æquè impressionem continentis putrefacientis, sicut quiescẽtia: quia subinde mutatur agens, vel situs passi; ideo mota tardius putrent: sed quæcũque inclusa sunt, vel in aceruo magno, minus recipiunt impressionem cõtinentis: ergo oporteret illa tardius putrere contra experientiam. Sexta: citra interuentum caloris immodici auocantis extrorsum naturalẽ, adest interna causa minuẽs illum, ita vt nõ cõseruet: ergo non est necessarius interuẽtus illius causæ. Probatur assumptum: quia ob ineptitudinem materiæ calidi, quæ indies propter siccitatẽ peius conseruat calorem, marcescit, & extinguitur spõte sua: sicut ligna & externa omnia, dum subiectũ per siccitatem paulatim transit in cinerem. Aristoteles verò quoniam vidit putrentia calere, & quoniam frequẽtissima & citissima putredo mixtis euenit in calido continente, addit pro concausa putredinis vltra natiuam frigiditatẽ calorẽ continentis extraneum: cùm euidentior causa sit, ideo apparere putrescentia tactu calida, quia vniuersus innatus calor putrentis euolat in diffluens humidum iam non coërcitum: non aliter quàm ebullit sartago, non cùm oleo abundat, sed cùm affunditur oleo humiditas, vel aquæ, vel frictutæ, ad quam calor internus iunctus succedit, occupans iunctum humidum: vt in aceruo tritici putrescente, & præ multa humiditate conglobato in massam. & præ caloris copia interni sed iuncti effumantis. Si enim calor illi ambientis esset, cur non durat absoluta putredine? Non aliter etiam inclusæ vestes tinea corripiuntur, non si aëri exponuntur, quoniam manet iunctus in superficie internus calor humidum internum euocans, & mixtionem dissipans pristinam. Si verò paulatim exhalat internus calor, nec extra detinetur, putrens res sine vllo manifesto calore, vt acescentia lac & vinũ: manent autem frigidora propter defectum innati caloris, idem tamen acetũ propter exiguum calorem, quod plurimum impressit in

humidum tenue, fermentat terram: quod vinum non facit propter minorem tenuitatem humidi, & minorem impressionem interignis. Et mihi quidem id est authori, rationes dictæ fidem faciunt insinienda putredine, non esse addendum (ab ambientis calora oriri) sed molestię meę magis est consentum proposuisse eas in admirabiles viros Aristotelem, & Gal. relinquere liberum legentibus iudicium.

Aduerte quartò: num coctio & putrefactio in humore simul intendantur, quod Gal. videtur innuere in loco. Dic: licet putrefactio sumpta pro corruptione mixti, & coctio sumpta pro perfectione in mixto iam constante, non opponantur: verum vt putrefactio dicit motum præparantem ad corruptionem mixti, coctio verò motum perfectiuum mixti, siue sit genitum, siue modò gignatur, sunt motus oppositi: sunt enim à côtrariis terminis in contrarios, coctio à diuisis passiuis ad coniuncta, putrefactio à coniunctis ad diuisa. Quomodo ergo in humore simul possunt intendi? Quidam aiunt, quia contrarij motus, & contrariæ qualitates simul possunt intendi, quod reprobatum est. 3. simplicium. 15. Alij affirmant, nô esse duos motus in humore, sed vnum tantum: & sicut quod rubefit, quia acquirit colorem mediū albi & nigri, in termino motus dicitur habere plus de albedine & de nigredine: sic humor in febribus putridis, licet vnico motu moueatur, dicitur in progressu morbi magis coctus, & magis putrefactus. Sed non videtur imaginatio recipiêda: quia ij motus fiunt à contrariis agentibus dominantibus: putrefactio quidem ab extraneo calore, intelligêdo per extraneum putredinosum, qui in re putrente accrescit, quod supra ostensum est: coctio verò naturali: ergo nô possunt facere vnicum motum. Secundò: calor innatus inducit puri albedinem, æqualitem, mediocrem crassitiem, & fœtoris ablationem: calor autem extraneus quatuor opposita: & ambo sæpe valde intensa: ergo à duobus agentibus prodeunt non ab vno, nec faciunt vnum motum. Tertiò: quod rubefit, in termino motus habet formam, quæ quia media est, potest dici albedo & nigredo: nô tamen in termino motus, id quod rubefit euadit albius quàm in termino à quo, simul & nigrius quàm in termino à quo: ergo pariter de humora impossibile est per vnicum motum, reddi magis coctum simul, & magis putrefactum. Modi ergo magis recipiendi, sunt sequentes. Supposito; quod sunt motus contrarij, qui in aodem tempore, & secundum eandê partem, & secundū easdem qualitates, simul intendi non possunt. Intendentur autem primò in variis têporibus secundum totum humorem: quo modo in multis morbis apparent aliquâdo signa lethalia, & auctæ putredinis, nônunquam autem salutis & coctionis signa. Secundo: intendentur in variis partibus humoris; quomodo in multis morbis post apparentia signa coctionis, expelluntur partes humoris putridissimæ. Tertiò: possunt intendi in vno tempore, secūdum totum humorem, sed peoes varias qualitates inducêdas; potest enim calor naturalis inducere albedinem, sed simul extraneus intendet fœtorem. Car autem, cum calor innatus æquè intendat illa quatuor, inducatur quando vnū ex illis, magis quàm aliud: causa est: quia; dispositiones illæ innaturales vincendæ nô sunt omnes æquales in materia, sed vna impressit multò magis, quàm alia: quare & difficilius vincitur à natura. Non obstat primò: quod in victuris, notæ temporum morbi sumuntur à coctione oceulta, manifesta, plena. 1. Cris. 17. 18. in morituris autem à putredine incipiente, augescente, summa, lib. de generalibus têporibus: quare non poterent permisceri signa putredinis & coctionis. Quia in victuris ex morbo exactè salubri, tantum apparent notæ coctionis: in morituris autem ex morbo exactè lethali tantum apparent notæ putredinis: Cæterum in saluandis ex morbo periculoso, signa temporum sumūtur ex coctione interpolatis quibusdam signis putredinis: in morituris ex morbo non exactè lethali, notæ sumūtur ex signis putredinis, interpolatis quibusdam signis coctionis. Non obstat secundò: quod si cum signis coctionis potest intendi putredo, signa coctionis non essent certa ad salutem: quoniam, signum coctionis vt certam præsagiat salutem requiritur quod nô intermittat: & quod non sit in vna qualitate & in alia non. Et si dicas: potest coctio esse continua secundum omnes qualitates, & tamen in vna parte humoris: & æger peribit ex alia parte humoris putrescente: ergo non est certum ad salutem licet sit continuum, & secundum omnes qualitates. Dic: tanta est communicatio materierum in corpore, vt si ex vna parte contiuuo decidiitur signū coctionis, non possit in alia parte inualescere putredo ad mortem. Rarissimè tamê accidit oppositū, videlicet quod cum cruditate parotidum sanatur æger ob coctionem humoris in vasis. 1. epid. sect. 2. 80. vel quod pereat æger cum coctis parotidibus, propter putrefactionem humoris in vasis. 1. epidemiæ, sect. 2. 83. Non obstat quartò: quòd videter ex dictis, post plenam coctionem status non posse durare putredinem, neque accessionem: si quidem dicente Galenus hic in optima coctione nihil operatur calor extraneus: quoniam in parte vnde secessit optimè coctum, nihil operatur calor extraneus, post statum tamen restat modicus bumor qui coctionem desiderat lib. de totius morbi temporibus tertio, & is conseruat putredinem, & accessionem.

Aduerte quintò: in quo têpore morbi sit morbus maior val deterior: cui satisfiet propositionibus tribus. Prima: de causa morbi. Secunda: de morbo. Tartia: de symptomatibus. De prima, causa morbi in statu sæpe est amplior quâtitate. Apparet aperte lib. de generalibus morbi temporibus quarto: nam in scirrbo, in inflammatione, in synocho augmastica, per augmêtum plus putret humoris, quàm euacuetur: in febribus etiā idem apparet: quia ex alimanto symptomat. 7. Aphor. 63. & ex contagione humoris putrentis, augetur copia putridi humoris. Quod autem non solum humor antecedens in vasis, sed etiam coniunctus in quauis accessione (si credimus vulgari opinioni) sit copiosior in statu, apparet: quia tunc materia antecedens pellenda ad focum uit copiosior: & vis expultrix tunc magis operatur: & natura ferè habet maius dominium supra humorem propter coctionem. Sæpe etiam contingit oppositum, quod in statu morbificus humor minor fit: quando in principio vel augmento ab arte, vel natura fit magna euacuatio. Secundò:

quando

quando ob difformitatem materiæ, accessio augmenti fieret à materia ineptiore ad motum vel ad putredinem. Tertiò: quando pars humoris morbifici processu morbi reducta est ad benignum. De malitia autẽ materiæ morbificæ, certum est in lethalibus maliciam augeri per omnia tempora, vsque quo morbus vincat naturam: & tunc perit æger: in quocunque tempore superat: ferè autem superat malitia morbi in statu: dixerunt Haly ab 10. Theorici.4. & Rasis.31. continẽtis: Galenus tamen videtur exactiùs dicere lib. de generalibus morbi temporibus septimo. frequentissimè accidere mortem in augmento morborum: in statu enim morbi pereunt soli robustissimi: ante statum imbecilliores. In saluandis autem si morbus est saluberrimus crescit morbi malitia solo principij tempore: si minus salubris, etiam per augmentum: si adhuc insalubrior per statum: ita tamen vt in fine status victoria sit pro natura. Alias seqneretur ægrum posse perire in declinatione, nec sequitur ex dictis, quod tempore principij iam præcessit augmentum morbi: quia augmentum putredinis solum, non determinat augmentum morbi, imò nec morbum: quia potest putrere nondum præsente morbo: sed cum hoc augmentum quantitatis humoris, & malitia symptomatum. Quod autem aliquando victoris putredo crescat per statum ostenditur. Primò: ex experientia monstrante, aliquot conualituros in statu perniciosè habere, & ostendere indicia putredinis deteriora præcedentibus. Secundò: ex sanguine misso in statu, qui sæpe putridior est, quàm ante. Tertiò: ex inflammationibus, in quarum principio fætor nullus est, ita vt repercussus à parte inflammata sanguis nutriat: in statu verò fætor est eximius. Quartò: quia nil implicat humorem etiam in statu reddi maligniorem, & tamen ægrum non perire, si natura sic superior ea malignitate: nec propterea negabitur esse statum, quia simul in alia parte procedit coctio. Causa ergo morbi in statu aliquando minor est, non rarò amplior. Quoad malitiam autem, in morituris necessariò est deterior in statu: cùm non contingat ægrum mori in vera declinatione: in saluãdis autem in fine status necessariò melior: quia cessauit vis pugnæ. Sed si accidit causam morbi crescere in statu quantitate & qualitate praua, videtur signum coctionis nõ esse certum ad salutem: quia ex augmento alterutrius potest æger perire. Dic: vbi dominatur exactè natura, per cõtinuam coctionem non accidit ad putredinẽ maior quantitas, nec præualet putredo propter iunctam coctionem. De morbo autem: Magnitudo morbi. 4. Therapeut. 6. quandoquè sumitur ex simplici magnitudine affectus, vt febris vehemens: Quandoque ex præstantia partis affectę, vt phrenitis: quãdoque ex malo more morbi, vt in deleterio humore: Aliquando etiam lib. de totius morbi tempor. 5. morbus magnus dicitur is qui maior est viribus ægri. Ergo in statu saluandorum (de his enim solis est difficultas,) morbus quoad simplicem magnitudinem affectus, maior est, quàm in antecedente tempore: Quoad præstantiam partis affectæ æqualis: Quoad morem morbi minor: In quarto verò significato collatione ad vires item minor est: stat enim 3. Crisium. 4. esse febrem vehementem, sed boni moris, & esse paruam, sed

Morbus quando maior.

malè moratam. Multa tamen contraria diluenda sunt. Primò: casus in statu sunt maiores. 2. Aphor. 30. ergo & morbus. Valet consequutio, ab affectu ad causam. Secundò: febris in statu maior est experimento, & 2. Aphor. citato: febris est morbus: ergo morbus maior. Tertiò: in statu particulari morbus maior: ergo & in vniuersali. Quartò: functiones omnes magis lædũtur in statu ad sensum: ergo morbus maior: valet à definitione ad definitum. Quintò: virtus procedente morbo est imbecilior: febris ipsa in statu maior: ergo proportio virtutis ad morbum in statu minor est. Sextò: si in statu morbus salubris non est maximus ob plenam coctionem, ergo nec in argumento ob manifestam, nec in principio ob occultam: creuit ergo morbus antequam esset. Dic ad primam: casus morbi quidam sunt proprij morbi, & hi crescentes significant morbum crescere: alij communes, & hi aucti indicant conflictum crescere, non morbum: casus autem huius secundi generis crescunt in statu. 2. Aphor. 29. Sed quo modo Galen. citato concedit in statu salubri morbum esse meliorem: qui tamen Aphor. sequenti docet accessiones status esse maiores? Dic: stat accessionem vel morbum, qui est febris esse maiorem: & tamen meliorem. Ad secundum: magnitudo addita febri, solam intẽtionem importat: addita autem morbo significat collationẽ naturæ ad morbum, & ita fit argumentatio in quatuor terminis. Sed quo modo increscit calor putridus febris diminuta putredine humoris. Dic: febris augetur nonnunquam ob auctam putredinem humoris. Secundò: ob maiorem conatum naturę coquentis, ad quem sequitur vapor putridus ab humore moto. Tertiò: ob ebullitionem humidi putrentis: deficiente enim humido licet humor magis putreat minor calor repræsentatur. Quartò: ob magnitudinem obstructionis. 8. Therap. Quintò: ob temperaturam calidam febrientis. 1. Aphor. 14. Sextò: ob temperaturam calidam humoris: quo modo febres ardentes ex bile fiunt. Ad tertium: non valet semper consequutio à tempore particulari ad vniuersale, quia inter tempora particularia, solùm fit collatio quò ad symptomatum & febris intensionem, inter vniuersalia autem quò ad salubritatem. Ad quartum: functiones naturales sunt in statu magis læsæ. Dic: licet concedatur assumptum, solum infertur morbum in se consideratum esse maiorem in statu: qui tamen collatione ad vires, in salubri morbo in fine status est minor. Ad quintum: morbus in causa sua imbecillior est per statum salubrem: & quia pugna naturæ potissima est cum causa morbi ideò per statum proportio virtutis ad morbum maior est. Ad sextum: morbus fuit maximè in aliquo tempore trium præcedentium: quia in illis potuit iungi concoctio cum vehementi putredine: in fine verò status salubris putredo minor est, quàm coctio.

De tertiò autem, id est de symptomatis: scribitur. 2. Aphorism. citato symptomata esse fortiora circa statum. Explicant vulgo circa statum symptomatum, nõ circa statum coctionis. Sed est expositio reiicienda. Primò: quia in febribus putridis de quibus ibi potissimum agitur, non distinguuntur tempora, nisi ex coctione, vel cruditate lib. de generalibus morbi temporibus. Secundò:

quia sic Aphorism. esset nugatorius; nec aliud doceret, nisi quod in statu symptomatum, id est, quando symptomata sunt fortissima, symptomata sunt fortissima. Tertiò: quia Galenus in commento probat sententiam Aphoris. quia tunc coctiones maximè fiunt. Quartò: quia 1. Crisium. 10. in statu quoad coctionem, affirmat symptomata esse fortissima: imò docet cognoscere statum coctionis, per fortitudinem symptomatum. Dic ergo primò: symptomata in statu coctionis fortiora sunt, cum conditionibus. Prima: quod conferantur partes accessionũ similes: videlicet, symptomata status particularis in statu vniuersali sunt fortiora, quàm symptomata status particularis in augmẽto, vel principio vniuersali. Secundò, quod non sit morbus, in quo ante statum adsit momentaneus effluxus morbifici humoris: nam in inflammationibus internis, vt in pulmonia & pleuritide, propterea quod comitatur expuitio momentanea ab initio agmenti, in statu coctionis symptomata sunt minora dicente Galeno. 3. acutor. vltimo. Tertiò: vt intelligatur de symptomatis sequentibus conflictum non proprietatem morbi. Sed respondendum est obiectioni. Si causa augmenti symptomatum in augmento vniuersali, est additio in coctione, cur symptomata non increscunt per statum? multo enim maior fit coctio in statu, quàm in augmento 1. Aphor. 7. & de generalibus morbi temporibus tertio. Dic: causa crementi symptomatum non est crementum coctionis, sed maior conatus ad pugnam: per tempus autem status æqualis durat ille conatus.

Aduerte sextò: de hypostasi vrinæ quid sit. Dic: contentum in vrinis, id est, pars crassior liquore multiplex est: nonnunquã humor, quandoq; pus, aut chylus. Sed difficultas est de bono sedimẽto, quod cùm appareat album ob actionem membrorum radicalium in illud. 1. præsa. vltimo, constat esse excrementum tertiæ coctionis: in quo conueniunt reliqui & Arabes & Græci. tantum respondendum est obiectis. Primo: videtur excrementum primæ coctionis, quia. 1. Crisi. 12. in vitis edacibus, & pueris plurimum sedimenti apparet: quia plurimus est in illis chylus inconfectus. Videtur etiam esse excrementum secundæ coctionis: quia. 1. præsag. vltimo: est id quod refugit actionem naturæ in sanguificatione. Secundo: si sexto. de placitis. 4. non mandat natura per eundem meatum coctum, per quem traxit crudum: quo modo à vasis ad poros membrorum trahitur sanguis mutandus in sedimentum, & per eosdem remeat iam mutatus ad vasa emulgentia? Tertiò: excrementa tertiæ coctionis numerantur duo tantum. 3. Therapeut. 3. & 1. de sanitate. 12. sordes & sudor: quorum neutrum est sedimentum. Quartò: sedimentum est cinis humoris in foco. 2. præsag. puls. 7. ergo non excrementum tertiæ coctionis. Dic ad primum: dum ait Galen. fieri à radicibus, explicat formam sedimenti & perfectionem illius: dum autem ait esse partem inchylificatam, vel insanguificatam alimẽti, explicat materiam illius. Ad secundum: sedimentum non est vtile tertiæ coctionis, sed excrementum illius. & eo modo pellitur à poris ad vasa, vnde tractus est sanguis vtilis, quo modo pellitur fuligo à corde per asperam arteriam, per quam vtilis aër tractus est. Ad 3. non meminit sedimẽti inter excrementa

Sedimentum quid.

tertiæ coctionis, quia exiguum est in sanis: de quibus agebat. Ad quartum: illud cinerulentum coquitur tertia coctione, licet interim putreat. Thomas autem à Garbo putat dealbari sedimentum adhuc manens intra vasa: anticipant enim (inquit) membra radicalia dealbare illud in vasis, propter malitiam eius. Sed non videtur recipiendum; quia humor intra vasa omnis rubescit non albescit. Et si in febribus intermittentibus à foco remeat humoris pars cinerulenta ad vasa: cur non creditur in continente à poris vasorum, vel aliorum radicalium remeare ad easdem vasa.

Aduerte septimò: num præstet apparere sedimentum etiam in optimè sano. Dic: Auicen. videtur sentire, secunda. 1. 6. in integrè sano meliùs esse quod ita coquatur alimentum, vt nil supersit sedimenti: sed quod expellantur excrementa cocta primæ, & secundæ coctionis tantum, nempe fæx & vrina: quod si deficit coctio, pelluntur illa excrementa cruda sine sedimento tamen: vbi autem magis deficit coctio, tunc expellitur sedimentum in vrina sanorum. Rasis verò. 31. continentis. cap. 1. citato Galeno dixit quasi nullũ sedimentum apparere in vrina optimè sani, & rectè. Affert causam: quia sedimentum nascitur ex insanguificato. 1. præsag. vlt. insanguificatio autem germen est diminuti caloris. Addit aliam causam Isacius de vrinis octauo. si ex. 1. Aphorism. 15. vis robusta tenue excrementum tertiæ coctionis insensibiliter expellit, & non manifestè per sudorem: ergo & materiam sedimenti. Hispanus addit in commento causam tertiam: quia excrementa primæ & secundæ coctionis sunt crassa, & contenta in vno loco, ideò præstat sensibiliter expelli: excrementa verò tertiæ coctionis cùm sint tenuiora & dispersa, insensibili difflatu dissipantur: nisi virtus sit debilis. Veritas tamen non videtur exactè his viris dicta, nam optimè sanus cum optimo victu sedimentum pellit, quantitate moderata. 2. præsag. de vrinis, & 1. Crisium. 12. & apud Actuarium in optima indiuisibilique sanitatè, primo, de iudiciis vrinarum. 4. Quare addit. 2. de prouidentiis primo, in sano si diu deest sedimentum, expecta malum: si breui ita vt paucos dies duret, ex obstructione est, vel cruditate: ergo defectus sedimenti nunquam significat bonum in sano. Distinguenda autem sunt temperamenta sanorum: nam valde biliosi, tenue & paucum habent, maximè exercitati. 1. Crisium. 12. contra pingues, ociosi plurimum crassum: medij medio modo, & obseruant etiam illud per morbos, dicebat Rasis cit. nam pingues & ociosi dum ægrotant. excernunt plurimum sedimentum: quod terret medicos ignorantes illud inesse talibus per naturam: non ex præsenti morbo. Sic initio tertianæ notæ & quotidianæ ferè apparent contenta, non initio tertianæ puræ. 2. de causis vrinarum. 7. Viditur autem decepisse oppositum sentientes, quoniam graciles & exercitati non ostendunt sedimentum ante quinque horas aut sex. quod notarunt Rasius & Nicolus: sicue in contrariis statibus citò subsidet. Non obstat, quod 4. Aphor. 70. & 4. de sanitate. 6. celeritas subsidendi significat robur caloris innati; quia id verum est data paritate humorum in crassitie & copia: in sano autem sedimentũ est valde

Num in sanis appareat sedimentum.

valde tenue, & paucum, ideò tardè subsiddet. Adde: quod propter cruditates ortas ex errore victus, sæpe vrina sanorum caret sedimento. Quod tamen melius sit, etiam in sano apparere sedimentum ostenditur: quia lib. De differentiis symptomatum vltimo, dixit Galenus, durum esse dogma Dioclis, opinantis in optima sanitate non oportere vt appareat sudor: sed quod insensibiliter dissipetur: si ergo tenue illud excrementum tertiæ coctionis non potest vis sanorum insensibiliter expellere: multò minus poterit crassam partem excrementi tertiæ coctionis, exeuntem sub forma sedimenti. In ægris autem, vulgo conceditur simpliciter esse summum bonum. Sed contrà, experientia ostendit apparere id in nonnullis perituris, aut diu ægrotaturis. Rasis citato dixit: in morbis pituitæ, vel melancholiæ esse malum & peius, si infra apparuerit in vase, quàm si supra: in biliosis verò bonum. Galenus quarto Aphorismor. 69. dixit in morbis pituitosis non esse bonum signum. Dic: sedimentum cùm sit vna ex vacuationibus, subit iudicium vniuersale omnis vacuationis. quarto. Aphorismor. 21. videlicet, quod nil in principio morbi potest vacuari naturæ ratione, sed propter defectum retentricis, vel errorē expultricis: quorum vtrumque symptomaticum est, & non solùm non significant bonum, sed indicant malum, videlicet violentam humorum turbationem, apud Rasin citato: sicut lippitudo initio ophtalmiæ, & sputa lenta in pleuritide. primo. acutorum. 33. & vrina crassa initio morbi quarto. Aphorismorum. 70. ideò Auicen. de vrinis sexto, pronunciauit non esse credendum sedimento, nisi vbi præcesserit coctio primo in colore: posteà in substantia: quia natura ordine procedit: qui si non obseruatur indicat vacuationem non prodire à natura. Ideò Rasis in morbis ex frigidis humoribus damnat sedimentum cito apparens, & ipse cum Aëtio sermone sexto, cap. 29. in talibus morbis præferunt nebulam sedimento. Licet subleuari sedimentum, terreat indoctos medicos. Caussa est: quia sedimentum, apparēs in initio talium morborum, non est sedimentum, sed crudus humor: qui cùm incipit coqui incipit eleuari.

Aduerte octauo cognitiones optimi sedimēti & puris quatuor. Albedinem, æqualitatem, modicam crassitiem, fœtoris priuationem. Sed dubitant de albedine: cùm plura membra in homine sint rubra, cur non redduntur talia magis

Optimum sedimentum quale.

similia carni rubræ, quam solidi albis. Dubitant: cum sedimentum minus fœtet pure, & tamen magis albet ex experientia & Auct. 1. de causis vrinarum. 1. 5. Dic ad primum: si pus gignitur in loco valde rubro vt hepate, euadet subrubrum decima quarta, terti. 3. 10. in reliquis albet; quia vis coctrix in radicalibus, licet cum minore calore, plus potest per moram: quare vbi non anticipat sanguis verti in carnem, propter ineptitudinem eius, albescit. Maximè: quia rubor insitus sanguini ab hepate extraneus est, nec necessarius alendis membris: siquidem caro ipsa ferè, si spectetur in totum sanguinis tingentis, expers, albet, non rubet: siue in plurimis alitum consideretur, siue in quadrupedibus, siue in homine ipso, & sue: quare inter coquendum exuitur ab ascititio rubore dum carni similis redditur: nisi fortè in salmone pisce, & quibusdam aliter colorata carne prædictis. Argumentum est, pus ex sanguine albere: quia in omni phlegmone obsidente carnem contentus sanguis per coctionem albet: & dimittentibus exercitium conuertitur sanguis in pus albissimum, quod excernitur cum vrina secunda. 1. de hypostasi: & synochum similiter vidit Vgo terminari, multa puris excretione. 2. Aphoris. 47. similiter & pus album apparet in omni vlcere non modo solidorum, sed & carnis. Quæ sententia de sedimenti essentia, quod sit crassior portio humoris putrentis à natura victa, quæ ob crassitiem non potuit insensibili perspiratu, vel sudore depelli, sed per ampliores meatus colligitur, in inflammatione nomine puris, in vrina nomine sedimenti, est aperta Galen. mens. 2. præsag. puls. 7. & Auicen. prima quarti. tract. 2. 7 & quid est sedimentum, nisi pars humoris qui iam coctus est. Nec decuit Fernelium à tantorum virorum sententia experimentis cōfirmata, ob infirmas rationes recedere, & perniciosum cōmētum appellare. Opinatur enim Pathol. lib. 3. 17. id subsidens non in partem humoris, aut putrentis, aut cocti, sed idem quod in sanis: portionē crassam alimenti, quæ vrinæ mixta actione innati calidi ad imum mandatur. Ideo autem bonum præsagire in morbis, quia significatur ex eo apparēte, naturam quę eatenus succūbens vitiosis humoribus oblita fuerat soliti muneris in vrina perficiendi, modo iam ceu respirantē à turbulētia illorum solitum munus peragere. Putat eius opinionis esse demonstrationes. Primam: quia bilis non potest verti in pus, aut in albū sedimentū, maximè putrēs in febre. Secundam: quia post apparitionem contenti albi in vrina, pellitur criticè bilis & flaua, & putrens, & fœtens. Tertiam: quia si esset pars noxij humoris, vrina per febriū augmenta crassesceret ea expulsione; cum monstrent experimenta in dies tenuari magis. Quæ tamen suasiones nihil doctos mouere debent. Bilis enim vtraque licet per se incoctilis sit, sanguini tamen permixta vel exiguo, & per sanitatem alere, & per morbos tam febriles, quàm erisipelaceos in pus verti & coqui, non solùm experientia quotidiana monstrat, sed etiam Hip. tradit. scribens 7. Aph. 20. ab erisipelate suppuratio. Altera imbecilior est, cùm sit ferè perpetuum post optimam coctionē portiunculæ humoris morbifici sequi criticam vacuationem noxij, nec ex toto cocti humoris: obtinente natura supra totum propter victoriam partā in portionem morbifici humoris. Minus potest quod addit, experimento vrinā per augmenta febrium non crassescere. Vsque adeò enim frequens est crassescere, vt scribente Hip. 5. Apho. ad finem sæpe. Si in vrina crassa existente, &c. Gale. in commento interpretetur (crassa) id est cocta. Et 4. Apho. 69. scripsit: frequentissimum esse naturæ ordinem in coquendis humoribus, vt à tenui vrina paulatim transeat ad crassam: infrequentem verò & rerum notari ab Hipp. Quibus vrinæ ab initio paucæ & grumosæ, &c. Quàm verò non conueniat quod ait, apparere contenta in vrina per augmentum, natura iam redeunte ad sani munera quasi parta victoria respirāte. Ex eo intelligitur: quoniam si per vigorem morbi & postremam augmenti partem tantopere laborat, & pugnat natura, vt omnino interdicat eo tempore

pore

pore Hippo. ęgrum à cibo, vt tota natura soli cō-flictui intendat: Quomodo credetur, ceu otians verti ad excernendas vrinę fæces?sed de hoc placito satis. Non spernenda tamen argumenta sunt, vt discedatur à Gal. & Auic. placito. Quod in intermittentibus in quibus putrés humor extra vasa consistit, nō est verosimile, post coctionem redire fæcem humoris ad vasa, & descendere ad renes cum vrina. Item: quod incredibile est per omnia vasa portiunculam illam putrentis humoris impermixtam deferri ad vesicam. Item, quod per sanitatem in solidis albescens redeat ad hepar. Item: quod in pinguibus, & edacibus sicut per sanitatem copia contenti in vrina excernitur, ita & per morbum. Faciuntque admodum probabile, quod procedere in melius morbo attenuatum id quod integrè coqui non potuit, transit in sublimamentum qualecunque humor fuerit, qui morbum committit. In sanis autem partem Chyli nō sanguificatam in hepate in eiusdem vasis tertia coctione dealbari, & sedimēti forma pelli ad renes cum vrina forma veri sedimēti, sed exigui: sicut quod nec in ventriculo integrè chylificatum est ab hepate cum vrina subsidens forma humoris crudi pellitur. In augmento verò morborum salubrium dum causa morbi melius habere incipit, licet morbus vrgear, cùm primum natura à suffocante materia aliqua ex parte libera materiā vniuersam hepatis coquit, paulatim expellere, quod solebat in sanguificatum exiguum, vel sedimentum, vel nebulam, attestantia morbi causam incipere obtineri à natura, per signa dictæ similitudinis ad vasa hepatis: idcirco spem non leuem consequendæ salutis præstare. Nec verò etiam bene habet, vt referatur cum Trus. causa albedinis ad calorem in cinerantē, & ideò dealbantem: licet comparetur à Gal. pus cineri. 2. Aph. 47. Cōparatur enim eò quod est residuum partis inflammatæ post ebullitionem: non tamen comparatur in siccitate, ex qua pēdet albedo in sicco vsto: nec vllus humor ita siccus est, vt non calefactus nigrescat. Nec potest referri ad albedinem humoris purrentis: quia ex quouis humore pus album apparet. Nec item potest referri hæc albedo ad mixtionem aëris ex vapore eleuato per coctionē attenuantem sicut in spuma & canis: quia oportebat sedimentum innatare non subsidere. Minus verosimile est albere propter corruptionem sanguinis, ex quouis calore: argumēto quod sanguis in parte sugilla alber: quia sic albedo sedimenti non magis significaret augmentum caloris natiui, quia extranei. Ad secundum: respōdet Aphtodisius. 5. problematum. 10. pus magis fætet: quia in loco angusto cōtinetur, & nō perflatur. Æqualitas in sedimēto indicat robur naturæ supra vniuersum eacrementum. Fętoris autem priuatio indicat exiguum fætorem: cùm enim pręsente calore extraneo & agente non possit in totum cessare fętor, ex omnimoda priuatione illius, intelligetur cessatio pugnæ: quod prauissimum est, sicut si in gangrena non adest dolor, aut in falsa declinatione febris: non cessatio caloris extranei.

Aduerte nonò: ex dictis de coctionū differentiis colligitur, quinque esse ordines actionis naturæ in materiam, sequenti ordine. Primus: optima coctio in benigno humore ad alendū. Secundus: optima coctio in seminalo, nō ad alitionem: sed ad victoriam naturæ: vt sedimētum sanotum, de quo scribitur. 1. præsag. vltimo, non habere per mixtionem causæ præter naturā. Tertius: optima coctio in humore putrente: qualè est sedimētum optimum in febribus & pus optimum in inflammationibus. Quartus: mediocre pus vbi ambo agentia æquantur. Quintus: prauum, vbi solus extraneus calor agit. Sed quæritur de coctione & vacuatione, siue prodeat ab arte, siue à natura, in qua materia intendatur? in cōiuncta ne an in antecedente. Dic: materia coniuncta pro continente non datur in febribus. 1. de locis: datur autem in mediata: ea est humor in foco, & adhuc immediatior vapor à foco petens cor, sed immediatissima videtur calfactum humoris in corde: à quo sine medio pendet febris humoralis in corde, iuxta supra probata. Causa autem antecedens intelligitur dispositio humorum in vasis. Coctio itē apud probos auctores sumitur tantum pro victoria naturæ supra humorem: vulgo verò etiam pro præparatione humoris ad expulsionem: Ergo coctionem in propria significatione magis intēdit medicus in humore vasorum quem sperat, vel totū, vel multa ex parte reducere ad benignas qualitates: coctionem verò, id est præparationem ad expulsionem non solum in materia vasorum, sed magis in ea quæ continetur in foco: per vomitum, sudorem, & insensilem resolutionem. Iuxta quod prohibentur in febribus astriogentia. primo. acutorum. 18. & continens frigidum. Ordines actionum naturæ.

SECTIO TERTIA.

(Causas autem.)

HAetenus de differentiis & causis febrium: quæ in solo intellectu difficultatem habent: nunc de signis, in quibus maior est difficultas sensus, quàm intellectus. Itaque in præcedentibus, ex lectione euadit medicus præstans: constat enim ex docibillibus, habitibus, sicut & curatio omnium. Agnitio autem quę sequitur nō comparatur integra ex libris, sed magis crebro intuitu ægrorum: non tamen à quouis medico (quod empirici doctis medicis obiectant) sed à solo sufficienter docto. nam 3. Crisium. 8. antu integram omniū theorematum artis cognitionem, nil proficitur inuisendo multos ægros. Sed oportet ex libris integrè edoceri, & affectus & signa: perfici autem agnitionem assuefactibili habitu, crebris experimentis comparato. Præponit igitur Galenus signa diariatum, tanquam magis manifesta, eò quod sunt simplicissimæ febres: deinde de his, quæ adiunctam habent putredinem. 5. alterum autem. Postremò de hecticis ceu cognitu difficillimis. 5. deinceps igitur. Cap. 7.

Aduerte primò: de agnoscenda febre per pulsum: vulgo agnoscitur per differentias aucti caloris magnitudine, celeritate, frequentia. Non est tamen facilis illa cognitio, præsertim ei qui non agnoscit pulsum sanum. 3. præsag. pulf. 4. Eò quod pulsus sæpe mutatur ad eas differentias ob quasdam animi affectiones: & quidam ex natura pulsus habent tam tardos, vt per illas differentias febris agnosci non possit. Si tamen cognitus est tāgenti naturalis pulsus ægri, necesse est vt addatur naturali pulsus statui, per febrem aliqua dicta-

dictarum differentiarum quæ sentiatur, lib.cit.c. 2. Adde eodem cap. & tertio. agnosci etiam febrē ex acrimonia tactis caloris, & ex inæqualitate aliqua pulsus. Addi etiam potest ex corporis dissolutione, & debilitate: eò quod febris affectus est cordis. Agnoscitur etiam diaria febris ex signis peculiaribus vnicuique speciei. 3. præsag. puls. 2. singulis enim diariarum differentiis notæ quædam sunt peculiares infra tradendæ. Agnoscitur præterea ex oris & labrorū siccitate. Ad acrimoniam autem percipiēdam, præstat imponere manum thoraci: quoniam cutis extima sæpe refrigeratur ab aëre, loco citato.

Quæ febriū cognitu facilior.

Aduerte secundò, de agnitione diariæ: cur hîc dicat nō habere magnam difficultatē, tamen 1. ad Glauconem. 2. requirit magnam diligentiam: asserens medicis ferè esse ignotam. Deinde docendum est, quæ ex tribus speciebus faciliorem, quæ difficiliorem cognitionem habeat. Dic de primo: quidam explicant, internotionem diariæ à reliquis duobus generibus esse facilem, species verò diariarum alterutrū discernere, difficile esse. Sed series Galeni non videtur, id significare, & solutio facilis est: quod licet cognitio earum sit difficilior, quàm curatio: Galenus iudicat agnitionē earum non esse valde difficilem: videlicet sibi. Nam 1. Crisium. 2. ei qui præponit cognitionem veritatis honori & diuitiis, facilè fit quod negligentibus est difficillimum. Sic enim scribitur. 2. Crisium. 4. non meretur nomen medici qui in prima die non discernit tertianam à quartana, & 2. Crisium. 2. & 1. ad Glauconem. 4. morbus simplex in prima die est agnoscendus: duplex in 2. triplex. in 3. Quæ tamen omnia sunt supra captum nostrum, eo quod non adhibemus summam illā Gal. diligentiam: ob quam obtinuit nomen phylopono tati, id est laboris amātissimi, tam in libris perlegendis, quàm in solertissima experientia: citra quam non datur illa assequi locis citatis, & 3. Crisium. 8. Quod autem Galenus dixit omnem medicum debere in prima die discernere tertianam à quartana, intelligatur de tertiana exquisita: de notha enim difficiliùs est. Et quod dixit, simplicē affectum in prima die esse agnoscendum: intelligatur de febre. Nam 8. Thera. 3. fassus est se in prima die non agnoscere omnes affectus: & interni certo non agnoscuntur. 3. de locis. 3. Ad secundum. Dic: febres omnes cum auctæ sunt, facilè cognoscuntur: cùm autem incipiunt, difficillimè. Et hecticæ quidem omnium difficillimè: facilius diariæ: adhuc faciliùs putridæ. Apparet ex phrasi Galeni: eū enim qui non agnoscit incipientem tertianam nō dignatur nomine medici: Obiiciunt: Quod oportebat, diariam esse difficillimā cognitu, eò quod facilè curatur: Nam affectus parum recedentes à natura, facilè curantur: & iidem propter symptomatū paruitatē difficulter agnoscūtur. Dic: Quædā affectiones difficulter agnoscūtur, propter exiguitatē suam: aliæ propter sitū, quia in profūdo latent: aliæ propter qualitatē affectionis, quia sunt intemperamenta facta, nō fientia: vt hectica, venenum, tabes. Ergo qui affectus propter exiguitatem suam difficulter agnoscuntur, hi sunt qui facilè curantur. Propterea optat Hippoc. 2. acutorum. 46. vt medici agnoscant affectus etiam num incipientes: eò quod aucti sicut facilè agnoscuntur, ita difficulter curantur.

φιλοπονώτατ-
[illegible]

Ordo facilitatis in agnoscendis febribus.

Qui verò affectus difficulter cognoscuntur ob aliquam duarum causarum sequentium, hi non facilè curantur.

Aduerte tertiò: Gloriatur Galenus se primum omnium medicorum, tradidisse exactè indicia diariarum. 2. Crisium vltimo. & 8. Therap. vltimo: Sed de Prima nota dubitant: Nam diaria ex obstructione, ex catharro, ex bubone, non oriuntur ab externa causa. Dic: Ex Azarauio cap. de hectica, diaria nascitur à causa externa parum durāte: hectica ab externa vehementi: sola putrida sæpe fit citra externam causam. Ratio: quia ex quinque causis febrium suprà traditis, non requirit accessum externi calfacientis, nec motum, nec alimentum: Prohibitus autem effluxus sufficiens ad febrem, ferè requirit accessum causæ impetuosè mouentis humores, vel astringentia cutem. Quare etiam inter externas numeratur: Sola putredo sponte sua repente inducit febrem. Ad obiecta ergo: Causa pro catharctica, vel præincipiens sæpe apud Gal. synonime dicitur cum externa, sicut causa antecedens cum interna: verum hic paulò latiùs sumit nomen causæ præcipientis: Explicat enim eam quæ sit recens & manifesta: in casibus autem obiectis adest talis causa, vt ira & tristitia, licet non sint externæ. Non obstat, quod videtur posse intra corpus gigni vitium sufficiens ad febrem gignendam, non tamen plurium dierum. Quia vitium illud paulatim gignitur intra corpus cū non accēdat causa aliqua extraria: quæ autem mala paulatim gignuntur non lædunt, nisi vbi valde augentur: eò, quod consuetudine etiam venena intra corpus paulatim genita non statim lædunt: quando autem magnitudine sua, iam superant familiaritatem ex consuetudine contractam, necessarium est, sequi morbum magnum, vel mortem repentinam, non febrem diariam, quæ salubris est. & breui durans.

Aduerte quartò: De nota ex vrina, nempe de coctione in prima die. Obiiciunt: Quod potest in diaria apparere vrina sine sedimento, vt in sanitate. Secundò: In valde peracutis in prima die acceditur ad statum, & ita apparebit coctio in vrina: 1. Crisium. 17. Tertiò: In diaria ex cruditate vrina est alba, in diaria ab ira rufa. Quartò: Antequam natura opprimatur à morbo adest in vesica vrina cum sedimēto: ergo potest apparere in prima die cocta, licet febris sit putrida. Dic ad primum: in sanitate si sic integra apparet vrina cum sedimento: & idem sperandum est in diaria: quia non includit vitium humorale. Ad secūdum: intra vnam diē rarissimè apparet coctio integra: aliqua enim coctionis nota in saluberrimo morbo apparet in primo die. 1. de cretic. vlt. Ad tertium: Semper est bene colorata vrina, quia non recedit momentaneæ à naturali colore. 2. Crisium vltimo. Ad quartum: Ante febrem ferè semper præcedit dispositio vitians coctionem: citissimè autem communicatur id vitium ventriculo & vasis, & vrinæ contentæ in vesica. Apparet ex vrina eorum, qui sumpserunt cibum: vel quos inuasit accessio: confestim enim in vtrisque mutatur.

Aduerte quintò: De indicio ex pulsu: Augetur pulsus velocitas, & magnitudo momentaneæ: hîc & 3. præsag. puls. cap. 9. eò quod febris diaria sua natura non debilitat vires. Quoniam autem aliquot causæ diariarum debilitant: vt tristitiæ, curæ,

cutę, vigilię, immoderata exercitia, de quibus meminit. 2. criſium vlti. dixit Gal. cit. pulſum diariæ eſſe paruum, nonnunquam magnum. Quod verò attinet ad frequentiam quietis externæ (nam interna inſenſilis eſt) non eſt pulſus diariæ frequētior moderato momentaneæ: nam primo de difficultate ſpirandi vltimo, vtrius ea moribus vſus vrgebit, pręcedentem quietem cunctari non permittit: cùm ergo motus contractionis in diaria non acceleret, ſequitur vt quies antecedens, id eſt externa non ſit minor naturali: qui locus fugit aliquot interpretes hic.

Signum ex pulſus contractione.

Aduerte ſextò: De quarto ſigno, ſummè commendato, tanquam perpetuò meditando. 3. præſa. pulſ. 5. Ex quo ſolo certò ſeparatur initium febris putridæ, à conſimilibus ſymptomatis: Nēpe quod initiante acceſſione, & paulò ante acceſſionem, contractior eſt velocior, quàm ſolebat, manente adhuc diſtentione natura, vel etiam diminuta velocitate eius: Paulò poſt verò etiam quies externa minuitur, ob anticipationem contractionis. In augmento autem acceſſionis augetur velocitas diſtentionis, pari manente, ſicut antè, velocitate contractionis. In declinatione minuitur contractionis velocitas. Cæterùm ſignum hoc licet vtiliſſimum (ſi quod aliud) deſiderat magnam exercitationem artis libr. de morborum tempori. 7. & licet Galenus conetur diligentiſſimè manu ducere generoſum medicum ad eius ſenſationem. 3. pręſag. pulſ. citato, nobis rariſſimè eſt perceptibile. Nam contractionis celeritatem nemo percipit, niſi in pulſu vehementi, primo, de dignoſcendis pulſ. tertio, & ſequentibus: licet Gal. putet etiā poſſe ſentiri in moderato, in vehementia & languiditate. Cùm autem initio acceſſionis ob frigus, & humorem obruētem vires, ferè detur pulſus paruus & languidus: rariſſimè eſt locus huic cognitioni. Sed obſtant huic ſigno duo. Primùm: Quod dicente Gal. 3. præſag. pulſ. citato, ſignum celeritatis deficientis in contractione, etiam hecticæ commune eſt: non ergo diariæ proprium. Secundum: Quod primo de difficultate ſpirandi vltimo, traditur nota ſeparandi auctū calorem innatum ab extraneo: videlicet quod aucto naturali diſtentio augetur, & quies interna minuitur: aucto verò extraneo, contractio augetur, & quies externa minuitur: diaria autem eſt calor extraneus. Dic ad primum: hic agit de dignoſcendis febribus incipientibus: rariſſimum eſt autem hecticam incipere: Et medicæ neceſſitates ſolam frequentiam important. 6. Aphoriſ. 18. & 20. Vel dic: defectum celeritatis in cōtractione eſſe proprium diariæ non ſimpliciter, ſed iunctum magnitudini: quod ſignificauit. 1. de difficultate ſpirandi. 7. Ad ſecundum: per extraneum calorem potiſſimum ſignificauit putridum: in reliquis enim licet extraneis non eſt notabilis celeritas contractionis.

Aduerte ſeptimò: de ſuauitate tactus: Obſtat huic ſigno. Primò: Quod ſecundo Criſium, vltimo, in quibuſdam diariis apparet ſtatim ſuauis vapor, in aliis non niſi poſt moram. Secundò: Quod ibidem ſubditur: in triſtitia acrimoniam, poſt quàm multitudinem caloris ſentiri. Tertiò: Quod ſexto Epid. 29. ſuaue illud & domeſticum nulli febri ineſt. Dic ad primum: Semper ſentitur calor ſuauis in diaria, ſed non ſemper vaporoſus. Vbi enim cutis, laxa eſt, confeſtim accedit ad tactum multus vapor: vbi aſtricta, indiget prius rarifieri à calore. Ad ſecundum: ſignificat in eo loco collatione ad iratos ex mœrore febrientes repræſentare acrimoniam, id eſt, minorem ſuauitatem, quàm iratos. Ad tertium: Summa ſuauitas ſolis ſanis temperatis ineſt: biliosi enim etiam per ſanitatem tactum habent nonnihil mordentem: magis adhuc qui diariam patiuntur: magis qui febricitant ea putrido ſanguine: magis qui ex melancholia, vel pituita putrentibus: maximè qui ex bile.

Aduerte octauò: de ſexto ſigno: Indicat Galenus acceſſionem diariæ diſtare ab acceſſione humorali, in eo quod humoralis tempora ſunt, initium, tempus inæqualitatis, augmentum, ſtatus, inclinatio lib. de morborum temporibus: in diaria autem ſola quatuor: tempore enim inæqualitatis deſtituitur: in quo propter partem humoris iam putrentem, partem autem nondum calefactam, putridè febrientes compoſitum affectum ſentiunt, ex calore & frigore. Status autem diariarum diſtat ab ſtatu putridarum in manſuetudine febris hîc: Quod verbum non tam videtur importare exiguum calorem cum quibuſdam, aut mediocrem cum aliis interpretibus: quam abſentiam malignorum ſymptomatum, explicante Galeno ſecundo criſium citato: quoniam autem ſignum hoc compoſitum quibuſdam etiam humoralibus ineſt, æqualitas, ſcilicet, augmenti ſynochis, mitiitas ſtatus pituitoſis: Galen. proponit ſignum hoc, vt euadat diariæ proprium, & inſeparabile ſub hac phraſis maximè inſunt diariis: ſignificans diariam magis aliis febribus habere dum dicta.

Aduerte nonò: de poſtremo ſigno: Inclinare cum ſudore ſi fuligines ſunt multæ, vel rore ſi pauciores, vel ſuaui vapore ſi adhuc pauciores: Eò quod neceſſariò per febrem diſſoluitur plus moderato: hi vapores accedentes ad cutem incipientem refrigerari per declinationem, vertuntur in ſudorem. Quapropter commendatur eo tempore balneum, ſi autem octauo Therap. 4. addit ad ſolutionem, vrinam rubram bonam, cauſa eſt, quia ibi aderant obſtructiones requirentes ſenſilem excretionem. Commodè autem addit Auicen. oportere, vt ſudor non ſit multus: copioſus enim ſignificat putridam: quod vulgo ex experientia receptum eſt. Addit Galenus hoc ſignum abſolutè non eſſe proprium diariæ: cum additione autem reddi proprium: nempe quod poſt ſudorē ſequatur integra infebricitatio: Addit Auicen. inter ſigna diariæ, quod augmentum non excedat horas duas: ſed à principio facili citò accedit ad ſtatum. Addit Galenus primo. ad Glauconem. 2. facilem tolerantiam: & ablationem integram cuiuſuis doloris, per febrem infeſtantis, poſteaquam febris ceſſauit: Et quod ſi lauetur non horreſcit. Cùm verò ex ſeptem ſignis traditis, primum ſit inſeparabile non proprium febris diariæ, reliqua inſeparabilia & propria. Cur non addit etiam ſigna propria non inſeparabilia? Dic: talia indicant ſpeciem certam diariæ, non totum genus de quibus infra vltimo.

Acceſſionis puties.

(Alterum autem.)

Tradit indicia putridarum in genere tantum.

ADVERTA primò: De primo signo febris putridę, videlicet incipere citra causam manifestam: Videtur ex exẽplo Galeni, quod sit inseparabile signum putridæ incipientis: nã in exẽplo Galeni putrida sequitur ad diariam, quare iã non est putrida incipiens. Dic: Galenus affert illud exemplum, vt ostendat putridam nonnunquã sequi ad causam manifestam: Quod verò possit fieri putrida à causa manifesta non prægressa diaria, ostenditur. Quia hectica potest fieri incipiẽdo ob robur causæ. 3. de præsag. pulſ. 2. & 3. ergo magis putrida. Item causa externa potest esse putrefaciens: cui vitio obnoxij sunt humores magis quàm spiritus. Item apparet crebro experimento ex errore victus continuo sequi accessionem putridam. In agnoscendo autem transitum diariæ ad putridam, conatur Galenus quàm citissime agnoscere: videlicet si in statu diariæ apparent iã aliquot putredinis notæ. Aliquanto tardius signũ explicatur. 8. Thera. 4. vbi proportione procedẽtis inclinationis non minuitur febris: sed aliquãtam magnitudinem conseruat. Adhuc tardius signum est, si transacta inclinatione, non succedit exacta integritas. Quod autem Gal. addit, occupare putridam priore desinente, non significat, incompatibilem esse putridam sequentem cum prægressa diaria: sed docet historiam frequentem: nam diaria solet desinere intra diem.

Aduerte de secundo signo: Cùm rigor requirat impetum moti humoris, aut vaporis per musculos immodicè, aut calefacientis, aut refrigerantis: non reperitur extra humorales febres: nisi iungatur causa externa sufficiens ad rigorem: ideo scribitur signum proprium putridæ cum adiecto, Quintò: quod non præcesserit validus calor, aut frigus externum. non tamen inseparabile est putridarum: quia extra tertianam exquisitam, & quartanam ferè rigor non accidit: imò in initio validus, non nisi in tertiana, 1. ad Glauconem. 4. & 2. Crisium. 3. Horror autem, vltra quàm quòd nõ est inseparabilis, cùm continuarum proprium sit non horrere: nec proprius est: quia nonnullæ diariæ cum horrore incipiunt. Interpretes enim hîc asserentes, ideo non esse horrorem proprium putridæ, quia accidit etiam citra febrem infra, reiiciendi sunt. Quia in illis locis iungit horrorem rigori: & quia hic non inquiruntur signa separãtia putridam à morbis non febrilibus, sed à febribus non putridis.

Aduerte de tertio signo: Inæqualitas pulsus licet asseratur commune signũ omnis febris. 1. ad Glauc. 3. & 5. Verum euidenter reperitur in putridis: imò etiã ex putridis asseritur pulsus tertianarum æquales esse. 2. Crisi. 3. & pulsus synochi. 9. Ther. 5. & 4. scilicet collatione ad alias putridas. Nam si conferantur ad pulsum diariæ, & adhuc magis ad pulsum sanum, omnes illi pulsus inæquales sunt. Est autem inæqualitas illa tam collectiua, quàm in vno pulsu. 1. ad Glauconẽ. 5. quia scilicet cùm vsus vrgeat aucti caloris, accelerat natura initium distentionis, in medio autem remoratur motũ propter humores & vapores partim obstruentes partim grauantes: rursum autem irritata ab vsu, accelerat finem distentionis & pari ratione fit collectiua inæqualitas. Quomodo ergo inæqualitas hic asseritur propria putridæ? Dic: significat magnam inæqualitatem, quæ soli putridæ adest, non tamen omni putridæ: nam in quibus mutatio fit à principio cõfestim ad augmentum accessionis quarum principium habet in compressam annotationem, id est in cuius principio pulsus momentaneè non minuitur, minima apparet inæqualitas, aut nulla. 3. de præsag. pulſ. Pulsus inæqualitas.

Aduerte de quarto signo: Pulsus proprius putridæ in principio accessionis describitur. 3. præsag. 6. paruus, & inæqualis. Quoniã enim obstructio meatuum non sinit ingredi copiosum aërẽ, ideo paruus est: inæqualis autem, quia variè spargitur humor obstruens. Idcirco ferè languidus, quia vis opprimitur: Aliquando celer, nonnunquã tardus: videlicet si magis augetur calor propter putredinem confluentis humoris, quàm suffocetur præ copia & frigiditate eius, sequitur velocitas: si verò maior est suffocatio ex copia & frigiditate, sequitur tarditas. Ex qua sentẽtia colligitur. Primò: rectè. 3. de causis pulſ. 16. separari pulsum facultatis debilis per resolutionem, à debili per aggrauationem: nam in debili per resolutionem, pulsus sunt parui, & languidi, æquales tamen: in debilitate autem per aggrauationem, inæquales sunt: alij magni, alij verò parui: & ex modo vincentiũ intelligitur qualitas grauationis: quare initio accessionum meritò pulsus sunt inæquales. Colligitur secundò Aui. 1. quarti tr. 2. c. 2. indistinctè scripsisse de pulsu principij accessionem, (& non est velocitas eius fortis.) Colligitur tertio etiam in febribus non humoralibus inueniri nonnunquam symptomata ex humoribus: siquidem Galenus habet etiã in febre diaria, accidere nonnunquam pulsum similem initio accessionum, propter humorem infestantem os ventriculi: Colligitur quarto sententiam: 12. Therap. 3. quod pulsus principij est tardior moderato, explicare frequentiam non perpetuitatem.

Aduerte de quinto signo repetitionis: Accessio diariæ quandoque dicitur prima, licet non succedat altera, sicut dicitur mulier perijsse ex primo partu, aut vir ex primo morbo. Sunt tamen quædam diariæ licet non nomine, re tamen & figuris, habentes aliquot accessiones: eò quòd habent similitudinem cum putridis in foco, vt diariæ ex cruditate, aut ex obstructione. Repetunt autem tales, propter relictum in foco: de quibus meminit Galenus 8. methodi. 4. & Auic. 1. quarti de cruditate: propter raritatem autem earum, non meminit Galenus in hoc loco: & quia non habent repetitionem per certas horas, vt putridæ.

Aduerte de sexto: Calor mordens potest dici proprium, & inseparabile putridæ, non tamen semper: quoniam in initijs accessionum nondum apparet ad tactum. Dictum autem Themisonis, quod hoc signum erat commune omni febri, potuit tolerari cũ Galeno. 6. epid. 29. verũ meretur accusationem, eò quòd non separauerit morsum putridæ valdè manifestum, ab insuauitate diariæ. Quidam hîc deluduntur, putantes in eo reprehendi Themisonem à Galeno, quod ille scripserit hoc signum pro inseparabili putridæ: quod tamen non apparet initio accessionum.

Frequentia in quibus non est par.

Aduerte de septimo: Quidam hîc putant frequentiam vtriusque quietis in pulsu esse parē in putridis: alij excruciantur, quomodo velocitas contractionis non magis appareat in principio accessionis, quàm in augmento: cùm experientia videatur monstrare, copiam fuliginū magis aceruari initio accensionis lignorum quàm posterius: maximè cum id significet Gale. 3. de præsag. puls. 6. Dic: Apertè hîc & paulò antè dixit Galenus, in principio accessionis augeri velocitatem cōtractionis: in augmento autem vsque adeò crescere, vt etiam minuatur quies externa: quoniā in principio suffocato calore, nondum adest tāta fuliginum copia, quanta in augmento: & multò minus natura conatur eam expellere in principio. Locus autem. 3. de præsag. puls. tantū significat in accessionibus augeri velocitatem cōtractionis, magis quàm in interuallo. Colligitur ex hoc signo, rectè scriptum esse. 3. de præsag. puls. 4. proprium indicium omnis febris esse, velocitatem pulsus: quia in diaria & hectica manifestè apparet: in putrida autem saltem cōtractio semper est velocior moderato. Quod autem addit, principio pulsum esse paruum: constat ob debilitatem oppressæ facultatis, & paruam necessitatem. Velocem autem non esse semper, sed aliquando tardum ostensum est suprà: Hîc ergo vel intellige velocitatem contractionis, vel frequentem euentum: quoniam sæpius est velox.

Aduerte de octauo signo coctionis: Videtur obstare, quod nonnunquam in prauis febribus & pestilentibus apparet coctio in prima die. Secundò: Quod Anaxioni reddit febris cum coctione integra. 1. Crisium 18. Tertio: Dubitatur, in permutatione diariæ ad putridam, num appareat coctio solum durante diaria, an etiam post factam permutationem. Quartò: In febre paragmastica, cùm ferè tota sit declinatio, in prima die apparet coctio manifesta: transacto scilicet, iam statu. Dic ad primum: Tales pereunt non ex morbo sed ex deleteria qualitate moti humoris. 3. epid. sect. 3. 75. & rari sunt casus, vel potuit incipere ea febris à diaria, ex qua fit permutatio in putridam prauam: quare cessat in processu coctio. Ad secundum: rediit febris Anaxioni, cùm iam esset morbus in statu. Ad tertium: Videtur intellige re Galenus durante diaria. Licet enim (quod quidam asserunt) humor ex se non habeat malitiam, sed ex contagio febris diariæ inceperit putredo: putredo tamen illa non potest aboleri, nisi præcedat occulta coctio, & sequatur manifesta, tandem autem plena: Semper enim reperiuntur tempora illa, licet breui durantia. 1. Crisium. 18. Et licet iuxta hanc interpretationem videatur exceptio Galeni nulla, verum admonitio est vtilis in opere. Ad quartum: Non semper distinguuntur tempora per variam coctionem, sed in variis morbis variè, infra vlt.

Aduerte de nono indicio: Symptomata plurima febrium apparent in statu: ideo Galenus meminit de symptomate apparente in statu: verum, in quocunque accessionis tempore apparuerit præbet eandem indicationem.

Aduerte postremò: Ex 3. de præsag. puls. 5. & de differentiis puls. vlt. reprobari Archigenem, quoniam vocauit pulsum durū, metaphoricè, id est, insuauē vel molestum. in quo significato docuit pulsum omnem febricitantis esse durum, maximè ex febre putrida. Redarguitur autem: quoniā duritics in arteria tacta est obiectum proprium tactus: & propterea debuit definiri propria significatione, pro eo pulsu cui cedit tactus. 5. simpl. 4. Docet autem dignoscere pulsum durum à vehementi. 4. de dignos. puls. 1. quia vehemens euertit vniuersos digitos, sicut validus ventus, non tamen perforat aut pūgit: durus verò instar lapidis lentè moti non sufficit euertere digitos, sed magis premit & perforat: huius autem duri agnoscit causas tres, siccitatē momentaneam arteriæ, contractionem à frigore, & tensionem, siue ea nascatur ab humore præter naturā, siue à plenitudine conuellente: Quo fit vt & scirrhus, & inflammatio, comprehendantur sub tentione hîc: 5. autem simpl. 4. putat proprius appellandam esse tensam arteriam, non duram, sed renitentem.

SECTIO QVARTA.

De hecticis febribus primò: explicat varias eius species. Secundò: docet indicia hecticæ marasmodis. § (Febrium autem.) Tertiò: separat signis incipientem marasmum à consummato. §. (Dico autem.) Quartò: tradit indicia hecticæ simplicis. §. (deinceps igitur.) Quintò: separat hecticam simplicem ab incipiēte marasmo. §. (Siccam verò) Sextò: docet agnoscere hecticā alteri febri iūctam. §. (Alteri verò.) Septimò: tradit particulares notas diariarum. §. (Dictum autem.) Cap. 8.

(Generantur igitur.)

Explicat varias hectica species.

Adverte primò: Num hectica fiat incipiendo. facilis solutio est, fieri incipiendo vel in principio nonnunquam, id est, in primis tribus, aut quatuor diebus morbi: ita tamen vt altera febris antecedat: principium enim morbi tripliciter dicitur. 1. Crisi. 6. & 7. videlicet de indiuisibili initio morbi, de immanifesta coctione, & de primis tribus morbi diebus aut quatuor, ostēditur significare nonnunquam primum triduum ex. 1. præsag. 12. (si verò in morbi veteri iam triduo) ostēditur significare primum quaternarium ex. 1. proth. commento. 1. &. 1. Aphor. 12. & 1. epid. sectione. 3. commento. 1. & 1. Aphor. 7. Quod autem Galenus, quando contendit hecticam nonnunquam incipere, intelligat accidere in primo quaternario ostēditur: Quia. 10. Therap. 5. probat hecticam incipere, quia agnouit illam in quarta die morbi: & apertè. 2. Crisi. vlt. ait, hecticam non incipere in primis morbi diebus, sed temporis progressu: scilicet vbi non adest causa externa. Si autem placet pars aduersa, nempe quod potest inuadere, licet rarissimè, præsente causa validissima, nulla alia febre præcedente, & id defendi potest. Habet & ea pars suas coniecturas, quoniam & putrida inuadit non præcedente diaria: multo tamen rarius fit hectica incipiendo quàm putrida: etenim accedente causa putrefaciente inuadit statim putrida, quoniam spiritus non similiter humoribus apti sunt putrere: hectica verò & diaria ambæ fiunt à simplici calefaciente: quare nec ipse Galenus intra triduum audet

agnosca

Hectica nõ agnoſcere incipiendo.

agnoſcere, num ſtatim cepetit hectica: an præcedente diaria infra. Si tamen ea pars placet, reſpõdendum eſt obiectis. Ad primum: legitur. 2. Criſi. vltimo, non accidere in primis diebus: explicetur ex. 3. præſag. pulſ. 4. rariſſimè accidere. Ad ſecundum: ſemper ante calefactum membrorum præcedit calefieri: & id fiens lædit operationes: nam cum factum non ſit intenſius quàm fiens, ſi factum lædit ſenſibiliter, ergo & fiens prægreſſum: tale autem fiens non eſt hectica. Dic primò: potuit fiens prægreſſum nõ lædere ſenſibiliter propter partem aliquam membri nondum calefactã: vbi tamen totum eſt calefactum, licet non intẽſius, prima læſio euadit ſenſibilis. Secundò: licet fiens lædat ſenſibiliter, poteſt pẽdere à cauſa externa, & ita non erit morbus: cum primũ aute eſt facta independẽs, eſt febris hectica. Dic tertio: cũ motus recipiat denominationem à termino ad quem, calefactio membrorum nõ fixa in ſpiritu, nec in humoribus, cum ſit motus terminatus in calefactum membrorũ, eſt hectica. Et licet apud Galenum hectica ſit calor æqualis membrorum, intelligatur hectica in facto eſſe. Illa autem inæqualitas breuiſſimo tempore durat, & cito occupat omnia mẽbra. Ad tertium: ab vno calefaciente, membra variè repugnantia non perducuntur ad vnam æqualitatem caloris: ergo non ad hecticam. Dic: oſtenſum eſt ſupra, ſatis eſſe ad hecticam æqualitatem caloris etiam fientis, cuius nulla pars notabilis ſit facta, cum fixione in corde. Prætetea: ſi temperamentũ æquale in ſanitate durat cum ea varietate membrorum, durabit cũ eadem intemperamentum æquale hecticæ. Ad quartum: quomodo non prius calefiant ab externa cauſa ſpiritus & humores minus renitentes? Dic: leuia magis effugiũt actionem cauſæ validiſſimæ, quàm valdè renitentia: oſtendit Aphrodiſæus. 4. proble. 51. ea de cauſa quoſdam nõ conficere piſces ſaxatiles, cũ coquat bubulas carnes: ideò quercus lucentem ædit ignem, non paleæ: ſic mola ingentia grana comminuit, parua tranſmittit: ſic venti impetus ſublimes arbores frãgit, non humiles frutices: ſic vitrum cadẽs frangitur, non caro: ſic iuuenes ex caſu colliduntur, non pueri: ſic fulmina exurunt denſa vaſa, tranſcolant contenta lintea: ſic arcus plumbatam ſagittam lõgius, quàm calamum iaculatur. Fieri etiam poteſt vt ſpiritus & humores ex alimento ſint frigidi, membra verò arida, calida apta ad febrẽ. Non valdè autem diſtat inter duas ſententias dictas: nam difficillimum eſt, nec valde mutat curationem, agnoſcere de hecticis in initio morbi aggredientibus, num præceſſerit diaria, nec ne. Colligitur ex hoc loco duas has febres, ferè repente à manifeſta cauſa oriri, putridam paulatim magis citra manifeſtam cauſam: quia febris in illis eſt inflammatio requirens cauſam externam inflammantem. In humoribus autem putredo fit per conculcationem, vbi acceditur ad quantitatem, vel locum vbi purret.

Aduerte ſecundò: ſpecies hecticæ hîc relatæ patiuntur dubitationes. Prima: Separat hecticã in duas ſpecies iuxta quòd ros vel manet, vel aſſumptus eſt: & tamen apud Aui. de humoribus, humiditates ſparſæ per cor ſunt quatuor. Secunda: 10. Ther. vlt. non diuidit ex conſumptione roris, ſed carnis, & ſolidorum. Tertia: 7. Ther. 6. numerat ſpecies quatuor, vulgo tres, hîc duas. Quarta: Apud Aëtium lib. 8. 92. prius abſumitur caro, quàm ros, contra rationem, & Gale. 7. Therap. citato. Dic ad primam: ſpecies ſiccitatum quatuor ſunt, iuxta quas. 10. Therap. diuidit ſpecies hecticæ: Siccitas ſolidi, id eſt membri ſpermatici: ſic enim intelligitur hîc ſolidum, licet ſupra nomine ſolidi venirent omnia membra: 2. carnis & adipis: 3. diminutio alimenti ſolidorũ vocati generaliter ros: 4. diminutio alimenti carnei, id eſt ſanguinis in exilibus vaſis. Nam. 3. de temperamentis. 1. immediata eſt tranſmutatio ſanguinis in carnem, in ſolidum verò per quiddam medium: quod in oſſe eſt medulla, in cute gluten, in neruo muccus, in vaſis ſeminalibus ſemen, in mammis lac, vniuerſaliter autem ros. Has quatuor ſiccitas agnoſcit Gal. vbi exactè diſſerit: Lib. autẽ de maraſmo. 6. & hîc in duo tantũ ſecat: videlicet incurabilẽ, & curabilem: quarum prior differentia cõplectitur tres priores ſpecies, altera poſtremam. Ex quo intelligitur: ſi cõferãtur verba. Gal. 7. Ther. 5. cum Auic. de humoribus cap. 1. Quod quatuor humiditates ſecundæ quàs refert, ſunt quæ diſſipantur in his quatuor ſiccitatum differentiis: niſi quod prauè interpretatur, credens eas non eſſe partes actu membri: & imaginans eſſe quatuor media inter ſanguinem & carnem, contra Gal. 3. de temper. citato & experientiam, fruſtra multiplicans res, & contra id quod ipſe doctrina de membris cap. 1. in fine affirmat, carnem ex ſanguine fieri vna tantum mutatione, ſolida multis. Num autem neceſſariò cõſequantur ſe illæ ſiccitates ordines ordine? Dic: ferè ſeruatur ordo explicatus 7. Therap. & 2. præſag. 28. non tamen videtur negandum, poſſe prius exſiccari illa priora ob robur agentis exſiccantis: ſicut quandoque incipit hectica non diaria: rarius tamen accidit illud in exſiccatione quàm in febre: Partim quia exſiccatio eſt operatio difficilior, quàm calefactio: Partim quia exſiccatio membrorum potiſſimum naſcitur ex defectu alimenti: defectus autem alimenti prius eſt in ſanguine, quàm in rore, & in rore, quàm in membris. Ad ſecundam: Siccans calor non poteſt ita agere in rorem quin ſimul abſumat aliquid de humido membrali: plus tamen & prius ſiccat rorem quàm carnem, & carnem quàm ſolida. Ergo Galenus ſeparat hic ſpecies hecticæ per exſiccationem roris, illic per exſiccationem roris, carnis, & ſolidorum: variè quidem, ſed non pugnanter. Ad tertium: Patet ex dictis: nam & paulò infrà ſecat in tres differentias: eò quòd exſiccatio primæ humiditatis, id eſt, ſanguinis contenti in exilibus vaſis, magis pendet à calefacto humorum quàm membrorum. Ad quartum: Quidam reprobant Aëtium: qui tamen in eo loco tranſcribit Galenum. 10. therap. ult. videlicet quod febris ardens exſiccat carnem & adipem ſenſili euacuatione: quo tempore nondum eſt hectica, ſed colliquans: Vbi verò calor figitur in membris, incipit inſenſibiliter diſſipare rorem, poſt carnem, poſt ſolida. Penes quid ergo diſtinguuntur hæ ſpecies inter ſe, & hectica à non hectica? Dic: non penes intenſionem maiorem, quia nulla hectica eſt magna febris: tertio de præſag. pulſ. 4. & ita ſecunda ſpecies non eſt intenſior prima: oſtenditur: quia poteſt ſequi maraſmus ad febrem longam, vel ad

Siccitatum differentia.

morbum frigidũ. Secundò: quia ex longo morbo resoluitur calor innatus. Tertiò: quia possunt mẽbra esse arida apta valde siccari, non valde calefieri. Quod si aliqui authores affirmãt calorẽ magnum in hectica, vt Aëtius citato, & Auic. 2. 1. de causis doloris, & lib. de medicinis cordialibus c. 4. intelligunt fixionem & ęqualitatem per omnes partes non intensionem. Nec distinguntur, penes ordinem inductionis: ostensum est enim posse induci secundam speciem ante primam: Et apparet manifestè in febre colliquãte, quæ ante quàm sit hecticas potest resoluere humiditates dictas, sensibiliter tamen, in quo distat ab hectica. Separatur ergo hectica ab aliis febribus per æqualitatem caloris: species autẽ inter se separantur quia ros, vel ebullit tantum, vel diminutus est, vel ex toto absumptus. Nam reliquæ humiditates sunt partes membri: prima autem humiditas cum cõtineatur intra vasa, magis pendet in sua exsiccatione à calefacto humorum, quàm membrorum. Non enim videtur recipiendum quod quidam hic aiunt, rorem ideò numerari quia est idem cum spiritu: spiritus autem simul cum carne, & solidis constituunt naturam nostram. 11. Therapeu. 1. Cum ergo prima siccitas sit magis frigidi-ras, & frigefactum calefaciendi tempus sit breue; meritò colligit Galenus. 7. Therap. 6. quod intra triduum si commode cibantur, redeunt ad statum coquendi amplius alimentum. Siccitates autem sequentes sunt lõgæ difficilioris curationis: tum quia resarciri nequeunt nisi nutritione, nutritio autem in debilitate membrorum difficillima est: tum: quia meatus & viæ alimenti comniuent, quare negatur ingressus alimento. Adde quod pluribus transmutationibus aluntur solida, quàm spiritus & pinguedo: ideo meritò colligit Hippocr. Quæ ex longo tempore extenuata sunt corpora, tardè reuerti consueuerunt: quæ verò breui breuiter. Eo quod longo tempore redditur exhausta etiam membralis humiditas. Habet autem difficultatem quod hîc ait, facilem esse curationem hecticæ citra marasmum: cum. 11. tertij. 2. Intemperies cordis confirmata non recipit curationem: & cùm non est confirmata non est facilis curę: hectica autem febris videtur intemperies cordis confirmata. Dic: per confirmatam intelligit non simpliciter æqualem, sed quæ valde impressit: quod hectica simplex non habet. Adde: quod intemperies cordis in cardiaca calida quãdo agnoscitur, est iam diuturna: in hectica verò primæ speciei agnoscitur, incipiens propter comitantem febrem. Postremò: vocatur facilis curæ hæctica primæ speciei non simpliciter, sed collatione ad marasmum. Altera dubitatio: de pugnantia inter hunc locum, vbi etiam in pessima siccitate solidorum ait, parum abesse quin totus ros sit absumptus: & 7. Therapeut. 6. vbi de secunda specie ait, rorem omnino esse absumptum. Dic: Apolimeni quo verbo ibi vtitur, est tẽporis præteriti & præsentis: ibi autem in præsente legendum est, id est parum abest quin totus absumatur. Per rorem autem Galenum intelligere alimentum solidorum, apparet; quia non agnoscit medium, nec est necessarium inter sanguinem & carnem. Licet autem quãdoque vniuersaliter dicat rorem esse alimentum sparsum per partes ad earum nutritionem, intelligit solida, quæ verè vocat partes. Si cui verò placet sanguinem sparsum ad nutritionem carnis vocare rorem, de nomine est contentio: sed est verè sanguis, nec pugnat Galenus secum. Aduerte tertiò: De hectico intẽperamento, siue partis siue totius propositiones octo. Prima, celebris diuisio intemperamentorum, vel morborum in factum, & fiens medicis est æquiuoca: Nam quandoque fiens dicit, quod adhuc gignitur nondum per se subsistentiam habens: factum quod iam est genitum, siue in omnibus partibus passi quod vocant æquale: siue in quibusdam, quod inæquale. Quandoque fiens dicitur de producto toto, sed adhuc in motu, & non per omnes partes passi: factũ verò quod est productum in omnibus partibus, & hecticum & æquale. In primo fiente sola sumitur indicatio ad curationẽ à causa, in posteriore facto ad solum effectum: in medio fiente ad vtrumque. Nam de primo fiente scribitur. 8. Therap. 1. Quæ in generatione est febris sola efficientis causæ ablatione cessat: de postremo facto. 10. methodi 7. Caput totius curationis his remediis, quæ refrigerent & humectent statuere oportet: de medio fiẽte artis. 88. Prius vnamquanque causam abscindere oportet, postea ad eam, quæ facta est peruenire discrasiam. Propositio secunda: difficile est agnoscere essentiam huius hectici temperamenti: nam cùm febris sicut intemperamenta reliqua partium fiẽtia, dolorifica sint parti patienti: & secundò ablatione causæ illa imprimentis, verbi gratia humoris, vel iræ sponte & ab intrinseco corrumpantur & cessent: & tertiò, operatio intemperati non sit debilior, sed sæpe vehementior vt pulsus, & respiratio tertianarij quàm sani: quid habet hæc intẽperies essentiæ, vt inducat tria opposita vbicunque adest? nempe non sentiri dolorificè, ab intrinseco sanari non posse, sed durare, postremò cũ tactu sit exigua necessariò debilitare propriã sani functionem, vt chylificationem in ventriculo, pulsum in arteria. Causa horum effectuum asseritur quibusdam, quod sit iam inducta noua complexio priore corrupta: sed nec Gale. recipit eam quintam qualitatem, nec necessaria est. Alij dicunt: postquam agens produxit totam suam intensionem, cessat sensatio, & dolor in passo: quia sensatio alterationum data est à natura mẽbris nostris, vt fugiamus noxia, prosequamur vtilia: inutilis igitur erit vlterior sensatio, quia seipsum nemo aut fugere potest, aut prosequi. Gal. hanc sententiam non negat, quoniam non sentitur inducta qualitas à parte in quam inducta est: ab alijs verò partibus in quas nondum inducta est sentitur etiam cum dolore: oportétque explicare quando cesset actio. Recipit ergo Gal. tertiã causam euentuum propositorum: supponens essentiam mixti esse concentum illum elementorum quatuor, qui apud illum est, quod restituit mixta alterata ad pristinam temperiẽ, simul cum forma mixti exigente eam temperiem, vel vnitatem quæ amissa est per solutionem. Is concentus facit & naturalis vnitas membri, vt cum dolore sentiatur omne alterans, vel soluens, etiam postquam impresserũt in passum in toto tempore vsquequò corrumpatur proportio illa componentium, & mutetur in aliam: quæ iam sicut pristina conseruabat natiuam, ita hæc conseruet assuetudinariam, vel hecticam nouam: Nec secus solutio

dolo

dolorifica est, quãdiu fit: id est, quandiu nõ quiescit operatio soluentis: licet enim iam non appareat ablato ense durat tamen aliquandiu: sicut operatio ignis ablato cauterio. Post, non iam dolet ex ea, non solum quia cessauit actio externi agẽtis, sed etiam quia mutata est vnitas in factam solutionem, vel proportio pristina in alteram, propter quam reducit se semper non ad eam, sed ad pristinam. Propositio tertia: nõ est mẽs Gal. (quod quidam interpretãtur) necessario in hectica omnia membra habere æqualitatem frigoris, vel caloris, ita vt nulla pars distet ab alia alteratione inducta: sed quod nulla pars, etiam minima maneat nondũ alterata: quandiu enim adhuc aliqua alteratur effectus dicti non adsunt, sed cõtrarij: & apertè lib. de inæquali intẽperie 7. in hectico intemperamento ad est varium intemperamentum in membris, sicut per sanitatem. Propositio quarta: non sentit Gale. (quod alij dicunt) omnes qui cessant dolore necessariò pati hecticum intemperamentum vel solutionem: Nam qui sanatur ablatione causæ, vel mutatione situs causæ morbificæ, vt arthritis vel dolor dentiũ tumẽtu parte affecta non habent hecticam, sed tantũ ait: quod quando fiens transit in æquale, iam non dolent, licet adsit ad tactum intẽperies, vel solutio maneat eadem: nam & ea quandiu fit, dolorem mouet: post minimè: sicut nec oris aut oculorum naturalis solutio. In vulnere autem recenti dolent, quandiu exeduntur partes paulatim à fluxionis acrimonia. Propositio quinta: postquam etiã minimæ partes similarium membrorum (quas Gal. ait esse villum, vel carnem) receperũt temperiem, ita vt vocetur hectica cum effectibus tribus dictis, si adhuc intenditur verbi gratia, calor hectico cibato, aut vbi transit in marasmum, etiam dolebit: quoniam omne quod alteratur præter naturam, quandiu alteratur, dolet: de inæquali intemperie tertio. Et quandiu ille gradus additus non est impressus omnibus partibus hectici, adhuc sanabitur ab intrinseco, temperie ipsa hectici reducente se ad assuetudinarium habitum pristinæ hecticæ: & idem statuendum est de eo, qui reducitur ad nouam temperiẽ, vel aëris, vel aquę, vel cibi: ideo enim tunc ægrotant inter mutandum. Sed post mutatum esu, si redeant ad pristinum statum, similiter dolẽt. Quare quod legitur lib. citato tertio. cùm partes omnes ad absolutionem mutatæ sunt, tunc non dolere, non est interpretandum: ad absolutionem: id est vbi gradus omnes intemperantis impressi sunt in passo: sed vbi in omnes etiam minimas partes passi intemperies impressit. Propositio sexta: quod legitur c. 5. terminum mutationis esse læsionem operis, non est intelligendum de quauis læsione: alioqui sola hectica esset morbus, cùm morbus diffiniatur per causam læsæ actionis: sed speciẽ læsionis per debilitatem propter mutatam facultatẽ operantem essentiali facto temperamento: fiens verò intemperamentum lædit opus, quia impedit, vel vitiat opus facultatis adhuc validè operantis: vt coctricem lædit putridus calor, vel pulsum, quia auget vsum, non quia facultas pulsifica modo fit in operando in se imbecillior: nam quod scribit 1. præsag. puls. 4. proba temperatura agens, ex quatuor fit elementis, agentis partis, vsus ex calido & frigido duntaxat. Turpiter enim quidam interpretantur, læsionem operis. s. sentiendi, quoniam perit sensus doloris pristini: nam Galenus apertè explicat mentem suam libro citato, & de operatione agit cuique parti propria siue sentienti, siue insensili: ideo non potentem sicut prius operari. Propositio septima: de varietate partium quæ in hectico temperamento alterantur: Gal. de inæquali intemperie, tertio, docet intemperamentum occupare primum poros, per quos veluti volitat alterans vapor, simul & molem extrinsecam membri occupat, sicut inflammatum non combustum lignum: deinde etiã occupat partes corporis maiores, id est organicas, manentibus adhuc similaribus cum pristino temperamento componentium elementorum: tãdem etiam similares partes, non solum ad sensum, quales sunt vasa: sed verè, quales sunt fibræ, & membranæ & caro vasorum intemperantur: quod accidere non potest, nisi aduersa temperatura & concinnitate pristinæ mixtionis elementorum, & tunc iam vocatur hectica, & apparent dicti effectus, quia proportio pristina elementorum constituens similare, & reducens quamuis intemperiem inductam ad suam proportionem iam mutata est: & illud vocant occupare intemperium inductam partes formales, id est, quę sunt subiectum formæ humanæ: quales sont membra, & organica & similaria. Partes verò materiales id est elementorũ constituentium carnem, vel villũ, quæ non sunt informatæ humana forma, & intellectu nõ sensu percipiuntur, necessariò aliqua ex parte mutata sunt: alioquin temperies similaris compositi, id est proportio elemẽtorum componentium mutata non esset. Notam autem facit Gal. intemperiem factam 2. pror. 17. exẽplo ligni in igne positi: de quo ait: calesit siquidem valdè, sed nondum vritur: quod si prius ab igne separaueris quàm accendi vritique incipiat, celeriter contractam caliditatẽ exuit deponitque: si verò tantam in se exceperit vt inuri incipiat, etiam ab igne tollatur, nihilominus vritur. Quod idẽ alio exemplo notum facit 1. pror. 33. per vestes tinctas: quarum plurimæ, licet extra rubeant, scissæ tamẽ intus monstrant in quibusdam villis natiuam albedinem: hectica verò tinctura tunc dicitur, quãdo nulla etiam in scisso panno minima apparet portio pristini caloris. Ex quibus verbis colligitur ad hecticam intemperiem non esse necesse, vt omnes partes quantitatiuæ passi receperint impressionem: sed partes etiam minimas formales omnes: Itaque pars adæquata hecticæ intemperata omnes etiam minimas membri partes intemperatas habet: non tamen omnes materiales, sed aliquas sufficientes ad mutationẽ temperiei: ideo lib. citato. 2. nõ diuidit in hectica partes corporis, nisi vsque ad minima similaria mẽbrorũ. Argumentum autem Vgonis quæstione de mala complexione diuersa, quo ostendit necessariò asserendam esse quintam qualitatem, quæ corrumpitur in facta intẽperie, producta alia noua, nihil vrget eum qui assequitur mentem Gal. dictam. Proponit enim: Si temperies carnis sanæ nihil est præter aggregatum quatuor qualitatũ, quod explicatũ est: & id mutatur in facto intemperamento, nõ in fiente: vel illa mutatio est corruptio totius aggregati, & hoc nõ: quia etiam in facto manet portio pristini temperamenti & caloris: vel

secundò nst remissio eius:& hoc etiam in fiente adest: vel tertiò, est improportio ad sana opera, & id commune est vtrique intemperamento: vel quartò est, improportio ad vitam,& id neutri intemperamento inest: quia etiam hectici viuunt. Dic:est mutatio in componẽtibus membra similaria etiam minimis: quæ non adest in fiente intemperie. Propositió octaua: quidam conantur ostendere impossibile esse, hecticam intemperiẽ inuadere hominem citra causa comitantem ex humore, aut vlcere, aut inflãmatione, aut obstructione inducentibus, & conseruantibus hecticam intemperiem, hoc argumento: Membra corporis ab ortu indies reddũtur, & frigidiora & aridiora necessariò, aliàs senium, & mors essent euitabilis: ergo non possunt processu ætatis acquirere temperamentum fixum in mẽbris val calidius vel humidius. Dicunt secundò: temperies illas secundas, licet dentur fientes, factæ tamẽ ita vt durent absente agente, dari non posse. Dicũt tertiò: hecticas pẽdere ab exigua, sed inhibita causa humorali, vel puruléta: ideo sæpe, creditas hecticas, & in morbo gallico, & in alijs vacuatione sanari, & lactis potu, non ceu refrigerante, sed ceu vacuante. Quæ tria examinanda sunt. De primo: ab ortu indies reddimur sicciores, eò quòd elementa humida aër, & aqua sunt partiora in compositione nostra: quod grauitas corporis indicat: & præterea magis resolubilia præ tenuitate: ergo habent partes terræ, vt in nobis semper augeantur super aërias, & igneas causas duas nempe copiam & crassitiem: quare semper reddimur sicciores: attestante experientia, quod processu ætatis aucta siccitate (quod antè non poterant) & loquuntur, & ambulant infantes. De frigiditate verò, non est simpliciter concedendum: nam vsque ad initium inclinantis ætatis augetur calor, inde minuitur: quoniam calor in pueris præ humiditate impeditus non potest exercere munia caloris, sicut externus ignis cùm primum ligna aggreditur. Confirmatur sentẽtia: quoniam animalia vsque ad ætatem vigoris augentur reponentia quãtitatem ampliorem resoluta, propter copiam innati caloris, cuius est reparare: deterioris tamen, quia siccioris: saltem in fine nutritionis. Nec pugnat sententia Hippoc. (qui crescũt &c.) quia dicitur in pueris calidũ amplius, collatione exigui corporis suiu simpliciter tamen quantitas sanguinis spiritus, carnis, & solidorum manifestè est amplior vsque ad vigorem: & durat vsque ad initium inclinantis: inde autẽ nec in quantitate, nec in qualite reponitur amplius: nec similiter esset, saltẽ in solidis. De secundo dic: intemperies calida, & facta & fiẽs dantur in animalibus: tum, quia resoluta parte humectante impediente operationem calidi, calidum magis operatur quàm ante: tum, quia igniuntur partes aliquæ fixæ etiam minimæ in corpore à valido calefaciente. Nam si etiam lapides & metalla, licet renitantur plurimũ calori fixo, propter siccitatem immodicam calcinantur: quod est recipere calorẽ factũ: multò magis animalia quę multo participant humore. Nec oportet, quod corrumpãtur formæ vel putreant: nam per assuefactionem cibi, vel aëris calidi idẽ animal concipit intemperiem calidam factam: quod eo argumento colligitur, quia illo aëre vel alimento valet, contrario ægrotat. Nec ex eo sequitur perpetuitas vitæ: quoniã; & ille calor cùm non sit naturalis magis accelerat mortem quàm retardat: & licet esset naturalis, sola conuincitur vitæ occasio ex parte agentis: cũ tamen mors sequatur ob malitiam membrorum & varium. Humida verò intẽperies, licet quãtitate semper possit augeri (siquidem etiã ossa crescunt adolescentibus, & per senectam fiunt quidam carnulentiores, & sinochis laborantes) qualitate tamen humiditatis semper reddimur quoad factum intẽperamentum sicciores, propter causam dictã remanentis terræ magis quàm reliquorum trium elementorũ. Fiens verò intemperies humida, quę magis est apparens quàm existens, perpetuò induci potest: Nam etiam lapides & metalla nimia pluuia, & humido aëre non solum molliora euadunt in poris & superficie, sed etiam præ humiditate fiũt rubiginosa & cariosa: multo ergo magis animalia: id quod euidẽter apparet in senibus, quorum membra siccescunt poris humore multo solutis: nõ tamen caro ipsa fiet vnquam secũdum partes suas minimas ex quibus constat humidior sed semper siccior: & multo minus solida, vt quibus magis repugnet substantifica humectatio. Causæ ergo ineuitabilis senij, & mortis sunt tres. Prima: quia cùm membra indies sint magis sicca (quod ostẽsum est) & finis alitionis sit assimilatio alimenti ad membra, sequitur repositum semper esse siccius: quare acceditur ad siccitatẽ vitæ incompatibilem. Secũda: quia defectu humidi pinguis sustinentis innatum calorẽ, ita minuitur calor noster, vt reparare nequeat. Tertia: quia cùm exsiccatum omne conniueat meatibus, nõ est via ingredienti alimento, quare non oppositum, nec vniri valet, nec alere. Et quia tres hæ causæ potẽtiores sunt in solidis membris quàm in carnosis, ideo hectica sola difficulter curatur, siue partem occupet siue corpus totum: marasmus nullo modo. Sed quo modo consuetudo aëris, vel cibi humidi, vel reductio ad temperiem sanguineam inducit temperiem humidam factam, si induci non potest? apparet enim ex ratione allata esse factam, quia malè habet ea mutata. Dic: non potest verè induci temperies humida facta sicut nec coctum verè potest incrudari, nec senex reiuuenescere, nec marasmus sanari, nec biliosus mutari in sanguineum: cùm semper omnes tales quotidie euadant facto temperamento sicciores: ergo non humidiores. Sed dicitur hecticus sanari, & biliosus reduci, & assuetus humidis humescere, id est cõstitui in ea conseruatione præsenti humiditatis, quæ minus in posterum exsiccetur, quam si non adhiberetur ea conseruatio: vel etiam dicuntur humescere, quia augetur in illis quantitas humidi alimentosi, licet semper paulo siccioris quam ante. Prima autẽ species hecticæ, quia magis est frigida intẽperies facta quam siccitas (solus enim deest sanguis in exilibus vasis) triduò sanatur infra: quia verè nec est siccitas solidorum nec carnis. De tertio: num hectica pendeat à materiali causa, dic: cùm monstrat ratio dandã esse aliquãdo factam intemperiem calidam tantum, & siccã tantum, & compositam ex vtraque, non est negãda: maximè monstrante creberrimo experimento sanatorum adhibitione contrarij intemperamẽti frigidi humidi. Sæpe verò creditur hectica quæ ab humore pendet propter exiguitatẽ febris cum

dutatio

duratione: quod sæpe accidit in patientibus morbum gallicum, & interna vlcera & obstructiones: in quibus, licet extremè tenues sint (dicebat Ras. 12. continentis) non est timenda purgatio, & ligni exhibitio si creditur iuncta qualitas Gallica fouens febrem, frequentissimo curantium experimento: cessat enim febris quæ hectica credebatur ablata causa, vel humoris, vel deleteriæ qualitatis.

(Febrium autem.)

Explicatis differentijs hecticarum, tradit indicia marasmi perfecti, potiùs notiora.

ADVERTE primò: de signis oculorum: Potissima sunt in significando corporis & animi affectus. 6. Epid. sect. 4. 27. Monstrat Galenus à posteriore, quia ira, lætitia, amor, odium, modestia, grauitas, libido, truculentia, imbecillitas, (vulgo *olhos quebrados*,) non alibi manifestiùs apparent. Vnde physionomici vocant oculos, flores animæ: & 7. probl. 7. maximè iuuet mēbra mutantur tam ab externo agente, quàm ab interno. A priore: ostenditur: quia retina est cerebrum non induratum, sed concretum. 8. de vsu. 6. Præterea: inest oculis spiritus animalis plurimus per perforatos opticos. Postremò: est membrum humidissimum, & mundissimum, quare suscipit impressionem ex quouis defluente humore: ideò ad præsagiendum habet primum locum. 1. præsa. 13. Quod verò hic hectici ob imbecillitatem palpebra attollere nequeunt, habet difficultatem: Partim quia. 1. præsag. t. 4 asseritur indicium debilitatis clausio non integra oculi: non videtur autem quomodo eiusdem debilitatis effectus sit, non integrè claudere illic, & non integrè aperire hic: Partim: quia tabidi mouent reliqua membra arbitraria multò grauiora. Dic ad primum: integra clausio dormientis, & integra apertio vigilantis, sunt extremi motus, exigentes robur facultatis: Ideò media nictantium figura, quam suæ naturæ palpebræ petūt etiam in defunctis, indicat summam debilitatem. Sed cur ea debilitas in acutis agnoscitur per defectum clausuræ dormientium, in marasmo verò per defectum aperturæ vigilantium? Dic: quia in acuto morbo, vel ex repentino fluxu sequitur siccitas inæqualis, quam consequitur conuulsio palpebræ impediens clausuram: in marasmo autem, siccitas est æqualis, quam consequitur rigor cutis: ariditas autem cutis impedit corrugationem palpebræ, ideò nictant. Ad secundum: non est causa nictandi sola debilitas morticis, sed iunctam rigenti palpebræ: sicut pari causa, cuius frontis in illis tensa est, nō corrugata. Quod autem obscuritas magis repræsentetur in oculo, quàm in reliqua facie: causa est defectus plurimi spiritus solim accedere ad oculos. Quod subsideant, causa est plurima humiditas illorum, facilè resolubilis: sicut pari causa, tempora collabuntur: propter absumptam substratam carnem. Cur verò lippitudo in illis indicet summam debilitatem, Galenus explicat. 1. præsag. 10.

Nota debilitatis varia.

Aduerte secundò de signo ex pulsu: Scribitur hic, paruus: verior tamen interpretatio est (gracilis) quod nomen indicat pulsum longum, sed angustum & humilem. Item celeritatem agnoscit Galenus. 4. de causis puls. 10. Hīc verò magis expressit frequentiā: quia in magna debilitate etiam celeritas amittitur, nunquam tamen frequentia. Acrimonia verò caloris apparet tardiot & minor, quàm in multis putridarum. Non enim cōuincit ratio quorundam ad oppositum, videlicet quod in termino motus plus acquisitum est de qualitate motus, quàm in primo: Hectica verò est terminus calefactionis de inæquali intemperie sexto. Non conuincit (inquam:) Quia quando passum variatur, potest in termino motus qualitas esse imbecillior: vt si ferrum ignitum inflammet paleas: Item non conuincit, quando in via perditur aliquid de qualitate motus: Quo modo membra senis non sunt calidiora quàm iuuenis, licet magis passa à calido. Item potest febris in declinatione putridæ, vel diariæ trāsire in hecticam: quo casu hectica erit maior declinatione antecedente, non tamen tota febre quæ præcessit.

(Dico autem.)

Separat secundam hectica speciem à tertia per essentiam, sicut paulò post per signa.

ADVARTA primò: Quid requiritur & sufficit ad debilitandam virtutem, siue in toto, siue in parte. Nam 4. dixit, debilitatem esse validum intemperamentum: siue in sanitate accidat, siue in morbo, siue in toto corpore, siue in parte: Auic. 1. quarti. tr. 2. 9. dixit omnem ægrum esse debilem: Galenus verò. 8. Therap. vlt. dixit in febribus diariis, nisi concurrat symptoma aliquod validum non sumi indicationem à viribus: eò quòd non sunt debilitatæ, & 11. Therap. 2. dixit in febribus putridis & in inflammationibus, vim non esse semper infirmam: Lib. autem de inæquali intemperie quinto, dixit debilitatem operis esse signum inseparabile intemperamenti hectici vel facti: Idem 3. præsag. puls. 2. Et tamen hic in prima specie hecticæ scribit vim nil esse passam. Dic: intemperies æqualis necessariò habet annexam debilitatem operis: eò quòd essentia facultatis consistit in intemperamento æquali: fiens autem intemperamentum si validum est etiam debilitat: cùm in omni fiente teperiatur aliquid factum, quod potest imbecillitare. 11. Therap. citato. Sicut autem fiens nonnunquam debilitat ob vehementiam suam: ita factum, si est remissum, & exigui temporis vt hactica primæ speciei, non debilitat momentaneę. Est autem illa exigua varietas in respondendo, creberrima Galeno: eò quòd sensilia non nisi cum latitudine agnoscuntur. 5. simplic. 8.

Hectica nū habeat tēpora.

Aduerte secundò: Num hectica habeat tempora. Hic enim agnoscit illa Galenus. Dic: ex lib. de generalibus morbi temporibus in initio, in omni morbo sicut in qualibet re de nouo genita possunt affirmari quatuor illa tempora. Verùm non secundum idem computantur in omnibus morbis: sed iuxta varietatem conuenientem vnicuique morbo, iuxtà quam mutatur curatio, aut prædictio: ita vt in quouis morbo vnica tempora cōsiderentur, iuxta certam varietatem ne æquiuocatio faciat errorem. Nam in epilepsia ex sola intensione symptomatum computantur tempora: In tumoribus præter naturam penes quantitatem defluentis humoris: In febribus penes varietatem

 coctionis;

coctionis:In hectica penes varietatem impressionis in membra. Vnde colligitur, ad communem difficultatem non tres modo hecticæ sint tres species hecticæ. Nam si sunt tempora vnius morbi, quomodo erunt morbi tres species distātes. Item cùm vnus calor numero inducat tres illas siccitates, quo modo species distabit à seipso.

Aduerte tertiò: Num semper ebullitio toris constituat hecticam, & si ebullit aliquando cum putredine. Dic: Arabes affirmantes quatuor humiditates distantes ab humoribus meritò dubitant de illis putrētibus, in qua specie febris contineantur: Nobis asserentibus solum torem, vna difficultas de tore manet. In qua videtur: quod sos ebulliens ex febre diaria contineatur sub diaria, ex putrida sub putrida, sicut ex hectica pertinet ad hecticā. Putrere verò ipsum possibile est, sed rarissimum propter paueam moram suam: cùm transeat confestim in membrum. & propter innatum calorem circunstantiam membrum renitentem putredini. Vbi verò putruerit, continetur sub putrida: sicut putredo lactis, chyli, & vermiūm: de quibus propter raritatem suam non meminerunt medici. Auerrous verò. 3. collect. 4. dixit febres putridas esse duplices, quasdam ex humoribus hepatis, alias ex humiditatibus tertiæ coctionis.

(Deinceps igitur.)

Proponit indicia tria febrium hecticarum simplicium.

ADVERTE de primo signo: Proponit hecticam genitam à causa externa: videlicet eò quòd, tradidit signa hecticæ nō permixtæ cum putrida: talis autem potissimum apparet in casu dicto. Nam vbi putrida transit in hecticā ferè nō statim aboletur putrida, sed manet iūcta cum hectica aliquandiu. In casu autem proposito, Num incœperit statim hectica, nō præcedēte diaria, an verò præcesserit, nec ipse Galenus audet dignoscere: ob similitudinem signorum diariæ ad signa hecticæ incipientis: quod ipsemet fatetur lib. De marasmo 7. Nam in primo die omnino internosci non possunt: in secundo, si febris manet par habetur suspicio hecticæ: in tertio, si durat paritas iuncta ariditati tactus iam habetur cognitio de hectica: Semper tamen manet dubitatio incœperit ne confestim hectica, an diaria. Non obstat huic signo ariditatis, quod affirmat Galenus hecticæ non semper inesse siccitatem: Quia ibi intelligit siccitatem momentaneam, semper tamen à calefacto membrorum exurgit ad manum vapor minor, & minus humidus, quàm à calefactis humoribus.

Aduerte secundo de altero signo: In tertia die non cibati in hora suspecta commodum est ad dignotionem. Cibato enim ferè increscit calor: quare maneret adhuc cognitio dubia. Si ergo nec secunda die, nec tertia augetur calor certum est non esse quotidianam, nec tertianam: quartana verò continua rarissima est. Præterea: ad quartanam oportebat in tertia die febrem valde minui: quare relinquitur vt sit hectica. Quod autem Auicen. 1. quarti tract. 3. cap. 2. affirmat validum augmentum caloris in tertio pro signo hecticæ, quidam comminiscuntur expositiones, nec satisfacientes, nec necessarias: Est enim Phrasis Auicennæ: qui illic solum transcribit hunc locum: dicens enim (& fit fortis in tertio) significat manere fortem in tertio, sicut 18. tertij de lapide renum (& fit fortis in hora vacuitatis) id est manet fortis.

Aduerte de tertio signo: Incrementum febris post cibationem, cum circunstātiis, est proprium & inseparabile hecticæ. Sunt autem circunstātiæ: Prima: quia in hectica fit augmentum citra aliquod signum principij. Secunda: quia in hectica augetur febris quacunque hora cibatur. Tertia: quia durat illud incrementum vsque ad distributionem alimenti, qua peracta redit pulsus ad statum pristinum. Ad dignotionem autem harum circunstantiarum plurimum facit assistentia medici die vna & nocte.

Aduerte quartò: Cur hectici cibati magis febriant, prima causa videtur: quoniam indidit natura vim sicco, vt ebibat humidum: calido verò, vt migret in humidum Non est enim causa huius augmenti febris, sicut ebullitionis in calce, quando perfunditur aqua (quod quidam scripserunt) frigiditas aquæ repellens intro calorem: quia idē fit affuso vino: Nec est calor solus natiuus lapidis effluens extra propter penetrationem aquæ: Quia calx siue aqua imposita vlceri vrit: quod comminutus lapidis non facit. Sed causa est: quia ob densitatem lapidis quādo vritur, plus ignis in eo manet, quàm in carbone: is transit in humidum affusa aqua propter causam dictā: quia sequitur ebullitio, sicut succi fructuum ea de causa ebulliunt quandiu habent humidum permixtum sufficienter cum sicco. Cur autem (quod calx facit) piper tritum affusa aqua non ebullit? Dic: quia non trahitur aqua ad intimum vbi ignis coercetur, sicut à sugente siccitate calcis: Eadem causa corpus sine alimento facilè ignitur & arescit, & multa in hanc confirmationem libr. simplicium. 4. tradita sunt. Altera causa: etiam si non ageretur de nouo ignis, cùm modò consistat in vapore, quia sua natura fertur ad manum, ante autem in sicco, quod non accidit, indicatur modò maior quàm antea, ob commoditatem applicationis: ob quam causam etiam in aliis febribus ab hecticis, succedit aliquando augmētum post cibationem, sed multò minus, quam in hectica prima, quarti tr. 4. cap. 2. Addi potest tertia causa: quam solam recipit Auerrous, quod alimentum in hectico cùm reddatur simile membris calefactis, valde calet: In reliquis autem febribus assimilatum mēbris nondum calefactis, multò minus calidum euadit. Hęc tamē causa habet locum etiam post nutritionem, contra experientiam & Galenum hic. Obiiciunt tamen multa tum alij, tum Auer. 4. collect. 13. Prima obiectio: Si cibus semper ab hectico calefit: ergo per alimenta quantumlibet frigida non curabitur, contra sententiam omnium. Secunda: Si calefit à corpore, quomodo recipit maiorem calorem corpore. Tertia: In febribus colliquantibus adest, siccitas membrorum: sequetur ergo calefactio post cibum, & ita nō erit proprium signū hecticarū. Quarta: Aqua opponitur calci: alimentū non opponitur mēbris: ergo non conuenit similitudo: Quinta: Cibus in initio reprimit calorem, & angustiat pulsum: ergo non auget febrem: Sexta: Quomodo caliditas humida est multo calidior, quā sicca, si vniuersaliter siccitas est lima caloris? Septima: Quomodo pulsus à cibo est magnus: si vis

Hectici cur post cibum calent.

fiviseft debilis,& arteria ficca: Octaua: Quomodo augetur calor poft cibum, fi ex Galeno hic calor hecticæ eft æqualis? Dic ad primam: frigidum alimentum fufcipit calorem a membris minorem, quàm fi alimentum effet temperatum: & interim refrigerat fua qualitate mébra: ficuti multa perfufio calcis refrigerat calcem, licet aqua ebulliat. Ad fecundam: augetur calor non qualitate, fed quantitate: ficut lignum ex appofitione ligni ignis. Ad tertiam: etiam in aliis febribus, & in fanis aliquid augetur calor cibatis: fed non vt in hecticis: quia rationes dictę multò magis procedunt in hectica: nec in febre colliquante membra funt æqualiter arida, fed æqualiter liquata. Ad quartam: alimentum etiam initio eft diffimile. Adde quod non ebullit aqua, quia diffimilis: nam etiam fi affundatur calida, ebullit: quia eft humidum affufum ficco ignito: quare comparatio Galeni qua drat. Sed præftat ad maiorem cognitionem caufæ dictæ de calore calcis perfufæ aqua, & difcrimine caloris, quem vocant potentialem ab actuali, explicare propofitionibus quatuor quibus modis ignis in mixtis duret. Propofitio prima: ignis propter allatam caufam de inutilitate eius, citra humiditatem ad generationem mixtorum, non manet in merè ficco: experimētum eft in his quæ ardent, quorum calor confeftim perit, quam primùm eft exhaufta tota humiditas, ita vt etiam fi in ignē mittantur non calefcant. Secunda: ignis actio in humidū eft ebullitio, in ficcum permixto humido combuftio: nam humidum vertit in flatum, qui fub aqua contra naturam manere non potens furfum fertur humorem eleuás: quod vocatur ebullitio: In ficco verò primùm humidum omne tenue diffipat, deinde etiā pingue immixtum terræ: quare manet fola terra paffa à calido quod vocāt cinerem, actionem verò ipfam combuftionem. Tertia: cùm fit difficillima retentio ignis in hoc orbe propter fummam tenuitatem omnia permeantem, & fummam leuitatem concauum lunæ petentē: triplex inuenta videtur varietas moræ illius apud nos ex parte continentis. Prima eft minima: quādo ardet in tenuiffimo humido quale eft aër, vel aqua: tepente enim euolás, quia nullo termino coërcetur, dicitur extingui: cùm fit magis velox motus furfum: confcendens autem confeftim mutatur in fumum à frigore intenfo continentis. Secundò: paratur mora per adhibitionem humidi nō tenuiffimi, fed valde permixti cum exiguo terreo, temorante confcenfum ignis: Nam cùm nō euolet eò quòd propter aptitudinem paffi humidi pinguia fubftituatur perpetuò alter, & rurfum alter, durat ignis perpetuò: non idem, fed fubftitutus: ficut aqua in fluuio, quandiu adeft ea fubftitutio humidi pinguis. Et quia etiam humidum pingue, licet fit materia apta ad generationem ignis morantis, eget tamen actione ignis tenuari, & igniri attigue ad flammam, vt continua fit duratio vnius flammæ, oportuit ad durationem vltra copiā pinguis alentis parari flammulæ fubiectum etiam pinguæ, fed magis terreum, in quo coërceatur ne vagetur & difcedat: fed perpetuò attinguam flammæ pinguedinem tenuando & calefaciendo fibi affimilet & fubftituat. In pingue terreum ad ignis ināfionem nonnunquam locant in medio alentis pinguis paulò tenuioris, & vocant ellychinum, in omnibus luminaribus: ignem verò durantem fubftitutione in medio lucentem flammam vocant. Nonnunquam è cōuerfo, pingue terreum cui hæret ignis, circūdat tenuis pingue alimentofum. vt in carbone, lignis & membris animalium: & vocant eam ignis fpeciem prunam: cùm tamen idem fit modus durationis in vtroque & idem inuentum de humido craffiore fubftituēte ignem & de tenuiore alente, vtroque pingui. Vtrobique autem ignis depafcitur humidum pingue alimentofum: quo deficiente perit ignis, deficiente fubftituto ignes quo modo pereant & animalia, & mixta, & ignis ipfe tam flamma, quàm pruna. Tertiò, paratur mora igni non tam per copiam pinguis humidi, fed per exiguum pingue vehemētiffimè permixtum folidiffimæ terræ: quod apparet in lapidibus, & metallis cùm calcinantur: nam in talibus durat ignis etiam copiofus fine alimento, propter folidiffimæ, & copiofæ terræ extremam mixtionem, non concedentem feparationem, vel afcenfum igni coërcito. Nam metalla & lapides ideò euaferunt duriffima, quia exiguum pingue vehementiffimè vuit copiofam illorum terram. Durat autem per dies multos hoc artificio, fine alimento ignis in inferioribus, quando per artem imprimitur paffo ignis in calcinatis: durat etiā per annos multos quando à natura, vt in pipere: quia vera mixtio opus eft non artis, fed folius Dei & naturæ. Quare ex tribus dictis varietatibus ignis ex parte paffi, in prima nihil durat, quia nec fubftituitur alimento, nec mifta terra coërcetur. In fecunda durat, quandiu durat alimentum: in tertio diutius, propter terræ coërcentis durationem. Et in primo genere manifeftiffima apparet ignis combuftio & euagatio in aëre inflammato, & in mufto bulliente: In fecundo genere magis latent opera ignis, in vino cocto, & animalium mēbris: & tameo etiam in membris, & fanguine intra corpus appellatur actualis calor: In tertio genere maximè delitefcunt effectus ignis: ideò vocatur potentialis ignis vel calor, cum tamen vbique fit ignis, & fimiles effectus inducat alibi manifeftiores, alibi obfcuriores. Propofitio quarta: ignis primi generis augetur adhibito quouis combuftibili: de hoc enim genere dixit Arift meth. omnia effe igni alimentum: quo modo ardente domo, ex quouis cōbuftibili intra domum agetur ignis. In fecūdo genere augetur appofitione humidi pinguis alentis & ablatione aquæ extinguentis: quomodo alimento & per incrementa ætatū crefcit calor animalib. & fanis & febrētib. In tertio autē genere, ignis augetur adhibitione eius quod poffit feparare fepultū in terreo ignē, & vnire ad manifefta opera caloris edēda. Vbi ergo minor mixtio eft (qualis eft in calcinatione) fola penetratio liquoris cuiufuis ad loca fepulti ignis, educit illum innatum: propterea quod ex natura, ignis ficcus infilit in humidum: quomodo fartago ardens ad ignem affufo, liquore, & calx affufa aqua ideò apparet opera ignis aperta: ebullitio aquæ, & combuftio manus immiffę, calce ipfa fubfrigida manente: ficut cinis affufa aqua ipfa frigida manet, tranfeunte igne in calidiffimum lixiuū & vinū deftillatū friget, tranfeunte ignē in aquā ardentē. Videtur autē puluerati calx ipfa quia in feparato humido cui in exiftit calor, non cohærent partes terra mutuò, Vbi autē permiftio terrę naturalis

turalis est:ideò potentior vt in pipere, non sufficit affusa aqua: maximè, quia aqua propter frigiditatem non penetrat ad loca ignis, & deest siccitas calcis ebibens humidum: quare requiritur liquor calidus, & magis adhuc accedente vi valde tractricè, qualis est arteriarũ in animalibus: ideò decoctum piperis validissimè excalfacit manente pipere minimè calido, quia insilit ignis in decoctum penetrans propter actualem calorem: & adhuc magis apparet ignis in pipere operario, si pulueratum linguæ imponitur, concurrente humido natiuo calido, ideò penetrante cũ tractu arteriarũ linguæ separante à terreo piperis tenue omne aëreum, & adhuc igneum: & hoc modo hectici cibati magis calent, transeunte parte multa ignea mẽbrorum adustorũ & veluti calcinatorũ in humidũ alimentale accedẽs: quæ ratio in aliis febribus locũ non habet, licet superius dicta in secundo genere ignis habeant. Quoniam autẽ in calce plurimus ignis cõmunicatur affuso liquori, inducit ebullitionem manifestã & durantem: in cinere verò propter ignis exiguitatẽ (euolauit enim iam plurimus) cõmunicatus aquæ calor (quæ vt penetret calida infunditur) simul cum portionibus ignis efficit, vt aqua ipsa instar caustici vrat: non tamen momẽtaneæ ebullit, nisi affundatur acetũ, maximè acre. Quod itaque calor cibatis hecticis augeatur, facit vniuersalis causa dicta de alimento cocto augente internum ignẽ: facit & particularis, quod in exiguo innato calore hectici, augmentum ex alimento est maius, ideò sensibiliùs quàm abundantibus innato calore, siue sanis, siue ægris: facit tertiò, quod membra hectici ignita sunt, quibus insilit ignis in adueniens humidum calcis similitudine perfusæ. Ad quintũ: pulsus cibatis redduntur maiores, & celeriores. 3. de causis puls. 16. nisi facultas grauetur: tunc enim redduntur inæquales. Explicat autem Gal. post vnam, vel alterã horam: partim quia in debilibus recursus calidi introrsum post cibũ refrigerat: partim quia calor non sentitur, nisi post initium alendi. Quod autem paulò post cibationẽ incipiat alitio, ostenditur ex pulsu roborato. 2. Apho. 18. & durat vsq; ad integram spartionem alimenti. Quæ cùm magis celebretur in nocte, fit vt tabidis ferè febres noctu crescant. 2. præsa. 60. Quare nõ oportet asserere cum quibusdam duo tẽpora quibus calor augetur in hecticis, sed vnum continuum ex Galeno hîc. Ad sextum: Humiditas facit ad durationem, quia alit calorem: ad intẽsionem verò actionis non facit, sed magis occludẽdo poros, & densando hebetat actionẽ calidi: quare asseritur siccitatem acuere actionẽ caloris, quia tollit humiditatẽ impedientẽ. Ad septimũ: Nõ fit simpliciter magnus pulsus: sed maior propter copiã caloris aucti, mollitiem arteriæ, & viriũ robur: licet collatione ad sanum sit debilis. Ad octauũ: Æqualitas inest hecticę ex natura sua: accedente verò causa aliqua variãte calorẽ, mutatur. Item: æqualitas inest hecticæ, id est vniformitas caloris per rorem: enim qua ęqualitate stat, vnã hecticam esse multò intensiorem febrem alia. Sed est ne calor ille additus etiam hecticus? Dic: fieri potest vt sit: sæpius non est hecticus: Nam ex cibo ros calefactus inflammat corpus calore fiente: postquam verò iam nutrit habet calorem solum pristinum. Sic calor ex ira vel tristitia, in hectico ferè est fieos.

Siccitas non ima caloris.

Siccum verò.

Complet indicia hecticarum: addens discrimina simplicis hecticæ, ab incipiente marasmo.

ADVERTE primò: Licet supra traditum sit exactè siccum non esse aptum suscipiendo calori, hîc scribitur, nisi corpus sit siccum, nõ esse aptum hecticæ: videlicet, sicut ligna viridia non inflammãtur facilè, nec item cinis, sed exactè sicca ligna: ita & sicca corpora viuentia: Nam talia habent humidum lentum aptum inflammari, & morari aliquandiu ob lentorem humidum: Humiditas verò aquæ magis extinguit ignem, quàm inflammetur ab igne: Humidum autem aëris licet inflammetur, nõ durant ob tenuitatem. Quod autem culpat eos qui opinabãtur à solo hepate vel ventriculo inflammatis oriri hecticam, significat Philippum lib. de marasmo. 7. Quod ait, siccitatẽ temperamenti facere ad hecticam complet signũ propositum ad agnoscendam hecticam incipientem: temperatura enim sicca corporis confirmat hecticæ suspicionem.

Aduerte secundò: Quidam ex hoc loco eliciũt siccitatem magis calore disponere ad hecticam: sed non rectè, nam calor in vniuersum magis disponit ad omnem febrem. 8. Therap. vltimo: præsente tamen caliditate, ad hecticam summè facit siccitas corporis. Cùm autem in prima specie hecticæ non concedat Galenus manifestam siccitatem, sed solùm feruorem roris: Colligitur species hecticę non distingui penes species siccitatis traditas. 7. Therap. 6.

Aduerte tertiò: Quod condemnat epithemata calida in membris naturalibus per febres, erat vitium Thessaliorum sui temporis. 10. Therap. 6. Nostro æuo magis viget error oppositus: statim enim imponunt frigida contra Galenum. 10. Therap. 1. de quo latè artis. 89.

Aduerte quartò: De signo ex arteriarũ calore. Galenus & Auic. numerant illud inter signa hecticæ communia: quare non sunt recipiendi, qui hîc applicant illud marasmo. Nam locum arteriarum sentiri calidiorem vicinis vt in hectica, vel minus frigentem vt in affectibus cerebri frigidis: eò cõtingit, quia arteria à calore cordis valde calet: maximè vbi cor habet calorem factum quarto de causis puls. 16. Humor enim putrens intra vasa nõ ita imprimit in arterias: maximè quia ex mixtione non putrentis humoris mitescit. 4. de sanitate. 7. Est ergo proprium signum hecticæ excessus caloris in loco arteriarum: collatione ad alias febres, non ad omnes morbos simpliciter. Meritò enim in duobus apparent vasorum loca (licet re vera sunt) euidenter calidiora vicinis, & reliquo corpore. Primus: vbi non adest causa cõmunis calefaciẽs totum corpus, qualis est copia vaporis putrentis: nam ea imponit in putridis febribus, vt nõ sentiatur dicta inæqualitas. Secundus: vbi adest causa cõmunis refrigerans totũ corpus dẽptis vasis, quę feruenti calore contenti sanguinis repugnãt, quod apparet in lethargo, & multis frigidis cerebri affectibus, in quibus refrigerato reliquo corpore à vapore frigido à cerebro prodeunte, fit manifestior excessus caloris in vasis: in hecticis verò etiã ea de causa magis calẽt loca vasorũ, ex qua mẽbra cibati magis quã incibati, eò

quòd

quòd calor ebulliens plus imprimit, quàm siccus. Sed cur non additur signum ex vrinis maximè cùm vulgo agnoscatur hectica per pinguedinem in vrina: & maximè commendetur inspectio eius in hectica pestilente, 3. de præs. puls. 4. Dic: hectica per se non habet indicium ab vrina: quia si incipit initio morbi, non separatur à diaria: in processu autem morbi, coctio vrinæ non significat hecticam, quia etiam apparet in processu putridę coctæ: vbi verò cum hectica iungitur febris colliquans, vel pestilens ratione illatum commodè inspicitur vrina.

(Alteri verò.)

Docet agnoscere hecticam alteri febri iunctam.

Cap. 10.

Complicatio febrium num possibilis.

ADVBITA primò: Num sit possibilis febrium complicatio. Dic primò: non esse necesse ad aliquam ex his febribus sequi aliam: quia sicut calefaciens externum licet totum calefaciat, non reddit calefactum ad febrem, nisi vnum tantum ex tribus cōtentis in corpore: ita febris ipsa occupans vnum ex illis inflammat reliqua duo: non tamen reddit illa calefacta: nec minus si sequimur differentias febriū sex, paulò ante propositas, multæ ex illis cōpatibiles sunt, aliquæ incōpatibiles vt quinta & 6. Dic secūdò: præsente quauis ex iis potest induci alia: quia corpus per febrē est magis aptū ad calefactū, quàm si nō febriset: ergo possunt reliqua poni in calefacto cōcurrente febre priore, tanquam causa totali, aut partiali, aut disponente. Durabit autem complicatio durante duplici calfacto, cessabit altera illarum, cessante vno calfacto. Non obstat primò: quod post febrem intensiorem non poterit induci alia remissior: quia esset remissio caloris, & non febris addita: Quia, licet pręcedens fuit intensior quoad calefieri, verū potest induci calor æqualis in omnes partes, qui non occupabat omnes: & illud nō est refrigeratio, sed calefactio partis nondum calefactæ. Non obstat secundò: quòd sequeretur eūdem calorem esse fientē & factum: quia nil incōuenit quoad vnū gradum esse factum, quoad aliū fientē. Non obstat tertiò: quod non poterit manere putrida post productionem hecticæ: eò quòd calefactū humoris, nos non dicitur febris, nisi calefaciat mēbra: membra autem iam calefacta non possunt amplius calefieri. Nam calefactum humoris sufficit ad esse putridæ, si propter impedimentum iam calefactorum mēbrorum non sequitur illorum calefactio: verba enim definitionum dicunt aptitudinē tantum. Adde: quod non producitur calefactum in membris secūdum omnes gradus putrentis humoris simol, sed secūdum vnum tantum: tempore autem producuntur alij gradus in mēbris à calefacto humorū. Nō obstat quartò: quòd fiens & factum distent specie, & tamen facerent vnum: nam si cōplicarentur, cùm sint duo calores in vno subiecto facerent vnum: quia illi calores quatenus calores faciunt vnum numero: quatenus æquales & inæquales distāt specie. Non obstat quintò: quod videtur ex sanguine calefacto gigni spiritus calefactos: maximè vbi etiā mēbra fuerint calefacta: quare oporteret semper iungi diariam. Quia licet cor sit calefactum, & humor, cùm spiritus producantur per nouā generationē, possunt non esse calefacti: sed calefientes tantum.

Aduerte secūdò, vltra signa dicta Galeno hic, memorantur ab Arabibus primū signum hecticę vniuersale: æqualitas febris quā nō percipit æger, 3. præs. pul. cap. 3. & 7. videlicet quia deest inęqualitas requisita ad dolorem. Alterum signū: velocitas in pulsu perpetua: Licet enim possit ea accidētaria causa refrigerari corpus, tamē calor fixus in corde cum debilitate virtutis semper exigit velocitatem. Tertium: calor sensatus in pulpis digitorum, volis manuum, & plātis pedū: videlicet quia, in declinatione putridarum exhalante vapore calido extrema propter inopiam sanguinis refrigerantur: quod non accidit hecticis. Quartum: tussis, ferè sicca propter calorem sensatum in pectore; ad calorem autem propter gracillitatem quandoque sequitur sanguinis sputum: si verò cōtinetur humor in pectore, tussis humida est. Marasmi autem indiciis addunt, vrinam oleagineam cum cōtentis squamosis, quæ affusa lapidi raucè sonat; videlicet quia calefactum solidorum educi squamas. 1. Cris. 12 & carnem propter diuturnitatem, non solùm insensibiliter, sed & sensibiliter liquat in oleum. Mortis verò proximę signa afferūt: pediculorum quorpiam propter alimentum non cōfectum: & propter eādem causam caro quasi puluere aspersa est: vngues incuruæ, propter defectū substratæ carnis: pilorum prolixitas propter copiā ex vsti vaporis: vbi verò is vapor putridus est magis radices pilorum putrent; quare decident vt in pthysi. De pulsu autem hectici difficultatem facit locus Gal. 3. de præs. puls. 7. vbi agnoscit febrem diariam ex pulsu magno, celeri, frequenti; subdens, hecticam ad easdem differentias ex natura sua mutare, cùm tamen nulla hectica febris magna sit, imò eodem cap. ex pulsu docet agnoscere tres febrium differentias in hunc modum: si adest magnitudo & vehemētia iuncta veloci cōtractioni, putrida est, & siquidem iungitur pulsus durities cum putredine, adest inflammatio interna: si verò abest ea durities, cum inæqualitate serina putrida est citra inflammationem. Secundò: si adest in pulsu vehementia, & magnitudo citra velocitatem contractionis, diaria est: vbi verò absunt magnitudo & vehementia, hectica. In qua difficultate dic: Gal. considerato effectu caloris, in quo febris essentia sita est, pronunciasse de hectica mutare etiam illam pulsum in tres illas differentias, verùm quia calor nimis auctus necessariò pulsum efficit velocem simul cum magnitudine si vis pulsifica robusta est, vel simul cum crebritate, si imbecillis, ideò 1. de causis puls. 3. calori aucto peculiarē esse ait celeritatem pulsus, iunctā aliquando quidē magnitudini: aliquando crebritati. Cùm ergo hectici ob virium debilitatē, magnū non edāt, meritò velocitatē maximè eminere in hectica scribit tertio de præs. citato. Quia autē essentialis est hecticæ & perpetuò, increscit debilitas, addit quarto de præs. 10. accidere illis summam crebritatē, & eam inæqualitatē per quā euadunt pulsus decurtati ex vtraque parte, quos vocant circumuentes: quia apparent tangenti non solùm diminuti vtroq; extremo, sed etiam secundum eatrema inflexi. Vtilissime enim secundo de causis puls. 3. secat in classe sex pulsum facultatis languentis: vt in primo ordine sit paruus languidus: in secundo decurtatus reciprocus: is est qui admotis digitis fit minor quod est decurtari, sed manen-

manentibus adhuc digitis, collecta in se virtus redit ad magnitudiuem pulsus pristinam: tertia classis est decurtatis simpliciter, qui cum ex digitorum applicatione fuerit diminutus, non redit ad pristinam magnitudinem, sed conseruat quandiu digiti permanēt paruitatem quam assumpserat; In quarto est intermittens: cuius debilitas in pulsando, eò accedit, vt nôn solùm decurtentur pulsus omnes, sed per interualla deficiat vnus: modò quidē per maiora, modò per minora interualla: Quinta est pulsus deficiens: in quo applicatis digitis sentitur pulsus, sed protinus ab applicatione singulæ pulsationes non iam minuuntur, sed disparent, nec sentiūtur: postrema imbecillitas est, abolitus pulsus: vbi applicitis digitis, nec initio applicationis sentitur pulsatio. cùm ergo præcedente hectica ad summum accedit vis pulsifica imbecillitatis, memorat Galen. cum Erasistrato familiarem esse huic febri pulsum decurtatum explicatum.

(Dictum autem est.).

Docet notas diariæ particulares, ac primum in diaria ex vstione.

CAP. 2. ADVERTE primò: Cutis repræsentat statim magnum calorem: multò maiorem, quā paulò pòst: & quàm febris & sitis exigua requirāt. Quoniam densata cutis à calore solari facit, vt intus minus vrantur, & febricitent: ideò agricolæ non sudant cubantes ad radios solares, sicut sub vmbra: ideò etiam in vnctionibus dorsi, quæ adhibētur insolatis adiicitur frigidus succus verbenacæ, vulgo (*orgenano*) ad attrahendos vapores ignitos, qui per calefactam & ideò densatam cutem dissipari non potuerunt, sicut ambusti applicant igni vstam partem: Alterum signum proponit febris ex insolatione: quod caput cum dorsali maximè afficiuntur, & iuuantur frigidis perfusionibus: causa autē non est cōmunis interpretū, quod exhalationes ascendūt ad caput: quia ea conuenit omni febri: Sed quod cerebrum & dorsalis ob summam humiditatem, & mollitiem, & imbecillitatem naturalium facultatū lib. de phlebotomia. 8. & ob copiam eius in homine supra reliqua animalia, omnium partium maximè & citissimè refrigerantur, & calescunt. 2. de partibus animalium. 7. Vnde pueris quorum cerebrum adhuc molle est, accidunt inflammationes ardentes in capite dictæ syriases, & refrigerationes: vnde etiam maximè operiuntur hæc membra à nocturno aëre, & diuturna insolatione: ideò diariam ex insolatione. 8. Therap. 3. solis sincipitis perfusionibus curat. Addit tertium signum: ruborem & calorem cum siccitate partium capitis. Quia tamen sæpè vstis, caput repletur ob trahentem calorem à toto, addit distinctionem: Quod si corpus est purum, apparet is calor in capite & facie: sin minus, magis sequitur plenitudo & vasorum tentio cum distillatione. Docet autem Galenus, vnde oriatur febris in vstis & refrigeratis: videlicet quia vel totum corpus, vel solum caput ob causas dictas vritur: vnde communicatur calor toti. In refrigeratione autem sequitur febris propter recursum caloris ad viscera, ex cute densata: vndè crebræ fiunt in hyeme pleuritides. 3. Apho. 17. & 20. & multi laborantes ex iecoris calore per hyemem deterius habent. Videtur autem durum, quod hîc Galenus refert causam febris in destillatione præsenti ad humorum frigiditatem. Sed videtur significare discrimen inter duas similes diarias ambas complicatas reumati, vnam ex externo calore, alteram ex frigore: docens ex vstione, si corpus est purum non sequi catharrum, sed calorem cum multa siccitate partium faciei: vbi verò corpus est plenum, sequitur catharrus etiam cum magna partium faciei, & capitis plenitudine. In refrigeratis autem multò frequentiùs sequitur catharrus, ex frigidis humoribus propter febrem communicatis corpori & capiti, & molem corporis augentibus: vocatque tales catharrosos, febrientes ea refrigeratione: febricitantes ex humorum frigiditate: quia videlicet non est simplex refrigeratio, sed etiam frigidorum humorum distillatio: subdens nam & ex his. scilicet, qui quopia frigidorum abundant humorum, quando refrigerantur distillatione capiuntur, & febris ferè est symptoma distillationis, magis, quam densatæ cutis: videlicet propter repletionem, & obstructionem capitis, liquantur succi frigidi in eo contenti. Solet enim Galenus docere frequentia, quales sunt hi duplices catharri: sed multò frequentior est in præfrigeratis, quàm in vstis.

Aduerte secundò: Num diaria distinguatur per species, iuxta varietatem spiritus calefacti. Dic: cùm omnis diaria pendeat à calefacto spiritu in corde non potest recipere eam varietatem: Cur ergo diuiditur ea varietate externæ causæ, si à tali causa nulla sumitur indicatio ad curationem? 4. Therap. 4. Dic: sumitur ad affectus agnitionem in corpore, quod hic quæritur. Cur ferè cessat transacta naturali die? Dic: quia singulis cibationibus nouus spiritus gignitur: vestigium autem calefacti ex prima cibatione adhuc apparet in sequenti: in qua totus spiritus calefactus dissipatur. A quo corrumpitur calor manens in membris? requirit enim agens positiuum. Dic: temperies membrorum nondum calefactorum corrumpit excessum caloris in membris calescentibus, absente impedimento calefacti spiritus.

FINIS LIBRI PRIMI.

COMMENTARII IN LIBRUM CLAUDII GALENI SECUNDUM,

De differentijs Febrium.

Secundum Librum dicat solis humoralibus, propter prolixiorem earum tractationem: secatur autem in partes septem.

Prima: tradit vniuersim differentias putridarum.

Secunda: causas & indicia tertianæ. §. (*Febris autem.*)

Tertia: quotidianæ. §. (*Est verò & altera.*)

Quarta: quartanæ. §. (*Tertium verò.*)

Quinta: de compositis febribus humoralibus. §. (*Putrescente pituita.*)

Sexta: de febre sanguinis. §. (*In his autem.*)

Postrema: inquirit causas circuituum in febribus. §. (*Postquam autem.*)

SECTIO PRIMA.

(At illud superest.)

Reijcit falsas sententias de febribus humoralibus, appositurus suam. §. sequenti.

CAP. I. ADVERTE primò: Ratio Gale. prima, qua ostendit auctã bilem nõ esse perpetuam febriũ causam, argumẽto ictericorum, qui bile referti, non febriũt tamen, non videtur vrgere. Potest enim responderi, in arquatis non necessario abundare bilem: sufficit enim obstructio solius pori fellei. Sed licet arquati ante morbum non semper abundent bile, ex retentione, eius eam aceruant: Est tamen adhuc subterfugium aliud nempe intellexisse priscos bilem abundantem originem præstare febribus omnibus, non quamuis, sed intra vasa bullientem: vbi verò exit vasa in icterico refrigeratur, sicut & sanguis In secunda autem ratione, quod sumit pueros & senes aceruare pituitam, explicandum est: Quod licet innato temperamento oppositi sint, ob accidentarias tamen causas conueniunt in abundantia crudi succi: quia etiam in generando lapidem. 3. Aphoris. 26. & 31. videlicet senes propter incoctionem ex defectu caloris. 2. de temperament. 16. pueri verò propter incoctionem ex erroribus victus: nempe lacte, plurimo alimento, motu post cibum. 3. epid. sectio. 3. 15. & balneis post cibum hic. Colligendum verò ex hac ratione est, febres humorales magis proportionales esse humori putrenti quàm temperamento febris absolutè: Nam febris quotidiana & quartana, quatenus febres magis proportionales sunt naturæ, ætati, & tempori, calidis & siccis: & tamen ex Galeno hîc frequentius eueniunt in oppositis temperaturis. Causa est: quia facilius est copiosum aliquem humorem in vasis corripi putredine, quàm temperaturam corporis calidam, & siccam ægrotare febre humorali certa deficiente, aut non abundante eo humore in vasis. Sententiam autem illam priscorum, quod febres humorales omnes oriuntur ex aucta bile, redolet Aphor. Hippo. 4. lib. 7. si febris non ex bile habeat (id est non sit humoralis) multa calida capiti superinfusa sanat. & 2. Aphor. 14. (si biliosa fuerint excrementa) id est humoralia corpus vna ægrotat.

Putridæ cui tẽporis familiares.

Aduerte secundò, de rigore quid sit: Est enim nonnil varietatis inter secundum de causis sympt. 5. & lib. de tremore. 6. Libro enim de tremore venatur finitionem essentialem, supponens notionalem, rigoris enim nomẽ in sanis de sola perfrictione corporis dicitur: nam rigere dicitur pars vel corpus, quod præ frigore moueri non potest si sana est: in ægris verò deductus à Græco ῥῖγος rigos quibusdam dicitur eadem immobilitas τέτανος græcis tetanus, pluribus de concussione accessionum intermittentium, quos Galen. sequitur, in ægris importat iunctam corporis concussionẽ totius: quo modo distinguitur

ab horrore ſolius cutis ſimili affectione. Licet quinque Galen. non ſeparet ab horrore ſupra capit. 1. & infra de quotiana, & 1. ad Glau. de quartana, & quotiana. Quod autem attinet ad eſſentialem finitionem: Cùm perfrictio: ait Galenus: innati calidi fiat à flamma maiore, à defectu materiæ, ab exuperante & ideo ſuffocante, ab appoſitione contrarij extinguentis: reliquæ tres ſpecies paulatim refrigerant: Suffocatio enim, quæ videtur repentè refrigerare prius excalfacit nos. Sola adhibitio contrarij, vt aqua perfuſa repente refrigerat. In acceſſionibus ergo cum mandetur humor contrarius calido innato, tum quia humidus eſt, tum quia victus non eſt, per habitum corporis, ſequitur repentina: refrigeratio. Quia autem repente etiam refrigerantur æſtuantes, quando in frigida balneantur, & tamen non rigent quia reducuntur ad habitum naturalem, integra definitio eſſentialis rigoris erit: Perfrictio calidi innati ſubita & violenta: id eſt ducens corpus extra naturalem habitum. Colligitur ex finitione, cur rigori iungatur concuſſio totius, aliquando ſolius cutis dictus horror, ſi ſenſilis eſt, aut inæqualitas ſi inſenſilis Nam ſpiritus fugiens contrarium intrò recurrit, vbi quieſcere non poteſt, quia natura igneus eſt, & aëreus ex quibus conſtat, & ſemper mobilis quare extroſum vergit: & rurſum ob cauſam dictam repulſus introrſum colligitur, in qua viciſſitudine motuum fit corporis concuſſio. Lib. verò ſecundo de cauſis ſympto. cit. refert eam concuſſionem ad expultricem facultatem mandantem calidum extrorſum, vt expellat noxium humorem per membra diffuſum: Infra autem oſtendetur non ſemper coire humorem expellendum in rigore, ſed ſæpius vaporem putrentis humoris pungentem membra, & ſtimulantem ad expulſionem noxij per varias concuſſiones. Et quadrat magis cum natura rigoris explicata: nam ſi natura eſſet poſita in poſita in motu extroſum, difficile eſſet dicere quomodo recurrat introrſum calor: accedente verò vapore acri agitati humoris ad carnes ſicut in aſperſis calida recurrit intrò. Inter quas ſententias licet poſſit probabiliter referri cauſa ſicut in motu ignis compoſito in mixtis lib. de vſu reſpirationis. 3. ad naturam calidi ipſius viuentis in ſola contrariorum motuum viciſſitudine: eſt tamen apertior & certior altera cauſa, nempe conatus expultricis ad excretionem noxij ſenſati, vel humoris, vel vaporis. Colligitur ſecundò: cur ad rigorem ſequitur febris. ob tria inquit Galenus citato de tremore. Primò: quia prohibetur ſpiritus extroſum egredi: aceruatus autem intro, & vnitus valde calet. Secundò: quia ob moram præcedentem, ne membra diu priuentur ſpiritu redit magno impetu extrorſum, vnitus: ad impetum autem ſequitur calor. Tertiò: quia per concuſſiones præcedentes augetur calor: cùm ex motu etiam lapides & metalla inflammentur. Sed potiſſima cauſa eſt, focus vbi humor putret, quare calent nam quandoque ad paruum rigorem ſequitur magna febris, quandoque è conuerſo. Colligitur tertiò: rigorem non eſſe ſolam refrigerationem, nec ſolam corporis concuſſionem, ſed ambo iuncta. Quare non eſt pugnantia quod Galenus lib. de tremore definit per refrigerationem. 2. autem de cauſis ſymptomatum per concuſſionem corporis: quia vtrubique additur in obliquo quod deeſt in recto. Refrigerario autem hîc dicit, non ſimpliciter quamuis refrigerationem, ſed eam quæ eſt paſſio calidi innati per ſe: quando ipſum calidum innatum, id eſt ſpiritus ex natura ſua ſubit eam paſſionem, nam aliæ refrigerationes ſunt paſſiones membrorum: hæc primò eſt ſpiritus, per conſenſum autem membrorum. Colligitur quartò: Quod licet totum corpus in rigore moueatur de cauſis ſympt. cit. & 1. epid ſect. 2. 20. nō oportet materiam per totum corpus mandari: ſatis eſt enim ad motum totius, quod aliqua pars malè afficiatur, cui reliquæ conſentiant. Colligitur quintò: motum illum cùm non expectet imperium voluntatis, meritò appellari inuoluntarium. 2. de cauſis ſympt. cit. verum ſi voluntarium ſumitur pro motu ſequente imperium voluntatis, nec reſpiratio, nec tuſſis, nec rigor ſunt motus voluntarij: ſi verò ſumitur pro motu in quem poteſt habere ingreſſum voluntas ad accelerandum, vel retardandum, omnes tres ſunt voluntarij. Sed eſt ne operatio animalis, quia per muſculos fit contractione. ſ. villorum longorum, an naturalis quia prouenit à vi expultrice naturali contractis circularibus villis? Dic: cùm membra ſingula moueantur per articulationes in vtramque partem vergentes, conſtat fieri per longos villos muſculorum contractos: Sentiens enim vis naturalis muſculorum morſum contrahit villos longos ad excutionem non ſecus quam nos ad excretionem contenti in manu, nonnunquam vtrinque contrarios longos muſculorum villos modò internos, modò externos: quandoque verò contractis digitis ceu villis circularibus premimus, & ita expellimus contentum. Primam operationem imitantur muſculi totius in rigore. Secundam inteſtina & veſica in excretione excrementorum: vtrobique autem vis naturalis docta non imperata à cogitatione, vel voluntate. Vertitur autem in dubium de magnitudine rigoris, num ſit maior ex frigore an ex calore: ex pituita, an ex bile. Conſtat tamen experimento, & Galeni teſtimonio: 10. metho. 4. & 2. de cauſis ſymptomatum 5. nunquam exactum rigorem valide ſcilicet concutientem fieri à craſſo humore: & paulo infra dicens: ſi incipit febris cum valido rigore tertiana eſt: quod ab illa rigor eſt longè maior: quia licet in pituita adſit frigiditas poſitiua quæ aliquid facit ad refrigerationem, quam includit rigor, & lentor facit ad durationem concuſſionum, ſicut craſſies in melancholia: poſſunt illa facere ad maiorem durationem rigoris: vehementia verò cùm ſequatur magnitudinem doloris, ſicut dolor magnitudinem morſus: & bilis tam acrimonia quàm tenuitate plus mordeat & citius penetret: certum eſt vehementiam rigoris eſſe in bile maximam. Argumentum eſt plus omnibus poſſe tenuitatem, & acrimoniam humoris: quia in quartana declinante quando humor per coctionem tenuior eſt & calidior, rigor augetur: quo caſu dixit Alexandrinus. 6. epid. 8. idiota triſtatur, & artiſta lætatur. Dubitant etiā propter loca aduerſantia. 2. de cauſis ſympt. & 1. quarti in vtro caſu maior eſt rigor, indebili

Rigor num motus voluntarius.

ne an

ne an in valida facultate. Certum est autem debilem vim magis a leui causa molestari, quia minus renititur valido frigori & calori rigere facientibus: quod Galenus pronunciat. Si autem id quod lędit pellitur à vi naturali expultrice, quò illa fuerit validior eò celerior erit motus: & ita maior dolor, & validior rigor. Sed illa non opponuntur: quia debilitas resistentis & robur mandantis faciunt augmentum rigoris: ferè autem aliud est mandans, nempe facultas ipsa membrorum: Repugnat verò carnis moles, copia sanguinis, densitas pororum. Si verò proponatur idē esse mandans & repugnans, prodibit iudicium medium, sicut in reliquis indicationibus pugnātibus: nam cibus quatenus auget materiam morbi lædit ægrum: quatenus roborat naturam pugnaturam iuuat: sic robur expultricis potest ex parte celeris motus augere rigorem: ex parte roboris renitentis morsui, minuere. Sed ferè aliud est agens rigorem, aliud verò renitens rigori. Nū autem priscis temporibus adfuerit rigor sine febre ex pituita vitrea non putrente, parum refert. Galenus putat: afferens causam quod etiam apud illos dicente Hippoc. eunuchi, & pueri non podagrisabant, propter frugalitatem: cùm tamen Gal. tempore podagrisarent: quare fieri potuit, vt nec illis essent hepialæ: nec rigores sine febre: Quod autem maximè interest de rigore perspectum habere, est: separare hos rigores pituiroso sine febre, ab aliis qui in proximis morti fiunt propter calidi innati exiguitatem: sicut in aliis accidunt extremorum refrigerationes, & appetentia operimentorum: omnia. s. lethalia, & magis si neque fricati recalescunt: Significatur enim ex illis insignis visceris inflammatio: vel tentare naturam, non posse autem perficere crisim per rigorem: vel tanta innati caloris penuria vt non possit ad extrema extendi: quare plurimi tales ęgri in epidemiis perierunt. Ita ex rigoribus quidam erit morbosus, vt in intermittentibus: Quidam salubris criticus, vt in continuis sequente vacuatione. Quidam exitiosus in continuis non sequente vacuatione: Quartus minans morbum propter vitream pituitam si non sequitur febris. Syluius hic ait vitream pituitam sparsam per mēbra inducere validum rigorem: Quod non videtur: Quia secundo de caus. sympt. 5. ex frigido non calfacto magis fit horror quàm rigor. Sed cur humores reliqui sicut pituita non pelluntur extra vasa citra putrefactionem ad inducendum similiter rigores sine febre? Dic: apparent non rarò quartani & tertiani circuitus citra febrē periodicam, cum sola mæsticia, lassitudine, & horrore: quoniam causa periodicandi non pendet ex putredine. Quod autem frequentius contingant rigores non febriles ex pituita, causa est insignis frigiditas illius. Argenterius vero dupliciter culpat Galenum in tradenda causa rigoris. Primò: quia conuulsionis causam asserit esse humores impactos ventriculis cerebri, nulla facta mentione facultatis: causam verò rigoris asserit esse facultatem irritatam, non facta mentione humoris: cùm oporteat similes mot[us] similiter definiri. Secundò: quia vocat rigorem symptoma, & causam symptomatū morbum: cùm tamē rigor nō sequatur ad febrē, sed antecedat eā. Parū tamen vrget. Nā secundo de causis simp. agit de conuulsione in facto esse: quę cùm pendeat à sola causa præter naturam, merito non assumit in finitione facultatem: Motus vero conuulsiuus, & rigor, & singultus, cùm fiant à facultate irritata immediatè, meritò in finitione assumunt facultatem: sicut & tremor, quia altera sui parte oritur à facultate mouente. Ad secundum: aliqua symptomata sequuntur ad causam morbi, non ad morbum: vt rubor, & humor in inflammatione, & rigor in febre: Dantur tamen symptomata sequi morbum: vel quia sequuntur generationē morbi: vel quia non expetunt curationem, nisi post morbum curatum: & hoc modo ex tribus rebus præter naturam: inquit: morbum curandum esse: causas tamen prius, symptomata si quę relinquantur posterius Magis poterat notari Galenus varietatis in reddenda causa, cur rigentes concutiantur instar trementium. Nam libro de tremore, refert ad naturam calidi ipsius, cui inest vicissitudinarius ille motus introrsum & extrorsum, sicut flāmæ ascensus ad locum familiarem sibi, & descensus ad substratum alimentum. Libro autem de caus. symp. refert ad vim expultricem in toto mādantem calidum ad excretionem noxij per mēbra initio accessionis sparsi. Cùm tamen facilior causa sit, eos ideo tremere, quia reuocato à corde plurimo calido ab extimis partibus, membra externa prę caloris inopia nequeunt statum pristinum obseruare: quare tremunt, non aliter quā nudus humo si se exponat boreę: vel frigidæ immergatur.

(Intermittentium autem.)

Differentias humoralium ita numerat: in præsenti quidem intermittentes, & continuas non periodicas quas vocant continentes imitantur enim etiam Latina nomina Græcorum inuentum, vt sicut illi appellant alteras συνόχους, alteras συνεχεῖς, ita nos cōtinuas, & continentes: ne cogamur (quod prisci faciebant dicente Gal. 1. epid. sect. 32.) Periodicas continuas, vocare, modò continuas, modò intermittentes.

ADVERTE primò: de causa continuitatis & intermittentiæ febrium. Non enim videtur perpetua causa Galeni, quod in continuis continetur semper humor intra vasa: in intermittentibus extra. Primò: Quia apparent nonnullæ febres subintrantes, in quibus humor est extra vasa, quod ex eo apparet quia procedente morbo apparet manifesta intermittentia: & tamen febri est continua ex pręsenti definitione Galeni. Idē apparet in inflammationibus internis, & in empyematis, & in lumbricis putrentibus: sicut è conuerso, in sanguine extracto quorundam scabiosorum, & mæstorum apparet putredo intra vasa, & tamen aut non febriunt, aut febre tantum intermittente. Secundò: Quia. 4. Aphor. 43. ob malignam putredinem redditur febris continua: potest autem maligna putredo esse extra, sicut intra vasa. Dic: causa continuitatis febrium est continua delatio fuliginis à foco ad cor: quia autem facilis est commeatus à venis exiguis per magna ad cor, difficilis autem à carne: ideo ferè causa continuæ febris est focus intra vasa: intermittentis autem extra: rari autem sunt casus oppositi

Cap. 2.

Intermittentium causa

numerati, ficut etiam quod exigua putredo contineatur in vasis remotissimis à corde: quod accidit in scabiosis, vnde vel non sequitur febris, vel sequitur intermittens. Ad alteram: maligna putredo in vasis associat sibi continuam febrem: quia si natura potuit extrudere humorem putrentem extra vasa, non est valde maligna putredo. Quare causa Galeni hic recipienda est ceu frequentissima tantum. Nam nomine intermittentis intelligi Hippoc. & Galeno, febrem omnem in qua non cessat sensibiliter febris, est aperta sententia Galeni hic, & 4. Aphorismo. 43. & sæpe. Non videtur autem impossibile accessionem ex humore extra vasa durare vsque ad sequentis initium, non modò in febribus compositis, in quibus est frequens: sed & in simplicibus. Nam si ac cessio tertianæ infra, potest durare horis. 30. cur non magis pituitæ? Et ita erunt extra vasa subintrantes non intermittentes: vocant vulgo continuas non veras. Verum nec phrasis Hippoc. nec Galeni recipit medium: vtuntur enim solum his verbis: intermittens, non intermittens: quę verba ceu contradictoria non recipiunt medium. Adde quod etiam post Galeni tempora referente Tralliano, quidam opinati sunt, causam continuitatis non esse locum vasorum: sed magis quantitatem & qualitatem humoris morbidi: nam bilis multa & crassa vbi sit, facit apud illos continuam: pauca & tenuis intermittentem. Alij autem putarunt: intra venas non putrere humorem: quoniam in loco putredinis semper oriuntur insecta: febrem autem oriri ex inflammato non ex putrente humore, quod supra de sanguine, & bile ostensum est. Probabilissima tamen est, & ferè vniuersalis de his omnibus præsens Gal. determinatio.

Aduerte secundò: num febris intermittens sit vnus morbus. Dic: si non adest læsio sensilis actio num non constituitur quis actu æger: licet actu habeat causam morbi, vt arthriticus, & epilepticus, & recidiuaturus, & qui percussus est à rabido cane: sed tales sunt neutri lib. de constitutione artis. 23. ideo conuenit illis sola præcautio. Secus est in tertianario, qui ob frequentiam & prolixitatem accessionum, etiam in die interualli læsas habet functiones: quare etiam tunc est æger. Locus enim. 5. de placit. 2. afferens tales in die interualli esse extra morbum, falsò legitur: solum enim scribit Gal. in eo loco: tertianarios in die interualli esse extra pathos, id est extra symptomata accessionis. Si quæratur, quo morbo tūc ęgrotat si non febrit? Dic: intemperamento partis mandantis aut recipientis, aut intemperamento materiali foci: sæpe etiam intemperatura morbosa totius: quod monstrat inæqualitas febrilis in pulsu. Si quęratur, cui recidiuaturus non erit etiam æger, quandoquidem habet morbum in causa sua, sicut tertianarius in die interualli: Dic: ille humor nondum inducit febrem certo quodam circuitu, sicut in tertianario. Num autem recidiua faciat vnum cum radice dubitant de recidiua vera. Videtur autem vera recidiua in qua ex morbo pręgresso relinquitur humor sufficiēs ad recidiuandum sua natura: Nisi vel medicamentis, vel tenuissimo victu repugnet ęger. Nam si humor fuerit tam exiguus, vt non accedente alia concausa non recidiuet, est dispositio apta ad morbum, non vera recidiua: adhuc minus si nullus humor relinquitur. Qualitas enim sola relicta nō videtur sufficere: quia in omnibus morbis periodicis reperentibus etiam per longissima interualla relinquitur intemperatura illa partis: & tamen non dantur recidiuæ. Ego puto addendam esse particulam ad finitionem recidiuæ veræ: quod accidat in declinatione præcedentis morbi: alias (inquit variolę succedentes febri essent recidiua. Sed non videtur recipienda additio, quia multæ recidiuę fiunt in augmento. 1. Cris. 18. & 3. Cris. 9. Qui vsus verbi (recidiua) familiaris est, & authoribus & vulgo, & iuxta eam additionem Crises permutationis euenientes in declinatione essent recidiuæ. videtur ergo addenda particula (quod intercesserit tempus immune à morbo). Ad quæsitum ergo de vera recidiua num sit vnus morbus cum radice: Si quęritur de vnitate morbi in se, constat non esse vnum: quandoquidem in tempore inter medio non fuit æger: nec potest dici vnus morb°, nisi pro dispositione ad quam aptus est sequi morbus. Vel per attributionē ad vnam causam totalem: quomodo exercitus, vel exercitium dicuntur vnū. Num autem faciant vnum quo ad tempora morbi. Dic: si inuadit recidiua post declinationem pręcedentis morbi, habent varia tempora: si in augmento (quod sępe fit vnica. Quo ad dies autem decretorios computádos, sæpe sunt duo morbi, sæpe etiam vnus. 2. decret. 5. ita vt recidiua per se obseruet tempora morbi acuti: ipsa autem simul cum radice tempora morbi diuturni. De quo libro de criticis. Recidiua cum radice cum vnus morbus.

Aduerte tertiò de synocho putrido, de quo hic agitur: nam non putrens supra inter diarias numeratus est. Num sit febris biliosa quod hic habetur & 2. Cris. 6. cum tamen 9. Therap. 3. & 5. & infra vlt. Synochus oriatur ex succis omnibus ęqualiter putrentibus: vulgo autem oritur synochus ex sanguine pro quarto humore. Dic: multorum sententia est verbum: synochum: æquiuocè sumi hic, & illic: & opinantur quemuis ex tribus humoribus etiam præter sanguinem posse putrere intra vasa vnico feruore: multo autem frequentius, bilem appellari eam febrem hic à Galeno synochum: locis autem citatis vocari synochum æquiuocè febrem ex sanguine ortam. Sed sententia opposita certior est. Primò: Quia vniuersi rectè interpretantes Galenum de differentijs febrium, non tradiderunt varias species synochorum, sed vnam tantum, videlicet Oribas. à quo Paul. lib. 2. 28. & Aetius lib. 5. cap. 74. & 75. & Actuar. lib. 2. cap. 1. Secundò: quia Galen. ipse infra vlt. inquirens causam febris continentis, de qua sermo præcesserat, refert eam oriri non ex bile, sed ex succis omnibus putrentibus. Videtur ergo asserendum primò: quòd sanguis pro quarto humore potest putrere, siquidem omnia putrent pręter ignem: maximè liquor ebulliens, calidus humidus, in loco calido humido. Secundò: tantundem est, nec separantur à Galeno putredo quarti humoris, & totius massæ: quia quando totus sanguis vasorum inter alas, & inguina putret simul putrent reliqui humores excrementitij: tum quia exigui sunt: tum quia valde mixti: tum quia minus regulari ab innato calore. Tertiò: quando putret sanguis in duobus differt à reliquorum Synochus an biliosa.

reliquorum humorum putredine. Primum: quia non pellitur ad focum, cùm nullus particularis sit capax illius: sed vel extrorsum vacuatur deiectione vel hæmorragia: aut ad totas carnes, vnde erumpunt papulę, & exanthęmata & similia: Vel manet intra vasa. Alterum: quia non coquitur à natura per periodos: quoniam enim perpetuò intro manet infestaos principalia, non ociatur vnquam natura: sed perpetuò coquit, ille verò perpetuò putrefacit vicinum sanguinem: & euadit epacmastica vel paracmastica, vel homotonos. Quo tempore toto non apparet periodus vlla: quia est continua tantum ebullitio, durans ad summum diebus sex: frequentissimè in quarto terminata. 3. Crisium. cap. 4. Natura (inquit Galenus) à proprijs circuitibus ad Crisim perueniente: vocans proprios circuitus, quaternarios decretoriorum: qui in synochis maximum habeot locum: quia non habent febres sanguineæ proprias periodos, à quibus peruertantur quaternarij omnib' morbis vniuersales. Ex quo loco colligitur: cur ex sanguine putrente nonnumeret Galenus propriá febrem: quia intra quartum adhuc est ebullitio sine periodo: Quoniam autem pingue omne inflammatum confestim innatans putret: accidit sanguini vt citissimè ebulliens putreat, versa scilicet pinguiore parte in biliosam naturam: quo tempore iam per tertianarios circuitus insurgit aduersus putrentem sanguinem natura. Ergo vbi putret sanguis pro quarto humore, putrent etiam omnes humores intra vasa, propter mutuam conmixtionem: nõ enim est dare in vasis sanguinem putum: & ideo tantundem est dicere, synochum oriri ex sanguine, & oriri ex succis omnibus intra vasa putrentibus lib. de plenitudine. 10. Quando autem aliquis aliorum humorum putret intra vasa, propter sui exiguitatem, & malitiam pellitur extra vasa, & fit intermittens: vel ad vasa minora, & nascitur continua proportionalis: ideo tertiana intermittens affert inditia maioris caloris, sitis, & angustiæ: quia mixta bilis sanguini mitescit. Quare ex reliquis humoribus dempto sanguine non nascitur febris continens vnici feruoris. Cur autem Galen. continentem putridam hic; & infra 8. & a. Crisium. 6. & 1 a. vocat etiam biliosam, causa est: quia conatur exercere medicũ in cognoscendo differentias febrium continuarum per tactum: & quia tactus vtrobique similis est, in biliosa continua, & in continentu putrida, quia iam sanguis putrescens saltem, in qualitatibus licet non in forma substantiali, repræseotat tactui febrem biliosam, dixit locis citatis, continentem esse quodam modo biliosam.

Aduerte quartò de continuis proportionalibus: Videtur Galenus in diuidendo committere errorem transilit enim genus intermedium: nã oportebat diuidere continuam proportionalẽ in biliosam, pituitosam, & melancholicam: post subdiuidere proportionalem continuam biliosam, in simplicem & duplicem tertianam: Ille autem aggreditur ab hac secunda diuisione, omissa priore. Dic: conatur Gal. ad facilem exercitationem medici in dignoscendo reducere species febrium ad paucum numerum: Cùm ergo diuisum hic sit continua periodica, numerat varietates periodorum tres frequentes: videlicet continua tertiana simplex. Continua tertiana duplex: Continua quotidiana: Continua quartana. Separat autem signis continuam quotidianam à continua tertiana duplici: quia autem signa illa non sunt perpetuæ certitudinis, inquit: si accessiones duorum dierum se sequẽtium sunt similes, magis esse pituitosam: significans non necessariò talem esse pituitosam. Quod verò attinet ad nomen biliosam continuam vocat Galenus sępe causum: hic verò & 1. epid. sect. 3. 5. vocat tertianę naturam referentẽ: Arabes tertianam continuam. Cùm enim causus diffiniatur per ingentem feruorem cum perpetua siti, non conuenit appellatio causi omni tertianæ continuæ. Distant enim primò: quoniam bilis intra vasa ventriculi, iecoris, pulmonis, constituit causum ratione loci: & adhuc magis in ore ventriculi, vel simo hepatis. 1. epid. 9. In reliquis autem vasis constituitur tertiana continua. Secundò distant: quia in causo non sunt valdè sensiles exacerbationes. Tertiò: quia tertiana fit à bile multa non inflammata causus ab inflamma ta non multa. 1. epid. sect. 2. 20. Addit autem Actuarius lib. 2. cap. 1. oriri quenquam causum ex sanguini tenui efferuescente sicut. 2. ad Glau. 1. erisipelas nonnunquam fit ab eodem sanguine. Quę sententia vtilissima est in opere: vt intelligatur nonnunquam valde conuenire in causo phlebotomiam. Num autem exquisitus causus adiungat sibi aliquando inflammationem visceris. Concessit enim Gal. lib. de marasm. & Paul. lib. 3. 21. negat tamen idem Gale. 2. Cris. 6. Dic. 2. Cris. non negat possibilitatem illius complicationis, sed agit de causo simplicissimo, ideo supponit ab esse omne inflammationem: vniuersaliter autem frequentissimi causi comitantur internas inflammationes 5. de locis. 6.

Differentia causi à tertiana continua.

SECTIO SECVNDA.

(*Febris autem.*)

Prosequitur signa. 6. exquisita tertiana aggreditur enim singulas species ab exquisitis, tanquam simplicioribus: & ideo cognitu facilioribus.

Cap. 3.

ADVERTE de primo signo: Si rigor in initio morbi est vehemẽs, potest certo prędici tertiana: quia nec in principio continuarũ, nec quartanarum, accidit vehemens rigor: multò minus initio quotidianæ. Verum validus rigor in initio, licet nisi soli tertianæ non tamen omni: tertiana enim in suo habitu ferè inuadit cum vehementi rigore apud Actuarium, citato: exquisita verò semper. 2. Cris. 3. sicut cum rigore eodem vehemẽti soluuntur causi. 4. Aph. 58. Vtiliter autem adijciunt Arabes differre rigorem tertianæ à consimilib. dupliciter. Primò quia in primis accessionibus vehementior est quàm in posterioribus, contrà quàm euenit in quartana. Nec immeritò: Cùm enim coctio reducat extremos humores in sanguinis mediocritatem, crassos tenuans biliosos incrassans, fit vt posteriores accessiones bilis, humore .s. magis crassescente mansuetiorem rigorem afferant: in melancholia autem humore magis attenuato acriores. Alterũ discrimẽ vltra dicta Gal. in quauis accessione tertianæ, rigor parum durat ferè scilicet

scilicet hora vna: & cum ab initio vigeat citò mitescit: ex reliquis humoribus diutius durat etiam ad horas tres, & ab exiguo initio sensim auctus tardè cessat. Videlicet, durat in crassis humoribus, quia lentor & crassities illorum, effectum rigoris prolongant: & quia tardè communicatur sentiẽtibus neruis in profundo sitis, sensim increscit ad vigorem vsque: opposita autem in bile, faciunt vt cito vigeat, nec duret.

Ardentis febris æquiuocatio.

Alterum signum: ardens: videlicet sumpto nomine adiectiuè, in quo significato etiam tertiana intermittens dicitur ardens, & synochus, & quęuis febris cui iungitur feruor. 8. de plac. 6. quo modo 1. Apho. 23. in ardentissimis febribus extrahit sanguinem vsque ad animi diliquium. id est in validis febribus cum sanguinis pręsentia, quare non sequitur est febris ardentissima, ergo ardens, substantiuè sumpto nomine pro causo, sed adiectiuè. i. feruens. Primo, enim Aphoris. legitur διακαέσι πάνυ, & hic καυσώδης legitur non causos. Quare frustra contendunt quidã, num sit exquisita tertiana ardens: est enim adiectiuè, non substantiuè ardens. De re autem, memorandum est ex. 3. Crisi. 3. quasdã febres esse validas, sed boni moris, vt exquisita tertiana: alias mites sed mali moris, vt quotidiana. Causa est: quia in humoralibus febribus periculum non tantum pendet ab intemperatura calida, quantum à causa quæ vel faciliter, vel difficulter expurgatur. Ardoris autem, vel inflammationis in exquisita tertiana effectus explicat. Aui. ferè octo. Primus Vigilia citra capitis grauitatem. Secundus, sitis vehemens cum labiorum siccitate & scissura. Tertius, ira, amor solitudinis, cum odio locutionis, tum propter angustiam ex adusto vapore contractam: tum propter capitis dolorem qui à voce exercebatur. Vnde etiam sequitur iactatio cum inquietudine, maximè defluente bile ad os ventriculi. Quartus, sæpe dolor capitis & quandoque hepatis. Quintus: luctuosa suspiria cõmunicata cordi vsta fuligine. Sextus: delirium, ascedente sursumillioso halitu. Septimus alui durities propter bilis motum sursum, & ad cutem, Octauus: vrina ignea flaua.

Tertium signum: facilitas expurgationis propter humoris tenuitatem: ideo enim salua est quoniam omnes morbi materiales sicci sunt lethales, vel longi: humidi salubres & breues. 2. ac. 22. & 23. morbi autẽ vasorum sunt sicci, quando non iungitur sudor, vomitus, aut deiectio: adeo vomitus initio accessionis, & sudor in fine, aut eradicant, aut alleuiãt apud Auic. c. de. quartana.

Quartum: accessio non excedit horas. 12. Auic. quandoque ait à tribus ad. 12. quandoque à quatuor ad 14. quia in medicina nulli termini omnino certi sunt lib. de fracturis sect. 1. 42. intelligendum est autem signum, ceu coniecturale: quoniam visuntur accessiones longiores in tertiana quæ cito soluitur: nonnunquam breues in diu durante: quia vnum signum solum in morbis non gignit scientiam lib. de plenitudine vlt. Obijciunt contra: bilis exquisita potest esse tanta intra vasa, vt non possit extra pelli à natura: potest esse tam pauca. vt pulsa intra. 12. horas absumatur: ergo dabitur in ea copia quę pulsa duret vltra 12. horas. Dic: non procedit argumẽtum: si creditur iuxta infra tradenda accessionẽ non esse expulsionem à vasis extrorsum, sed aggressum naturæ ad humorem iam expulsum: sed etiam si illud detur, constat experimento ferè nunquam pelli eam copiam humoris quę extra vasa duret vsque ad sequentem accessionem: sed melancholia intra. 24. horas cessat, pituita intra. 18. bilis intra. 12. si autem humor amplior est, ita opprimit naturam, vt constituat continuam: quia extra vasa pelli non potuit. Cùm tamen id experimentum obuiet rationi, magnum est argumentum veram esse sententiam infra tradendam de causa periodorum in febribus.

Quintum signum: naturalia omnia bilem aceruantia: tempus anni, locus, ætas victus consuetudo: nam illa quinque subire idem iudicium, ita vt vno explicato reliqua subaudiantur ostensum est. Trebellianus autem li. 12. cap. de tertiana reprobat sententiam Galeni hic, & 2. Crisium 3. eò quòd asserit senem nonnunquam experimento, & in hyeme, corripi exquisita tertiana. sed idem Galenus addita ratione scripsis. 3. Aph. 19. morbos omnes fieri in omnibus, & naturis, ætatibus. Tantùm ergo hic docet: si illa quinque concurrant certissimum signum esse exquisitæ tertianę: non docet accidere non posse exquisitam, aliquo ex his signis deficiente: multa enim Galeni, nisi amicè definiantur damnabimus talia. nam. 2. Cris. 3. ait exquisitam tertianam requirere consensum illorum, sed ad sensum dictum interpretanda sunt illius verba.

Sextum sumitur ex pulsu: ex quo colligitur quod etiam in intermittente humor intra vasa iuxta vulgarem sententiam incipit putrere: si quidem solis 12. horis post finitam accessionem in exquisita tertiana latet putredinis in pulsu indicium. in alijs autem accessionibus adhuc diutius durat putredinis indicium. Colligitur secundo: cur in quibusdam intermittentibus febris anticipet rigorem: Indicatur enim debilitas innati caloris, non potentis impedire manifestam putredinem ante expulsionem à vasis. Quod si creditur accessionem esse solum aggressum naturæ ad humorem foci, magis quadrat: quòd cõmoto putrente humore ab aggrediẽte natura, fit celeritas contractionis, & sępe inflammatio corporis febrilis ante eleuationem vaporis inducentis rigorem. Colligitur tertio: ab exercitato per pulsum agnosci posse, num reditura sit accessio, nec ne. Quod verò attinet ad signum ex pulsu. 1. ad Glau. 6. asseritur pulsus tertianę maximus, quotidianæ minimus, quartanæ medius; iuxta varietatẽ inflãmationis: febrilis & roboris, quia scilicet minus reliquis humoralibus vires debilitat etiam apud Auic. nam quod 2. cris. 3. de quartanis scribitur: hę enim paruos & debiles tardos & raros in inuasionibus adeo faciunt, pulsus, sicut nulla alia dispositio: iunctim legendum est. Istæ enim omnes differentiæ simul nulli alteri febrium generi similiter insunt. Quod ergo legitur lib. de Typis. 4 pulsum quotidianæ esse maximum, tertianę paruũ, recipiendum nõ est. Nam liber illę à quopiam scriptus est, & Galeni operibus adiectus, vt intelligeretur quę occasio Galenum mouerit, vt scriberet aduersus eos qui de Typis scripserunt Nam eodem cap. etiam citato Hippoc refert Hemitritęum frequenter esse intermittentẽ: quod cõstatur negat

Febrium anticipantium rigorem natura.

perpetuò

perpetuò Galenus, ſicut quod de pulſu putridarum affert. Quidam conantur conciliare ambos locos: quod præſente iam febre tertianæ pulſu eſt maximus, incipiente verò minimus, & minor quàm quartanę: ſed non videtur quadrare experimento: initio enim ſyncopalis minutæ pulſus ſunt minores quàm in biliosa, & melancholica. Quò ad velocitatem autem quotidiana par eſt eum quartana, tardior vtraque quàm tertiana. In raritate verò quartana excedit omnes. Videtur cauſa: quia primo ad Glauconem citato proprium eſt quartanæ hăbere pulſum in interuallo tardiorem & rariorem ſano: cùm ergo per acceſſionem aſſumat differentias caloris, vt ſatis faciat præſenti vſui, primum aſſumit magnitudinem maiorem quam quotidiana: quia virtus non eſt ita debilis: deinde velocitatem æqualem quotidianæ: raritatem autem non valde mutat: quia vſui aucto ſatiſfecit per magnitudinem & velocitatem, cum exigua frequentia. non conuenit tamen quod hic habet Gal. contractionis velocitatem maximam apparere in augmento acceſſionis tertianæ, minus quæ in vigore, cum eo quod lib. 10. ſeptimo, inter ſigna diariæ ſcriptum eſt, quod in vigore putridarum par eſt contractionis celeritas cum tempore augmenti: diſtentio autem propter auctum iam calorem velocior: & multò minus conuenit cum eo quod apud Auic. legitur capite de tertiana, in vigore acceſſionis maximam eſſe varietatem contractionis ac dilatationis. Dic. planè ratio monſtrat ſicut in lignis fumantibus copiam eſſe fuliginum ſummam per augmentum caloris: vigente autem iam calore minui fuliginum copiam ob flammam reſoluentem, quod hic aſſerit: ſupra autem dixit, in ſtatu manere parem velocitatem contractionis, vel quia in ſenſili percipiendo exiguum diſcrimen culpabile non eſt: vel magis, quia licet verè minuatur velocitas contractionis, ad ſenſum per ſtatum non apparet illa diminutio: propterea quod ſolet tactus comparare contractionem diſtentioni, diſtentio autem fit velocior in vigore, idéo videtur non minui contractionis velocitatem, ſed manere parem. Auic. autem videtur intelligere inæqualitatem collectiuam pulſus, quæ aliquando propter inſignem feruorem ſtatus augetur per vigorem.

Addeoda ſunt autem ſigna ſeptem ex. 2. Criſi. 3. Primum pulſus initio acceſſionis minus cunctatur, quàm in reliquis. Secundum pulſus poſt acceſſionem manet citra omnem omnino inæqualitatem, hic. Verùm. 1. ad Glauc. 2. & 5. præter diariam in omni febre manet inęqualitas febrilis, & 2 Criſium citato. Quidam reſpondent imperceptibilem inæqualitatem vocari à Galeno, hîc male perceptibilem, ſicut inguſtabile & inſonabile. 2. de anima. 10. quod exiguum habet vel ſaporem vel ſonum: ſed verbum omninò iunctum, non videtur admittere eam excuſationem. Dic ergo: quod in his quæ ſenſu percipiuntur paruæ controuerſiæ tolerantur. 5. ſimplicium. 8. Vel quòd in interuallo non redit pulſus ad æqualitatem ſanorum. ſ. in toto tempore interualli, bene tamen in ſola exquiſita tertiana in primis horis duodecim poſt acceſſionem. Tertium calor primo tactu acris paulò pòſt miteſcit, cum multo vapore: quod in cauſo non apparet. Quartum: augmentum velox cito accedens ad ſtatum propter facilitatem inflammandæ bilis. Quintum: calor & ſudor æqualiter expanduntur per corpus ob defectum obſtructionum. Sextum: Vagantur eo tẽpore exquiſitæ tertianæ. Septimum vrina citò apparet cocta in colore, ſubſtantia, & contento. Num etiam ex ſalſa pituita oriatur cauſus, quod Hip. 4. acutorum & ab eo reliqui cenſent. Dic ex Gal. 4. acut. 9 cum finitio notionalis cauſi ſit, ardẽtiſſima febris cum inuincibili ſiti, vbi ambo adſunt (vt in bile intra vaſa cordi proxima aut inflammata aut putrente) ſimpliciter eſt cauſus: vbi autem pituita ſalſa in eiſdem vaſis putret, meritò dicitur cauſus nothus: quia vnum ex duobus per quæ diffinitur cauſus, habet, nempe vrgentiſſimam ſitem alterum non habet, ardentiſſimam ſcilicet febrem: nam idem Gal. commento. 4. ait: ſalſa plus acribus ſiccare, licet minus calefaciãt, cui videtur conſentire experimentum: licet Trallianus lib. 12. etiam ſitim in cauſo notho putet eſſe minorem quàm in legitimo. Quod enim calor paulo blandior ſit in notho, oſtendunt ex linguæ nigredine apparente in legitimo, non in notho: maximè cùm Gal. commento. 9. ſcribat humorem cauſi nothi eſſe natura ſua frigidum, lentum, craſſum. Cùm autem pituita omnis quotidiano circuitu moueatur, ſicut ſanguis nullo periodo (à quo etiam dixit Actuarius nonnunquam cauſum oriri, ſupra) ſequitur occultas illas exacerbationes per tertium quas plurimi cauſis aſcribũt, in ſolis legitimis locum habere, nec mirum: cùm nomen cauſi tantum importet duo illa dicta indicia, quę his tribus differentiis febrium conueniunt, vel exquiſita, vel non exquiſita: non certam aliquam periodum.

SECTIO TERTIA

(Eſt autem & alteram)

Tradit ſigna quotidiana.

ADVERTE primò: Inter ſigna quotidianæ primum eſt: extremorum frigus, etiam poſitiuum ob inſignem pituitæ frigiditatem: In corpore autem magis horror quàm rigor: Quod dictum non negat in totum rigorem, eſt enim familiaris pituitæ vitreæ, infra ſexto.

Secundũ prolixitas augmenti: addit Auic. & inęqualitas: nam propter interuenientes obſtructiones per vnam, aut alteram horam ſtat, poſt redit ad augmentum.

Tertium inæqualitas pulſus magna cum paruitate & debilitate, maximè inuaſione. Cur autem pituita debilitet vires, ita vt lib. de phlebotomia. 6. & 12. Therap. vlt. etiam in magnis inflammationibus internis præſentia crudorum prohibeat phlebotomiam: & ſæpe pituitoſa febris euadat ſyncopalis: cauſæ ſunt: Prima: Quia frigus validum pituitæ opponitur vitæ. Secunda: Quia augetur immodicè intra vaſa. Tertia: Quia valde obſtruit: cùm habeat cauſas omnes obſtruendi, copiam, craſſitiem, & ſæpe lentorem: quare non concedit ſpiritui ſufficientem ex aère alimoniam, nec refrigerium. Quarta: Quia prohibet copia ſua acceſſum ſanguinis ad membra alenda. Crudus ſuccus cur valdè debilitet.
Quinta. Quia cùm receptaculum eius ſitos ventriculi, propter vicinitatem afficit cor.

Quartum ſignum: Auic. dixit eſſe maximè pro-

prium quotidianæ, in primis accessionibus non sudare: Nam sicut in bile ob summam facilitatem euacuationis tenuæ expurgatur per sudorem, crassum per vomitum: ita in quartana tenue sudore pellitur, quia caret lentore, licet crassum manens constituat morbum longum: In pituita verò neutra pars initio bene vacuatur: sed procedente morbo attenuato iam & inciso humore. Addenda sunt autem signa ex 2. crisi. 3. tumor præcordiorum, faciei pallor, & in accessione pauca sitis: vrina turbida, vbi excernitur pituita, vel tenuis, vbi retinetur. Et accessio ad vesperam diei: Videlicet, quia docēte Aphrodisæo 4 problematum. 65. vt luna quatuor suis quadris refert quatuor anni tempora, ita & partes diei apud Hippo. 6. epid. 15. quare accessio quotidiana solet inuadere tribus horis ante noctem: quia ad noctis initium viget pituita similiter vt hyeme. De quotidiana addit Auic. præsagia duo. Primum: durat fere à 40. ad 60. dies, quare singula tempora longa sunt: alterum, cum eo sit longa & non citra periculum apud Gal. eam ait esse magis saluam, quæ ostendit humoris tenuitatem multo sudore & interuallis manifestè à febre nudis. Nec obstat, quod nulla vacuatio initio morbi vtilis est. 4. Aph. 21. quare nec sudor, quia in quauis accessione pugna est aduersus portionem aliquam humoris, quæ accessionis tempore coquitur, vt sudore commode pellatur. Inter signa autem addit nouem. Primum, naturalia consentientia, victum, naturam ex Gal. 1. ad. Glauc. 2. ætatem, artem, consuetudinem, frequentes cruditates, & pituitosa omnia. 2. Propter causas dictas sæpe incipit à syncope, ita vt numeretur inter syncopales febres. i. quibus iungitur syncope. 3. In primis accessionibus febres sunt maiores quàm progressu morbi. Auicena ait credere se causam esse, quoniam prius putret portio pituitæ calida quam frigida: calidum autem ex natura quando putret, calidius euadit, quàm quod natura frigidum est. Sed videtur certius asserere, id esse febribus omnibus vniuersale: quoniam singulis accessionibus partes tenuiores & calidiores humoris noxij & sensibiliter & insensibiliter dissipantur: quare in processu egent ad curationem calidis, etiam phrenitides, & tertianę, & erysipelata, & inflammationes, non solum morbi à frigidiore humore orti. 4. Propter obstructiones succedentes ad lenti humoris & crassi motum tota accessionis durarione tam initio & augmento quàm statu & declinatione vna vel altera hora stare videtur, inde redit ad ceptam declinationem, vel augmentum. 5. modus rigoris variat pro specie pituitæ natura dulcis ferè in primis accessionibus, nec frigus inducit, ne rigorem. i. nec frigoris seorsum instar ouis. nec concussionem membrorum manifestam: In salsa magis visitur rigor vel horror quàm frigus: In acida (cuius species vitrea est, crassior tantum & frigidior infra 6.) multò maius frigus quàm rigor. 6. Siue inuadat accessio à rigore, siue cum frigore, vtrumque maximum est in vigore morbi vniuersali, contra quam accidit in tertiana: humor enim tenuatus siue frigidus, siue calidus magis & concussionem inducit, & frigus, corporis masculis, quod accidit crassis humoribus quartanæ & quotidianæ: sicut in bile vigor incrassas minuit rigorem bili ab initio perpetuam. Sed ea sententia in quartana recipienda est, in quotidiana statim disputabitur. 7. Incipit à capitis grauitate, & sæpe à sopore propter consedētē frigidum vaporem, & quia incoctus est (quę causa etiam in aliis humoribus locum habet) & quia natura frigidus est), quod est huic febri peculiare. 8. Licet, sit proprium huic febri non sudare ante morbum coctum: verum cutis perpetuo lenta est & rorida præ copia humidi vaporis cuti communicati. 9. Tactus cutis primo attactu blandus, post acris apparet: dissidet tamen ab hectico, tum quia multam humiditatem tangenti offert: tum quia est inæqualis, quoniam per interualla quasi rupta bulla ebullientis lenti (quod Galenus ait infra. 10.) mordet. Num vero recto, ordine Auic. pituitosis febribus adiecerit duas syncopales. alteram quam vocat humorosam, alteram minutam. Dic: commodius locautur à Galen. 12. Meth. non inter febrium differentias, sed inter symptomata febrium: maximè, quia duæ illæ syncopis differentiæ in nulla specie continentur, sed alia peculiaris est biliosis febribus, altera pituitosis. Num rectè idem author pituitosis annumerauit diuturnam & nocturnam de quibus tradidit cum Hip. Galenus. 1 epid. sec. tertia comm. 2. & 4. videtur non culpandus: quoniam cùm dicti authores de reliquis humoralibus apertè citato tradiderint, solas omittes pituitosas, in quorum loco meminerunt de diurnis & nocturnis, eos illis nominibus quotidianas intellexisse videntur: maximè quia non separant per certam periodum, sed per diem & noctem. Quod verò attinet ad prædictionem: cùm vtramque censeant (vt pote quotidianas) non vacare periculo, periculosiorem faciunt diurnam, & in signi & in causæ ratione: Quatenus signum quidem quoniam malignitas humoris ostenditur, quia tenuatione & raritate quam dies induci meliorari non potuit, nec ab insultu impediri: addi potest etiam quoniam improportionale est pituitæ incipiente die inuadere, sed ad noctem: improportionalia autem omnia praua sunt. In ratione autem causæ: quoniam in diurna noctu non in accessione cibandum est, & à cibo vigilandum: quare diutius durat morbus, & non raro in tabem præ longitudine cessat. Addit Auic. & quia diei calor febrili accessioni incommodat, noctis verò frigus interualli tempori.

SECTIO QVARTA.

Signa tradit quartanæ: addens de rigore sine febre, & & de febre epiala.

ADVERTE primò de signis quartanæ: Capit. 5.
Quod nil relinquitur post accessionem quartanæ, habet dubitationem: quia infra vltimò ex tenuibus humoribus, nil relinquitur: sed ex crassis Dic: negat hîc relinqui semi vstum, & fumosum quod cōseruet calorem vt in quotidiana: cinis verò relinquitur, qui propter absentiam humiditatis sicut exterior cinis non conseruat calorem. Obstat secundò: quod supra dictum est in solis diariis redire pulsum ad statum sanum. Dic: intermissionem quartanæ appellauit hîc planè puram conferens ad pituitosam, quæ præcis- Inæqualitas febrilis.
sit. Colligitur autem hinc certò, reliquas febriles

non

non agnosci perpetuò ex frequentia & velocitate pulsus: nam interuallo quartanæ adest vestigium febrile, & tamen pulsus est rarior, & tardior naturali. 1. ad Glau. 6. sed agnoscitur ex inæqualitate partium dilationis, & volocitate contractionis, & acrimonia caloris. Addit Gale. signum ex rigore: quod non sit similis lassis. Videtur tamen contra: quia dolor quartanæ numeratur inter species lassitudinis phlegmonosæ. 2. Crisi. 3. & 3. de sanit. 5. Dic: non negamus dolorem quartanarij rigentis esse similem lassitudini phlegmonosæ: solùm enim deest calor inflammans. Verum Galenus inquit, rigorem quartanarij non esse similem rigori lassorum: rigor enim à sola lassitudine vlcerosa accidit, qui cùm oriatur à calido pungente dissimilis est rigori quartanæ quem vocat ὀστοκοπὸν. i. ossium dolorem. Additur autem. 2 Crisium. 7. signum ex vrinis, & ex periodo quaternaria quæ tamen apud Paulum non est perpetua melancholiæ. Sæpe enim alia periodo redit. Difficoltatem autem habent quædam ex dictis signis, maximè rigor: num sit maior in quartana, quàm in reliquis humoralibus febribus. Secundò num propè statum augeatur cum Alexandrino. 6. Epid secunda. 19. aut magis minuatur cum Hip. eo loco asserente, rigores validos non ante statum mitescere. De primo: Galen. 6. Epid. citato, validi rigoris agnoscit species duas, quibus vulgus indit nomen validi: prima, in quo concussio vehemens est: altera in quo non est illa quidem vehemens sed diuturna tamen: vocant Græci athermanton ἀθέρμαντον, id est, incalescibilem, cui ex vitrea pituita oritur propter insignem suam frigiditatem: nam prior ille tertianis & quartanis frequens est. Excusat autem Gal. vulgus appellans vehementem, rigorem vitreæ pituitæ: eò quòd deterior est ille incalefactibilis, licet mitior, altero valido, sed cito cessante: sicut qui habet febrem in solis visceribus, magis dicitur febriere, quàm qui in toto calet suprà: eò quòd deterius febrit: & qui difficultatem habet expergiscendi, licet longo tempore non dormiat, deterius ægrotat quàm qui prolixo sed facilè expergefactibili somno tenetur. Addit Galen. Melancholiam quandoque efficere rigorem validum in primo significato, quandoque in secundo, quandoque in vtroque videlicet, & tardè calefactibilem, & in cõcussionibus vehemẽtẽ. Ex quo colligitur ad dubitationem rigoris inter quotidianã & quartanã. Nã cõstare ex dictis, quartanarios, vel vtroq; significato, vel altero tãtũ validè rigere, ex pituita vitrea in vno tãtũ, ex reliquis pituitæ speciebus, vel non rigere laborantes, vel admodum exiguè, sed magis modicè refrigerari, nã licet aquam plusquam terra frigeat, verùm ob crassitiem plurimum morantem & plurimum imprimentem magis refrigerat & lædit musculos vapor melancholiæ quàm pituitæ: sicut aqua magis quàm aër humectat nos. Si autem conferatur rigor quartanæ ad tertianam difficilius est, quoniam Gal. semper concedit primatum calori & bili, cùm experientia maiora damna monstret in rigore quartanæ. Videtur autem dicendum Galenum considerantem opera rigoris in se, id est, celeritatem concussionum cum vehementia, merito pronunciasse pro bile: quoniam autem effectus non solum sequuntur etiam moram, & vehementia agentis causæ, sed qualitates, & multitudinem formæ iuncta agenti, & vapor melancholiæ multò plus moratur in membranis tegentibus neruos, vnde quæruntur se sentire contractos & tegentibus ossa, vnde ossa dolent: qualitate item vapor melancholiæ siccus est, & densus, contrahens dolorificè membranas illas, ita vt nonnunquam propter maxillarum contractionem dentes comminuantur, crassitie item sua oculis communicata visum hebetent: eò fit vt ferè maiora mala inferat quartanæ rigor licet in se minor, quàm tertiana: non aliter quàm modicus ignis per moram in ligno, magis vrit quàm maior in paleis. De secundo: cùm doceat Hippoc. citato, violentos rigores ante statũ non mitescere: Gal. cũ Alexandrino interpretantur in duplici specie validi rigoris increscentis (de his enim solis agit Hippo.) duplex status significatum, validi enim rigores ab initio tertianis insunt: crescentes autẽ solis quotidianis ex vitrea pituita, vel quartani: & in quotidianis quidem nõ cessat ingens frigus rigoris vitreę vsquequo accessio procedat propè statum: quod tempore à calore sparso per corpus cessat: & hoc est non ante statum mitescere, scilicet particularem: aliquãdo enim tota accessione non cessat (quod propriè vocant epialam) in quotidiana. Validus verò rigor increscẽs in quartanis nõ cessat ante statum scilicet vniuersalẽ: docente vtiliter Hip. quod quãdiu quartanariis increscũt rigores initio accessionum: nondum morbus est in statu: sed quando post validos rigores sequitur mansuetudo illorum, status est. Num autem augmentum illud rigoris in quartanariis licet non indicet proximam solutionem, sit laudandum, Alexandrinus constanter affirmat, dicens: arti sta lætatur. Optimè autem videtur decernere Ras. 30. con. authoritate vigilantis: incipiente (ait) quartana malum esse validum rigorem & ostendere noxij humoris copiam: procedente autem coctione rigoris augmentum laudandum esse, quoniam indicatur melancholiam naturæ coctione & excalfactam esse attenuatam, ideò magis penetrantem vehementiores rigores inducere, & de quartanę quidem rigore ita verè diffinitum esse videtur. De pituita difficilis est, nũ etiã in statu vniuersali rigores increscunt: Auic. enim capite de quotidiana dixit, & rigore & frigus quotidianæ in accessionibus status esse maxima: sed Galen. cum Alexandrino in sola quartana apertè recipiunt, non in quotidiana: & attestatur cum experiẽtia ratio: cum enim pituita magis lædat frigore quàm crassitie sua, accedente coctione, calefacta licet tenuior reddita minuet & rigorem & frigus principij accessionum secus quam in atra. Addunt Arabes inter signa quartanæ propterea quod vapor crassus non facilè permeat ad cutem non abundare quartanam sudore similiter tertianæ. Secundò agnoscendam esse materiam cuius vstionem sequuta est quartana per signa admixta præcedentis humoris: Tertiò, vrinam variare per varietatem vsti humoris: post coctionem autem sæpe apparere nigram, morbum soluentem. De pulsu autem cap. De tertiana dictum est.

Aduerte secundò: Quod ait humorem nisi vertatur in alimentum eò magis putrere quò magis moratur in corpore, videtur dubium: quia sequitur humorem in statu morbi perpetuo esse putridiorem contra superius determinata. Item si natura non

tura non

tura non potuit ante morbum prohibere putredmem, in humore per partes putrescente, quomodo per morbum iunctum humorem, multò putridiorem poterit concoquere, & ita sanare morbum? Dic: multis eapertmentis apparet naturam ante morbum in alēdo corpoie, & augendo occupati: præsente autem morbo totam ad humorem morbificum conuerti: quare mirum non est, si tunc plus potest emendare illum, quam in sanitate. Nam per morbum licet resolutio sit multa, non appetit natura: licet alimentum sit leuissimum, non coquit: eacrementa etiam tertiæ coctionis non pellit. Ideo commodissimè consulebat Gal. t. epid. penul. initio morbi etiam leuissimi abstinere: quoniam otians natura facilè superat morbum non grauem.

Capit. 6. Aduerte tertiò de epiala febre: apud Actuarius cit. & Paul. li. 2. 25. significat mitem febrem, quæ à vitrea pitoita oascitur per membra sparsa: id enim importat nomen ἤπιον. i. mitis. Et dicitur apud quosdam de sola tali febre in qua perpetuò iungitur rigor & febris: apud alios de febre à vitrea pituita orta, siue iungantur rigor & febris, siue rigor antecedat febrem. Nam cùm quibusdam interpretari: ante febrem. t. citra febrem est durissimum. oec ille rigor sine febre diceretur vnquam febris epiala: sicut oec rectè interpretator Auic. epialam, febrem in qua iunguntur simul intrò frigus, calor extra: non enim oportet propterea quod dantur malignæ quædam febres in quibus propter visceris inflammationem, vel calidi innati penuriam, exteriora frigent visceribus ardentibus & siticulosis, ideò dari etiam oppositam febris constitutionem io qua eateriora vrantur interiora frigeant: cùm fons febrilis caloris in medio corporis situs sit. Io epiala autem per voiuersum corpus permixtus sensus est & caloris & frigoris. Et hîc quidem huius compositi sensus solam causam agnoscit vitream pituitam putreotem, quoniam frequens est Libro autem de inæquali intemp. penult. addit aliam, nempe miationem bilis cum pituite, quam hîc omittit propter raritatem, & quia ooo agit de diatiis inæqualis iotemperiei.

Aduerte quartò de pituita: Meritò Galeous species bumorum separat per temperamēta; nam id est essentiale vnicuiquu speciei humoris: aliæ autem notæ ea albedine, & quod oon gelatur ad aërem lib. de atra bile. 2. sunt magis accidentariæ. De nomine autem phlegmatis habes 8. de placitis 6. quosdam (inter quos est Plato libro du natura) opinari deductum esse nomē à phlego φλέγω, id est comburo: quare putabant esse bumorem calidissimum, cùm magis deducatur à flegmeno φλεγμαίνω, id est tumesco propter flatum copiam: Nā deriuatiua nomina multa deducūtor à verbis cum quibus minorem habent similitudinem, licet φλεγμαίνω scribatur cum ai, φλέγμα cum e. Vitreum verò humorem hic describit per frigidum lentū Gliscron γλισχρὸν enim legendum est, noo Hygron ὑγρὸν, quod conuenit cum loco. 4. de saoitate. 4. vbi legitur magna ex parte lentor non inest pituitæ: qui si adest, vitreus constituitur succus Crudus autem succus definitur Galeno lib. de plenitudine. 17. & primo Crisium. 12. species pituitæ crassa & grauis, subsidens in vrinis edacium: Aliquando verò latius pro omni humore infra sanguinem, quartò. de sanitate. 7. Quandoque vniuersalius pro omni bumido non eincto à natura: in qua significatione etiam bilis, & vrina dicuntur cruda. 2. acutorum. 44. Species autem pituitæ recenset Galenus tres hîc: Dulcem, Acidam, salsam. Sed quomodo omisit insipidam traditam. t. alimentorum. 1? Respondent hîc quidam numerasse Galenum solas pituitas innaturales, quæ febrem inducunt: Insipida autem naturalis est. Sed etiam naturalis pituita putret, & facit febrem. Satius ergo videtur, reducere insipidum ad dulce: nam & aqua sæpe appellatur dulcis, sæpe insipida. De speciebus autem pituitæ latius. 3. de locis.

Aduerte quintò: de proportione inter se febrium io accessiooe, in interuallo, in duratione. Quoad accessionem, biliosa breue habet augmentum propter facilitatem inflāmationis: melancholica verò prolixum propter crassitiem, & pituitosa propter frigiditatem, seu etiam propter lentorem prolixum. Rasius autem ... 3. continenti ait, io pituitosa: augmentum esse longius quàm in quartana: quod conuenit cum verbis Galeni supra. Interuallum autem in quartana longum est & purum: In quotidiana breue & impurum. In tertiana breue & purom. De duratione autem. Dixit idem Rasius cit. ferè respondere tempora vniuersalia particularibus: eo fieri, vt quartaoa sit diuturnior: quoniam accessio illius proliaior est: deiode quotidiana breuissima tertiana.

Aduerte sextò: Num dentur periodi aliæ febrium præter dicta tres. Hip. t. ep. se. 3. 7. & 9. affirmat quintanam septanam, nonanam, Gal. dubitat cum Diocle & priscis, ne fortè sint supposititi: tum quia non viderunt in vita sua eas periodos, tum quia non referuntur ab Hip. in aliquo ægro à se curato (quòd maximè oportuerat in raris euentis.) Sequentes confirmant eaperimentis propriis. Auicen. vidit sæpe quintanam & Hercul. Rasius 16. continentis vidit semel in anoo inuadentem perpetuò Gentilis vidit per 15. diem periodicare, & per annum. Ergo testor vidisse septanam & nonanam. & sanaios ab illis. Vidi etiam febrem annalem, imo febrem in die natali ægri perpetuo inuadentem. Vidi assuetum in anoo semel febrire per tres dies non amplius. Vidi qui onno quoque die patiebatur per triduum accessionem quotidiè, in quo circuitu durauit per menses: tameu omoes hi conualuerunt. Quod autem ex his experimentis colligitur, est: causam barum periodorum esse naturæ aggressum per certa ioterualla ad bumorem aliquem latentem in corpore, quicunque sit: Neque mirum est non semper seruari vnam ex tribus periodis in aggressu humoris, quia doctrioæ illæ innatæ, & leges pugnandi non sunt magis perpetuæ, quàm doctrinæ formandi hominis, in qoa tamen formatione sæpe natura committit nouitates discedens à coiomuni formatione propter debilitatem virtutis, aut propter materiæ ioeptitudinem. Sicut etiam in doctrina innata criticandi: nam dies critica diffinitur, in qua frequēs fit bona crisis. Rarò verò etiā accidit in non critica. Sic dies ad pugnā frequentes periodici obseruātur à natura illi tres: rari autē sunt multò plures, & experimētum

confirma

confirmat hanc causam. Testator enim septimanos illos circuitus & nonanos intra paucos menses sanatos, quod non eueniret si haberent originem ex humore crassiore, quàm is qui quartanam excitat. Maxime, quia quidam ex illis nono quoque die inciderbant in accessiones tres quotidianas, in quo circuitu nonano, per non ita multum tempus durantes conualuerunt. Vidi qui per annos. 5. perpetuò febricitauit, neque macilentum tamen neque in assuetis operibus valdè impeditum: Quod enim dixit Aaer. 7. col. 31. monstra accidunt in arte medicinæ non secus quàm in natura, quò autem fiat probabiliùs causam horum periodorum esse certam inuasionem naturæ, reducamus in memoriam, quàm crebro occurramus ægris, qui cùm nihil minus, quam pituita laborent, tamen stata quadam & certissima hora quotidie inuaduntur tussi, tam importuna, vt ne momento quidem desistant à tussiendo ante sanguinem missum: alij cardiaco symptomate in ipso mediæ noctis articulo corripiuntur: alij dolore certi membri: aut epileptica accessione: aut vterina. Quæ omnia tam consentanea sunt huic assertioni, quàm oppugnant Gentilis opinionem, quod atra bilis à proprietate formæ suæ per quaternarios circuitus sponte sua mouetur, aut Hercul. opinantis proprietatem illam esse repugnantiam ad naturam mouentem.

SECTIO QVINTA

(Putrescente pituita.)

Tradit de compositione humorali primum proponens famosas compositiones, deinde. S. sed quoniam, minus famosas.

CAP. 7. ADVERTE primò: Permixtiones febrium possunt esse multiplices. Quandoque enim miscentur cum affectu partis: ex quo genere est Thyphodes quando iungitur febris erysipelati partis, Quandoque miscetur febris symptomatis exigentibus curationem. 1. ad Glauco. 5. Quandoque iunguntur febres duæ per summa genera, vt hectica cum putrida: Quandoque per infimas species, vt tertiana cum tertiana. Hic verò solum agitur de mixtione per species subalternas febrium, quando vna species humoralis misceatur alteri.

Aduerte secundò: de agnitione compositarũ: Putat Galenus difficillimam esse cognitionem, quando altera componentium est continua, licet enim difficilliùs agnoscantur duę continuę, quoniam nunquam interponitur sensilis rigor: est tamen valde rara compositio duarum continuarum, ita vt intra vasa duo humores varij separati putrescant: ideò proponit exemplum frequentiùs, Aui. igitur 1. quarti. tract. 4. 16. asserenti esse turpe medico, si non agnoscit compositam febrem in primo die, aut secundo, videtur immodicè confidere de medico. Nam nec Galenus ipse ausus est agnoscere, nisi post dies multos compositiones plurimas, quales sunt humorales, aut humoralis cum hectica. Sed transcribit verba Gal. de simplicibus febribus: Signa tamen affert vtilia agnoscendæ compositioni humoralis continuæ cum intermittente. Primum: Si in continua febre apparet momentaneus rigor, aut extremorum frigus. Ambo enim hæc remissa propter obtusum sensum vasorum apparent nonnunquam incipiente accessione continuæ, valida verò non accidunt, nisi iungatur alia intermittens. Alterum: si declinante accessione continuæ inuadit horror, etiam si non sit nimius indicat compositionem: quia declinante accessione continuæ, non potest succedere horror ab alia inuasione continuæ: superest vt debeat iudicari compositio.

Aduerte tertiò: de prænotione horę inuasionis futuræ: Galenus non audet definire ante secundam accessionem: qua præsente iuxta proportionem duarum primarum præsagit horam inuasionis in futuris accessionibus. Clarum est enim seruandam esse in illis eandem proportionem quæ in primis. Sed cur aliquæ accessiones sua natura anticipant, aliæ postponunt, quędam eandem horam seruant? item cur proportio inuasionis primarum accessionum, quandoque non seruatur in sequentibus? Dic ad primum: vulgo asseritur causa quod si materia omnis accessionis est vniformis temperamento, & modo substantiæ, seruatur eadem hora: si verò difformis, & incipit mandari humor à parte tenuiore, aut calidiori, accessiones postponunt: sicut si à crassiore anticipant. Sed difficilè est afferre causam ordinis seruati in humore extenso per vasa simul cum massa sanguinis. Potest afferri causa alia, quod cùm ratio periodi in singulis humoribus non sit momentanea, sed habeat latitudinem pro varietate latitudinis, sequitur varietas in hora inuasionis. Nam (quod infra ostendetur) hora typi, est hora qua natura aggreditur humorem coquẽdum: humor autẽ modò velociùs, modò tardiùs irritat naturam ad pugnam: quod infra ostendetur. Ad secundum verò: Respondent aliquando non seruari in sequẽtibus accessionibus proportionem primarum, eò quod materia accessionis nõ est vniformiter difformis, sed aliqua parte crassior, sequente tenuior, & rursum crassior. Potest certiùs referri causa ad varietatem humoris irritantis naturam. Tertia causa anticipationis, error ægri, sicut retardationis, auxiliũ medicum. Quarta accelerationis, Festinatio naturæ ad crisim: sicut retardationis, quies illius peracta pugna. Ex quibus colligitur primo: quod obseruatio horæ inuasionis semper est praua. 4. Apho. 30. quia significatur fixio causæ morbificę: sicut trocleæ puerorum tandiu mouentur circa idem punctum, diu sunt duraturæ: cõtra variatio inuasionis bona est, siue accessiones sint seruãtes eandem horam ex natura sua, siue anticipantes, siue postponentes: Nempe in seruantibus eãdem horam anticipatio indicans augmentum adesse, & transactũ esse principium, intelligitur simplex: in anticipantibus autem ex natura sua, idem intelligitur ex anticipatione anticipante: vt si anticipabat horas duas, modò anticipet quatuor. Colligitur secundo: quod licet duplatio accessionis sæpe sit mala significans augmentum causæ morbificæ, quandoq; tamen est bonum signum, quia significat naturam aggredi humorem: & bona causa, quia partitus humor faciliùs superatur.

Anticipantium febriũ causæ.

Obseruatio horæ inuasionis, mala.

Aduerte quartò: de præsagitione Crisis in complicatis febribus; Repetit Galenus breuiter tradita

tradita.1. Crisium.3: Nempe quod de vnaquaque componente expectanda est Crisis per signa apparentia in die suo. Sæpè enim vna ex componentibus soluitur alia adhuc augescente, & ferè prius soluitur quæ calidior est, ait Auicen. citato. Cognoscitur autem instare solutionem ex quatuor. Primò ex specie morbi, si biliosus est. Secundò ex accessione: si anticipat, si est vehementior, si symptomata praua habet, si celeriter transit particularia tempora. Tertiò ex interuallo: si non est purum & omninò mundum. Postremò: si apparet coctio manifesta.

Aduerte quintò: Cur in exemplo à Galeno proposito, cùm inuaderet accessio quotidianæ continuæ inclinante iam, & sudante ægro ex accessione tertianæ intermittentis, refertur inuasisse accessionem quotidianæ continuæ cum horrore: cùm sit proprium continuatum non horrere. Dic: Galen. habet densatam fuisse cutem, & inhorruisse, repressumque fuisse sudorem: Nam licet in inuasione accessionis quotidianæ continuæ simplicis, horror non sentiatur: verum si occupat corpus febricitans adhuc ex præcedente tertia, & sudans (quæ duo poros cutis plurimum aperiunt) leuissima annotatio inuadentis quotidianæ sufficit reprimere sudorem, cutia verò dẽsitatem & horrorem incutere. Nam in tali occasione etiam continens leuissimè frigidum facit inhorrere: & retentio acris fuliginis, quæ sudore excernebatur.

Aduerte sextò: numerat famosæ compositæ, quam vocant hemitritæum, differentias octo. Prima: quotidianæ continuæ cum tertiana. Secunda: quotidianæ continuæ cum tertiana continua. Tertia: quotidianæ intermittentis cum tertiana. Quarta: quotidianæ intermittentis cum tertiana continua. Cùm autem quæuis ex his quatuor compositionibus possit esse mixta vel confusa, si simul inuadunt ambo humores: vel complicata si variis horis inuadunt: euadunt species hemitritæi numero octo: & quia quæuis ex illis patitur trimembrem diuisionem: (vel enim æquantur in compositione duo humores, vel superat bilis, vel pituita) euadunt differentiæ omnes. 24. Ex quibus apud multos nulla dicebatur semitertiana, nisi accessiones essent confusæ, & vterque humor par, Galenus has de nomine difficultates reiicit. Quoniam verò aduersatur Hippocrati vocare semitertiam febrem, quæ non est continua, tam. 1. Epid.23. (febres horrificæ omninò non intermittentes, modus erat semitertianus) quam.4. Aphor.43. & sequeretur in præsagio, & curationem error, non admittit vocari semitertianam compositionem duarum intermittentium, nec duarum continuarum: quoniam in primo genere deest continuitas, in altero, horror.

Aduerte septimò: In ægro hîc relato præsagit Galen. solutionem tertianæ manente quotidiana ex signis.4. Primum: accessio tertianæ tardabat. Secundum: bilis excernebatur vomitu & deiectione, sudore autem non multo ob permixtam quotidianam quæ cutem refrigerabat. Tertium: declinatio erat facillima ferè ad integritatem desinens. Quartum: coctio vrinæ in die sequenti accessionem tertianæ optima erat.

(§. Sed quoniam.)

Prosequitur reliquas compositiones febrium etiam minus celebres auctoribus.

Cap. 8.

ADVERTE primò: Solet Gal. condemnare antiquos quoniam in sectione latitudinũ solas numerabant extremas species, omisso medio, tam in temperamentis lib. 1. de temp. quam in dispositione media neutra. 1. artis paruæ, quam in temporibus morbi lib. De generalibus morbi temporibus, & in ætatibus, & in compositione febrium hîc. Per medium autem quod addit, non intelligit indiuisibile medium: id enim non considerat medicus, artis par. 7. sed indiuisibile illud cum aliqua vtrinque latitudine: medium autem illud indiuisibile considerat non quatenus insensile, sed quatenus pars latitudinis sensilis. Referebant enim semitertianæ duas tantum species: vnam excedente bile, alteram pituita: Et poterat condonari Archygeni sua in hac parte veritas: quoniam nihil lædit medicum in opere, facere bimembrem diuisionem. Cur igitur contra rei veritatem Gale. adiicit medium in casibus dictis cum latitudine? Dic: extrema agnosci non possunt, nisi comprehendatur medium, tanquam regula Policleti saltem imaginatione: Cùm ergo possint dari signa sensilia illius medij cum aliqua latitudine, præstat ita diuidere. Maximè, quia quò membra sunt plura in quauis latitudine, eò cognitio est præstantior: sicut in gradibus qualitatum.

Mediorum cum latitudine ratio.

Aduerte secundò: Cur in compositione affectuum prima dies affert semitertianam, secunda solam quotidianam. Dic: Natura est frequentium morborum, vt quando corpus valet non incipiat ægrotare, nisi à valida causa: contra quam, sunt quidam praui morbi qui per pares exacerbantur, tertio. de Criticis. 8. & 4. Aphorismorum. 61. Quorum causam Galen. citato refert explicasse su lib. de Crisibus, quod tamen non legimus. Videtur causa: quia indicatur ex prauitate secũdi diei materia in corpore deleteria: quæ quiescens non lædebat, facta autem commotione eius propter motum morbificæ causæ in prima die, inuadit hominem in secunda: tales autem materiæ solent esse perniciosæ. Item in ratione signi: quia causa quæ deiecit hominem sanum magna erat in prima die, cui sanitas repugnare non potuit: quantò periculosior erit, si altera iam ægrotantem in secunda die opprimit.

Aduerte tertiò: quomodo distant semitertiana: tertiana notha, quotidiana notha. Dic: hemitritæus distat ab illis, quia in eo sunt duo foci, & quo motus. Quomodo ergo lib. de temporibus morborum. 9. & apud Auicennam de febribus compositis componitur quandoque hemitritæus cum tertiana? Dic: duæ tertianæ cum quotidiana cõtinua: faciunt eam compositionem hemitritæi. Tertiana autem notha, & quotidiana notha vno motu, & vno foco contentæ sunt. Distant autem inuicem quoniam in tertiana vincit bilis, in quotidiana pituita. Num possit contra accidere, vt in tertiana notha vincat pituita? Dic: concessit Gentil. in extrauaganti: & videtur fauere experimentum monstrãs in progressu tertianę nothę conuenire falsa, & acria, iuxtà Tral. & Aui. Sed videtur

Periodi quas sequãtur species humorum.

satius

farius afferere, periodum fequi humorem fuperantem: verum tractu temporis humores mutant temperamenta, antequam migrêt in alias fpecies. Nam phrenitis abit in lethargum refoluta parte ignea & ex eryfipelate manet durities, & in tertiana notha redditur humor frigidus craffus. Videtur enim iuxta Gale. 9. fimplicium. 1. bilem per adustionem mitefcere in calore propter igneæ partis refolutionem: Pituitam autem & melancholiam reddi acria.

Aduerte quartò de cōpofitione febrium: Gal. hic per tranfennam agit plurima remittens ad librum de Typis. Docent autem authores maximè Arabes fpecies compofitionum effe innumeras: omnis enim fpecies cum quauis alia cōponi poteft: & in genere fupremo, & fubalterno, & in fpecialiffimo: excipi non folam hecticam, quæ cū alia hectica componi non poteft ita vt maneant duę: quoniam cùm calores non diftent fpecie, & fint vno fubiecto duo calefacta, faciunt vnum. Reliquæ febres non faciunt vnum, quia funt in variis fubiectis calefacta: fi vna eft diaria, alia putrida, alia hectica: vel in vno fubiecto nempe mēbris; pendet tamen à variis materiebus, & feruant varias periodos, vt tertiana cum quartana: Vel materiæ funt in variis locis vt quando vna cōtinua, alia intermittens. Secundo aduertunt: diariam fępe iungi putridæ vel hecticę: ita quod apud quofdam femper iungitur: quia fi pauca fuligo ex bubone accedens ad cor imprimit diariam fpiritui, quo modo multæ fuligiões ab humore intra vafa putrente non inducēt diariā? In hectica verò adhuc magis: quia cor calefactum imprimit fuum calorem fpiritui: fed tamen nō apparent (inquiūt) figna diariæ propter manfuetudinē caloris illius fuperatam ab acrimonia aliarum. Calor verò qui fæpe manet poft periodum forte (inquiūt) eft diariæ folius. Sed figna putredinis femper manēt in pulfu: & poteft afferri ratio cur rariffimè complicetur diaria, nempe pauca mora agentis & velox refolutio fpirituum: ob quam nō durat febris fpirituū vltra diem. Et fortè ideo non ponitur in calefacto licet adfit occafio, quia omnis actio requirit moram agentis, & identitatē paffi: quæ dātur in membro, & in parte humoris putrefcētis, quæ non vertitur in alimoniam corporis, & fuit fententia Ifacij afferentis diariam gignere reliquas duas: non gigni autem ab illis. Aduertunt tertio, fynochum ferè non componi: quia eùm occupet omnia vafa nō videtur benè feparabilis alius humor à maffa fanguinis peccantis intra vafa: fed quod faciat vnam cum fynocho, nifi fortè iungatur intermittens, quæ extra vafa putrefcat. Quartò: idem Ifacius ait: non coire experimento eiufdem fpeciei fpecialiffimæ plures tribus cōpofitiones: Vt. tres tertianas, aut quartanas: varij verò generis poffunt effe plures. Aduertit quintò Rafius: quod licet omnia genera de facto componantur: verùm frequētiffima compofitio eft, ex bile cum pituita: & ideò obtinuit nomen hæc fola compofitio femitertianæ. Gal. autem hîc eam folam memorat: reliquarum nec numerum referens, nec figna: quod tamen in fimplicibus fecit.

Aduerte quintò, de fignificato femitertianæ: Colligit Gal. ex fententiis Hippocratis fignificare febrem compofitam ex tertiana, & quotidiana continua confufis. Contra quam collectionem eft primò: quod ipfemet paulò poft concedit appellari etiam femitertianam quotidianam intermittentem confufam cum tertiana cōtinua. Obftat fecundò: quod ipfe lib. de Typis. 4. quafdam femitertianas inquit effe intermittentes, alias cōtinuas. Et 1. epid. fect. 3. commento. 2. Obftat tertiò: quod 1. epidim. fect. 3. quinto, inquit: femitertianam folere comitari proximè mortem tabem, & alios morbos diuturnos, in quibus tamen non apparent horrificæ illæ repetitiones. Dic ad primùm: quotidiana intermittens eft valdè rara: rarior ergo erit, confufa cum tertiana continua: ideo Gal. propofuit exemplum frequens de confufione tertianæ intermittentis cum quotidiana continua: & tamen illam vbi acciderit non negat vocari femitertianam: imo ftatim vocat. Ad fecundùm liber de Typis magis videtur Agathini. Locus autem 1. epid. corruptus eft, legendum eft enim (ex hemittitæis; quidam eos agunt vtraque via) id eft putant partim effe continuas partim intermittentes: alij tantum inter continuas numerant febres. Ad tertium: etiam Galen. in commento dubitat ne fortè apud Hippocratem femitertiana fignificet febrem omnem continuam quæ tertio quoque die exacerbatur cùm aliquo horrore. Licet autem Gal. & planè non decernat, intereft decernere, ad agnofcēdas fentētias Hippocratis de femitertiana. 1. epidemiæ citato nempe quod eft febrium lethaliffima: & quod comitatur prope mortem tabidos, & quofuis longo morbo detentos: Cùm autem experiētia teftetur, tales diu ęgrotantes perire antecedente per menfes aliquot febre continua tertio die exacerbante, quam ferè antecedit horror: & monftret item plurimos perire citra morbos longos ex tertiana continua afferente horrorem tertio manifeftum tertio quoque die, non præcedente alio morbo, quos vulgus medicorum indicat perire ex tertiana notha fubintrante: videtur afferēdum vtrafque tales & effe, & vocari Hippocrati femitertianas: quæ ideo hanc appellationem habent, quia vnum fignum habent tertianæ; videlicet exacerbari tertio quoque die, altero deftituuntur, f. ceffare ad infebricitationem: & tales vocatas effe horrificas primo epidemiæ, eo quod non funt febres compofitæ ficut illæ de quibus Gal. hic agit cum horrificis repetitionibus: fed funt tertianæ continuæ fimplices & exitiales: ficut febres particulares, & in quibus calor exiguus apparet, vel ftilla fanguinis è naribus: quoniam funt decretoria nō decernentia. Conatur enim natura ob fenfatam bilis malitiam intra vafa, fe exonerare, & extra vafa mittere per horrores initio fingularum acceffionum: non poffe autem oftendit continuitas febris, ficut vniuerfaliter. 4. Aph. 46. rigor in febre non intermittente incidens febre non deficiente damnatur. Nam cùm in iis folis duobus locis explicet Hippocrates quid per hemitritæum intelligat: in altero apertè fignificat non effe illam compofitam cum repetitionibus horrificis, quia illa eft rariffima, neque comitatur vnquam tabidos, nec alios diuturnos morbos, nec vagatur populariter cum exiguis tumoribus, vel maculis cutis: quæ omnia Hippocr. citato memorat: In altero autem folum doceat eas effe Semitertiana Hippoc. quid.

Q febres

febres acutas continuas horrificas? Ex neutro potest colligi compositio febrium dicta à Galeno. Nam verbum (horrificæ) solum indicat exiguam cutis asperitatem, & contractionem in initio cuiusuis accessionis, non rigorem cum repetitionibus: Notat autem Hippocrates meritò id signum, ceu tatum in continuis: proprium est enim continuarum non rigere, sicut non frigere manifestè: dicente Auicen. 1. quarti: Si cum continuitate febris adest rigor vel frigus, febris est composita: pars verò de vtraque sortè adest in continua: quod apparet in semitertiana Hippocratis. Neque Galeni ratio colligit oppositum: Si non intelligeret Hippocrates (inquit) per horrificas, crebras repetitiones: non oportuerat addere (horrificas) quia incipere cum horrore etiam multis aliis inest febribus. Non colligit (inquam) quia in continuis rarissimus est horror: imò ex natura accession is nunquam inest continuis, sed solum ex conante natura & non potente, & ideò reproba. Dicente Auicen. 1. quarti tractat. 2. primò: Febris continuæ accessio non incipit cum frigore, nisi propter debilitatem virtutis aut profundationem calidi innati, & est signum malum. Sicut accidit in casso potente natura euacuare, & ideo salubri: Et in febribus continuis vniuersaliter, tentare vacuationem neque perficere pessimum est. Vnde ad significandam huius biliosæ febris malignitatem, videtur priscis obtinuisse peculiare nomen. Demum sententia hæc experimentis testatissima, si non est mens Hippocratis, certè est in opere vtilissima. Reliqua quæ & Græci medici, & Arabes & Latini addiderunt de significatis hemitritæi, tanquam in vtilia, & de solo nomine agentia, reijci meretur. Multi omnem compositam humoralem ex quibusuis duobus humoribus vocant semitertianam. Galen. non admittit ita vocari compositionem duarum continuarum, quia non est horrifica: nec duarum intermittentium, quia non est continua: inquit enim febrem cui conueniat descriptio Hippocratis (horrifica ad integritatem non designens) item ab ea appellatione excludit mixtionem omnem sine bile, quia nomen tertianæ non conuenit, nisi bilioso humori: post diuiserunt in maiorem, minorem, & medium: in verum, & non verum: in exquisitum, & nothum: frustra tamen omnia & sine vsu. Est enim Hippocrati semitertiana in qua locum habent scripta ab illo præsagia, & doctissima, & verissima, dicta simplex tertiana continua: Compositæ autem febres ad libitum possunt appellari semitertianæ. Quod verò attinet ad vtilem doctrinam de omni compositione, supra explicatum est.

Febris cõposita an deterior & prolixior cõponẽtibus.

Aduerte sextò: num febris composita sit deterior, & prolixior componentibus. Dic: super ventus vnius contrarij alteri præcedenti, siue sint affectus morbosi, siue intemperamenta aëris, siue ciborum, siue membrorum in corpore, si conserantur ad simplicem tantum intemperaturam, ex parte præfertur: quatenus sequens emandat priorem intemperiem: Ex parte vituperatur. Primò: quia difficile est naturæ superare duo contraria. Secundò: quia arti multo difficilius, nam natura moderato calore pugnat cum duobus contrarijs: ars verò non potest debellare duo contraria, nisi cum duobus æquatis contrarijs. Tertiò: quia duo affectus morbosi ferè pendent à maiori copia humoris. Oh causam autem priorem laudatur febris post ebrietatem, post conuulsionem, post epilepsiam. 5. Aphor. 70 & 6. Aphoris. 40. Laudatur in cibo, vt si vnum edulium excedit in vno intemperamento, iungatur illi oppositum, vel in eadem mensa, vel in sequenti. 3. primi doctrina. 2. cap. 7. & pluuiæ in autumno laudantur. 3. primi de regimine temporum. Et in melancholico laudatur pueritia, in sanguineo senectus. 6. de sanitate. 2. Et 2. artis commendatur, vt hepar repugnet suo intemperamento cordi. Propter rationes autem oppositas summoperè reprobãtur febres compositæ: maximè ex acuta, & chronica vt febris continua cum quartana: quoniam febris acuta non potest diu durare: chronica non potest citò sanari. Sic hydrops cũ febre. 2. præsag. 1. & 23. Deiectio, & vomitus versicolores. 2. præsag. 40. Ex ijsdem causis vituperatur maximè mixtio contrariorum alimentorum. 1. acutorum. 18. & mutationes temporum in paruo interuallo. 3. Aphor. 1. Ideo autumnus exitialis est. Ideo intemperamenta contraria membrorum reddunt corpus maximè insalubre. 6. de sanitate. 14. Oportet ergo vt successus contrarij intemperamenti laudetur, quod non permaneant duo contraria intemperamenta, sed sequens temperet pristinum. Præterea: actio contrariorum in vnum tertium potest esse vtilis, vt cerebri & cordis in corpus: in se verò contraria manentia difficilia sunt.

Aduerte septimò: Typus ex lib. de Typ. 2. est ordo qui seruatur in repetitione accessionum, periodus autem, vel circuitus tempus medium inter vnam, & aliam inuasionem. Accessio in intermittentibus est tempus febris terminatum ad insebricitationem: in continuis autem coincidit cum periodo.

Aduerte postremò: sententiam Galen. de tradenda doctrina in particularibus rerum differentiis. Quoniam enim res ad scholas afferri non possunt 3. præsag. puls. in init. vult nos contentos esse nominibus generum & specierum: particularibus autem differentiis explicandis satis esse verborum circumloquia, licet proprijs careant nominibus. Alter modus imponere illis nomina propria &, indubitata citra controuersiam, tertium verò modum omnino reprobat: vbi authores singulas differentias proprijs nominibus insigniunt, sed controuersis: de quibus frustra altercantur: in quo videtur illi Aristot. nimius. Nam Aristot. indagat naturam rerum quatenus significantur per nomina certa: indagat autem ex prædicatis quæ vulgus enunciat de tali nomine. Vg. in venando naturam sapientiæ primò metaph. & coctionis. Meth. & est via sapientum, qui de rebus per nomina scientiam tradunt. Gal. verò merito aspirans ad finem artis, & tempori parcens concedit cuique pro libito vti nominibus: rerum ipsarum numerum, & essentiam per quæuis verborum circunloquia inquirens.

SECTIO

SECTIO SEXTA.

(§. In his autem.)

Disputat de febre sanguinea.

Cap. 9. ADVERTE primò: de febre sanguinia non putrentia: Putat Galen. hîc, & 9. Therap. 1. ebullientem illum adhuc constituere formam quandam febris mediam inter diariam & putridam: connumerandam tamen diarijs non putridis: Quia si rectè diuisa est supra febris omnis in diariam, putridam, & hecticam: hæc autem non est hectica, nec putrida: superest, vt annumeretur diarijs. Nec obstat nomen diariæ, quia illud impositum est à frequenti termino, non à perpetuo. Durat verò diutius reliquis, quia tardius dissipatur calefactum sanguinis in toto quàm spiritus.

Aduerte secundò de periodo sanguinis putrentis: Ostensum est enim nulla periodo putrere intra vasa, & quam ob causam: Tempore verò assumere circuitu tertianarium. An verò Gal. intellexerit eam periodum esse propriam sanguini, an mutuetur eam à bilu quæ iam aliqua adest, cùm primum putret sanguis controuersantur. Et licet plures Galenici sequantur priorem sententiam, posterior certior ast. Primò: Quia periodi tertianę insunt bili ex Gal. propter quantitatem & qualitatem bilis: hæc ambo sunt in sanguine diuersissima à bile: ergo non cõueniet vtrique humori eadem periodus. Secundò: Quia. 2. Crisi. 11. sanguis cùm cœperit putrere iam est biliosus: & hîc dixit pleuriticos expuentes rubrũ pati circuitos tertianarios: addens quòd in superassato sanguine pingue fit bilis, crassum melancholia, sed multò tardius melãcholia, bilis autem confestim. 1 Propterea primùm meminit de sola bile ex pinguedine orta: post subdit: si verò super asseretur, &c. Tertiò: quia periodi non tam sequuntur formas humorum, quam certam quantitatem, & qualitatem humoris: cùm ergo sanguis incipiens putrere licat adhuc habeas formam sanguinis, quantitate tamen, & qualitate repræsentet bilem, non mirum si assumit circuitum tertianarium. Quartò: Quia sanguis tenuissimus manens sanguis facit exactum erisipelas. 2. ad Glauc. 1. quia qualitatibus suis biliosus est; ergo eadem de causa seruabit periodum tertianariam. Nam & suprà ostensum est sanguinem tenuissimum causum gignere. Quintò: Si sanguis intra manens facit febrē biliosam quando putret, in tactu & pulsu, supra capit. 2. putrens intra vasa repræsentabit biliosam etiam in periodo. Cur autem sanguis putrescens cito mutetur in extrema, causa est: quia est medium parum distans ab extremis: & quia calida humida facile corrumpuntur in loco calido humido: & quia est pingue ebulliens.

Sanguis an periodum habeat.

Cap. 10. Aduerte tertiò: Potissimam separat Gale. speciem febrium humoralium ex qualitate radicalis caloris. Febris enim sanguinea mitiorem calorem repræsentat, licet cum plurimo vapore: nam & morbi ex sanguine benigniores sunt reliquis. 2. præsagio. 46. ex vtraque bile calor est mordax: celerius & magis in flaua, tardius & minus in atra: in pituitosa autem sentitur lenitas, sed per quædam interualla percipitur mordens, tanquam acris tumpentis bullans. Mirum est autem quosdam contra experimentum & apertum locum hic, & 3. can. symp. 2. asseuerare synochum esse acutiorem, & minus salubrem causo: sunt enim morbi ex sanguineo omnium humoralium mitissimi. 2. præsag. 46. non rarò tamen perimit synochus propter locum amplum, internum, commune; & propter putridi humoris copiam summam.

SECTIO SEPTIMA.

Rimatur causas periodorum in febribus: ac primum causas cur aggregatur copiosus humor in vna parte. Secundò: §. (Nam vt omnia.) Proponit exemplum proposita doctrina in lipitudine. Tertiò: in §. (Quod si aliquando) redit ad complendas causas periodorum in febribus: Quartò: in §. (Igitur necesse est) tradit causas temporum in accessione febrili. Quintò: §. (Febrium igitur) tradit causas erraticarum, & synochorum.

(§. Sed quoniam.)

ADVERTE primò: Quòd hîc ait synochum quandoque vna accessione durare dies quatuor, quandoque septem, multi interpretantur, de non putrente. Sed Galenus respondet de vtroque: de vtroque enim præcessit sermo. Nam synochus non putrens. 9. Therapeu. 4. non excedit quartum diem, quin transeat in putridum: putrens item ferè in quarto terminatur. 3. Crisium. 4. sed quandoque accedit ad septimum manens adhuc synochus: post septimum autem verè biliosa est: ideo Azar. cum Arabibus in synochis post septimum timent phlebotomiam: quia iam laborant cacochymia, non synocho. Quod si Galen. 9. Therapeut. 5. etiam post septimum viribus constantibus phlebotomat, nec Arabes negant: tantum dicunt minus iam conuenire: quia bona pars sanguinis abiit in bilem. Quod autem hîc non meminerit sexti, causa non est; quia sextus non sit decretorius (nã in synochis decretorius ast.) sed explicat postremum terminum durationis illorum.

Aduerte secundò: Quod ait Gal. si partes corporis fuerint æquè potentes, durant omnes sanæ: intelligẽdum est, de æqualitate ad iustitiam. Prouidè enim eam æqualitas naturalis membrorum tendit in conseruationem principalium: vt habeant quò se exonerent. Patet enim membra nobilia habere facultates robustiores ignobilibus: & interiora exterioribus. Licet enim interiora non sint aduanantia, sed iisdem affectibus obnoxia quibus externa de atra, bili, quartana, multo tamen varius laborant.

Varium robur partiũ vtile.

Aduerto tertiò: De obiecto expultricis hîc ait esse alterum duplex vnum quantitate, alterum qualitate: paulo post videtur constituere tria, copiam, acrimoniam, & calorem aut frigus: tertiò autem de causis symptomatum. 2. agnoscit pro obiectis copiam, qualitatem, & item à toto genere præter naturam: Cùm tamen. 3. naturalium. 12. agnoscat molem, pondus, qualitatem mordentem. Dic: obiectum expultricis est offendens: & quia offensio in varijs membris à varijs causis prodit, varia affert de varijs. Nam de vtero tertio

naturalium numerantur moles, pondus, & acrimonia. 3. autem de causis symptomatum in ventriculo vitium qualitate offendens, vel copia, vel toto genere præter naturam, ita vt alere nequeat. Hic numerat solam qualitatem & quantitatem: quoniam sumit nomen qualis latius, vt comprehendat etiam ea quæ à toto genere sunt præter naturam: quo modo artis. 93. inquit vitium humoris esse, vel in quantitate, vel à genere præter naturam id est in qualitate. Quod aut hic separat mordens à calido, non separat qualitate, sed effectu mouente expultricem: Alius enim effectus est mordentia, alius calefacientis membrum.

Aduerte quartò: Nem robur membri possit esse causa morbi quod Galen. hic asserit. Videtur enim ad robur sequi vehementiam operis, in qua sanitas consistit. Dico: si sanitas vna tantum operatione vnius membri constaret, quo operatio esset vehementior, sanitas esset perfectior: Sed quia sanitas requirit varias operationes non solum in variis membris, sed etiam in vno: eo fit, vt sanitas requirat proportionem in vehementia operationum. Nam si tractrix ventriculi sit multò vehementior quàm coctrix; non bene conficientur alimenta in ventriculo: & sequetur eorum corruptio. Sic si visio oculi discernit tenues vapores oculi, impedit accommodam visionem externorum: & sequentur visa similia suffusis: Quare. 1. de causis symp. 7. asseritur vna species læsæ actionis, immoderantia proprij operis. Nec obstat: quod definitur optima visio, quæ minima & à longe discernit: quia perfectio cuiusuis operis dicit intensionem, vel vehementiam eius non simpliciter; sed vsque ad terminum conuenientem speciei operis.

(§. Nam vt omnia.)

Proponit exemplum doctrinæ propositæ in lippitudine.

ADVERTE primò: Refert Galen. quandoque curasse se dolores oculorum cum phlebotomia sine clystere: vsus tamen vulgaris non est contemnendus. Nam 9. Thera. 5. præcipit in synocho, vt si præcessit cruditas cesseter à phlebotomia, vsque quo coquatur alimentum & descendat. Et capit. 4. ob eandem causam distulit phlebotomiam per dies duos. Et 8. Therap. 5. in corruptione alimenti non concedit clysterem, nisi post quam cibus sentitur in intestinis crassis: Expectat enim per moram emendationem, neque tunc in clystere addit sal, ne acceleret exitum. Vnde videtur tutissimè posse concedi clysterem nisi homini ieiuno; nec phlebotomiam, nisi peracta coctione ventriculi & excrementis expulsis. Quod maximè commendauit Zoar, lib. 1. tract. 8. capit. 8. testificans damna maxima expectanda perpetuò ex misso sanguine antequam venter cum vasis primis emolliatur. Et Hip. 1. acu. 45. ne rapiantur cruda exprimis vasis ad corpus summè etiam commendante Auer. 7. col. 1. Aëtius verò addit lib. 12. cap. 23. si cibus in ventriculo continetur, in necessitate phlebotomiæ vomat; & secetur vena. Quod verò scribitur prima quarti, cum phlebotomaueris non indigebis clystere, intelligendum est de acribus: ne iungantur duæ euacuationes in die vna contra preceptum quarta primi. Num autem initio morborum, & ante syrupos aperientes conueniant lenientia per os sumpta, determinatum est in difficultate de tempore purgandi in febribus. Num etiam post phlebotomiam conferat clyster: Auicena præcipit cap. de pleuritide, & de curatione febrium in vniuersali, quia phlebotomia siccat aluum. Sed Galen. non recipit, sed expectandum esse ait, num aluus sponte deiiciat. 4. acutorum. 75.

Clyster nõ ante phlebotomiam.

Aduerte secundò: Curationem dolentium oculorum variam tradit Hippocrates: videlicet coniectante Galen. memoriæ gratia vt postea discuteret. Doctrina enim conculcans varia genera remediorum in vno morbo, inutilis est: nisi explicentur concursus symptomatum ad quodvis remedium iuxta empiricos, vel indicationes à dispositione varia affectus iuxta rationales. Galen. ergo quinque dispositiones particulares numerat in oculo dolente. Prima: ex influxu acris humoris, quod agnoscitur per acrem dolorem, & lachrymas per quædam interualla infestantia, & paulò pòst remittentia: In qua commodissimè adhibetur balneum, si modo nec in corpore, nec in capite adest plenitudo: saltē nō adsit in corpore. Secūda dispositio: Vbi dolor est diuturnus, & oculi tumēt crasso sanguine, fluxio autem & plenitudo in totum cessarunt: Quo tempore curat vino mero potenti subsequenti somno Aëtius autem lib. 7. capit. 7. eligit vinum nihil astringens, minus quàm solebat dilutum cum calida, videlicet post exiguum obsonium dormituro. Tertia dispositio: Vbi dubitatur de plenitudine, competit fomentum ex calida adhibita per spongiam, vel bombacem, vel duplicatos linteos, aut sacculus ex camomilla & fœno græco, & althæa; additis si timetur fluxio, rosis. Talia enim si causa dolorifica in solo oculo continetur, sufficiunt ad sanationem: si verò aliunde fluit, vtilia sunt, quia statim alleuiant, & quia faciunt nos certos de plenitudine & necessitate euacuationis. De vsu autem fomentorum ad indagandam plenitudinem corporis, Galen. & magis Trall. 2. acuto. 2. condemnant eos qui temerè vacuant, ante tentata fomenta. Contra Alexandrinus. 6. epi. sect. 7. quarto, vocat consuetudinem Hippo. incipere à localibus propter timorem suo tempore ad magna remedia: Nostro tempore si per aliam possumus coniectare statum corporis, non raro sunt periculosa fomenta: Maximè durantia. Nam in dolentibus oculis. 3. local. 2. si dolor mediocris est, non concedit imponi, nisi semel aut bis in die, videlicet vsque quo fomentum tepescat, non reiterari. Quarta dispositio: Vbi fomentum indicat plenitudinem omnium humorum; vel solius sanguinis; phlebotomia. Quinta: Vbi per fomentum agnoscitur cacochymia; purgatio. Septimò autem Aph. 47. docetur post merum & balneum, phlebotomia: Quæ sententia ceu spuria meritò refellitur à Galeno ibidem recepta superiore tradita. 6. Aphor. 31.

Aduerte quartò: Quod Galenus refert causam continuitatis febris ad prolixitatem accessionum, non videtur conuenire cum causa tradita supra cap. 1. vbi refert causam ad vasa exigua ad

quæ

quę mandatur humor in continuis, cum intermittente mandetur ad carnes. Dic: quidam hic putant tradi à Galeno causam nõ continuarum, sed intermittentium non desinentium ad integritatem: Verùm cùm supra cap.1. definierit continuas, quod non redeunt ad integritatem: satius est opinari, non committi tam breui æquiuocationem: maximè quia nullã aliam causam refert Galenus earum, quæ verè continuæ sunt. Dic ergo: supra definitas esse continuas per causam frequentem: hic verò per euidens signum non intermittendi, ferè autem in idem recidunt: nã quando natura mandat extra vasa, rarũ est quod non intermittat febris.

(Quòd si aliquando.)

Redit ad complendas causas periodorum in febribus.

ADVERTE primò: Causæ rigoris & periodorum in febribus, licet plerisque omnibus receptissimę, habent tamen validissimas contra se rationes, quarum plurimæ referentur. Quod enim colligit seruari proportionem in circuitu accessionum, eò quòd par excrementum irritans expultricem aceruatur in pari tempore manente alimento pari, habet primam contradictionem: Quod accessio tertianæ sępius conseruat eandẽ moram accessionis siue æger alatur carnibus, siue ptisana: siue purgetur, siue non purgetur. Secũda dubitatio: Quia in exemplo Galeni, nec in deiectione, nec in vrina, apparet illas perpetuitas obseruatæ horę. Tertia: Oporteret declinantes tertianas accessiones inuadere per quartum aut quintum: quoniam copia bilis præstina requirit tunc longius tempus ad aceruationem. Quarta: Humor qui expellitur in febribus proportionalibus post primam inuasionem non gignitur in tẽpore interualli, sed in tempore antecedente morbũ prçerat inuasis. Quinta: Procedente tertiana facultas in mandante imbecillior est, alimentum exhibitum copiosius, & tamen periodi tertianæ non mutantur. Sexta: Siue mandetur materia accessionis, mandatur omne noxium irritans: siue trahatur ad focum, trahitur quod tenuis est & mobilius: ergo non debet sęper seruari idem typus: cũ humor aceruat' sit varius: nec est verosimile bilem tractam à foco pituitę subitò verti in pituitam à membro recipiente. Septima: Tam membrum mandans, quàm suscipiens potest esse magnum aut paruum: & in membro magno multa copia pituitæ seruatur citra putredinem, non in paruo: ergo biliosa febris non semper procedit tertiario typo. Octaua: Repetitio plurimarum affectionum intermittentium pendet ex sola agitatione humoris vbicunque retineatur: agitato enim humore, licet non expulso, nec resoluto propter communicatum prauum vaporem membris, sequuntur symptomata præfocationis, deliquij conuulsionis: rigoris, manente semper humore in foco, per interualla agitato. Apparet in inflammationibus omnibus internis & externis quia etiam declinatione quando iam cessauit in totum fluxus, certò typo exacerbantur. Apparet in epilepticis, qui quandoque centies in die infestantur accessionib', in quibus dissectis apparet intra caluariã extra vasa, paucissima vel aqua, vel humor perniciosus, p' interualla agitatus. In præfocatis similiter copia seminis, vel mensium corruptorum in vasis seminalibus, non fluit à toto in quauis accessione, cùm quandoque creberrimè repetat in diu, quandoque annis interpositis. Nona: Materia intermittentiũ quod non fluat à vasis in quauis accessione argumento est: quod vrina in talibus est bona: & quartana continua est rarissima, intermittens autem frequens. Quod videtur accidere, quia propter malitiam atrę bilis extra vasa aceruatur, non intra. Decima: In tertiana non lethali sæpe prauissima bilis excernitur quæ à vasis non nisi lethaliter mandatur. XI. Bilis tractu accessionum redditur multo crassior & frigidior: non ergo accedit noua bilis, sed præexistens multis feruoribus absumpta parte calidiore, & tenuiore frigescit, & crassescit. XII: Diuturnæ accessiones contemnunt vacuationes omnes vasorũ, & probam & malam victus rationẽ: non continetur ergo antecedens illarum materia in vasis. In initio autem illarum quando humor nuper expulsus est nondum imbibitus in foco, sæpe sanat vacuatio, quia recurrit humor ad vasa sicut ex parte inflammata. XIII: Malè videtur supponere mandari in rigore à vasis ad musculos humorem mordentem: cùm experimenta monstrent quod mandatur magis è contrario humor, vel vapor ad viscera: nã exteriora friget, venæ albent, mandata ad viscera bile difficultas respirationis, & sitis vrgent: vomitus & deiectio biliosa sunt. Maximè cum ea secretio materiæ in vasis sit difficillima, & quæ tam breui fieri nequeat. XIIII: Si causa expulsionis à vasis est copia irritans, nulla tertiana duplex erit, quæ non sit multò deterior simplici: & omnis simplex à multo humore pendens fiet duplex: contra experientiam. XV: Si motus humor supra membra sentientia rigorem efficit, siue calidus, siue frigidus, sicut exterius calor & frigus, cur à pituita non fit rigor notabilis? si à frigore continentis cur nudo homine non maximus est? XVI: Si causa rigoris esset effusio bilis extra vasa, maximè funditur in sudore critico, vomitu, fluxu, icteritia: in quibus vel nunquam vel rarissimè accidit rigor, sed semper initio accessionum. Maximè, quia bilis crassitie sua non ita penetrat membra, sed vapor eius motus ab innato calore. XVII: Si flueret in quauis accessione ad partem inflammatam, cùm inflammatio sit extra vasa, oporteret vt rigerent in quouis periodo ophthalmiæ, & pleuritidis. XVIII: Apparet esse ex fuga bilis introrsũ rigorem: nonnunquam aliàs illis soluitur sicut & in metibus. XIX: Ad quãcũque partem fluit humor symptomata ad suos manifesta recipientis membri calor, & tumor, & dolor quæ non apparent in periodis in febribus. XX: Quod natura in magno interuallo mensium separet, & expellat à vasis bilem noxiam vel sinceram vel superfluam, probabile est: Quòd verò quouis biduo separetur, & excernatur à commixtis humoribus tribus, valde improbabile. XXI: Quomodo est verosimile in toto anno nulla obseruata victus ratione tantã solũ gigni bilis copiam quantam in biduo iam tertianario obseruantis victus rationẽ valde

Contra causas periodorum vulgares.

tenuem & bili oppositam. XXII. Sępe quartana fit tertiana, & sanatur: sæpe etiam periodi mutantur in febribus non facta mutatione in humore: quia non est verosimile melancholiam quartanæ verti in bilem: sæpe etiam manente periodo, mutatur natura morbi, & curatio, vt in tertiana requirente calida, & in quartana requirente frigida. Igitur periodi non tantum pendēt à varia natura humoris morbifici, sed à natura tardè vel velociter aggrediente humorem morbi. Nec oppositum ostendunt rationes Galeni. Prima: Inflammationes externæ hora periodi habent vasa tumidiora, & partem ipsam calidiorem. Dico: ex ebullitione aggredientis naturæ: nam multò maiora apparent illa dum in statu quando suppuratur, & tamen tunc nil de nouo fluit. Ad secundum: Rigor monstrat defluxum bilis extrorsum. Dico: Imo fugam introrsum ad viscera, quod monstratum est: Ideo rigent externa destituta calore. Planè ergo reijcienda est causa Galeni: Pendet enim ex eo deceptio, quod non separat inter repetitionem morbi v. g. podagræ, aut tertianę inuadentis semel in anno, & periodos seruatas à natura in iam præsente podagra vel tertiana. Causæ enim Galeni ex aceruato humore in mandante, vel recipiente, ostendunt causam repetitionis morbi: Verùm pręsente iam podagra vel tertiana, iuxta varietatem naturæ humoris morbifici fiunt periodi quotidianæ, tertianæ, vel quartanæ, pendentes ex varia natura humoris vel ex innata doctrina facultatū, quod ostenditur non ex mandata vel recepta noua materia. Tradenda est ergo aliter causa circuituum, & rigoris per propositiones quinque.

Propositio prima: Accessio in prima humoris in vna parte, siue in febre, siue extra febrem, habet vnam ex causis duabus traditis à Gal. videlicet paulatinam congestionem in foco, vel in membro mandante ad focum. Paulatina autem congestio ex vna trium causarum ab eo traditarum nascitur: videlicet à debilitate concoctrici, obstructione, malitia alimenti, in foco vel in mandante.

Causa repetitionis morborum

Propositio secunda: Multiplicatio accessionum nec in febribus, nec extra febres pendet à multiplicata ea cōgestione in quauis accessione, sed ab opere naturæ aggredientis per certa interualla humorē iam contentum in foco, ad coctionem seminali, & expulsionem integrè mali. Nam illa dum morbum inducunt etiam citra augmentum aut defectum materiæ transpositio humoris, 3. de placit. & agitatio eius. 5. de locis 7. Quare accessio habet eandem causam, nēpe agitationem humoris ab aggrediente natura. Expulsio autem humoris est actio aliquando sequens aggressum. Et si in humore agitato est initium putredinis, sequitur rigor, & febris cum annotatione, sicut in generatione puris 2. Aphor. 47. & in statu febrium 1. Crisium 18. Si verò nō est putredo in humore momentanea, nec inflammatio, ad eam agitationem sequitur exhalatio maligni vaporis: ad quam varia sequuntur symptomata pro varietate vaporis communicati, & loci cui communicatur. Tunc autem agitur cùm irritatur natura, & excitatur à vitio humoris contenti in foco.

Propositio tertia: Causa repetitionis in periodicis morbis est conatus expultricis, quò materia agitatur, & eliminat: Quandoque autem eo conatu pellitur & cessat in posterum, sæpius expelli nō potest, sed restat ad plurimas accessiones: Expultrix autem conatur cùm irritatur à malitia vel copia contenti. Cur in febribus magis quàm in alijs morbis periodicis seruatur certa repetitio & breuior? Dico: Sępe in morbis non febrilibus seruatur certissimus typus repetendi: nempe, in cardiaca, in melancholia, in tussi: in dolore cuiusuis membri, & multis alijs: in febribus frequentius. Causa est: quia non quæuis malitia humoris facit periodos febriles: sed apta putrere secundum partem. Aptitudo autem ebullitionis in toto seruatur humore vsque quò absumatur, vel coctione vincatur. Breuis est repetitio: quia ebullitio vt pote caloris actio breuis perficitur: Quia sicut prima cōceptio putredinis in parte humoris sufficit irritare naturam coquentem: ita similis putredo in residuo coget ad secundam accessionem. Quò fit: vt quantò humor contentus in foco etiam in morbo non febrili est amplior vel deterior, vel accedit vapor prauus ad membrum magis sentiens, tantò sequantur frequentiores accessiones: ideò ex vapore pessimo accedente ad membranam cerebri, vel ad vterum, vel ad os vētriculi, crebriores exacerbationes fiunt. Propositio quarta: Rigoris causa est vapor exhalans ab humore, qui agitatus ad motum, vel ad coctionem ab expultrice vi naturæ offendit membra ad quę accedit. Nam sicut semen agitatum vapore suo inducit mutitatem, apnœam, & corporis immobilitatem, ita in febribus exurgens vapor ab humore crudo primum cor refrigerat & cerebrum: vnde sequitur in accessionum principiis sopor, & pulsuum paruitas: si autem mordet, præ calore humoris vnde effertur: iungitur rigor percussis membranis, & partibus sētientibus. Quòd autem leuis morsus partis inducat toti rigorem monstrat rigor sequens frigidę potum, vel immissionem manus in frigidam, vel solam cogitationem effundentis, vel effusionem puris ad quamuis cauitatem, ex rupta inflammatione? Aliquis verò rigor, vt qui fit in causo, sequitur demandationem non solius vaporis, sed bilis ipsius à vasis extra vasa: sicut initium rigoris videtur pendere, à sola impotentia substinendi membra voluntariè mota propter reuocationem calidi innati ad cor pugnaturi vniuersim contra humorem morbificum. Ideo initio accessionis rigor exiguus est: accedente autem noua causa mordentis vaporis repente ingrauescit: fortè autem potissima causa febrilis rigoris in intermittentibus est, sensatio dolorifica musculorum à frigore, sparsi per corpus vaporis morbifici: ad eum enim dolorem sequitur duplex illa & continua musculorū omnium conuulsio. Id quod fiet admodum verosimile, si reducamus ad memoriam primo: non accidere sensilem hunc rigorem quando materia febris continetur in vasis, à quibus necessario aliquem actualem suscipit calorem: sed locis remotis à corde & magnis vasis frigidioribusque: Deinde, si secundò considerauerimus quomodo humor omnis dempto sanguine, licet calidus vt bilis potentiali tantum calore caleat: destituatur autem etiam in totum actuali natiuo, quandiu omninò crudus est, & nulla

Rigoris causa.

parte

parte euictus & obtentus ab eo: id quod apparet manifestum in lachrymis optalmicorum, etiam à calido humore laborantium, attestante experientia cum Arc. 31. prob. 33. Praeterea, in sudore febricitantium laetaliter dispositorum, teste itidem experientia cum Hip. 4. apho. 37. vtraque enim ad tactum frigida sentiuntur. Tertiò si meminerimus quo modo, initio accessionum omnes inuadat sopor propter frigiditatem vaporis communicati cerebro agitato humore, ob congredientem innatum calorem. Is sopor cum perpetuus sit omni accessioni incipienti, in malignis febribus inuincibilis est, ex experienti cū Hip. 2. pror. 29. simul & quod per lumbos dorsum, & dorsalem incipit & infestat, eadem experientia, & Hip. monstrantibus 5. apho. 59. Ex his tribus verè suppositis fit admodum verosimile, omnem rigorem febrilium accessionum fieri ex communicata frigiditate crudi humoris neque victi à natura: dum agitatur, omnibus corporis musculis simul cum cerebro & dorsali; non secus quàm si musculi omnes frigida aspergerentur. Eò maximè quòd omnes quaeruntur sentire se internam frigiditatem; licet aliqui cum similitudine pungentium spinarum, aliqui quasi accidentis niuosae aquae. Cùm enim in locis à corde & magnis vasis distantibus agitatur humor, vapor ille instar lachrymarum ophtalmici toti communicatur infrigidans corpus, vnde tristitia & grauitas oritur; oscitationes, & pandiculationes, lumborum dolor, & sopor sicut enim in senecta refrigerante totius corporis habitum maximè patiuntur cerebrum & nerui, frigida scilicet membra: ita accedente toti corpori vapore refrigerante & morbifico, par est credere maximè offendi & refrigerari caput cum dorsali; de quibus duobus membris potissimum rigentes quaeruntur, & quibus locis remedia admouentur in valido rigore. Cum primum autem dorsalis afficitur, necessariò coafficiuntur origines neruorum ad totius corporis musculos corriuatae; musculi verò ita affecti & intro aspersi magis quàm si frigida externa aspergerentur, conuelluntur omnes; vnde sequitur in mandibulis & totius corporis musculis inaequalis ille, vehemens, & inuoluntarius motus: dictus rigor; non aliter quam in epilepsia affecto similiter cerebro à communicato noxio & infrigidante vapore, sequitur concussio similis in corporis musculis inuoluntaria & vehemens. Non obstat huic sententiae, quod vulgo asseritur in epilepsia concussiones illas totius sequi ad concussum cerebrum ex sensata noxa, vel vaporis humoris, sicut cōcusso trūco tremunt arboris stolones & folia: quę concussio in dorsalis vnde nerui in corpus prodeūt, locum non habet quoniā dorsalis non mouetur. Non obstat (inquam) quoniā in neutro casu est vera similitudo: nam in conuulsione (quod ostensum est secundo artis) non contrahitur neruus nec origines eorum, cum sint flexuosi & molles, sed solum ligamentum durum & intentum conuellitur, tam in epilepsia quàm in rigore febrili: videlicet contrahentibus se villis musculorum longis ligamentalibus, ad excutionem noxae sensatae, postquam est communicata musculis à cerebro, vel dorsali per neruos eosdem latos: alias enim collum & caput maximè contraherentur: quod nō accidit. Nō obstat secūdò: quod in epilepsia modò vna pars musculosa contrahitur reliquis immotis, modò alia: in rigore autem omnes, quoniam in epilepsia mera frigiditas aut deleteria qualitas tardi⁹ cōmunicatur, modò huic parti per neruum, modò illi: in rigore autē febrili propter maiorē & magis continuā actionē caloris agitātis, omnibus musculis accedit noxia frigiditas, quousq; incalescēte pręter febre corpore extinguatur inducta frigiditas, succedēte immodico calore. Nō obstat tertiò: ꝙ in apoplexia orta à simili causa & à simili principio, nempe ab affecto cerebro, nō visuntur illę cōuulsiones: cum oporteat à causa maiore magis cōmunicari noxiā frigiditatē per neruos musculis: quoniam apoplectici pereunt similiter his, qui pereunt in morbi maximi principio: propterea quod tantopere succumbit natura magnitudini causae, vt antequam exurgat ad pugnam pereat suffocata, citra pugnam initiante adhuc morbo: quare in tali morbo cerebrum enim neruis patiuntur quidem: sed tantopere grauātur, vt accingi ad pugnā nō audeāt, sed succūbāt: cōuelli autē, pugnare neruo est. Nō obstat quartò ꝙ quidā rigētiū magis videtur quaeri de calore & spinis pūgētib⁹: quia omnis humor crudus (quod ostēsum est) actualē habet frigiditatem, quae laedit, & quae tactu nostro sentitur: si tamen causa morbifica potestate calida est, vt bilis, deducta ad actum caloris nostri mixtione & motu etiam tactui repraesentat calorem pungentem & mordentem: sicut piper frigidum sumptū post quam in corpore actu incaluit. Quae omnia cùm sint vero simillima, faciunt sensibilissimas causas rigoris & febris dictas: videlicet vt prima frigiditas extremorum & liuor exanguium partium naris & vnguium oriatur à deficiente in illis calore natiuo sanguinis & spirituum, propter aceruatū vniuersum ad viscera, sicut in dormientibus: nisi quod hic propter maiorem necessitatem maior est & magis conferta reuocatio: sequēs verò rigor oriatur à refrigerāte musculos vapore propter aggressum indoctae naturae certis legibus agitātis: febris verò sequatur ad vnionē calidi in corde & vehementem motum conflictantis cum humore naturae: sicut dormiēs secūdū viscera calidior est. 6. ep. sect. 4. 14. nisi quod hic pro magnitudine reuocationis maioris, & iustę pugnae cū morbifico humore magna ex parte, vel inflāmato, vel putrēte, multò vehementior est calor, quem febrem vocant.

Propositio quinta: In febribus focus cōtētę materię videtur ferè circa pręcordia. Primò: Quia ibi sentitur laesio, & vomitus, & deiectio. Secūdò: Quia eò veluti ad sentinā corporis verosimile est humorum malitiam mandari: & ferè sequitur in diuturnis febribus dolor, aut colicus, aut arthriticus finiētia febrē, mādato humore deorsum à superante natura. Tertiò: Quia in dissectionibus talium apparent. Petitur etiam foci agnitio, ex symptomate partis: Nā alij quaerūtur de capite, alij de dorso, alij de vētre: sicut in partibus inflammatis colligitur ex immoderātia partis: nā vbi calor, aut frigus, ibi morbus. 4. Aph. 39. & vbi sudor, ibi morbus Aphoris. 38.

Propositio sexta: In febribus ipsis, ideò pituita ferè habet crebriores repetitiones, melancholia rarissimas, bilis media: quia natura docta sicut nouit in variis morbis eligere dies ad pugnā,

Periodorũ in humoribus causa.

quos vocant criticos:ita iuxta variam necessitatem in variis humoribus breui, aut diutius quiescit ante secundam pugnam: In pituita quidem propter lenitatem symptomatum,& febris quotidie confligens: In tertiana propter magnitudinem rigoris & febris citra durationem biduo quoque pugnat: In melancholia propter vehementia cum longitudine rigoris & febris tertio quoque die. Licet autem hæc causa ex parte naturæ sufficiat:fortè etiam concurrit alia ex parte humoris. Ideò enim pituita inducit crebras accessiones, quia oportuit in corpore post sanguinem pituitam magis abundare; cum peccet magis defectu quàm malitia;deinde bilem;parcissimè autem esse melancholiam; vt quæ vtraque qualitate oppugnet vitam. Cùm ergo in foco citius colligatur ex accedente alimento copia pituitæ sufficiens ad putrescendum, quæ putredo irritat naturam ad accessionem;tardissimè autem aceruatur melancholia: colligitur altera causa harum periodorum. Tertia; Quia pituita propter humiditatem in foco citius concipit putredinem irritantem naturam ad accessionem:secondo loco bilis, propter calorem sine humiditate; tardissimè concipit putredinem melancholia, propter siccitatem cum frigiditate. Esse continuam febrem accidit propter copiam, vel malitiam humoris, quæ in accessione non ex toto à vasis extrusa, extra vasa est. Durat breui ex bile quia ob tenuitatem citò dissipatur; in pituita ob lentorem tardiùs; magis in melancholia ob crassitiem Cur autem aliquando duplentur accessiones, causa est varietas focorum. Diuiditur autem humor in plures focos sæpe ob copiam illius; non rarò etiam causa est diuidens natura, vt facilius coquat. In quibus completa videtur inuentio causarum de periodis morborum,& varietate accessionum in eis.

(*Igitur necesse est.*)

Tradit causas temporum in accessione febrili.

ADVERTE primò; Sententiam Galeni de temporibus morbi comprehensam propositionibus quinque. prima; Tempora considerantur in morbo, nonnunquam iuxta aëris varietatem, quomodo diuiduntur in æstiuos,& hyemales;nonnunquam iuxta vicissitudines pugnantis naturæ vel quiescentis, à pugna, quomodo diuidũtur per dies criticos & nõ criticos;Postremò iuxta mutationẽ quã sua sponte subeũt morbi, nõ aliter quàm vniuersa animalia per ætates;&, hoc modo considerantur hîc. Secunda; in omnibus saluandis, sunt tempora quatuor lib. de generali morbi temporibus. 4. Auic. verò. 21. ca. 2. dixit, in pluribus morbis, vel propter eos qui pereunt vel propter quosdam salubres in quibus aliqua tempora sunt insensilia: Nam de talibus Galenus ad libitum affirmat modò quatuor tempora, modò tantum duo. Ratio Galeni; omnis mutatio in vita incipiens,& rediens ad pristinum statum habet quatuor illas mutationes: igitur & morbus salutaris: Perimẽs verò habet vnum tempus, vel duo, vel ad summum tria. Obiicit Galenus contra principium: inter temperatum, & intemperatum nil intercedit, ergo principium non habet latitudinem. Item morbus est res similaris: talis autem quando fit est: ergo generatio morbi non durabit. Dic: consideramus medici tempora omnia cum latitudine: sic enim faciunt ad victum instituendum 1. Aphor. 5. & ad medicamenta. 2. Aph. 29. Ad confirmationem dic: Morbus pro materiali, id est pro calore, vel resolutione res est similaris: pro formali autem vt est dispositio lædens sensibiliter functiones, dissimilaris res est. Contra augmentum obiiciunt, de homotono, epilepsia, apoplexia; quæ videntur carere principio & augmento: Respondet: status semper est sensilis propter vehementiam symptomatum, declinatio manifestior per diminutionem eorum principium autem & augmentum quandoque delitescunt propter exiguitatem in quibus non apparent quatuor tempora: sed aliquando duo tãtum, cùm sint semper quatuor. Propositio secunda: In saluandis variè distinguit tempora: In tumoribus enim principium vocat quandiu pars repletur humore, statum quando suppuratur: vel resoluitur: declinationem quando diminuitur. Febres inflammationum coincidunt cum temporibus inflammationum, cum sint accidentia ipsarum. In febribus autem simplicibus distinguit tempora ex cruditate, coctione manifesta & plena. In vlceribus ex tenui liquore, crasso, pure. Scilicet quia iuxta eas varietates in singulis speciebus morborum separãtur curãtia auxilia. Quarta propositio: In perituris definitur augmentum, vel signis cruditatis manentibus post morbi generationem, vel signis auctæ putredinis quæ sunt lethalia: status verò importat magnitudinem debitam morbo simpliciter, non collatione ad ægri vires: nam ita omnis moriens periret in statu, cùm plurimi pereant in augmento morbi. Quinta: Sæpe iunguntur multi morbi,& perit æger, vel in statu, vel augmento vnius, altero declinante.

Aduerte secundò: Solutiones obiectorum contra dicta Galeni, maximè Argenterij lib. de morborum temporibus.

Primum: Non videntur pendere tempora morbi ex cruditate & coctione; si quidem à victu & medicamentis mutantur. Dic: etiam mutant illa duo morbum à salubritate ad insalubritatem, & è conuerso: & tamen morbo à natura sua inest salubritas, vel insalubritas, & temporum mutatio, non inuariabilis tamen.

Secundũ: In soluta continuitate,& morbis compositionis ex simplici magnitudine morbi, colligit tempora: cur ergo non similiter in reliquis morbis? Dic: remedia & victus mutantur in variis generibus morborum per diuersas varitates: & ideo iuxta varia discriminantur tempora in vno genere morbi, ab alio.

Tertium: In epilepsia ait Galenus: principium & augmentum posse intelligi tempus multo ante accessionem: & potest etiam intelligi per principium epilepsiæ vertigo accidens initio accessionis,& per augmentum obtenebratio: sed illa æquiuocatio inducit perplexitatem in opere: Dic: cum illa duo tempora in epilepsia sint insensilia non sunt de consideratione medici: ideò sine errore operis concedit Galenus æquiuocationem.

Quartum: Quo modo in accessione augmenti erit declinatio particularis accessionis cùm

Causa temporum morbi.

pugnet

pugnet ratio declinationis cùm augmento. Dic. in tota acceſſione ſimul ſeruatur ratio augmenti, ideò tota dicitur augmentum: ſicut homo temperatus, licet quibuſdam partibus frigeat, aliis caleat: & ver licet nox frigeat, & meridies caleat: ſunt enim temperata per coalternationem. Item declinat pugna illius acceſſionis: ſed integra pugna cum humore morbifico in augmento eſt.

Quintum: Morbus à generatione non habet quatuor tempora. Dic: principium fuit in ſemine.

Sextum: Valida purgatio confeſtim ſanat incipientem ophtalmiam. 13. Therap. 11. & copioſa phlebotomia ſynochum. Vgo dicit: tales morbi tranſeunt quatuor tempora penes ſymptomata, licet non penes coctiones. Nicolus dicit: arte fieri poſſe vt morbus non tranſeat quatuor tempora: ex natura verò non poſſe. Sed videtur, quod etiam ſponte ſua aliquando morbus in augmento ſanetur vacuatione completa, licet rariſſimè. 3. Criſ. 9. & 1. Epid. ſecta. 2. 84. & ſecunda, quarti. 80. In quibus caſibus licet nobis dicere, ſtatum fuiſſe tempore euacuationis: Quia cùm tales morbi ſint medij ſalubrium, & inſalubrium, ſtatus in illis determinabitur non plena coctione, ſed aliquanta ſufficiente ad integram vacuationem. Vel dic: (quod Galenus ceu medicus rectè ait) inſenſilia tempora ſine errore, & affirmari & negari. Vacuationes ergo augmenti ferè non ſunt integræ, & ita non oportet dari ibi quatuor tempora, cùm vacuatio acciderit in augmento. Si verò (quod rarò accidit) ſanat, ſtatus & declinatio fuerunt inſenſilia. Quare ſine errore medico, & conceduntur & negantur.

Morbus omnis num ſeat qot

Septimum: Morbus incipiens à materia cocta vt ſuppuratio, & ſynochus non videtur habere principium. Dic: cùm initio morbi materia obruat naturam, relinquitur à regimine eius: quare fit noua cruditas & requiritur noua coctio, post aggreſſum naturæ ad obruentem materiam.

Octauum: Lib. de opt. ſecta ad Thra. negat. 4. tempora in omni morbo Dic: poſſunt negari duo priora, quando ſunt inſenſilia.

Nonum: Morbus ceſſans per coctionem citra vacuationem non habet declinationem. Dic: ſic cùm paulatim minuitur materia tranſiens in membrum, ita apparet declinatio.

Decimum. 1. Aphor. 12. determinat principium pleuritidis per nihil ſpuere, augmentum per ſputionem modicè tenuis: hic verò principium inflammationum agnoſcit per fluxum, augmentum per tumorem. Item alibi in augmento inflammationum miſcet repellentia reſoluentibus, ita vt vincant repellentia: hic autem in augmento ait ceſſaſſe fluxum. Dic: in idem reſidunt ambæ notæ: nam in pleuritide cùm incipit humor à calore agitari, ſicut in aliis inflammationibus ſequitur tumor, ita hic expuitio. Ad confirmationem non negat hic fluxum in augmento inflammationum; cùm etiam in declinatione aliquid fluat lib. de compoſ. generali cap. de diaphœnico: ſed ait etiam ſi nihil flueret in augmento, pars inflammata propter coctionem caloris tumeret.

XI. Cùm 3. Criſium. 9. concedat mortem in principio, quo modo hic ait, ſigna lethalia apparere in augmento, non in principio? Dic: poteſt ante pugnam æger perire, ob ſummam morbi malitiam, quo tempore non apparebunt ſigna lethalia ad ſenſum Gale. hic, id eſt, ſigna auctæ putredinis: apparebunt tamen ſigna lethalia, id eſt, ſuccumbentis naturæ. Et ſi inſtes. 1. de cre. vlt. apparent ſigna lethalia quandoque in primo die. Dic: prima dies quandoque includit augmentum & ſtatum.

XII. Hic agnoſcit vigorem morbi ex ſumma coctione verum 3 acutorum vltimo in pleuritide & morbis habentibus effluxum ait, vigorem morbi antecedere ſummam coctionem. Dic: oſtenſum eſt ſuprà ferè coire ſummum ſymptomatum cum ſumma coctione: ideò Gal. ex ambobus colligit ſtatum morbi. Particularius autem 3. acuto. explicat morbos in quibus illa duo ſeparantur.

XIII. Obiectio. 1. Epid. ſe. 3. 10 in omni morbo imò in ſymptomate ait eſſe. 3. modos incrementi: Quidam incipiunt acutiſſimi, vt dolor, poſt paulatim ceſſant: ſecundi incipiunt mitiſſimi poſt paulatim accedunt ad ſummum, confeſtim ceſſantes, contrarij prioribus: tertij compoſiti à leui initio paulatim accedunt ad ſtatum, à quo paulatim remittuntur. Dic: non negat ibi quatuor tempora, ſed oſtendit quædam eſſe breuiſſima, & non ſentiri, alia prolixa: itaque in primo genere latent principium cùm augmento. In ſecundo declinatio. In tertio omnia tempora manifeſta ſunt.

Aduerte tertiò: Contra ſententiam Galen. de euentu morbi, nempe quod in declinatione non contingat mori: & quando ſuperantur vires, à morbo non contingat viuere, plurima obijci poſſunt. Contra primam ſententiam multipliciter inſtant: Præſtat autem ad faciliorem ſolutionem explicare exactiùs Galen. ſententiam. Declinatio morbi materialis definitur lib. De generalibus morbi temporibus: quando iam plena coctio adeſt, & humor morbificus bona ex parte expulſus eſt, ita vt iam minore quantitate vacuetur. Quo ſignificato certò conuincitur non poſſe ex morbo ita victo, mortem accidere: Nam ex enſe, vel morbo nouo, vel aëre peſtilente, vel errore victus ex quibus pereunt etiam ſani, cur non peribunt declinantes à morbo? Oſtenditur illa ſententia. Nam ſi materiam illam maiorem grauatam natura à copia ita ſuperauit, vt magnam illius partem expulerit: modò leuata onere, ideò fortior, deficiente imbecillitate per aggrauationem, minorem copiam quo modo non pellet?

In vera declinatione nemo mortuus eſt.

Prima obiectio: Decrepitus in declinatione morbi poteſt mori accedente, (ſi ita ſors tulerit) hora naturalis mortis. Dic: perit ex ætate, non ex morbo.

Secunda: In declinatione maneat virtus tota ſuperior morbo, ita vt deficiente qualis portione eius non ſit iam ſuperior: vel ergo non cibatur, & perit ex inedia, vel cibatur & propter diſtractionem à materia morbi erit inferior materia: quia ſuppoſitum eſt totam virtutem eſſe ſuperiorem morbo non partitam. Dic: ille cibatus perit errore cibi immodici. In quo ferè peccatur à medicis, deterrente tamen nos Hippocrate, & pronuntiante: cùm morbus in ſtatu eſt vtendum eſſe victu tenuiſſimo: tales autem ſunt in ſtatu &

si instes: Potest esse virtus tam debilis post statum, vt nec exiguum cibum conficiat, nisi propter distractionem succumbens morbo. Dic: non potest si adsit medicus non errans: nam subueniet odore, vel exiguo potu, quæ non diuertunt naturam à conflictu: A quouis autem horum aucta vis quæ iam ante superabat, modò magis superabit. Quare cauendus est frequentissimus error cibandi in statu, & initio inclinationis: nisi cautè & tenuissiuè paulatim agendo vim. Nec secus motus quiuis in eo articulo periculosissimus est: cùm quidam eo tempore excernendi gratia corpore leuati, vel etiam solo capite repente animam exhalarint.

Tertia; Sæpe post signa etiam durantia morbi vincentis surgens natura superat morbum: ergo etiam è conuerso accidet, post signa vincentis naturæ humorem exurgentem superare. Dic: Illę vicissitudines ambę crebrò accidunt, sed in statu: In declinatione autem victa ex toto materia non potest obtinere supra naturam iam vincentem.

Quarta: Planè cocta pleuritide successit mors. 3. præsa. 60. plena coctio indicat statum: ergò post statum mors. Dic: non erat declinatio, quia non erat expulsum plurimum materię: Et si instes Gal, non expetit illam vacuationem: dicēs 3. Crisium, 9. cùm millies interessem criticantibus, neminem vidi pereuntem, qui criticaret pręcedente integra coctione. Dic: Qui criticat post plenam coctionem iam vacuat: pleuriticus autem illę senex cùm nihil vacuauerit nondum erat in morbi declinatione: oportet enim transisse totum statum, & ita expulsionem magnam, vt asseratur morbi declinatio.

Quinta: secunda quarti. 98. Declinantibus variolis accidit sæpe mors, propter retrorsum humoris introrsum. Dic: docet Auicen. frequens erratum ex quo pereūt nonnulli etiam in vera declinatione: quia est nouus morbus ex errore, sicut si sudans quis exponat se frigido aëri. Quòd autem quidam colligunt ex Auicen, loco citato, sensisse illum etiam in vera declinatione accidere mortem, etiam non interueniente errore, quoniam concedit in declinatione mortem sed raro: subdens postea: & plurimum illius est in declinatione particulari, non probat illum recedere à Gal, & ratione relata: Sed vniuersaliter sine distinctione dixit: nonnullos mori, declinante ad sensum morbo: quod postea explicat: quod vel illa mors euenit in declinatione vera, sed particularis accessionis; vel quod si euenit in vniuersali declinatione morbi, non fuit vera declinatio: sed alia causa a morbo dedit originem morti; quæ omnia non recedunt à Galeno.

Sexta: Possunt in declinatione vera inducere mortem, venena in corpore latentia suo motu, & manifesta qualitate inducentia morbum leuem post vi deleteria repente perimentia. 3. Epid. sect. 3. 73. Dic: sunt rari casus, sed memorandi: ne omnino securi præsagiamus in morbis. Nam in casu dicto quidam perierunt ex morbis natura salubribus vt ex tertiana: aut citius, quàm morbus ostendebat citato. Ex eo tamen non conficitur mori quempiam in vera declinatione: Nam in ægro Galeni symptomata ab initio erant lethalia: quare non nota coctionis, nec declinatio.

Septima: Hermocrates. 3. Epid. sectione prima. 8. postquam à febre fuit liber periit in recidiua: ergo in declinatione præcedentis morbi. Nam morbus non erat alius quàm febris: si igitur liber à febre & à morbo. Dic: non valet consecutio: quia sæpe liberantur à febre, quia natura non aggreditur coctionem: & tamen morbus est deterior, quàm anteà: non cessauit, nec declinauit: Sicut è conuerso in statu salubri febris est maior, & morbus minor. Quia licet morbus sit febrilis, magis pendet à statu causæ, quàm à simplici febris magnitudine.

Octaua: Potest dari deleterius humor latens, qui non mouetur, nisi declinante morbo: Apparet, quoniam in pestilente febre vrina est bona, & pulsus & æger tendit ad mortem: Quia qualitas illa praua in parte non prohibet coctionem in toto. Dic: vulgo conceditur ceu frequens sed est rarissimum docente Galen. 3. Epid. citato, & 1. Epid. sect. 2. 4. quòd appareat coctio in parotide externa cum cruditate vel putredine humoris intra vasa. Nam instante morte etiam vlcera, & tumores externi monstrant exitium, propter cōsensum partium & commeatum materierum: Ideò asserere, quod coctio vrinæ in talibus est ex materia alimenti, quia natura non audet congredi cum prauissima materia: vel quia materia illa eatenus quiescit, non est admittendum, nisi rarissimè: aliàs signa coctionis valde infida essent, cùm sint fidelia. artis. 83. Accidit autem maximè illa raritas, vbi continetur deleteria qualitas in aliqua parte exigua: Quia talis ob vehementiam agendi saluatur in quantitate prauissima quiescente: ideò accidit in pestilentibus morbis: sicut è conuerso accidit in morituro ex putredine vasorum coctio in parotide externa, 1. Epidim. citato.

Nona: declinatio inquit Auer. collect. 9. in salubri morbo fit ob victoriam naturæ, in lethali, ab imbecillitate virtutis, ergo in lethali est declinatio. Dic: significat declinationem non veram.

Decima: Pleuritis declinans potest migrare in anginam perimentem, & in declinatione morbi potest succedere apoplexia. Dic: illa sunt noui morbi: & in vera declinatione rarissimè eueniūt, quia sunt motus humoris non euicti à natura.

XI. In augmento & declinatione morbus est par, quia vtrinque æquo recedit à statu: perit æger in augmento: ergò & in declinatione, quia ex parte morbi par est morbus, ex parte virtutis magis debilis in declinatione: Dic: concludit de periculo morbi simpliciter considerati, periculum autem pendet ex collatione morbi ad virtutem; qui in sua causa superatus est in declinatione non in augmento.

XII. Initio declinationis morbus habeat magnitudinem vt vnum, certum est quod in tempore principij cùm morbus inceperit à non gradu magnitudinis aliquando habuit magnitudinem, vt vnum, & tunc potuit mori: ergo & nunc. Dic: in tali primo non potuit mori à præsente morbo: alias periret, cùm morbus agat naturaliter secundum vltimum suæ potentiæ.

XIII. Initio declinationis magnitudo febris sola circa interuentum humoris potest perimere vim

vim debilem, vtpote decrepiti: sed est possibile imò probabile post magnam pugnam status aliquando vim esse tam debilem: ergo peribit. Dic: vis quæ non perit ex ea febre cum humore, non peribit ex ea febre sola.

XIIII. Vel requiritur ad securitatem salutis integra expulsio humoris, & sic declinatio continetur in statu: quia vsque ad finem declinationis non est facta integra expulsio: vel sufficit aliquanta, & sic in declinatione potest mors succedere: quia 3.Crisi. vna crisis species est repentina mutatio ad melius per euacuationem partis, & in reliquo paulatina dissolutio ad mortem. Dic: Requiritur ad securitatem integra coctio cum expulsione partis: ea coctio non adest in crisi incompleta.

XV. In fine status causa sit melior vt vnum, febris maior vt vnum, ante erant ambo vt duo: ergo modo potest sicut ante mori: cùm sint pares morbi. Item vis debilitetur per pugnam manens vt duo, quæ ante in statu erat vt tria: morbus ante vt tria, modo vt vnum: cum ergo sint pares virtus & morbus, potest modò mori sicut antè. Item: non implicat actione naturæ morbum minui & sic declinare, & tamen præ labore pugnæ vires deficere & perire. Dic accidunt illa non tarò, sed nil illorum est declinatio vara: sumitur enim vera declinatio ex collatione morbificæ causæ ad vires.

XVI. Mori & sanari contraria sunt: ergo circa idem fiunt in post temperamentis: non fit sanitas, nisi in fine declinationis: ergo nec mors. Dic: mors & vita contraria sunt: non sanari. Item fiunt circa idem, sed non eodem tempore.

XVII. Quod mors semper in augmento: Quia increscit morbus vsque ad mortem: ergo tunc habet maiorem proportionem supra naturam, quàm anteà. Dic: non sumitur augmentum semper ex proportione maiore morbi supra naturam: alias, saluus morbus non haberet augmentum: sed sumitur ex augmento symptomatum, ideò plures pereunt in augmento: In statu tamen aliqui: quia licet momentaneæ non augeatur morbus per statum, perimit tamen propter durationem.

XVIII. Quod superatis viribus à morbo quis possit viuere, ostenditur: Quia sæpe post deliquium viuitur: & tamen illa est summa virium prostratio, quando facultates nullum opus exercere possunt: ergo magis poterit sperari reparatio, vbi debilitas facultatum minor est: quæ scilicet operatur. Dic: ad imaginationem est illa summa prostratio, quæ nascitur ex spirituum resolutione: re vera tamen exigua est: valida verò vbi carnes, & multo magis vbi solida deficiunt. 11.Therap.1. & talis debilitas est in perituris, ideò irreparabilis.

Falsæ declinationis differentiæ. Sed quoniam cum magno dedecore decipit sæpe medicos in morbis falsa declinatio quasi sit vera: oportet mandare memoriæ causas & occasiones eius, ne properemus ad prædictionem salutis.

Primæ: frequentissima explicatur. 1. Epid. cit. sicut enim in inflammatione externa cessatio sine causa doloris, & caloris non solum non est bonū, sed est summum malum, indicans calorem innatum propter exiguitatem suam, & humoris malitiam absistere à pugna, ita vt incipiat Gangræna & mors membri: ita in morbis valorum cessatio febris, & symptomatum sine causa indicat perire non extraneum calorem, sed naturalem. Gentilis verò prima, quarti. tr. 2. 3. addit alias meritò recipiendas.

Secunda causa est: Magnus conatus naturæ propter ingentem necessitatem, sicut lucerna proxima extinctioni propter validum tractum olei plus lucet.

Tertia: sæpe resoluta in morbis parte tenui calida magis agitante, remanet crassior remissis symptomatis, sed peior: sicut erysipelas quando induratur cum leuitate ægri: aut phreniticus quādo transit in lethargum.

Quarta: Quando permutatur humor ad locum nobiliorem, cessat infestatio prima, & nondum apparet altera: Quare videtur leuius habere, cùm verè deterius habeat: vt in permutatione pleuritidis ad pulmoniam.

Quinta: si inter vincendum virtus eximiè deficit, vt simul cum diminuto morbo pereat: quod vocant pugnam Cadmicam. Addi potest.

Sexta: Ex libro de generalibus morbi temporibus, In morbis compositis perit aliquis in declinatione vnius componentium, augescente adhuc altero.

Septima: Per iura carnium & stillaticia apparet vis robustior: quæ tamen citò cessat.

Aduerte quartò de partibus accessionis: Galenus omittit tempus inæqualitatis, iungens illud cum augmento in initio libri, ne frustra pareret confusionem: postea separat lib. de morborum temporibus. 8. propter varium vsum curationis. Cur in declinatione particulari accidat mors nō in vniuersali, Non videtur sufficiens causa vulgaris, quod natura debilitata ab augmento, & statu particularibus quandoque non potest tolerare declinationem, ideò perit in particulari declinatione: Nam ea ratio militat etiam in vniuersalibus temporibus. Sed causa traditur. 3. Crisi. 9. Quod in accessione particulari vis est vnita vsque ad declinationem, quare durat: in declinatione autem particulari, expansa, ob summam debilitatem resoluitur: quod nō accidit in vniuersali, cùm in ea non expandatur exiguus calor: Et licet Galen. applicet tempora particularia materiæ de nouo fluenti ad focum, commodiùs applicantur calido innato fluenti ex toto corpore ad emendationem materiæ in foco: Nam initium est quando fluit, augmentum quando mouet materiam, status quando coquit & expellit, declinatio quando minuuntur symptomata propter actionem naturæ præcedentem. Nam si pellitur in accessione ad partem, satius esset naturam (quod facit in aliis permutationibus) suffocatam à nouo accessu praui humoris quiescere, vt paulò post roborata melius coquat. Causæ partium accessionis.

(Earum autem.)

ADVERTE primò: causas erraticarum verarum: Affert Galenus 3. nam multæ propter complicationem periodorum credūtur medicis erraticæ, cùm verè sint ordinatæ. Ergo, verè erraticarum vna causa est: mutatio humoris facientis

cientis febrem, altera, error in victu. Mutatur autem humor morbificus dupliciter: Vel quia primus humor corruptione sua transit in alterum, quæ permutatio citissimè accidit sanguini, tardiùs aliis humoribus: Vel, quia ad focum præ calore ebullientem tractus est humor alterius speciei à priore, qui & ipse seruat periodum suam, simul cum priore humore. Quòd autem error victus pariat nouam periodum in ægro nil mirum: siquidem etiam parit in sano.

Aduerte secundò: Argenterius condemnat Galenum, eò quòd tradiderit duas causas, quæ tamen ambæ sub vna includuntur, imò vna sub alia continetur: Nam error victus nisi humor peccans mutetur nunquam facit erraticam: ergo non oportebat asserere duas causas erraticarum, vnam mutationem humoris peccantis, alteram peccatum victus. Dic: rectè Galenus numerat causas duas. Primam: Vbi sponte sua humor faciens febrem certa periodo mutatur in aliam speciem humoris. Alteram: quando de nouo gignitur humor faciẽs febrem additam priori, non transmutato priore humore ab errore victus: quæ duæ causæ independentes sunt, non vna continetur sub alia.

* * *

LAVS DEO.

RERVM ET VERBORVM HOC TOTO OPERE MEMORABILIVM

LOCVPLETISSIMVS INDEX: CVIVS

primus numerus paginam, secundus columnam, tertius verò lineam denotat.

INDEX.

B

C

cerebellum

INDEX.

D

INDEX.

E

in Eclegmatum

Experientia

INDEX.

INDEX.

G

H

I

INDEX.

L

M.

cur

N.

O.

Oculi

I N D E X.

P.

Pestis

INDEX.

INDEX.

Q

R

INDEX.

Somnus

INDEX.

T.

INDEX.

V.

INDEX.

INDEX.

FINIS.

EXCVDEBAT
Ioannem Tolozanum.

FINE